

Universitätsbibliothek Wuppertal

Totius Latinitatis lexicon

secundum tertiam editionem, ..., correctum et auctum labore variorum

Forcellini, Egidio

Schneebergae, 1835

U-V

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1655](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1655)

confecta ex lacte, ovis, et melle: a τυρός, Apic. 7, 11. f.

TYROS, V. TYRUS.

TYROTARICHUS, i, m. τυροταριχος, genus obsonii villioris, ex caseo et salsamentis confecti: a τυρός, caseus, et τυριχος, salsamentum. Quidam volunt esse jus ex caseo salito expressum, quo in condimentis usi sint veteres. Cic. Att. 4, 8. Multa me in epistola tua delectarunt: sed nihil magis, quam patina tyrotarichi. Id. Fam. 9, 16. med. Quam tu mihi narraas tyrotarichi patinam? et f. Tu vero (volo enim abstergere animi tui metum) ad tyrotarichum antiquum redi. Adde Att. 14, 16. P. Ejus confectio ita describitur ab Apicio auctore culinario (si modo quidquam ad Ciceronis tyrotarichum pertinet), qui more adjectivorum hac voce utitur 4, 2. med. Patella tyrotaricha ex quocumque pisce salso volueris. Coques ex oleo, exossabis, et cerebella cocta, pulpas piscium, jecuscula pullorum, ova dura, caseum mollem exaldatum: haec omnia calefacies in patella: teres piper, ligusticum, origanum, rutae baccam, vinum, mulsam, oleum: patellam ad lentum ignem, ut coquatur, ovis crudis, obligabis, adordinabis: cuminum minutum asperges, et inferes.

TYRRHENI, orum, m. plur. Toscani, Etrusci, Tusci, Τυρρηνοί, populi Italiae, quorum regio Tyrrhenia, sive Etruria, sive Tuscia. Hos quidam indigenas Italiae, alii advenas fuisse dicunt. Qui indigenas censent, hoc nomen ipsis inditum ajunt ab aedificiis munitis, quae in urbium moenibus erigi solent, quae Graece τυρρηνοί, et τυρρηνοί, Latine turres appellantur: quod primi omnium in Italia eas exstruxerint, in iisque habitaverint. (V. TIRRIGENA.) Sunt, qui dicunt, eos alienigenas esse: alii ajunt, Lydos, sive ponte, sive ob agri sterilitatem, patria relicta, in Italiam navigasse, Tyrrhenum coloniae ducem fuisse, gentisque nomen ase imposuisse. Hunc vero Tyrrhenum alii dicunt filium fuisse Atyos ex Callithea, alii Herculis ex Omphale. V. LYDIUS. Alii dicunt a Mysis ortum trahere, et ita appellatos esse a Tyrrheno Telephi filio, qui post Trojae incendium in Italiam venerit. Alii aliam eorum originem tradunt. Virg. A. 11, 733. Tyrrheni, quae tanta animis ignavia venit?

TYRRHENIA, ae, f. Etruria, Tuscia, regio Italiae. V. ETRURIA. Ov. Met. 14, 452. Concurrat Latio Tyrrhenia tota, diuque, etc.

TYRRHENICUS, a, um, adj. Tyrrhenus. Inscr. ap. Grut. 690, 5. Stagna sub Oreani Tagus, et Thyrrhenica Iberus, h. e. Tagus in Oceanum influens, et Iberus in mediterraneum, cujus pars est Tyrrhenum mare. Auson. ep. 24, 88. Tyrrhenica Tarraco, h. e. ad Tyrrhenum mare sita. V. v. sq.

TYRRHENUS, a, um, adj. Τυρρηνος, ad Thyrrhenos pertinens, Tuscus, Etruscus. Virg. A. 10, 691. Tyrrhenae acies: et ib. 8, 555. Tyrrheni ad limina regis. Id. ib. 7, 663. Tyrrhenum flumen, h. e. Tiberis: et ib. 10, 787. Tyrrheni sanguis, h. e. Tyrrhenorum regis. Val. Flacc. 7, 83. Tyrrhenus magister, h. e. gubernator Tyrrheno mari navigans. Virg. A. 8, 458. Et Tyrrhena pedum circumdat vincula plantis, h. e. crepidas a Tuscis sumptas, quas primo habuere senatores Romani, postea equites, denique milites, inquit Servius. Alii intelligunt calceos senatorios, a Tuscis itidem sumptos. Ov. Met. 4, 23. Tyrrhenaque mittis in aequor Corpora, h. e. nautas Tyrrhenos, qui Bacchum fallere conabantur: quod ille in delphinis versos in mare mersit, ut Ov. Met. 3, 605. narrat. Sic de delphinis Id. Fast. 3, 723. Ecce libet subito pisces, Tyrrhenaque monstra Dicere: et Sen. Ag. 451. et Val. Flacc. 1, 130. Tyrrhenus piscis. Stat. Achill. 1, 56. Tyrrheni greges, scil. delphinorum. Stat. Sil. 5, 3, 82. Tyrrhenae volucres, h. e. Sirenes, quae aliquando in scopulo Tyrrheni maris juxta Surrentum habitaverunt. P. Quia tuba dicitur esse inventum Tuscorum, ut in ea voce dictum est, hinc Virg. A. 8, 526. (Stat. Theb. 3, 650. et Sil. 2, 19.) Tyrrhenusque tubae mugire per aethera clangor. Stat. Theb. 6, 404. insonuit Tyrrhenum murmur. Virg. G. 2, 193. Inflavit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras, h. e. tibicen: quia quae ad sacra pertinent, Romani a Tuscis acceperunt paene omnia. P. Tyrrhenum mare, inferum, mar di Toscana, Τυρρηνη θάλασσα, pars maris mediterranei, a Macra flumine usque ad fretum Siculum. Plin. 3, 5, 10, Virg. A. 1, 71, Hor. Od. 3, 24, 4. et alii. Tyrrhenus absolute, de Tyrrheno mari. Val. Flacc. 4, 715. tantas quamvis Tyrrhenus et Aegaei Volvat aquas. P. Thyrrhenum dicitur etiam mare mediterraneum, qua Hispaniam alluit. Paul. Nol. carm. 10, 235. Qua Betis Oceanum, Tyrrhenumque auget Iberus. P. Tyrrhenus pro Romano, seu Italo. Sil. 1, 110. de Annib. horreat ortus Jam pubes Tyrrhena tuos. P. Tyrrhenum pro Tyrrhenorum habet Virg. A. 11, 171. et 835.

TYRRHENUS, i, m. Herculis filius, inventor tuba. Hyg. fab. 274. Plin. 7, 16. Cf. Virg. A. 8, 526. et V. Tyrrhenus, a, um. P. Alii Atyos filium eum fuisse volunt. V. in Tyrrheni, orum. P. Et nomen viri apud Virg. A. 11, 612. B. A.

TYRRHEUM, i, n. oppidum Acarnaniae. Liv.

38, 9. Tyrrheum, Tyrrheo. Sic ed. Gronov. ubi ed. Drakenb. Thyrium, Thyrio. B. A.

TYRRHIDAE, arum, m. plur. filii cujusdam Tyrrhi pastoris regis Latini in agros Laurenti, ap. Virg. A. 7, 484. *P. Patris nomen, Tyrrhus vel Tyrrheus, occurrit apud Virg. A. 7, 485. ubi ed. Heyn. secunda habet Tyrrheus. In ed. prima est Tyrrhus, quae vetus lectio est. B. A.

*TYRRHUS vel Tyrrheus. V. voc. praec. B. A.

*TYRTAEUS, i, m. Τυρταίος, poeta Graecus, cujus Plato meminit, eumque bonum et sapientem dicit in libris de Legibus. Tyrtaei fragmenta quaedam, quae exhortationes sunt ad virtutes bellicas, et animi praesentiam in pugna, apud Stobaeum videntur in Serm. 48 et 49. Instituit Tyrtaeus chorum illum, qui τυρταεα dictus fuit, juxta triplex aetatum discrimen, in quo senes incipiebant canentes, ἄρμης ποτ' ἦμες ἀκμῆοι νεωλάτ. Meminerunt Justin. 3, 5. Horat. A. P. 402. itemque Plutarchus, Pollux et Strabo. B. A.

TYRUS, et Tyros, i, f. Sur, Τύρος, urbs Syriae in Phoenicia, in ora maris mediterranei, ab Agenore, condita. Olim fuit insula, praealto mari DCC. pass. a continenti distans: sed ab Alexandro, M., dum obsideret, operibus terrae conjuncta, ut est ap. Plin. 5, 19, 17. Quam obsidione fuisse describit Curt. 4. a. c. 2. Olim fuit portu clara, urbis genitrix Lepti, Utica, Carthagine, Gadibus in Africa, et Thebis in Graecia. V. TYRIUS. Graeca positione fere utuntur poetae. Tibull. 1, 8, 20. Prima ratem ventis credere docta Tyros: scil. quia Tyrii mercaturae dediti, primi docuere carinis, ut ait Avien. Perieg. 1065. Ferre cavis orbis commercia, sidera primi Servavere poli. Sil. 1, 74. Cum fuge-ret Dido famulam Tyron, impia diri, etc. famulam dicit, quia tunc Pygmalionis tyrannide opprimebatur. V. Virg. A. 1, 350. Dicitur a Lucan. 3, 217. Tyros iastabilis. Curt. enim 4, 4. f. crebris terrae motibus vexari tradit. P. Nunc, inquit Plin. l. c. omnis ejus nobilitas conchylio atque purpura constat. Tibull. 4, 2, 16. Vellera det fucis bis madafacta Tyros. Propert. 3, 11, 7. Et Tyros ostrino praebet Cadmea colores. P. Hinc metonymice ponitur pro ipsa purpura. Mart. 2, 29. Quaeque Tyron toties epotavere lacernae: et 6, 11. Te Cadmea Tyros, me pinguis Gallia vestit. *P. Fuit et Tyrus mater Veneris Syriae. Cic. Nat. Deor. 3, 23. B. A.

[TYRUS, i, m. τυρός, butyrum, caseus. Est cogn. R. Inscr. ap. Mur. 997, 5. Ti. Julius Tyrus. F.]

*TYSCOS, i, vicus Asiae minoris. Liv. 38, 18. B. A. TYSDRITANUS, a, um, adj. ad Tysdram pertinens, ut Tysdranita juvenis, Capitol. Gord. 11. Est autem Tysdru urbs Africae in regno Tunetano, ad Syrtin minorem. Id. ib. 7. et 8. Ap. Plin. 5, 4, 4. Est Tysdritanum oppidum: ap. Ptol. 4, 3. est Θύσδρος.

*TYSIAS, ae, m. Τυσίας, orator. Cic. de Invent. 2, 2. Sed rectius scribitur Tisias, q. V. B. A.

TZ.

*TZITZI, oppidum Aegypti, in Thebaide. Anton. Itin. B. A.

U

U, Ultima vocalium Latinarum, (apud Graecos u, et ov) saepe consonantis vim habet, nempe quoties alteri vocali praeposita eam comprimit, ut in vaco, velox, vita, vox, vultus. Poetae autem saepe dissolvunt, ut in eoluisse, quod Ov. Her. 12, 4. quinque syllabarum facit: et in silua, quod Hor. Epod. 13, 2. trium. Saepa mutatur in o. Olim enim dixerunt Hecoba, notrix, ut ait Quint. 1, 4., et passim ap. Plaut., Lucr., Sall., Virg., hodieque legimus dederont, vultis, volgus, vultus, voster, servos, publicus, polcher, etc. Quin multis Italiae populis ignotam olim fuisse, scribit Prisc. 1, 554. Interdum pro i, ponitur, ut in lubens, carnufex, maxumus: et pro e, ut legundi, capiundus. Aliquando nec vocalis, nec consonans est, ut Diomed. 2, 416. et Prisc. 1, 555. tradunt. Hoc fit in quis, quam, quoniam, sanguis, lingua, et hujusmodi. Graeca v. Latine in hanc vocalem saepe vertitur, ut Sulla, murrhinus, ludius, mus, tus, etc. P. In notis valet vivus, vivens, vir, votum, etc. In numeris V. valet quinque. P. Hinc in vet. Inscr. ap. Marin. Frat. Arv. p. 610. V. nominibus propriis praefixa significat, illum adhuc vivere, quemadmodum O denotat, eundem jam mortuum. V. THETA. [*P. Saepissime confund. in inscriptionibus V. et B. V. Orell. collect. Inscr. lat. 1140. ubi atabisque: et ib. 1162. ubi curbati. Porro ib. 1175 leg. boluerit, et decevet; 1368. balbis pro valbis; 1893. berna pro verna; 2867. binara pro vinaria; 2504. Vase = Basi. — Confund. etiam u et o. V. Cort. ad Lucan. 3, 277. Beier. Cic. Fragm. p. 185. sq.]

VA

[VÄÄLÄ, et Valä, et Vallä, ae, m. cogn. R., quod cuidam C. Numonio datum fuisse videtur ob vallum strenue propugnatum, ut constat ex nummo G. Numoniae ap. Morell. Numism. fam. R., in quo duo milites Romani vallum adversus unicum hostem defendunt. Vaala autem ἀγαλῶν; ibidem scribitur tam in antica, quam in postica nummi parte, quia olim vocalis longa duplicatione ejusdem vocalis indicabatur, ut Felix et Suura pro Felix et Sura; cum e contrario litterae consonantes nunquam geminantur. Deinceps Valla fuit cognomen Numonii illius, qui Vari legatus eundem turpiter deseruit in bello Germanico contra Arminium, cujus meminit Vell. 2, 119.; cuique fortasse scripsit Hor. Ep. 1, 15, 1. Quae sit hiems Veliae, quod coelum, Vala, Salerni, etc. Tandem Valla scriptum fuit hujusmodi cognomen, ut L. Tuccius Valla ap. Plin. 7, 53, 54. P.]

*VABAR, Numidiae fluvius. Mela 1, 6. B. A.

VACANS, antis, part. a vaco: ἀναλάσων, vacuus, carens. Cic. N. D. 1, 10. Si mens constare potest vacans corpore. Virg. G. 3, 476. videat desertaque regna Pastorum, et longe saltus lateque vacantes, h. e. sine armentis. Tac. H. 3, 11. Vacantium forte balnearum fornacibus abditus. Quint. 9, 4. med. Neque ignoro, in fine pro longa accipi brevem, quod videtur aliquid vacantis temporis ex eo, quod insequitur, accedere, h. e. vacui a verbis et pronuntiatione. Aelius Gallus ap. Gell. 16, 5. Janua procul a via est, area vacanti intersita, h. e. in qua aedificati nihil est. Just. 25, 2. Neque aliter servata castra, quam quod deserta sunt: siquidem Galli ubi omnia vacantia, nec sine defensoribus modo, verum sine custodibus vident, etc. Id. 27, 3. Quasi vacantem Asiae possessionem invasurus: et 42, 4. Vacans regnum occupare. Lucan. 2, 440. fines hoste vacantes. Tac. A. 3, 28. Velut parens omnium populus vacantia teneret, h. e. bona sine domino, et sine herede. Sic Ulp. Dig. 30, 1, 93. et Mart. ib. 111. Lege Julia bona vacantia ad fiscum pertinent. Quae appellat Id. Ulp. ib. 38, 9, 1. bona vacua. P. Animus vacans, sine curis, otiosus. Ov. Met. 9, 611. nec petiit horamque, animumque vacantem. Coel. ad Cic. Fam. 3. Cum Romae eras, hoc mihi certum ac jucundissimum vacanti negotium erat, tecum id otii tempus consumere. Lucan. 5, 126. Vacans curis. P. Vacantes in militia sunt supernumerarii, ad comoda tantum participanda inter milites relati. Trebell. XXX. Tyr. 18. Gaudens, quod ejus consilio nullum adscripticum, id est vacantem haberet. Ammian. 15, 3. Marinus tribunus ex campidoctore vacans. Hinc Suet. Claud. 25. Instituit et imaginariae militiae genus, quod vocatur super numerum, quo absentes, et titulo tenus fungerentur. V. VACANTIVUS. P. Vacantia, res supervacuae. Gell. 6, 5. med. Putare, veteres dixerunt, vacantia ex quaque re, ac non necessaria auferre et excidere. P. Mulier vacans, meretrix, virgo, vel vidua. Quint. decl. 15, 2. Malignitas est persuasione humanae, formam vacantem vocare meretricem: et decl. 262. med. Jam tum non eras maritus, cum animus tuus spectabat vacantes. Mart. Dig. 48, 6, 5. Qui vacantem mulierem rapuit, vel nuptam, ultimo supplicio punitur. Vacuum dixit Ov. Her. 20, 149. Elige de vacuis, quam non sibi vindicet alter. Si nescis, dominum res habet ista suum. P. Vacantia vina, quae parata sunt quidem, sed in mensam nondum illata. Sabin. 1. f. Forsitan ante dapes, interque vacantia vina Ulitoris pharetris utile tempus erit, h. e. cum proci ad coenam convenient, et intenti obsonia expectabunt. [*P. Confund. vacans et vagans. V. Cort. ad Luc. 5, 126.]

VACANTER, adv. νεκρῶς, supervacue, inaniter, frustra. Gell. 17, 10. f. Vacanter hoc etiam accumulavit, et inaniter.

[VACANTIVUS, a, um, adj. vacationem habens. Lampr. Alex. Sen. 15. Jurejurando se constrinxit, ne quem adscriptum, id est vacantivum, haberet, ne annonis rempublicam gravaret. Ita pro vacantem recte emendavit Gruter. in adnotat. ad h. l. ex Cod. Palat. in quo vacantivum erat, adsentientibus Reines. Syntagm. cl. 9. n. 47. et Ducang. in Glossar. med. et inf. Latin. V. VACANS. F.]

VACAT, abat. V. in VACO.

VACATIO, onis, f. ἀναλάσων, cessatio ab opere, imunitas. Cic. Fam. 9, 6. f. Quae studia vacationem habent publici muneris. Id. Leg. 1, 4. Nullam tibi a causis vacationem dari video. Id. Brut. 31. Vacationem augures, quo minus iudicii operam darent, non habere. Id. Verr. 2, 5, 22. f. Quae colonia est in Italia tam bono jure, quod tam immune municipium, quod per hosce annos tam comoda vacatione sit usum rerum omnium, quam Mamertina civitas per triennium? et N. D. 1, 20. Nos beatam vitam in animi securitate, et in omnium vacatione munerum ponimus. Sen. ep. 85. Vacatio malorum, h. e. vacuitas, privatio. P. Vacatio militiae, dicitur, cum milites vel propter expletum stipendiorum tempus, vel propter aetatem, quae, ex Sen. Br. V. 20., erat annorum L., vel alia quapiam de causa militare non coguntur. Caes. B. G. 6, 13. Druides

militiae vacationem, omniumque rerum habent immunitatem. *Nep. Att. 7.* Incidit bellum civile: cum haberet annos LX., usus est aetatis vacatione. [*Plura hujus dicendi generis exempla, quo genitivus causae vocabulo vacationis adjicitur, habes ex *Cic. ap. Schütz. in cl. Cic. s. v.*] *Cic. Phil. 5, 12.* Tumultum decerni, delectum haberi, sublatis vacationibus. *Id. ib. 19.* Militibus veteranis, liberisque eorum vacationem esse, senatui placere. [*Ceterum notandum, v. vacationis absolute positam saepissime e contextu orationis esse explicandam.] P Hujusmodi militares vacationes interdum pretio emantur: hinc vacatio ponitur etiam pro ipso pretio. *Tac. H. 1, 46.* Otho promisit, ex fisco suo vacationes annuas exsolutorum, h. e. pecuniam, qua soluta, liceret annum a militia abesse.

VACCA, ae, f. βοῦς, bos femina. *Varr. R. B. 2, 5.* Discernuntur in prima vitulus et vitula, in secunda juvenens et juvenca, in tertia et quarta taurus et vacca. *Cic. N. D. 1, 27. f.* Cur non gestiret taurus equae contrectatione, equus vaccae? *Virg. G. 3, 177.* fetae nivea implebit mulctaria vaccae: et *ib. 2, 524.* ubera vaccae lactea demittunt: et *Ecl. 9, 31.* Sic cytisio pastae distentent ubera vaccae. *Op. Met. 2, 694.* Nitida vacca. *Virg. A. 4, 61.* candens. *Colum. 6, 21.* Vaccae probantur altissimae formae, longaeque, maximis uteris, frontibus latissimis, oculis nigris et patentibus, cornibus venustis et levibus et nigrantibus, pilosis auribus, compressis malis, palcearibus et caudis amplissimis, unguibus modicis, et modicis cruribus. P Est hoc nomine fluvius Hispaniae in Lusitania. *Plin. 4, 21, 35.* Item oppidum Africae, *Sall. Jug. 51.* et *Hirt. B. Afr. 74.*, cujus cives *Vaccenses* ap. *Sall. 70.* et *72.* *Hodiernum nomen fluvii est *the Vouga*. P Item oppidum Africae, in Byzacena. *Auct. B. Afr. c. 74.* P Aliud in Numidia fuit, circa Cirtam, quod tamen rectius *Vaga* appellatur a *Sall. B. J. c. 29. (al. 31.)* et *c. 47. (al. 50.)* ed. *Cort.* Neque aliter apud *Sil. 3, 259.* *Augustin. advers. Donat. 3, 6.* itemque *Ptolemaeum*. P Oppidum *Vagense* audit utrumque *Plin. 5, 4. B. A.*

[VACCARI, orum, m. plur. populi Hispaniae Tarraconensis, ad Durium fluv. eorum *Plin. 3, 3, 4.* meminuit. *Inscr. ap. Grut. 324, 10.* Ex gente *Vaccaeorum*. F.]

VACCINIUM, ii, n. flos, seu potius fructus purpurei coloris ad nigrum accedentis. Magna lis est inter eruditos in hujus flore, seu fructu constituendo, alii enim hyacintho, alii violae comparant; sed in *Virgilii*, et *Vitruvii loc. mox citand.* a viola distinguitur. Nos auctoritatem sequimur auctoris, qui nuperimam *Plinii Hist. nat.* editionem Parisiis curavit, quique *T. 10. p. 251.*, re utrinque accurate disputata, statuit, vaccinium esse, quod nunc Gallice *vacciet*, Italice *vaccino*, dicitur, nempe *Vaccinium Myrtillus LINN*, cujusque fructus prius rubei, mox nigri fit coloris. *Virg. Ecl. 2, 18.* Alba ligustrum cadunt, vaccinia nigra leguntur. Ubi *Servius*: Vaccinia sunt violae, quas purpurei coloris esse manifestum est. Verum discriminis aliquid inter vaccinium et violam ponit *Id. Virg. ib. 10, 39.* Quid tum, si fuscus Amyntas? Et nigrae violae sunt, et vaccinia nigra: et *Vitruv. 7, 14.* Tinctores, cum volunt sil Atticum imitari, violam aridam concientes in vas cum aqua confervescere faciunt ad ignem, etc. et *mox*: Eadem ratione vaccinium temperantes, et lac miscentes, purpuram faciunt elegantem. *Or. Trist. 1, 1, 5.* Nec te purpureo velent vaccinia succo. *Plin. 16, 18, 31.* Item vaccinia Italiae mancipis sata: Galliae vero etiam purpurae tingenda causa ad servitiorum vestes, h. e. In Italia sata ad fricanda et illinenda mancipiorum venalium corpora, quoniam iis pubertas tardetur; quod mangonibus valde est utile. Hoc ipsum *Id. 21, 26, 97.* tribuit hyacintho, unde nonnulli fortasse putarunt, vaccinium idem fuisse ac hyacinthum. [*Egregie hujus loci curam gessit F.]

VACCINUS, a, um, adj. βοῦκος, qui est ex vacca. *Plin. 28, 12, 50.* Jus e vaccina carne. *Id. 25, 8, 53.* Vaccinum lac. *Id. 28, 14, 58.* Vaccinus caseus.

*VACCIUS, i, m. cognomen Romanum. *Varr. R. 2, 2, 5. B. A.*

VACCULĀ, ae, f. dimin. βοῦκος, parva vacca, bucula. *Val. Cato Dir. 132.* Vaccula non unquam secreta cubilia captans. *Catull. 20, 14.* de Priapo: Tenerque, matre mugiente, vaccula, etc. P Fuit cogn. R. in gente Voconia, ut M. Voconius Vaccula in *Inscr. ap. Grut. 489, 11.*

VACCUS, i, m. cogn. R. significationis non satis exploratae. *Cic. Dom. 38.* In Vacci pratis domus fuit M. Vacci, quae publicata est, et eversa, ut illius facinus memoria, et nomine loci notaretur. *Liv. 8, 19.* Vitruvius Vaccus, vir non domi (*Fundis*) solum, sed etiam Romae clarus: aedes fuere in Palatio ejus, quae Vacci prata, diruto aedificio publicatoque solo, appellata.

VACEFIO, is, n. 2. anom. vacuus fio. *Lucr. 6, 1003.* multusque vacesit In medio locus. Adde *ib. 1015.*

VACERRĀ, ae, f. stipes, palus. *Festus*: Vacerram Verrius et alii complures vocari dicunt stipitem, ad quem equos solebant religare. Atejus vero Phi-

Tom. IV.

lologus, maledictum hoc nomine significari magnae acerbitatis, ut sit vecors et vesanus, teste Livio (*Andron*) qui dicat: vecors, et malefice vacerra. Haec *Fest.* ex lect. *Scal.* Hinc Augustus in sermone quotidiano quaedam frequentius et notabiliter usurpare solitus, ponebat assidue et pro stulto baceolum, et pro pullo pullejaecum, et pro cerrito vacerosum, ut *Suet. Aug. 87.* narrat. P Habet vacerra et alios usus. *Colum. 9, 1.* de vicario ferarum pecudum. Ratio postulat vacerris includi: sic enim appellatur genus clatrorum: idque fabricatur ex robore, quercu, vel subere, h. e. sepe ex palis facta: et *6, 19.* de machina curandis jumentis et bubus. Stipites omnes transversis sex temonibus, quasi vacerrae, inter se ligantur. [P Est etiam cogn. R., jurisconsulti nempe, ap. *Cic. Fam. 7, 8.*, cujus tamen nomen gentilicium ignoratur. F.]

VACERROSUS, V. in v. praec.

VACIA. V. VATIA.

VACILLANS, antis, part. a vacillo: inconstans, nutans, titubans. *Cic. Brut. 60.* Cum ex eo in utramque partem toto corpore vacillante, quaevisit, quis loqueretur e lintre. *Id. Fam. 16, 15.* Accepi tuam epistolam vacillantibus litterulis: nec mirum tam gravi morbo, h. e. tremente manu exaratis. P Translate. *Cic. Phil. 3, 12. f.* In Galliam mutilatum duxit exercitum: cum una legione, et ea vacillante, L. fratrem expectat, h. e. dubiae fidei. [*Vell. 2, 130, 3. vacillantes gentes.] *Lucr. 4, 1117.* aegrotat fama vacillans, h. e. dubitans, an bene de te loquatur. *Eum. Grat. act. ad Constant. 6.* Rusticani aere alieno vacillantes.

VACILLATIO, onis, f. αναταραχή, actus vacillandi. *Quint. 11, 3. med.* Est et illa indecora in dextrum, ac laevum vacillatio, alternis pedibus insistendum. *Suet. Claud. 21. f.* Per ambitum lacus non sinef oeda vacillatione discurrens.

*VACILLATOR, oris, m. *Gloss. Lat. Gr.* Vacillator, αναταραχτής. B. A.

VACILLO, as, avi, atum, n. I. διασπάζω, modo huc, modo illuc inclinar, nuto, titubo, fluctuo. Sunt qui putant esse a bacillum, quo nituntur qui pedibus male fulti ingrediuntur. [*Doederl. 3, 61. diminutivum putat a vagari, citato in sententiam suam confirmandam *Lucr. 3, 448.* Nam veluti infirmo pueri teneroque vagantur Corpore, sic animi sequitur sententia tenuis. — Differentiam inter vacillare et titubare ita describit, ut hoc ad pedes, vacillare ad superiorem corporis partem spectare doceat, *ib.*] *Lucr. 6, 574.* Hac igitur ratione vacillant omnia tecta: et *5, 1235.* sub pedibus tellus cum tota vacillat: et *ib. 1095.* arbor ventis pulsa vacillans. *Cic. fragm. ap. Quint. 8, 3. med.* et *11, 3. f.* Quosdam ex vino vacillantes, quosdam hesternae potatione oscitantes. [*Vacillare proprium et signatum verbum de ebriis. Cf. *Ruhnk. ad Rut. Lup. 2, 7. p. 164. ed. Fr.*] P Translate est inconstantem esse, labare, dubitare. *Cic. N. D. 1, 38.* Totares vacillat et claudicat. *Id. Att. 12, 1. med.* *Ἐποικιστικόν* est memoriola vacillare. *Id. Off. 3, 33. f.* Justitia vacillat, vel jacet potius. *Id. Fin. 1, 20.* Videtur stabilitas amicitiae vacillare. *Id. Cat. 2, 10.* Qui partim inertia, partim male gerendo negotia, partim etiam sumptibus, in vetere aere alieno vacillant. [*i. e. expedire se ex eo, et consistere non possunt.] *Modest. Dig. 22, 5, 2.* Testes, qui adversus fidem testationis suae vacillant, audiendi non sunt: et *ib. 48, 10, 27.* Qui diversa duobus testimonia praebuit, cujus ita anceps fides vacillat, crimine falsi tenetur. P *Lucr.* primam producit, *3, 503.* Tum quasi vacillans primum consurgit, et omnes, etc. Est qui leg. *talipedans*. Alii mallent duplici e scribere, ut habetur in quibusdam MSS. *Festi in Talipedare.*

VACIVE, adv. per otium, cum vacat. *Phaedr. 5. praef.* Quartum libellum dum vacive perleges.

VACIVITAS, atis, f. vacuitas. *Plant. Curc. 2, 3, 40.* Ita cibi vacivitate venio laxis lactibus. *Brut. ad Cic. Fam. 11, 10.* Quantam perturbationem rerum urbanarum afferat obitus consulum, quantamque cupiditatem hominibus injiciat vacivitas, non te fugit. [Alii leg. *vacuitas*, alii rectius tum *vacivitas*, tum *vacuitas* glossema putant perperam intrusum. F] [*Orell. qui *vacuitas* retinuit, haec notat: Si esset ista *vacuitas*, nemo, puto, dubitaret. Ceterum conf. *Ern. cl. Cic. s. h. v.*]

VACIVUS, a, um, adj. vacuus. *Pl. Cas. 3, 4, 6.* Ut bene vacivas aedes fecisti mihi! *Id. Bacch. 1, 2, 46.* Valens afflicet me vacivum virum. *Id. Cas. prol. 29.* et *Ps. 1, 5, 54.* Fac, sis, vacivas, Pseudole, aedes aurium, mea ut migrare dicta possint, quo volo. *Ter. Haut. 1, 1, 38.* Sine me, vacivum tempus ne quod dem mihi laboris. Alii perperam leg. *vacuum*.

VACO, as, avi, atum, n. I. κενός εἶμι, σχολάζω, vacuus sum, expers, liber, careo, sum sine re aliqua. *Caes. B. G. 4, 3.* Maximam putant esse laudem, quam latissime a suis finibus vacare agros, h. e. esse sine incolis, et cultura. *Op. Am. 1, 11, 19.* rescribat, multa jubeto: Odi, cum late splendida cera vacat: et *Sen. Thyest. 107.* cernis, ut fontes liquor Introrsus actus linquat? ut ripae vacent?

h. e. vacuae sint aquis. *Cic. Att. 12, 10.* Tota domus superior vacat, ut scis: [*Nos: ist noch unbesetzt.] *Id. Tusc. 1, 26. f.* Illa natura coelestis et terra vacat, et humore. *Virg. A. 3, 123.* Hoste vacare domos, sedesque adstare relictas. *Caes. B. C. 3, 25. f.* Haec a custodiis classium loca maxime vacabant. *Hirt. B. G. 8, 41.* Ea pars oppidi, quae fluminis circuitu vacabat: et *Op. Met. 15, 478.* Ora vacent epulis, h. e. abstineant. P De rebus corpore carentibus. *Gell. 19, 12.* Carere et vacare affectionibus animi. *Id. Ib. 115.* Vacare dolore. *Id. Am. 1, 6, 60.* nox pudore vacat, Liber Amorque metu. *Sen. Q. N. 6, 1.* et *Lic. 7, 1. med.* Vacare a metu ac periculis. *Cic. Acad. 4, 42. med.* molestia. *Cels. 2, 14. med.* febri. *Id. 3, 22.* et *Jabolen. Dig. 21, 1, 53.* morbis. *Hirt. B. Alex. 49.* Neque ullum genus quaestus praetermitteretur, quo domus et tribunal imperatoris vacaret. *Cic. Fam. 7, 3.* Vacare culpa. *Id. Leg. 1, 3.* cura et negotio: et *ib. 3, 3. f.* vitio. *Id. 1, 10.* justitia. *Id. Or. 3, 11. f.* Athenienses studiis vacant, peregrini fruuntur. *Id. Tusc. 2, 26. f.* Amplitudinem animi contemnendis doloribus, unam esse omnium rem pulcherrimam, eoque pulchriorem, si vacet populo, neque plausum captans se tantum ipsa delectet, h. e. careat populo et testibus suae virtutis. [*Plura de h. l. v. ap. *Schütz. in cl. Cic. s. v.*] P Vacare dicuntur honores et officia, quae viro carent, qui impleat, σχολάζειν. *Brut. ad Att. inter ep. Cic. ad Brut. 17. med.* Quid nostra victum esse Antonium, si victus est, ut alii vacaret, quod ille obtinuit? *Plin. ep. 10, 7.* Rogo, ut Accium Suram praetura exornare digneris, cum locus vacet: et *ep. 8.* Rogo, dignitati vel auguratum, vel septemviratum, quia vacat, adjicere digneris. Sic *Cic. N. D. 1, 7.* Tres trium disciplinarum principes convenistis. M. Piso si adesset, nullius philosophiae vacaret locus. P Item possessio, hereditas, et hujusmodi, quae dominum non habent. *Ulp. Dig. 38, 17, 2. extr.* Agnati ceterique succedent; aut si nemo sit, bona vacabunt. *Paul. ib. 41, 3, 37.* Fundi possessionem nancisci, quae ex negligentia domini vacet. P Et pecunia, quae non est occupata, sed otiosa ac sterilis in arca servatur. *Id. ib. 26, 7, 11. extr.* Si tutor pecuniam pupillarem credere non potuit, pupillo vacabit. P Et mulier sine viro, sive vidua sit, sive virgo. V. VACANS. P Vacare, immunem esse. *Cic. Sen. 11.* Vacat aetas nostra muneribus iis, quae non possunt sine viribus sustineri. *Liv. 2, 48. f.* Id nobis privato sumptu gerere in animo est: respublica et milite illic, et pecunia vacet. *Caes. B. C. 3, 76.* Milites ab opere, integris munitionibus, vacabant. *Cic. N. D. 1, 1. f.* Utrum Dii nihil agant, nihil moliantur, omni curatione et administratione rerum vacent. P Quoniam vero qui negotiis carent, vitam otiosam agunt, vacare idem est interdum atque otiosum esse, cessare, nihil agere. *Cic. Att. 12, 38.* Tu, quoniam necesse nihil est, sic scribis aliquid, si vacabis. *Id. Fam. 12, 30.* Quamvis occupatus sis, otii tamen plus habes: aut si ne ut quidem vacas, noli, etc. *Id. Brut. 78. med.* Nullum tempus illi unquam vacabat aut a forensi dictione, aut a commendatione domestica, aut a scribendo, aut a cogitando. *Hor. Od. 3, 18, 11.* Festus in pratis vacat otioso Cum bove pagus. P Impersonaliter, vacat, otium est, tempus vacuum est. *Virg. A. 1, 276.* si prima repetens ab origine pergam, Et vacet annales nostrorum audire laborum, etc. *Or. Trist. 2, 216.* Non vacat exiguis rebus adesse Jovi: et *Pont. 3, 3, 1.* Si vacat exiguum profugo dare tempus amico. *Quint. 11, 1. med.* Vacat mihi esse deserto. *Op. Am. 3, 1, 69.* teneri properentur amores, Dum vacat. *Plin. ep. 1, 10. f.* Quo magis te, cui vacat, hortor, illi te expoliendum permittas. *Id. ep. 3, 18.* Valde raro vacat Romae, aut com modum est audire recitantem: et *ep. 9, 16.* Nobis venari nec vacat, nec libet. *Juven. 1, 21.* Si vacat, et placidi rationem admittitis, edam. P Vacat, licet, fas est. *Virg. A. 10, 625.* Hactenus indulisisse vacat. Ejus vero perpetuus imitator *Sil. 17, 373.* sed percipe, conjux, Quatenus indulisisse vacet. P Vacare alicui rei, aut in aliquam rem non est operam dare, attendere, incumbere, sed vacuum esse aliis omnibus negotiis, et tempus ac spatium habere ad unum aliquid faciendum, cui dicimus vacare: itaque ille datus aut accusativus est communis commodi, non a verbo pendens. *Cic. Div. 1, 6.* De quibus quid sentiam, si placet, exponam, ita tamen si vacas animo. Ego vero, inquam, philosophiae, Quinte, semper vaco. *Op. Am. 2, 6, 29.* de psittaco: Plenus eras minimo (cibo): nec prae sermonis amore in multos poteras ora vacare cibos. *Ἐλληνισμός, ora est idem ac quoad ora.* *Just. 38, 4. extr.* Ut ne vacaturus quidem bello suo putet. *Plin. ep. 3, 5. med.* In itinere, quasi solutus ceteris curis, huic uni vacabat: et *ep. 1, 8.* Ut vaces sermoni, quem apud municipes meos habui. *Vell. 2, 114.* Tanquam distractissimus ille tantorum onerum mole huic uni negotio vacaret animus. *Suet. Aug. 45.* Quod inter spectandum libellis legendis ac rescribendis vacaret. *Id. Gr. 1.* Vacare liberalibus disciplinis. *Tac. A. 16, 22.* clientium negotiis. *Claud. in Eutrop. 2, 584.* Aula choris epulisque vacat. *Op.*

Pont. 3, 3, 35. dum canto tua regna, tuaeque parentis, in nullum mea mens grande vacavit opus. [*P Negligendi significationem habet in illo *Cic. Or.* 3, 11. Athenis jam diu doctrina ipsorum Atheniensium interit, domicilium tantum in illa urbe remanet studiorum, quibus vacant cives, peregrini fruantur. *Schütz. cl. Cic. s. v.*] P *Vacare se adveniunt*, est quod Itali dicunt *lasciarsi visitare*. *Sen. Br. V.* 2. Queruntur de superiorum fastidio, quod ipsos adire volentibus non vacaverint. P *Vacare absolute* est auscultare. *Ov. Am.* 2, 2, 2. Dum perago tecum pauca, sed apta, vaca. P Cum infinito. *Stat. Theb.* 8, 185. de *Amphiarao*: Et cum te tellus, fatalisque hora vocaret, Tu Tyrias acies ad-versaque signa vacasti Sternere. P *Vacui pro vacari* quidam leg. ap. *Tert. Pall.* 4. in *Pud.* 8. extr. et *ade. Valentin.* 9.

[VACUANEUS, a, um, adj. idem fere ac super-vacaneus. *Not. Tir.* p. 54. Vacuus, vacuaneus, vacuatus. Hic fortasse pro *vacuatus* legendum *vacuatus*. F.]

[VACUATIVUS, a, um, adj. V. v. praec. F.]
VACUATUS, a, um, adj. *Colum.* 12, 50. med. Vacuata dolia *Aurel. Vict. Epid.* 43. Sanguine vacuatus. *Sil.* 11, 571. liceat non exhaurire rapacis Impensis belli vacuatos saepe penates. *Lucr.* 6, 1022. rarior aer Factus, inanitusque locus magis, ac vacuatus.

VACUË, adv. inaniter, futiliter, *Arnob.* 3. p. 121. Inaniter, vacue, et sine ulla substantia constituta sunt omnia.

VACUËFACIO, is, feci, factum, a. 3. idem ac vacuo, *zερόω*. *Nep. Cim.* 2. f. Seyrum, quam eo tempore Dolopes incolebant, vacuefecit. *Macrob. Saturn.* 7, 112. Venas inedia vacuefacere. P *Ap. Lactant.* 4, 17. vacuefacere circumcisiones, est tollere, abrogare. P *Ap. Val. Max.* 4, 1. n. 1. fascis securibus vacuefacere, est e fascibus securis eximere. P Vacuefacere alicui locum in coena, *Macrob. Sat.* 1, 2. med. locum in coena vacuum praebere.

VACUËFACTUS, a, um, part. a *vacuefacio*: *zερόωσις*. *Cic. Cat.* 1, 7. Quid quod adventu tuo ista subsellia vacuefacta sunt? *Alii leg.* vacua facta. *Nep. Timol.* 3. Novis civibus bello vacuefactas possessiones divisit, h. e. desertas, bello vastatas. *Val. Max.* 2, 7. n. 1. Turpi atque erubescenda sentina vacuefactus exercitus.

VACUITAS, atis f. *zερότης*, inanitas. *Vitr.* 2, 7. Ignis interveniorum (in lapidibus) vacuitates occupans. P Tempus, quo magistratus non sunt, interregnum. *Brut.* ad *Cic. Fam.* 11, 10. Quantam perturbationem rerum urbanarum afferat obitus consulum, quantamque cupiditatem hominibus injiciat vacuitas, non te fugit. [Alii leg. *vacuitas*, q. v. V. s. l. F.] P Translate est privatio, cessatio. *Cic. Fin.* 1, 11. Cum privamur dolore, ipsa liberatione et vacuitate omnis molestiae gaudemus: et *ib.* 2, 11. et 12. Vacuitas doloris. *Id. Tusc.* 5, 14. med. aegritudinis. *Id. Off.* 1, 21. f. Magnitudo animi est adhibenda, et vacuitas ab angoribus.

VACUNA, ae, f. Dea vacantium, sive otiosorum: vel potius agricolarum, qui post collectas fruges operum vacui eidem imprimis sacra fecisse narrantur. Ejus templa plura fuisse videntur praecipue apud Sabinos. Hinc *Plin.* 3, 12, 17. f. Nar amnis Fiberim petens, e monte Fiscello labens, juxta Vacunae nemora. *Aeron.* ad illud *Hor. Ep.* 1, 10, 19. Haec tibi dictabam post fanum putre Vacunae: haec habet: Vacuna apud Sabinos plurimum colitur. Quidam Minervam, alii Dianam putaverunt, nonnulli et Cererem esse dixerunt; sed Varro in primo rerum divinarum, Victoriam ait, et ea maxime hi gaudent, qui sapientia vincunt. *Porphyrius ib.* Haec Dea incerta specie, ab aliis Diana, ab aliis Bellona habetur. *Ov. Fast.* 6, 307. Nam quoque cum fiunt antiquae sacra Vacunae, Ante Vacunales stantque, caduntque focos. P [Hujusmodi nomen deinde per jocum ad aliam significationem tractum videtur, utpote quae vacationum Dea fuerit. *Auson. ep.* 4, 98. Quas si solveris, o poeta, nugas, Totam trado tibi simul Vacunam. *Vet. Poeta ap. Bonad. Carm. ex ant. Lap.* 2. p. 536. Qui legis haec, Divae bona verba precare Vacunae, Nunc saltem vacuo donet ut esse mihi.

[VACUNALIS, V. in v. praec. F.]

VACUO, as, a. 1. *zερόω*, vacuum reddo, vacuefacio. *Mart.* 11, 15. Elysium liceat si vacuare nemus. *Stat. Theb.* 3, 642. Et Lachesin putri vacuantem saecula penso. *Colum.* 3, 13. med. Qui ripam erigi jubeat, sulcumque vacuari. *Sidon. Carm.* 22, 197. vacuare colus, h. e. nere.

VACUUS, a, um, adj. *zερός*, inanis, exhaustus, nudus, carens, expers: a *vacuo*. [*Discrimen inter *vacuus* et *inanis* *Doederl.* 1, 94. hoc statuit, ut *vacuum* significet id, quod impleri, plenum fieri adhuc possit, quod domino careat; *inane*, quod plenum esse jam debeat, quod nihil eorum contineat, quae opus sint, (das *Gehaltlose*). Hinc *plenus* proprie opp. v. *inanis*; et *occupatus* v. *vacuus*. Ceterum nota, hoc vocabulum saepissime frequentari Tacito et ita quidem plerumque, ut ex orationis demum nexu pateat, quorsum spectet ejus significatio, Nu-

bem exemplorum habes ap. *Böttich. Lex. Tac.* p. 479. sq.] *Phaedr.* 5, 5. Paulo ante vacua, turbam deficient loca. *Virg. G.* 3, 109. aera per vacuum ferri. *Id. A.* 6, 269. domos Ditis vacuas, et inania regna. *Liv.* 39, 14. Aliquam partem aedium vacuum facere; et *Cic. Verr.* 2, 4, 2. Urbs vacua atque nuda ab his rebus. *Caes. B. G.* 7, 45. Vacua castra hostium conspicuatur. *Hirt. B. Afr.* 9. Ne oppida post se vacua relinqueret, h. e. sine praesidiis. *Id. B. G.* 8, 46. med. Neque pars Galliae vacua ab exercitu esset. *Caes. B. G.* 2, 12. Oppidum vacuum ab defensoribus. *Liv.* 42, 63. med. Vacua defensoribus moenia. *Id.* 5, 41. Vacuae occursu hominum viae. *Cic. Unio.* 4. med. Nihil igni vacuum videri potest. *Sall. Jug.* 95. Ager aridus, et frugum vacuus. *Mamert. Grat. act. ad Julian.* 14. Romana urbs annonae vacua. *Sen. Oed.* 1012. Vacui vultus, h. e. sine oculis. *Cic. Marcell.* 17. Gladius vagina vacuus: *ἰπαλλὰν*, vagina gladio vacua. *Sic. Or. Met.* 4, 148. Ense ebur vacuum. *Stat. Th.* 1, 593. vacuum velamine pectus, h. e. nudum. *Cels.* 7, 5, n. 2. f. Telum a spiculis vacuum educere, h. e. divulsum, separatum. *Virg. G.* 2, 225. vacuis Clanius non aequus Acerris i. e. infrequentibus. P [*Notanda hic loquendi ratio, qua *vacuum facere domum* dicitur primum de iis, qui de medio sublatis faciunt, ut novae nuptiae fieri possint. Ita *Cic. Cat.* 1, 6. quum morte superioris uxoris novis nuptiis domum vacuum fecisses; et *Sall. Cat.* 15, 3. Aurelia Orestilla pro certo creditur, necato filio, vacuum domum scelestis nuptiis fecisse: ubi v. *Cort.* — Similis locus est *Liv.* 1, 46. Aruns Tarquinius et Tullia minor prope continuatis funeribus quum domos vacuas novo matrimonio fecissent: ubi v. *Jac. Gron.*] P *Vacuum absolute*, inane, locus vacuus. *Liv.* 25, 3. f. Publicani per vacuum irruerunt. *Virg. G.* 2, 287. in vacuum poterunt se extendere rami, h. e. in aera, in apertum. *Lucr.* 1, 367. vacui minus intus habere. P Aliquando *vacuus* est spatiosus, amplus, latus. *Virg. A.* 2, 761. Et jam porticibus vacuis, Junonis asylo, Custodes lecti Phoenix et dirus Ulyxes Praedam asservabant. *Id. ib.* 12, 710. ut vacuo patuerunt aequore campi. *Id. ib.* 2, 528. Porticibus longis fugit et vacua atria lustrat. P Translate est expers, liber, vacans. *Cic. Div.* 2, 11. Animus per somnum sensibus et curis vacuus. *Id. Att.* 10, 16. Consilium periculo vacuum. *Id. Fam.* 4, 4. Vacuus molestiis. *Id. Fin.* 2, 10. cupiditate et timore. *Sall. Cat.* 50. ab odio, amicitia, ira, atque misericordia; et *ib.* 14. a culpa. *Tac. A.* 6, 16. culpa. *Cic. Brut.* 90. Dies nullus ab exercitationibus oratoriis vacuus. *Id. Verr.* 2, 1, 12. f. Hora nulla vacua a furto, scelere, crudelitate, flagitio reperietur. *Id. Inv.* 2, 7. med. Animus a talibus factis vacuus et integer. *Ter. Heaut.* 1, 1, 38. Tempus nullum vacuum laboris. V. VACIVUS. f. *Ov. A. An.* 1, 642. vacuas caedis habete manus. *Hor. Sat.* 2, 2, 119. Vacuus operum. *Stat. Th.* 5, 644. animi. P Item immunis. *Tac. A.* 12, 34. Vacui a securibus et tributis; et *ib.* 61. Omni tributo vacui in posterum Cui. *Cic. Verr.* 2, 4, 10. f. Soli vacui, expertes, soluti ac liberi fuerunt ab omni sumptu, molestia, munere. P Absolute est minime occupatus, otiosus. *Cic. Leg.* 1, 4. med. In longum sermonem me vocas: quem tamen suscipiam, et, quoniam vacui sumus, dicam. [*Adde *Brut.* 5. quum te scirem esse vacuum.] *Hor. Sat.* 2, 3, 9. vultus erat multa et praeclara minantis, Si vacuum tepido cepisset villula tecto. *Virg. G.* 3, 3. Cetera quae vacuas tenuissent carmine mentes. *Ter. Andr.* 4, 2, 22. Dies mihi hic ut satis sit vereor ad agendum, ne vacuum esse me nunc ad narrandum credas. *Ov. Pont.* 3, 1, 141. Nec rursus jubeo, dum sit vacuissima, quaeras. *Hirt. B. Alex.* 2. Veteranas cohortes vacuas in celeberrimis urbis locis habebant, ut quacumque regione pugnaretur, integris viribus ad auxilium ferendum opportunaessent. *Tac. Agr.* 37. Qui adhuc pugnare expertes summa collium insederant, et paucitatem nostrorum vacui spernebant. *Cic. Att.* 12, 38. Animum vacuum ad res difficiles scribendas afferre, h. e. omnis aegritudinis expertem. *Id. Verr.* 1, 9. Animo vacuo ac soluto cogitare aliquid. *Hor. Od.* 1, 6, 17. proelia virginum Cantamus, vacui, sive quid urimur, h. e. amoris expertes. *Sall. Jug.* 56. f. Postquam Rutilium cedisisse jam, et animo vacuum accepit, h. e. securum, otiosum ab animo. P *Vacua pecunia*, otiosa, h. e. quae fenori data non est, sed in arcastrillis manet. *Scaevola Dig.* 16, 3, 28. et *African.* *ib.* 19, 5, 25. f. Haec dicitur etiam *vacans*. P *Vacuum est*, vacat. *Sall. fragm.* ap. *Gell.* 9, 12. Postquam, remoto metu Punico simultates exercere vacuum fuit. *Tac. H.* 2, 38. Ubi subacto orbe, et aemulis urbibus excisis, securas opes concupiscere vacuum fuit. *Capell.* 1. p. 9. At praescire Deis vacuum est, h. e. licet. P *Vacua sunt*, quae domino carent. *Caes. B. C.* 3, 112. Vacuum possessionem regni sperans. *Tac. A.* 6, 40. med. Sacerdotia vacua contulit in alios. *Id. ib.* 12, 50. Vacuum Armeniam Rhadamistus invasit, h. e. sine rege. *Id. Agr.* 40. Syria provinciam Agricolaee destinari, vacuum jam morte Atilii Rufi consularis: et *A.* 13,

44. Mulier vacua, h. e. sine marito. *Sic Quint. decl.* 376. Vacuis indicare nuptias, non occupatis, h. e. inuuptis, uxorem non habentibus. *Liv.* 27, 16. Vacuus equus, h. e. sine sessore. Alii leg. *vagus*. P Saepae ap. Jctos leguntur *vacua bona*, hereditas, possessio, quae a nullo possidentur: et *vacare etiam* dicuntur. V. VACANS. [Cic. *fragm. or. pro Tull.* (ed. A. Peyronio) 17. Fines Acerronio demonstravit, neque tamen hanc centuriam Populianam vacuum tradidit. *Inscr.* ap. *Grut.* 1081, 1. Statia Irene jus liberorum habens M. Licinio Timotheo donationis mancipationisque causa IIS. N. 1. mancipio dedit, libripente Claudio Dativo, antestato Cornelio Victore, inque vacuum (lege *eique vacuum*) possessionem monumenti SS. (h. e. suprascripti) cessit, et adio (lege *ad id*) monumentum itum, aditum, ambitum atque haustum, etc. (V. ap. *Marin. Papir. diplom.* p. 331. plura huc pertinentia). F.] *Cic. Or.* 3, 31. Nostra est omnis ista prudentiae doctrinaeque possessio, in quam homines, quasi caducam atque vacuum, abundantes otio, nobis occupatis involaverunt. *Ov. Her.* 20, 149. Elige de vacuis quam non sibi vindicet alter. Si nescis, dominum res habet ista suum. *Hor. Od.* 1, 5, 10. Qui semper vacuum, semper amabilem Sperat, h. e. sibi uni vacantem, et a nullo alio amatore occupandam. P *In vacuum venire*, heredem succedere bonorum vacantium, primo herede mortuo. *Id. Sat.* 2, 5, 47. leniter in spem Adrepe officiosus, et ut scribare secundus Heres, et siquis casus puerum egerit Orco, In vacuum venias. P *Pendere in vacuum* dicitur, qui cum solvendo non sit, bona ejus venalia proscibuntur, tanquam si vacua sint, et dominum quaerant. *Suet. Claud.* 9. extr. V. PENDEO. [*Cave credas, *Torrentii* hanc, quam *Forc.* dedit, unicam esse veramque verborum in vacuum explicationem. *Salm.* cum *aiis frustra* (ex *Gloss. εἰς μάτην*) h. e. nemine se emptorem profitente, quod probat etiam *Wolf. Ern.* cum *Gron.* et *Oudend.*: cotumelias tantum et sollicitudinis injiciendae causa, non ut auctio fieret. *B. Crusius* explicat: in residuum aeris alieni partem, s. ad dissolvendum, quod deerat ad totam summam, aerario debitam (für den noch nicht geligten, noch leer stehenden Rest der Schuldsomme, wo das dedit noch nicht geschrieben war.)] P *Vacuus*, inanis, futilis. *Petr. Sat.* 102. Sine causa spiritum, tanquam rem vacuum, impendere, ne vos quidem velle existimo. *Tac. H.* 1, 30. Si respullica, et senatus, et populus vacua nomina sunt. Alii leg. *vana*. *Gell.* 11, 15. med. Vacua et inanis productio verbi.

*VADA, ae, f. opp. Galliae Belgicae. *Tac. H.* 5, 20 et 21. B. A.

*VADABILIS, e, adj. vadus, vadosus. *Sarish.* 2, 24. Non vadabilis Alyssus. B. A.

[VADATICIUS, a, um. V. EVADATICIAE. F.]

VADATUS, a, um, part. a *vador*, qui vadimonio aliquem obstrinxit. *Hor. Sat.* 1, 9, 36. et casu tunc reponere vadato Debebat: quod ni fecisset, perdere litem. [*V. *Heindf.*] P Passive est vadimonio promisso obstrictus, et translate devinctus, obligatus, obnoxius. *Fulg. de prisco serm.* n. 59. Vadatus, obstrictus, vel sub fidejussione ambulans: sicut *Fenestella* ait: Apud quem vadatus amicitiae nodulo tenebatur. *Lucil.* ap. *Non.* 1, 26. Nec mihi amatore hoc opu, nec tricone vadato. *Pl. Bacch.* 2, 2, 3. Ita me vadatum amore vinctumque attines. *Appul. Met.* 11. Memineris, mihi reliqua vitae tuae curricula adusque terminos ultimi spiritus vadata. *Pacat. Paneg. Theodos.* 17. Pythias et Damon, quorum alter in amici morte se vadem obtulit, alter ad diem vadatae mortis occurrit. Adde aliquot loca *Symmachi* in *epist.* quae congressit *Bentl.* ad *Hor. l. c.*, ubi mallet legi *vadatus*, quemadmodum *citatus respondere* Latine saepissime dicitur.

*VADEI, orum, populi Arabiae Felicis. *Plin.* 6, 28. B. A.

VADÉS, V. VAS, vadis.

VADIMONIUS Lacus, [Lago di *Vadimone*, nunc *Bagnaccio*, et *Naviso* appellatus, parvus admodum Etruriae lacus vix III. mill. pass. a Tiberi fluv. Opacum habet silvam sibi innatantem, quae nunquam diu ac noctu visitur eodem loco. Ejus meminere *Liv.* 9, 25., *Plin.* 2, 95, 96., *Sen. Q. N.* 3, 25., *Flor.* 1, 13. f. et *Plin. jun. ep.* 8, 20. qui eum graphice describit. V. *Fr. Oriolium* in *Bibliot. Ital.* T. 11. p. 189.—198. et T. 14. p. 35.—44., qui de ejus situ, hodierno nomine et conditione docte disputat. F.]

VADIMONIUM, ii, n. *ἐγγών, ἐγγώνοις, ὀνηγέλα*, sponsio sistendi se in iudicio ad diem praestitutam, per se, vel per advocatos, quod deserere non licet: a *vas*, *vadis*, ut *patrimonium a pater, matrimonium a mater*. Itaque *vadimonium alicui imponere*, est necessitatem injicere comparandi in iudicio, *Nep. Timol.* 5. Et *vadimonium obire*, est ad diem constitutam se in iudicio sistere, *Cic. Quint.* 16. extr., quo sensu *idem ib.* dixit ad *vadimonium venire*; et *Sen. ep.* 8. med. Non videor tibi plus prodesse, quam cum ad *vadimonium advocatus* descenderem? *Vadimonium sistere*, est idem ac *obire*, seu ad *vadimonium venire*. *Nep. Att.* 9. Fulviae, cum litibus dis-

tinetur, tanta diligentia officium suum praestitit, ut nullum illa stiterit vadimonium sine Attico, hic sponsor omnium rerum fuerit. Adde Cic. Quint. 8., et Cat. ap. Gell. 2, 14: Similiter vadimonium facere eodem sensu dicitur. Pl. Epid. 5, 2, 19. Vadimonium ultro hic mihi facit, h. e. ultro se mihi offert. Juven. 3, 298. ferunt pariter: vadimonia deinde Irati faciunt, h. e. citant me in iudicium et vadimonium promittere cogunt. Lucr. 4, 1116. Labitur interea res, et vadimonia fiunt, h. e. aere alieno oppressi dare vades coguntur creditoribus, et iudicium subire. Concipere, vel capere vadimonium, est ex primere certam formulam sponsionis sistendi se, seu comparandi. Cic. Q. Fr. 2, 15. Negat enim, in tanta multitudine eorum, qui una essent, quemquam fuisse, qui vadimonium concipere posset. Ov. Am. 1, 12, 23. Aptius haec capiunt vadimonia garrula ceras, Quas aliquis duro cognitor ore legat. Vadimonium promittere, est promittere comparere in iudicio ad diem praestitutum, per se, vel per advocatum. Cic. Ferr. 2, 5, 54. Hominem jubet Lilybaeum vadimonium Venerio servo promittere. Vadimonium constituere, est diem statuere, quo quis in iudicio comparere debeat. Cic. Sen. 7. Omnia, quae curant, meminerunt, vadimonia constituta, qui sibi, cui ipsi debeant. Differre vadimonium, est differre diem contentiois, quo reus in iudicio comparere promiserat. Cic. Att. 2, 7. In hominem ire cupiebam, non mehercule ut differrem cum eo vadimonium (nam mira sum alacritate ad litigandum) sed, etc. Id. Quint. 6. Quintius cum ceteris, quae habebat, vadimonia differt. Vadimonium deserere, est non comparere in iudicio ad diem praestitutum. Cic. Quint. 23. med. Vadimonium mihi deseruit, me fraudavit. Plin. praef. H. N. med. Inscriptiones, propter quas vadimonium deseri posset, h. e. inscriptiones librorum promittentes multa adeo festiva et magna, ut propter eorum librorum lectionem vadimonium deseri posset. Vadimonium missum facere, est vadimonii obligationem remittere, condonareque. Cic. Quint. 14. Qui postea quoque vadimonium missum fecerit. Res esse in vadimonium dicitur, cum vadimonium conceptum et constitutum est, suo tempore obeundum. Id. ib. 5. f. Itaque ex eo tempore res esse in vadimonium coepit. Vadimonium est mihi cum aliquo, vadimonio obstrictus sum alicui. Id. ib. 18. Quid, si ista causa abs te tota per summam fraudem et malitiam ficta est? si vadimonium omnino tibi cum P. Quintio nullum fuit? Mart. 14, 135. Nec fora sunt nobis, nec sunt vadimonia nota. P. [Translate sumitur pro patratione incesti, quod privignus a noverca nefarie compellatur cautae promissionis dilatione evitaverat, ap. Appul. Met. 10. Perturbatus adolescens tale facinus exhorruit: ergo pollicetur, donec patris aliqua profectione liberum voluptati concederetur spatium. Sed impatiens vel exiguae dilationis mulier, marito persuadet, longissime disistas festinare villulas. Quo facto, maturatae spei vesania praecipit, promissae libidinis flagitat vadimonium. F.]

VADO, as, a. I. vado trajicio. Afferunt a Lexicographis quibusdam locum Pauli Dig. 8, 3, 38. Flumine interveniente via constituitur potest, si aut vado transiri potest, aut pontem habeat: secus autem, si vadari nequeat, sed pontonibus trajiciatur. Sed Torrent., Haloand., Gothofred. et alii non habent illa secus autem, si vadari nequeat. Addunt etiam haec verba Solini, sed non indicato loco: Flumen, quod propter breviterat facile vadari poterat. P. Certior est Vegetii locus Milit. 2, 25. med. Flumina, quae sine pontibus vadari nequeunt.

VADO, is, si, sum, 3. fulvo, eigo, eo, ambulo: a prima Graeca voce allata, quae est ab inus. fido, et fido. Cic. Att. 4, 10. Pompejus in Cumanum venit. Ad eum postredie mane vadebam. Ov. Met. 11, 137. Vade, ait, ad magnis viciniam Sardibus annem. Cic. Att. 13, 11. extr. Lentulus hodie apud me: cras mane vadit. Virg. A. 11, 176. Vadite, et haec memores regi mandata referte. Plin. 6, 34, 39. Sequens circulus incipit ab India, vadit per medios Parthos, etc. Et 5, 26, 21. Euphrates in Mesopotamiam vadit per ipsam Seleuciam. P. De iis, qui alacres, magnis, passibus, et cum impetu eunt. [*Cf. Doederl. 4, 55.] Liv. 2, 10. Vadit inde in primum aditum pontis. Id. 7, 24. Inferenda sunt signa, et vadendum in hostem. Virg. A. 2, 358. per tela per hostes Vadimus haud dubium in mortem. Id. ib. 4, 223. Vade age, nate, voca Zephyros, et labere pennis. Ov. A. Am. 1, 381. Non ego per praecipit et acuta acumina vadam. Tac. H. 3, 41. Nec vadere per hostes tam parva manu poterat. Id. A. 14, 8. Alii, quantum corpus sinebat, vadere in mare. Just. 11, 12. Darius cum quadringentis millibus peditum obvium vadit Alexandro. Ov. Fast. 6, 605. Corpus ut aspexit, lacrimis auriga profusus Restitit: hunc tali corripit illa sono: Vades? an expectas, etc. et Virg. A. 6, 263. Ille duces haud timidus vadentem passibus aequat. Flor. 2, 7. med. Aous annis per abrupta vadens P. Translate. Plin. 2, 7, 5. Sedere coepit sententia haec: pariterque et eruditum vulgus, et rude in eam cursu vadit. P. Praeteritum vasi est in compositis

evasi, pervasi: et praeterea Tert. Pall. 3. med. Ea tempestate Osiridis, qua ad illum ex Libya Hammon vasit.

VADOR, aris, atus sum, dep. I. κλητεύω, est alicui denunciare, ut in jus veniat, ejusque rei vades, seu sponsore ab eo postulare, ne fallat. Pl. Pers. 2, 4, 18. Vadatur hic me. Poe. Utinam vades desint, in carcere ut sis. Cic. Quint. 19. Debere tibi dicis Quintium, procurator negat: vadari vis, promittit: in jus vocas, sequitur: iudicium postulas, non recusat. Id. ib. 6. Se jam neque vadari amplius, neque vadimonium promittere: siquid agere secum velit Quintius, non recusare. Hic, cum rem Gallicanum cuperet revisere, hominem in praesentia non vadatur. Ita sine vadimonio disceditur. Liv. 3, 13. med. Tot vadibus accusator vadatus est reum. Ov. Rem. Am. 665. Jamque vadaturus, lectica prodeat, inquit, etc. P. Docet Diomed. 2, 445. esse verbum commune, et passive quoque usurpari. V. VADATUS.

VADOSUS, a, um, adj. διαβατός, mare aut flumen vada frequentia habens, qua vadi, ac transiri pedibus possunt. Caes. B. C. 1, 25. med. Aggerem ab utraque parte litoris jaciebat, quod his locis erat mare vaduosum. Sall. Jug. 80. de Syrtib.: Proxima terrae praeculta sunt: cetera, uti fors tulit, alta; alia in tempestate vadosa. Liv. 37, 14. f. Ostium portus in fluminis modum longum, et angustum, et vaduosum. Virg. A. 7, 128. Vaduosus amnis. Sol. 52. Ganges ubi vaduosissimus est. Val. Max. 8, 7. n. 1. extr. Vadosa litora. Plin. 6, 23, 26. Vadosa navigatio palustri similis, per euripos tamen quosdam peragitur, h. e. periculosa, difficilis. P. Vadosae aquae ap. Lucan. 8, 698. sunt agitatae, fluctuantes, cujusmodi in vadis et fretis videmus.

VADUM, i, n. et Vadus, i, m. πάρος, τὴ βραχία, locus in mari, aut flumine, ubi aqua brevis est, et pedibus vadi ac transiri potest. Varr. ap. Serv. ad A. 1, 115. Si ab aqua summa non alte est terra, dicitur vadus. Sall. fragm. ap. Non. 3, 265. Postquam tantas asperitates, haud facilem pugnantibus vadum, cuncta hosti, quam suis, opportunitiora videt. Cels. 2, 18. med. Levior est piscis, qui in alto, quam qui in vado vivit. Liv. 26, 45. f. Acer ventus adeo nudaverat vada, ut alibi umbilico tenus aqua esset, alibi genua vix superaret. Caes. B. G. 1, 6. Rhodanus nonnullis locis vado transiit. Id. B. C. 3, 37. Prima die exercitum vado transducit. Id. B. G. 3, 13. Carinae planiores, quo facilius vada ac decessum aestus excipere possent. Id. B. C. 1, 61. Partem aliquam Sicoris avertere, vadumque in eo flumine facere; et ib. 83. f. Illi vadum fluminis tentare si transire possent. Plin. 8, 5, 5. Vadum fluminis experiri. Tac. A. 12, 33. Praeuebant amnis vado incerto. Id. ib. 2, 11. Equitem vado transmittere. Id. ib. 68. flumen penetrare; et ib. 23. Insulae per occulta vada infestae; et H. 4, 27. Cum navis per vada haesisset. Ov. Fast. 4, 300. Sedit limoso pressa carina vado. P. Interdum sumitur etiam pro fundo. Plin. 32, 6, 21. Ostrea neque in luto capta, neque in arenosis, sed solido vado. Id. 3. prooem. f. de freto Gaditano: Frequente taeniae candidantis vadi carinas territant. P. De fundo putei. Id. 31, 3, 23. Ut illa vado exsiliat vena, non e lateribus. Phaedr. 4, 9. vulpecula evasit puteo, Hircumque clauso liquit haerentem vado. P. Poetae usurpant de ipsa aqua maris aut fluminis. Virg. A. 5, 158. longa sulcant vada salsa carina. Catull. 64, 58. juvenis fugiens pellit vada remis. Hor. Od. 1, 3, 24. Non tangenda rates transiliunt vada. Sen. Hipp. 181. Sic cum gravatam navita adversa ratem Propellit unda, cedit in vanum labor, Et victa prono puppis aufertur vado, h. e. cursu fluminis. Id. Phoen. 116. torta rapidus ducit Ismenos vada; et ib. 604. trahens opulenta Pactolus vada, Inundat auro rura. Id. Herc. Fur. 680. Placido quieta labitur Lethe vado. Id. Med. 762. Violenta Phasis vertit in fontem vada. Ov. Pont. 4, 9, 2. Mittit ab Euxinis haec tibi Naso vadis. P. Tentare vadum, translate. Id. A. Am. 1, 437. Cera vadum tentet rasis infusa tabellis, h. e. aditum exploret, negotium amatorum aggrediatur. P. Res est in vado, h. e. in tuto: quia ut in alto magni fluctus, sic ubi aqua brevis est, nullus tempestatis timor. Ter. Andr. 5, 2, 4. Omnis res est jam in vado. Pl. Aul. 4, 10, 73. Haec propemodum jam esse in vado salutis res videtur. Adde Rud. 1, 2, 81. P. Emergere e vado, maximam rei difficultatem superare: quia navigantes, ubi brevis est aqua, non sine metu ac discrimine sunt, ne impingat navis, aut haereat. Cic. Coel. 21. Sed quoniam emersisse jam e vadis, et scopulos praetervecta videtur oratio mea, perfacilis mihi reliquus cursus ostenditur. P. Vadus adjective, vaduosus. Mela 2, 5. med. Atax ex Pirenaeo monte degressus, qua sui fontis aquis venit, exiguus vaduosus est. Alii leg. vaduosus.

VADUS, a, um. V. v. praec.

VAE, ova, interjectio dolentis, et malum denuntiantis, aut timentis: a voce Graeca allata. Hor. Od. 1, 13, 1. Cum tu, Lydia, Telephi Laudas brachia, vae! meum Fervens difficili bile tumet je-

cur. Virg. Ecl. 9, 28. Mantua vae! miserae nimium vicina Cremonae. Pl. Mil. 2, 3, 51. Vae verberol edepol tu quidem caecus. Ter. Eun. 4, 4, 41. Vae mihi! etiam nunc non credis, indignis nos esse irrisas modis. Id. Heaut. 2, 3, 9. (et Pl. Amph. 2, 2, 94.) Vae misero mihi! quanta de spe decidi! Pl. Rud. 2, 3, 44. Vae capiti atque aetati tuae! et As. 2, 2, 7. Vae illi, qui tam indiligenter observavit januam! Id. Capt. 3, 4, 118. Vae illis virgibus miseris, quae hodie in tergo morientur meo! Id. Men. 2, 2, 3. Vae tergo meo! Mart. 5, 33. si sciero, vae tibi, cauidice. P. Vae victis, proverb. Liv. 5, 48. Auditaque intoleranda Romanis vox, vae victis esse. Adde Pl. Ps. 5, 2, 19., Flor. 1, 13. med. et Varr. qui Vae victis unam inscripsit e Satyris suis. Festus in Ve, pro Vae. Vae victis in proverbium venisse existimatur, cum Roma capta a Senonibus Gallis, aurum ex conventionem et pacto adpenderetur, ut recederent: quod iniquis ponderibus exigi a Barbaris querente Appio Claudio, Brennus rex Gallorum ad pondera adjecit gladium, et dixit, vae victis. Quem postea persecutus Furius Camillus, cum insidiis circumventum concideret; et quereretur, contra foedus fieri, eadem voce remunerasse dicitur. P. Cum accusat. Plaut. Asin. 2, 4, 75. Vae te! Sen. Apocol. med. Vae me! puto, concacavi me. P. Ap. Fest. scribitur ve sine diphthongo: et ita series ibi litterarum postulat. Sed obstat ipsa vocis origo, et usus. V. supra.

VAENEO. V. VENEIO.

VAFELLUS, a, um, adj. dimin. vafri. Festus in voce Atellus. Sicut fit diminutive a macrocellus, a vafro vafellus, ita ab alterno atellus.

VAFER, fra, frum, adj. δόλιος, πανουργος, subtilis, callidus, astutus. [*Gloss. Isidor. vabrum: varium, multiforme. Cf. Doederl. 3, 218. sq. ubi plura invenies.] Cic. 3. de rep. ap. Non. 1, 70. Non sunt in disputatione vafri, non veteratores, non malitiosi. Hor. Sat. 2, 2, 131. Illium aut nequities, aut vafri insectia juris Postremum expellet. Ov. Her. 20, 29. Dictatis ab eo feci sponsalia verbis, Consultoque fui juris amore vafer. Cic. N. D. 1, 15. Jam vero Chrysippus, qui Stoicorum somniorum vaferrimus habetur interpres, etc. [*V. intpp. ad h. l. et Ernest. in cl. Cic. s. h. v.] Sen. ep. 48. med. Interrogationes vaferrimas struere. Hor. Sat. 2, 5, 23. captes astutus ubique Testamenta senum: neu, si vafer unus et alter Insidiatorem praerose fugerit hamo, Aut spem deponas, etc. Mart. 6, 64. Stigmata nec vafra delebit Cinnamum arte, h. e. solerti. Id. 12, 66. Vafra arte emptorem corrumpere. Pomp. ap. Non. l. c. Lingua vafra. Val. Max. 7, 3. n. 8. extr. Annibalis vafri mores. Gell. 7, 3. med. Vafra et fallaciosa argumenta. Hieron. ep. 38. n. 5. Cavillentur vafriora licet, et pingui aqualiculo fartos circumferant homines. P. [*Schol. Cruq. ad Hor. Sat. 1, 3, 138. docet: Antiquis v. vafer etiam pro viro probo accipi: quod exemplis firmari posse negat Heindorf.] P. [etiam cogn. R. Inscr. ap. Marin. Frat. Arc. p. 530. L. Galerius Vafer. F.]

VAFRAMENTUM, i, n. calliditas. Val. Max. 7, 3. n. 2. extr. Quantum imperium quam parvo interceptum est vaframento! et n. 4. Lampsacena urbis salus unius vaframenti beneficio constitit; et n. 7. Huic vaframento consimilis illa calliditas.

VAFRE, adv. πανουργος, subtiliter, astute, calide. Cic. Verr. 2, 2, 53. Nihil sane vafre, nec malitiose facere conatus est. Val. Max. 7, 3. n. 2, extr. Tam vafre telluri impressum osculum.

VAFRICIA aut Vafritia, ae, f. calliditas, acumen. Sen. ep. 49. med. Non vacat mihi verba dubie cadentia consecrari, et vafritiam in illis meam experiri.

VAGABUNDUS, a, um, adj. ἀλήτης, πλανός, qui sedem stabilem nullam habet, sed modo huc, modo illuc aberrat, vagus, erro, errabundus. Solin. 5. med. Flamma flexuosis excessibus vagabunda. August. Conf. 5, 6. Per annos ferme novem, quibus eos vagabundus audivi. Adde ib. 13, 5: nam quod quidam afferunt ex Sen. V. B. 12. med. pro vagabundus rectius reptabundus legitur. [*Doederl., cujus sententiam sequimur, praeferebam censet vulgatam, recte moneus, vocem reptabundus, comparato ejus usu ib. cap. 18., haud facile aptam loco hic laudato esse posse. Caeterum idem Doederl. ib. affert locum Fenestellae ap. Fulg. 3, 9. Cui cum... solitudinum vagabunda errando cursilatas displiceret.] P. Nimis licenter secundam corripit Dracont. Hexahem. 1, 257. Cum vagabunda volat commotis plausibus ales.

VAGANS, antis, part. a vagor: περιεργόμενος, qui vagatur. Cic. Div. 2, 38. Volucres huc, et illic passim vagantes. Hor. Od. 3, 14, 19. Spartacum siqua potuit vagantem Fallere testa. Ov. Met. 3, 370. Narcissum per devia lustra vagantem Vidit. Lucan. 5, 212. totoque vagantia coelo Lumina. Sen. Med. 610. Vagantes scopuli, h. e. Symplegades.

VAGATIO, onis, f. πλάνη, περιεργία, ἀλή, actus vagandi. Liv. 5, 8. Neglectum Anxuri praesidium vagationibus militum et Volscos mercatores vulgo receptando, proditis repente portarum custodibus, oppressum est. Alii leg. vacationibus multo rectius.

Appul. de Deo Soerat. Nullis bonis sedibus, incerta vagatione, ceu quodam exsilio punitur.

VAGE, adv. *πλωμένος*, sparsim. *Liv.* 26, 39. f. Qui vage effusus per aegros palantesque adortus, etc. *Auct. ad Her.* 4, 31. Quas idcirco non vage dispersimus, sed a superioribus separavimus. *Id. ib.* 4, 2. Res variae et dispaes in tot poematibus sparsae et vage disjectae.

*VAGEDRUSA, ae, fluvius Siciliae, inter Gelam ac Camarinam. *Sil.* 14, 229. Qui fontes, Vagedrusa, tuos, etc. Sic ed. *Cellar.* Aliae edd. *Vage Chrysa. B. A.*

[VAGENSIS, e, adj. ad Vagam seu Vaccam pertinens. Binas hoc nomine civitates habuit Africa, unam Numidiae prope Cirtam a *Sall. Jug.* 31. et 47. et *Sil.* 3, 259. memoratam: alteram Byzacena, de qua *Hirt. B. Afr.* 74. Hinc *Vagenses, ium*, sunt incolae prioris, quos memorat *Sall. Jug.* 72. et *Vagense oppidum* utrumque nominat *Plin.* 5, 4, 4. Oppida civium Romanorum, Ucitana duo, majus et minus, Vagense; et *mox* (Oppida libera, Ulusubritanum, Vagense aliud, etc.

VAGIENNI et Vagenni, orum, m. plur. pop. Liguria montanae, prope fontes Padi fl. ad radices Alpium. Horum primaria urbs erat Augusta Vagiennorum, quae a multis creditur *Saluzzo*, circa ortum Padi. *Plin.* 3, 5, 7. et *ib.* 20, 24. *Sil.* 8, 607. Tum pernix Ligus, et sparsi per saxa Vagenoi.

VAGINĀ, ae, f. *κόλιος, ζυγοθήκη*, theca gladii. *Plin.* 16, 43, 84. Terebris vaginas ex oleastro, buxo, ilice, ulmo, fraxino utilissimas fieri. *Cic. Cat.* 1, 2. Gladius in vagina reconditus. *Id. Marcell.* 6. Gladius vagina vacuus. *Id. Inv.* 2, 4. med. Gladium e vagina educere. *Virg. A.* 4, 579. et *ib.* 6, 260. vagina eripere; et *ib.* 10, 475. Vaginaque cava fulgentem deripit ensem. *Op. Fast.* 4, 929. Vagina ducere ferrum; et *ib.* 2, 792. liberare. *Nep. Dat.* 11. nudare. *Val. Max.* 8, 9. n. 2. vaginae reddere. *Hor. Sat.* 2, 1, 40. ensis Vagina tectus. *Claud. Nupt. Hon. et Mar.* 192. gladiosque tegat vagina minaces. P Translate est quaevis theca, ubi quippiam includitur, et exire potest. *Varr. R. R.* 1, 48. Spica in tritico tria habet continentia, graum, glumam, aristam, et etiam primitus spica cum oritur, vaginam; et f. Aristae primitus cum oriuntur, neque plane apparent, quae sub latent herba, ea vocatur vagina, uti qua latet conditum gladium; et *ib.* 32. Frumentum dicunt quindecim diebus esse in vaginis, quindecim florere, quindecim exarescere. (Adde *Cic. Sen.* 15.) *Plin.* 19, 5, 24. Cucurbita omni modo fastigatur vaginis maxime vitilibus, coniecta in eas postquam defloruit. *Id.* 8, 15, 17. Pardos, pantheras, leones et similia, condito in corporis vaginis unguum mucrone, ne refringatur hebeteturque, ingredi. *Id.* 9, 8, 8. Delphinus pinnae aculeos velut vagina condens. *Id.* 11, 37, 77. Omnia principalia viscera membranis propriis, ac velut vaginis inclusit providens natura. *Id.* 7, 52, 53. Corpus velut vagina animae. P Turpicula allegoria est ap. *Pl. Ps.* 4, 7, 85. Conveniebatne in vaginam tuam machaera militis? h. e. mentula militis in podicem tuum.

VAGINŪLA, ae, f. *κόλιον*, parva vagina. *Plin.* 18, 7, 10. n. 7. Et far in vaginulis servant ad satum.

VAGIO, is, ivi, itum, n. *μυροζω, ζυζομαι*, ploro: proprium infantium, cum fletum emittunt. Est vox a sono facta. *Varr. ap. Gell.* 16, 17. Iccircoque vagire dicitur, exprimente verbo sonum vocis recentis. [Cf. *Doedert.* 3, 156.] *Cic. Sen.* 23. Quod siquis Deus mihi largiatur, ut ex hac aetate repuerascam, et in cunis vagiam. *Or. Fast.* 2, 405. Vagierant clamore pari: sentire putares. Alii leg. *vagierunt.* *Id. ib.* 6, 146. At puer infelix vagit, opemque petit; et *ib.* 4, 207. resonat tinnitibus Ide, Tutus ut infanti vagit ore puer. *Ter. Hec.* 4, 1, 2. Audire vocem pueri vagientis. *Stat. Silv.* 4, 8, 35. cumque tibi vagiret tertius infans, etc. Sunt qui leg. *vagitet*, ut sit frequentat., ut *dormito a dormio.* P *Varr. L. L.* 6, 5. f. docet, ut mugire a vitulo, et bovare a bove, sic vagire ab haedo tractum esse. (V. *Or. Met.* 15, 466.) Subdit autem hunc versum *Ennii*: Clamos ad coelum volvendu' per aethera vagit. Ubi videtur *Ennius* loqui de clamore edito a militibus in acie ante pugnam, ut adnotavit *Hieron. Columna.* P Lepori tribuit, et primam corripit *Auct. carn. de Philom.* 60. Glauca et catulus: at lepores vagiunt.

VAGITĀNUS. V. VATICĀNUS.

VAGITŌ. V. VAGIO.

VAGITUS, us, m. *κλαυθουρισμός*, fletus infantium. *Or. Her.* 11, 85. Vagitus dedit ille miser (sensisse putares) Quaque suum poterat voce rogabat avum. *Plin.* 7. praef. Natura hominem nudum natali die abijcit ad vagitus statim et ploratum. *Quint.* 1, 1. med. Vagitus edere. *Or. Met.* 15, 466. Aut qui vagitus similes puerilibus haedum Edentem jugulare potest. *Mart.* 9, 21. Felix, quae tantis sonuit vagitibus, et quae Vidit reptantes, sustinuitque manus. P De ejulatu et gemitu quiritantis ex dolore. *Cels.* 7. prooem. med. Chirurgus perinde

faciet omnia, ac si nullus ex vagitibus alterius affectus oriretur.

VAGO, as. V. in v. sq.

VAGOR, aris, atus sum, dep. 1. *περιεγόμενος, πλωόμενος*, huc atque illuc feror, oberro, passim volito, erro. [Discrimen inter *palari, errare, vagari* v. in *PALARI.*] *Auct. ad Her.* 4, 39. Volitabit et vagabitur toto foro. *Cic. Phil.* 11, 2. f. Tota Asia vagatur, volitat ut rex. *Id. Div.* 2, 38. Aves huc illuc passim vagantes. *Caes. B. C.* 1, 59. Illi perterriti virtute equitum minus libere, minus audacter vagabantur. *Id. B. G.* 4, 6. Germani latius vagabantur; et *ib.* 4. Usipetes agris expulsi, et multis locis Germaniae triennium vagati, ad Rhenum pervenerunt. *Sall. Cat.* 6. Qui Aenea duce profugi sedibus incertis vagabantur. *Varr. L. L.* 5, 3. med. Tibicines feriat per urbem vagatur. *Liv.* 3, 5. med. Qui populabundi in finibus Romanorum vagabantur. *Hirt. B. G.* 8, 32. Liberam vagandi latrocinandique facultatem habere. *Id. B. Afr.* 62. med. Egressi remiges, passimque in litore vagantes. *Just.* 25, 5. Non contentus in publico vagari, sed potare. *Virg. G.* 3, 540. Nunc interque canes, et circum tecta vagantur. *Suet. Ner.* 26. Circum vicus vagabatur ludibundus. *Tert. Anim.* 44. Anima in somno carebat, quasi per occasionem vagaturi hominis proficiscente de corpore. P Cum accus. *Prop.* 2, 21, 21. Ino etiam prima terras aetate vagata est: terris habent quidam libri: sed *Broukus. terras* defendit. Est autem *vagata* pervagata. Similia sunt *maria ambulare, terras navigare* ap. *Cicer.* et *fugere et refugere vias* ap. *Virg. A.* 12, 753. P Translate. *Cic. Off.* 2, 2. med. Quorum vagetur animus errore, nec habeat unquam quid sequatur. *Id. Acad.* 4, 20. f. Eo fit, ut errem, et vager latius. *Id. Or.* 1, 48. Ne vagari et errare cogatur oratio; et *ib.* 3, 44. extr. Ut verba neque alligata sint quasi certa aliqua lege versus, neque ita soluta, ut vagentur. *Id. Marcell.* 9. med. Vagabitur modo nomen tuum longe atque late: sedem quidem stabilem, et domicilium certum non habebit. *Virg. A.* 2, 17. Votum pro reditu simulat: ea fama vagatur. *Or. Met.* 12, 54. Mixtaque cum veris passim commenta vagantur Millia rumorum. *Plin.* 5, 5, 5. Vagantes Graeciae fabulae, h. e. modo hoc, modo aliud narrantes. *Plin. alter ep.* 4, 22. f. Viennensium vitia intra ipsos residunt, nostra late vagantur. P Olim et positio activa in usu fuit. *Varr. ap. Non.* 7, 2. Quae cum choro pari vagantur. *Enn. ib.* Arboreo vento vagant. *Pacuv. ib.* Recepta exsul incerta vagat. *Pl. Mil.* 2, 5, 14. Quae circum vicinos vagas. Ita legit *Non. ib.*, alii *vagaes.* Adde *Accium, Seren., Turpil., Pompon.* ap. *Non. ib.* et *Prud. Cath.* 6, 29. Quidam addunt *Licium* et *Tac.*, sed in his incerta est lectio.

VAGOR, oris, m. vagitus, ejulatus, clamor. *Festus*: Vagorem pro vagitu *Ennius* libro sextodecimo: Qui clamor oppugnantis vagore volanti. *Lucretius* libro secundo (c. 576.) Et superantur item: miscetur funere vagor, quem pueri tollunt visentes luminis oras. Adde *Non.* 2, 899.

VAGŪLĀTIO, onis, f. in Lege XII. Tabularum significat quaestionem cum convicio. *Festus.* V. OBVAGULĀTIONEM.

VAGŪLUS, a, um, adj. dimin. vagi. *Spart. Hadr.* 25. de eod.: Moriens hos versus fecisse dicitur: Animula vagula, blandula, Hospes, comesque corporis, Quae nunc abibis in loca, etc. Sunt qui a *vagio* ducunt, ut sit querula ob vicinam discessionem a corpore.

VAGUS, a, um, adj. *πλωτής*, vagans, oberrans, huc illuc discurrens. *Cic. Cluent.* 62. med. Cum vagus et exsul erraret, atque undique exclusus Oppianicus. *Sall. Jug.* 21. et 22. Gaetuli vagi, palantes, quas nox coegerat, sedes habebant. *Tibull.* 1, 3, 40. Vagus navita. *Or. A. Am.* 3, 418. Saepe vagos extra limina ferte pedes. *Hor. Od.* 4, 4, 2. Aves vagae. *Id. ib.* 3, 29, 24. Vagi venti. *Id. ib.* 1, 34, 9. Vaga flumina. *Tibull.* 2, 6, 3. et 21. aequora. *Or. Met.* 1, 596. flumina. *Hor. Od.* 1, 28, 23. arena, h. e. quae vento dispergitur. *Id. Sat.* 1, 8, 21. luna. *Tibull.* 4, 1, 21. Vagus aer. *Id. ib.* 76. sol. *Cic. Univ.* 10. med. Sidera, quae infixae coelo non moventur loco, et quae vaga et mutabili ratione labuntur. *Id. Fin.* 5, 20. med. Motus soluti et vagi a natura bestii tributi. *Prop.* 2, 18, 9. et *Or. Met.* 2, 673. vagi crines puris in frontibus errant, h. e. soluti et pendentes. *Or. A. Am.* 1, 516. Nec vagus in laxa pes tibi pelle natet. V. FOLLEO cum deriv. *Sen. Tranq.* 2. Peregrinationes vagas suscipere. *Mart.* 7, 39. Discursus varios, vagumque mane, h. e. matutina discursio obeundarum salutationum causa. *Plin.* 11, 37, 76. Fel toto corpore vagum, colorem quoque oculis aufert, h. e. spargens se per totum corpus. P Cum genitivo. *Catull.* 63, 4. Stimulatus ubi furenti rabie, vagus animi, h. e. *εξ-φρεως*, idem ac amens animi. [*Explicit hujus constructionis rationem *Lindem.* et *Pl. Mil.* 3, 1, 124.] P Translate est inconstans, instabilis, incertus. *Cic. N. D.* 2, 1. De iis immortalibus habere non errantem et vagam, sed stabilem certamque sententiam. *Id. Mil.* 26. Vide, quam sit varia vitae commutabilisque ratio, quam vaga volubilisque fortuna.

Mart. 2 90. Quintiliane, vagae moderator summe juventae. *Prop.* 1, 5, 7. Non est illa vagis similis collata puellis, h. e. inconstantibus in amore, et modo huic, modo illi se dantibus. [*Memorabilis locus est *Vell.* 2, 76, 2. ubi Domitius „vagus adhuc“ dicitur, i. e. qui nondum parti alicui junctus dubitabat adhuc. P Dicitur *vagus* etiam de imperio, quod modo huic, modo illi tribuitur, ut incertum sit, quis mox teneat, nostr. *schwankend.* *Suet. Vesp.* 1. et caede incertum diu et quasi vagum imperium suscepit firmavitque.] P Item solutus, liber, nulla certa lege constrictus. *Cic. Or.* 23. de numero oratorio: Solutum quiddam sit, nec vagum tamen, ut ingredi libere, non ut licenter videatur errare. *Id. Or.* 2, 16. Si illam quoque partem quaestionum oratori volumus adungere vagam, et liberam, et late patentem, ut, etc. P Item communis multis. *Plin.* 27, 4, 11. Ambrosia vagi nominis est, et circa alias herbas fluctuati. P De otioso: quia in otio homines vagantur, incerti quid agant. *Stat. Silo.* 4, 6, 1. Forte remittentem curas, Phoebus levatum Pectora, cum patulis tererem vagus otia Septis, etc. P De eo, qui libidinis causa varios undique amores captat. *Mart.* 6, 21. Venus loquitur: Saepe ego lascivum Martem furibunda cecidi, Legitimos esset cum vagus ante toros. *Colum.* 12, 1. Curandum est, ut nec vagum villicium, et aversum contubernio suo habeamus. *Hor. A. P.* 398. Concubitu prohibere vago, dare jura maritis.

VAH, a, interjectio varios affectus significans: per apocopen ex *vaha*, ut *ah ex aha*, quod *Prisc.* 1, 548. et 2, 570. docet. *Valer. Prob.* 1, 1430. primam in *vaha* brevem esse dicit. P Interdum est insultantis. *Hieron. ep.* 20. n. 5. In lingua Latina habemus interjectiones quasdam, ut insultando dicamus vah, et in admirando papae, et in dolendo hei. *Ter. Heaut.* 4, 5, 17. Vah! gloriare evenisse ex sententia. *Id. Ad.* 2, 1, 33. Vah! leno iniqua me non vult loqui. P Interdum admirantis. *Pl. Most.* 1, 3, 99. Vah! quid illa pote pejus quicquam muliere memorarier? *Id. Curc.* 2, 1, 33. Vah! solus hic homo est, qui sciat divinitus. P Interdum dolentis. *Ter. Andr.* 4, 2, 5. Vah! perii! hoc malum integrascit. *Id. Heaut.* 4, 8, 17. Vah! frustra sum igitur gavisus miser. P Et indignantis, stomachantis. *Id. Ad.* 4, 2, 40. Vah! censen, hominem me esse? erravi. *Id. ib.* 3, 2, 17. Tum autem Syrum impulsorem, vah! quibus illum lacerarem modis! *Pl. Amph.* 2, 1, 32. Vah! apage te a me: pestis te tenet. P Et gaudentis atque exultantis. *Ter. Ad.* 3, 4, 74. Quis illic est, procul quem video? estne Hegio tribulis noster? si satis cerno, is hercle est. Vah! homo amicus nobis jam inde a puero; et *mox*: Quam gaudeo, ubi etiam hujus generis reliquias restare video! vah! vivere etiam nunc lubet. Huc pertinet illud *Augustini Tract. in Joann.* 51. in. Cum dolentes dicimus, heu: vel cum delectamur, vah dicimus. P Integrum *vaha* habemus ap. *Pl. Cas.* 4, 4, 25.

VAHĀ, V. in v. praec.

*VAHĀLIS, is, Rheni alveus sinister, hodie the *Waal*, *Wahl* vel *Wael.* *Caes. B. G.* 4, 10. ed. *Oudend.* ubi aliae edd. *Valis* vel *VValis* habent. Adde *Tac. A.* 2, 6. *Pacat.* in *Paneg. Theodos.* 5. P *Vachalis* est *Sidon. Carm.* 12, 31. et *arm.* 23, 244. P Occurrit et forma *VValis* vel *Walis* ap. *Theodulf. ad Judices* 103. Cui parent *Walis*, *Rhodanus*, *Mosa*, *Rhenus* et *Oenus.* *B. A.*

VĀLA. V. VAALA.

*VALCUM, i, opp. Pannoniae inferioris. *Anton. Itin.* B. A.

VALDE, adv. *ζῆλον*, multum, sane, vehementer, majorem in modum, perquam; a *valide* per sync. ut *Prisc.* 15, 1011. docet. Jungitur adjectivis positivis. *Cic. Fam.* 15, 17. med. De Hispania novi nihil, sed exspectatio valde magna. *Id. Har. resp.* 3. extr. Cui me praeripere destinatum laudem, valde est iniquum. *Catull.* 69, 7. nam mala valde est Bestia. P Et verbis. *Caes. ap. Cic. Att.* 14, 1. Quidquid vult, valde vult. *Id. Fam.* 16, 19. Litteras tuas valde exspecto. *Plin. ep.* 9, 35. Diligentiam tuam valde probo. P Et adverbis. *Cic. Att.* 14, 1. med. Valde vehementer visus test, et libere dicere. *Id. ib.* 1, 17. med. Illud valde graviter tulerunt, promulgatum fuisse, etc. *Id. Fam.* 1, 8. f. Rem te valde bene gessisse, rumor erat. *Id. Q. Fr.* 3, 9. extr. Sumus una tamen valde multum. *Plaut. fragm.* ap. *Non.* 2, 450. Insanum valde uterque deamat. P Etiam *tam* et *quam.* *Nep. Eum.* 11. Quem tamdiu, tamque valde timuissent. *Catull.* 68, 77. Nil mihi tam valde placeat, *Rhamnusia* virgo. *Petr. Sat.* 17. med. De remedio non tam valde laboro. *Cic. Div.* 2, 39. Quasi vero quidquam sit tam valde, quam nihil sapere, vulgare. *Caes. ad Opp. ap. Cic. Att.* 9, 8. Gaudeo, vos significare, litteris, quam valde probetis ea, quae, etc. *Pl. Merc. prol.* 102. Vosmet videte, quam mihi valde placuerit. P *Valde quam*, sane quam. *Brut. ad Cic. ad Brut.* 1, 13. med. Nam suos valde quam paucos habet. P Interdum vim habet affirmandi. *Pl. Ps.* 1, 3, 110. Meam tu amicam vendidisti? *Ball.* valde, viginti minis. P *Valde*, ultima correpta, licenter usus est *Coripp. Johann.* 6, 523. mentemque a Marte reflexit, Consilio sed valde gravi. P Gradus sunt *valdus*, *valdissimi*

me pro validius, validissime. *Hor. A. P.* 321. Valdius oblectat populum, meliusque moratur. *Id. Ep.* 1, 9, 6. videt ac novit me validius ipso. *Sen. Br. V.* 8. med. Dicere solent eis, quos validissime diligunt. Ita Mureti, alii validissime.

VALDIUS. V. in v. praec.

VALE, ἰσχυρός, ἰσχυρῶς, zaiqz, sanus, sive incolumis esto: secunda persona numeri sing., temporis praesentis, modi imperativi, verbi valeo. Hac voce utimur in discessu, vel cum remanentes respondemus abeunti. *Ter. Eun.* 1, 2, 110. In hoc biduum, Thais, vale. P Item in fine epistolarum. *Cic. Q. Fr.* 2, 6. extr. Mi frater, vale. *Id. Att.* 5, 20. f. Etiam, atque etiam vale. *Id. Fam.* 14, 2. Valete, mea desideria, valete. *Hor. Sat.* 2, 5, 110. vive, valeque. P Differt a *salve*, quod *salve* majus quiddam significare videtur, vel quod *vale* ad corpus referatur, *salve* ad pericula et mala externa. *Cic. Fam.* 16, 4. Vale, mi Tiro, vale, et *salve*. Quidam hoc discrimen afferunt, quod *salve* dicerent in salutatione matutina, *vale* in vespertina, et cum discebant. V. SALVEO. Alii ita distinguunt, ut *salve* usurparetur in accessu, vel in litterarum principio, *vale* in fine. V. SALVEO. Fatentur tamen haec discrimina non esse perpetua. P *Vale facere*, est valere jubere, vale dicere. V. VALEFACIO. P *Vale*, et *salve* item fuere verba postrema, quibus olim mortuos affabantur quasi dimittentes. V. SALVEO. Ad salutationem mortuorum pertinet illud *Mart.* 9, 8. non vis, Afer, avere, vale. *Serv. ad illud A.* 2, 644. Sic o, sic positum affati discedite corpus: hoc est, affamini me, ut dici mortuis solet, vale, vale, vale. P Etiam irate dimittentes, *vale* dicebant. *Or. Am.* 1, 6, 71. Qualiscumque vale, sentique abeuntis amores, Lente, nec admissio turpis amante: vale. Vos quoque crudeles rigido cum limine postes, Duraque conservae ligna, valete, fores. V. VALEO. P Secunda syllaba a poetis aliquando corripitur, ut in *cave*. *Virg. Ecl.* 3, 79. Et longum formosae vale, vale, inquit, Iola. *Or. Met.* 3, 501. dictoque vale, vale, inquit et Echo. V. vocem sequent.

VALÉDICO, is, n. 3. Duabus vocibus *vale*, et *dico* constat, quae fere divisa scribuntur: conjunctum tamen *Or. Trist.* 1, 8, 21. Idque quod ignoti faciunt, valedicere saltem; et *Suet. Aug.* 53. med. Et discedens sedentibus singulis valedicebat. Alii leg. *vale* dicebat. [*Idque rectius: est enim optimum eodd. lectio.].

[VALEFACIO, is, a. 3. idem ac valedico. *August. ep.* 65. (al. 236.) Cum tanquam perrecturus ad ecclesiam suam, valedicisset collegae suo presbytero Gippitano; et *mor:* Valedicere collegae suo ejusdem loci presbytero. *Appul. Met.* 4. Post haec valedicere discessimus. Alii divisim scribunt *vale facto*. F.]

VALENS, entis, part. a *valeo*: ἰσχυρῶς, sanus, integer, incolumis. *Cic. Fam.* 16, 9. Medicus plane confirmat, propediem te valentem fore. *Id. Acad.* 1, 7. Si sensus sani sunt, et valentes. *Prop.* 2, 17, 19. nos omni tempore tecum, Sive aegra, pariter, sive valente sumus. P Item robustus, fortis, validus, ἰσχυρός: cui imbecillus opponitur. *Cic. Agr.* 2, 31. Robusti, et valentes, et audaces satellites. *Gell.* 3, 1. f. Corpore esse vegeto et valenti. *Cic. Fam.* 7, 1. med. Cum homo imbecillus a valentissima bestia laniatur. *Or. Met.* 9, 108. Nessus adit membrisque valens scitusque vadorum. *Virg. G.* 2, 426. Poma quoque ut primum truncos sensere valentes, Et vires habuere suas, etc. P *Valens cibus* est, qui multum alimenti habet, et addit vires corpori. *Cels.* 2, 18. Scire oportet, omnia legumina generis valentissimi esse: valentissimum voco, in quo plurimum alimenti est; et paulo post: Ex leguminibus valentior faba, quam pisum. Sic saepe *toto capite*. P *Valentes tunicae* sunt denso et crasso filo textae: quibus *tenuis* et *rauae* opponuntur. *Or. A. Am.* 3, 109. Si fuit Andromache tunicas induta valentes, Quid mirum? duri militis uxor erat. P Translate est opibus et potentia valens. *Cic. Fam.* 5, 21. Cum illa arma plus posse sensi, quam consensus bonorum, quavis conditione pacem accipere malui, quam viribus cum valentiore pugnare. *Id. Att.* 7, 3. Malle, tantas ei (Caesari) vires publica non dedisset, quam nunc tam valenti resisteret. *Nep. Ann.* 6. Cupivit in praesentiarum bellum componere, quo valentior postea congrederetur. P Refertur et ad vires dicendi. *Cic. Brut.* 16. f. Quamquam in Lysia saepe sunt etiam lacerti, sic ut fieri nihil possit valentius. *Quint.* 5, 13. med. Argumenta valentiora. *Cic. Fat.* 6. Tibi cum Diodoro valente dialectico magna luctatio est. P Est etiam efficax, utilis. *Or. Trist.* 1, 8, 29. Quid nisi convictu, causisque valentibus essem, Temporis et longi vincit amore tibi? *Cels.* 4, 15. f. Valens est adversus cancerem intestinorum minii gleba. *Plin.* 20, 18, 76. Silvestri papaveri capita longa ac pusilla, et ad omnes effectus valentiora. *Cels.* 1, 3. med. Purgationes sunt perniciosae, si nimis valentibus medicamentis fiunt. *Plin.* 22, 22, 43. Valentissimum adjuvmentum. P Item vim habens nocendi. [*Noli hoc credere! Valens, ut alias ita etiam hic, nihil aliud, quam vim, facultatem ex-

Tom. IV.

primit, qua quis, vel quid ad perficiendam rem satis instructum est.] *Or. Met.* 5, 174. Non tamen ad letum causas satis illa valentes Plaga dedit. *Id. Pont.* 1, 10, 35. Unda locusque nocent, et causa valentior istis Anxietas animi.

VALENTER, adv. ἰσχυρῶς, valide, fortiter, robuste. *Colum.* 1, 5. f. Fundamenta ab imo praestructa, valenter resistent contra ea, quae postmodum superposita incumbunt. *Or. Met.* 11, 481. coepit praiceps spirare valentius Eurus. *Cels.* 5, 226. n. 21. Quidam acetum vulneri infundunt: sed metus subest, ne nimis valenter ibi retenta materia magnam inflammationem postea moveat. P Transferatur ad vim dicendi. *Sen. Contror.* 3, 22. med. Illos locos, quae occupaverat, non diu dicebat, sed valenter. *Val. Max.* 3, 7. n. 6. extr. Si verba numeris, breviter et absce; si sensum acutimes, copiose et valenter.

VALENTIA, ae, f. ἰσχυρία, ἰσχυρῶς, robor, vires, firmitas. *Maer. Somn. Scip.* 2, 14. med. Exercitior corporum valentiam luctatoribus praestat. *Titin. ap. Non.* 1, 68. et 2, 901. Sapientia gubernator torquet navem, non valentia. *Naevis ib.* Omnes formidant hominis ejus valentiam. P Fuit hoc nomine oppidum Latii in monte Palatino, quod postea Roma appellatum est: nam ἰσχυρῶς valentiam, robor significat. *Solin.* 1. in. Sunt qui videri velint, Romae vocabulum ab Euandro primum datum, cum oppidum ibi offensusset, quod exstructum antea Valentiam dixerat juvenis Latina: servataque significatione impositi prius nominis, Romam Graece Valentiam nominatam. P Item in Hispania Tarraconensi, *Valentia*, ad Turiam fluvium. *Plin.* 3, 3, 4. P [Item oppidum Galliae Narbonensis ad Rhodanum fluv., nunc *Valence*. Ejus meminit *Plin.* 3, 4, 5. P Item oppidum Sardiniae, cujus incolae Valentini dicuntur a *Plin.* 3, 7, 13. P Item Italiae in Bruttis, quod et Vibon, et Vibon Valentia, et Hipponium est dictum, nunc *Monteleone*. Ejus meminit *Plin.* 3, 5, 10. Ejus incolae Valentini dicuntur a *Cic. Verr.* 2, 5, 16. P Valentia fuit quoque Oriculanorum Dea. *Tert. Apol.* 24. Per Italiam municipali consecratione censetur Vulsiniensis Nursia, Oriculanorum Valentia, etc. *Inscr. Oriculana ap. Grut.* 2, 12. et *Don. cl. 1. n.* 170. Aurelius Faustus Prot. (h. e. protector) divini lateris Aug. N. ex visu Deae Valentiae S. P. F. C. F.]

[VALENTINUS, a, um, adj. ad Valentiam pertinens, urbem Sardiniae. V. v. praec. P Item ad Valentiam Italiae in Brutiis. V. v. praec. P Valentium, i, est urbs Liguriae prope Tanari et Padi confluentiam, quae nunc *Valenza* dicitur. *Plin.* 3, 5, 7. Forum Fulvii, quod Valentium. P Valentinus fuit etiam cogn. R. *Inscr. ap. Maff. Mus. Ver.* 248. 2. C. Julius Valentinus. P Valentinus nominatus fuit etiam haeresiarca, caput Valentianorum, qui saeculo secundo vixit, gente Aegyptii, doctus, eloquens, et philosophiae Platonicae sectator, sed supra modum tumidus: nam, cum a lium in episcopatu sibi praelatum indignaretur, hausta ex fabulis Hesiodi haeresi, Deos triginta sibi fabricavit, Aeonum illis nomine imposito. Ex horum commixtione (quindecim enim mares, totidem feminas finxerat) Servatorem, veluti Pandoram, natum esse deliravit. Addidit, eum, cum corpore hoc coelitus allato, per Virginem transiisse, resurrectionem insuper infuturum. Hujus sectatores in Gnosticonum nomen et castra transierunt. Idem Evangelium et Psalmos sub nomine suo edidit. Romam deinde veniens, errores suos ejuravit, brevi tamen in eisdem relapsus, ab Irenaeo, et Tertulliano refutatus est. V. *Tert. adv. Valent. F.*]

[VALENTIO, onis, m. dimin. valentis. Est cogn. R. V. in RAUCULUS. F.]

VALENTIUS, a, um, adj. dimin. valentis aliquantum valens. *Pl. Cas.* 4, 3, 26. Obsecro, ut valentula est! paene expositiv cubito.

VALEO, es, ui, itum, n. 2. ἰσχυρῶς, ἰσχυρῶς, sanus sum. *Ter. Andr.* 2, 1, 9. Facile omnes, cum valemus, recta consilia aegrotis damus. *Id. Heaut.* 2, 4, 26. et *Hor. Ep.* 1, 5, 12. Ut vales? et *Plin. ep.* 3, 20. f. Quousque illa vulgaris? Eho quid agis? equid commode vales? *Pl. Amph.* 2, 1, 34. Equidem valeo, et salvus sum recte. *Cic. Fin.* 2, 13. f. Inter optime valere, et gravissime aegrotare nihil dicerent interesse. *Id. Brut.* 19. f. Valere corpore. *Nep. Phoc.* 4. pedibus; et *Juden.* 6, 100. stomacho. *Pl. Epid.* 1, 2, 26. Bene ne usque valuisti? *Strat.* a morbo valui, ab animo aeger fui. *Gell.* 13, 30. Cum valebo ab oculis, revise ad me. *Pl. Mil.* 4, 8, 8. Matri oculi si valerent, mecum venisset. *Id. Epid.* 1, 1, 15. Perpetuum valuisti? *Thespr.* varie, h. e. modo valui, modo aeger fui; et *ib.* 18. Quid herilis noster filius? valet? *Thespr.* pugilice atque athletice. *Id. Barch.* 2, 3, 14. Bene ne usque valuit? *Chry.* pancreaticae atque athletice. *Dolabella ad Cic. Fam.* 9, 9. Recte valere. *Cic. Att.* 4, 14. Vestorius me per litteras fecit certiorum, te Roma profectum esse tardius, quod minus valuissem: si jam melius vales, vehementer gaudeo. *Sall. Jug.* 11. Per ea tempora confectum annis Micipsam parum animo valuisse. P Joculariter *Pl. Aut.* 2, 2, 9. Ain tu, te valere? *Eucl.* pol ego haud a pecunia perbene. P

Impersonaliter. *Id. Pers.* 2, 5, 8. Quid agitur, Sagaristio? ut valetur? P Si vales, bene est: ego valeo: formula in initiis epistolarum ad familiares, ap. *Cic.* saepissime. *Sen. ep.* 15. Mos antiquis fuit usque ad meam servatus aetatem, primis epistolae verbis adjicere: Si vales, bene est. P *Valere* usurpatur in salutationibus, cum discedimus, aut discedentem dimittimus, abeunti bene precantes: et in fine epistolarum. *Cic. Att.* 5, 2. med. Illum salutavi: postea jam jussi valere. *Hor. Sat.* 2, 5, 109. sed me Imperiosa trahit Proserpina: vive, valeque. *Suet. Tib.* 72. extr. Singulos valere dicentes appellaret. V. VALE. P Interdum v. *valere* utimur, cum stomachantes, aut aspernantes abire jubemus aliquem, et nihili eum facere significamus. *Ter. Andr.* 5, 3, 18. et *Ad.* 4, 3, 13. Valeas, habeas illam, quae placet; et *Andr.* 4, 2, 13. Valeant, qui inter nos discedium volunt. *Cic. N. D.* 1, 44. f. Si talis est Deus, ut nulla hominum charitate moveatur, valeat. *Tibull.* 2, 6, 9. Castra peto: valeatque Venus, valeantque puellae. *Cic. Att.* 16, 15. med. Quare ista valeant: me res familiaris movet. *Petr. Sat.* 79. Valete curae. P Quia in bona valetudine vires suppetunt, *valere* est vires habere, posse, integris viribus esse, validum, robustum esse, ἰσχυρῶς. [*Fortasse verius, hanc, quam *Noster* cum omnibus quantum scimus lexicographis secundo posuit, primo loco significationem ponere. Nam v. *valere*, licet certa originatio fieri nequeat, tamen ad sanitatem significandam factum esse non videtur, potius ex eo, quod instructum esse viribus ad rem aliquam perficiendam necessariis primum significaverit, (V. *Doeberl.* 4, 163. qui uberius hanc rem exponit,) sanitatis notionem deductam esse puta. Hinc *valitudo* etiam de morbo dicitur, quod alias dici non potuisset.] *Pl. Truc.* 4, 3, 38. ancilla loquitur: Plus potest, qui plus valet: vir erat: plus valebat: vicit: quod petebat, abstulit. *Cic. Off.* 1, 30. Alios videmus velocitate ad cursum, alios viribus ad luctandum valere. *Phaedr.* 1, 5, Tum quia plus valeo, me sequetur tertia. *Val. Fl.* 5, 614. Et quantum elata valeat peltata securi. *Hor. A. P.* 39. quid ferre recusat, Quid valeant humeri. [*Apud argenteae aetatis scriptores et poetas *valere* etiam cum infinitivo ponitur. *Suet. Caes.* 79. Nec infamiam discutere valuit. Plura habet *B. Crus.* in *cl. Suet.* p. 103.] *Tibull.* 1, 11, 56. Flet, sibi dementes tam valuisse manus; et 4, 1, 55. Nec valuit Lotos coeptos avertere cursus. Sic *Or. Met.* 12, 100. nec tertia cuspis apertum, Et se praebentem valuit destringere Cygnum; et *ib.* 13, 393. nec valuerunt manus educere telum. *Tibull.* 3, 6, 26. Quid valeat laesi sentiat ira Dei; et *ib.* 17. Haec amor, et majora valet. P Translate est pollere, vim, auctoritatem, pondus habere, *divinae*. *Cic. Manil.* 16. Haec auctoritas apud exterarum nationes valitura est. *Caes. B. G.* 1, 40. Utrum apud eos pudor atque officium, an timor plus valerent. *Id. ib.* 7, 63. Quantum gratia, auctoritate, pecunia valent, ad sollicitandas civitates nituntur. *Id. ib.* 2, 17. Quidquid possunt, terrestribus valent copiis; et *ib.* 4. Valere virtute, auctoritate, et hominum numero; et *ib.* 3, 20. multum equitatu. *Sall. Jug.* 109. extr. bello. *Cic. Fam.* 1, 7. f. opibus, armis, potentia. *Id. Att.* 4, 17. amicis. *Nep. Dion.* 3. eloquentia. *Caes. B. C.* 2, 44. gratia et misericordia. *Id. B. G.* 5, 52. Tantum apud homines barbaros valuit, esse repertos aliquos principes belli inferendi; et *ib.* 6, 29. extr. Sic ad subeundum periculum, et ad vitandum, multum fortuna valuit; et *ib.* 7, 84. Multum ad terrendos nostros valuit clamor. *Marius ad Cic. Fam.* 11, 28. f. Non vereor, ne meae vitae modestia parum valitura sit in posterum contra falsos rumores. *Cic. Verr.* 2, 3, 62. f. Nihil putas valere in judiciis conjecturam, nihil suspicionem, nihil antea vitae existimationem, nihil civitatum auctoritates ac testimonia. *Id. Brut.* 14. f. Dicitur C. Flaminius ad populum valuisse dicendo. *Id. Cat.* 1, 7. f. Tu non solum ad negligendas leges, verum etiam ad evertendas valuisti. *Plin.* 35, 10, 36. n. 20. In arte pingendi tantum valuit, ut, etc. *Cic. Acad.* 4, 27. Hoc videtur contra te valere. *Or. Pont.* 3, 3, 92. Sperandum nostras posse valere preces. *Id. ib.* 93. valent vota. *Id. Trist.* 1, 3, 45. Multaque in aversos effudit verba Penates, Pro deplorato non valitura viro. *Cic. Catil.* 3, 12. Hoc mihi valet ad gloriam. *Id. Tusc.* 2, 26. In vulgus insipientium opinio valet honestatis, h. e. apud vulgum. *Eum. Pan. ad Constant.* 13. f. Quantolibet valebat exercitus Maximianus. P De iis, quae vim habent in medicina. *Plin.* 34, 18, 55. Sandaracha valet purgare, sistere, excalfacere, perrodere. *Id.* 28, 8, 27. Fimum potum valet ad dysentericos. *Id.* 29, 4, 17. Cimices valent contra serpentium morsus. *Id.* 20, 13, 51. Ruta per se pro antidoto valet. *Id.* 26, 15, 90. Dictamnus valet potu, et illitu, et suffitu. *Cels.* 6, 6. n. 21. Id quoque collyrium eodem valet; et *Cic. Fat.* 4. med. Affectio astringor valet, si vis, ad quasdam res: ad omnes certe non valebit. *Plin.* 17, 7, 4. Hoc genus terrae semel injectum (agris) in quinquaginta annos valet et frugum, et pabuli ubertate. P De iis quae stant, et vim suam servant. *Tibull.* 1, 4, 14. vetuit ille

valere, Jurasset cupide quidquid ineptus amor. *Cic. in Senat. 5.* Ut lex Aelia, et Fufia ne valerent. *Id. Dom. 30.* Populus R. Sulla dictatore ferente, municipis civitatem ademit: ademit iisdem agris: de agris ratum est: de civitate ne tamdiu quidem valuit, quamdiu illa Sullani temporis arma valuerunt. *Id. Div. 1, 16. f.* Illa obnuntiatio nihil valuit: aut s valuit, id valuit, ut, etc. [**Sall. Cat. 9.* jus bonumque apud eos non legibus magis quam natura valeat.] *Or. Ib. 245.* promissa valent. *Sall. Cat. 14. extr. fama; et ib. 17. extr.* Confusus, si conjuratio valuisset, facile apud illos principem se fore. *Cic. Caccin. 19. med.* In uno servulo familiae nomen valet. *Id. Leg. 1, 10. med.* Quaecumque est hominis definitio, una in omnes valet. *P* Pro significare, vim et sententiam habere, *σημαίνειν. Varr. R. 1, 31.* *ἰσχυρός* valet cito. *Cic. Fin. 2, 4. med.* Quaerimus verbum Latinum par Graeco, et quod idem valeat. *Suet. Vit. 18.* Becco valet gallinacei rostrum. *Nep. Them. 2. f.* Id responsum quo valet, cum intelligeret nemo, h. e. quo spectaret, quid significaret. *P* Refertur ad pretium, aestimari, *ἀξιολογῆσαι. Varr. L. 4, 36. med.* Denarii, quod denos aeris valebant; quinarii, quod quinos. *Plin. 33, 3, 13.* Ita ut scrupulum valerent sestertiis vicenis. *Paul. Dig. 9, 2, 33.* Si servum meum occidisti, non affectionem aestimandam puto, sed quanti omnibus valet. *Ulp. ib. 19, 1, 13.* Quasi minimo valerent hereditas. *Id. ib. 24, 1, 7. med.* Si praedia valeant decem. *P* [**Confund. valet et voluit. V. Brem. ad Suet. Caes. 79.*]

VALERIANUS, a, um, adj. ad Valerium aliquem pertinens. *Sall. fragm. ap. Non. 18, 7.* Praedabres Valeriani. *P* Valerianus, qui citatur ab *Arnob. 6, 194.*, perperam putatur esse Valerius Antias historicus: ispotius videtur esse, qui a *Plin. 3, 12, 7.* dicitur absolute Valerianus, et 10, 11, 2. et 14, 1, 3. appellatur *Cornelius Valerianus*, qui de rebus sacris, vel antiquitatibus scripsit. *P* Valeriani aurei ap. *Trebell. Claud. 17.* sunt nummi cum effigie Valeriani Aug. patris Gallieni Aug. [**Emendavit h. l. F.*]

VALERIENSIS, e, adj. ad Valerium pertinens, quae est urbs Hispaniae Tarraconensis, cujus incolae *Valerenses* dicuntur a *Plin. 3, 3, 4.*

VALERIUS, a, um, adj. ad Valerios pertinens, ut *Valeria gens*, olim *Valesia*, quae nobilissima, et patricia fuit, et plebeja. In utraque summi viri, et omnibus honoribus functi, et magnis rebus gestis praecleari exstiterunt. *Cic. Fl. 1, 11.* *P* *Valeria tabula*, h. e. Valerii ejusdem argentarii, qui tabernam in foro habebat, ad quam acta quaedam forensia fieri solebant. *Cic. Vat. 9. et 14. Fam. 2. V. SEXTIUS.* *P* *Valeria lex* lata est tempore Sullae dictatoris a L. Valerio Flacco interrege, ut omnia quaecumque ille fecisset, essent rata: invidiosa illa quidem, inquit *Cic. Agr. 3, 2.*, verontamen habet excusationem: non enim videtur hominis lex esse, sed temporis. Adde *Rosc. Am. 43.* *P* [*Valeria lex altera fuit ab eod. L. Valerio Flacco consule suffecto ann. U. C. DCLXVI. lata, qua, ut ait Vell. 2, 23.*, creditoribus quadrantem solvi iusserat, quamque memorat etiam *Cic. fragm. or. pro Fontejo. V. DODRANTARIUS. F.*]

Multo antiquior est quae primo a P. Valerio Publicola, deinde a M. Valerio consule de provocatione lata est, ut liceret cuilibet adversus magistratus impune ad populum provocare. *Lic. 2, 8. et 10, 9.* *P* [*Valeria via* a Tibure, nunc *Tivoli*, ubi desinebat via Tiburtina, ad Cerfeniam, nunc *Colle Armele*; ita vocata a M. Valerio Maximo censore, a quo, collegaque ejus C. Junio Bubulco viae per agros publica impensa factae sunt, teste *Lic. 9, 43.*, nempe ann. U. C. CCCXXVIII. Adde *P. Victor. de regionib. Urb. R.* *P* *Valeria Claudia via* a Cerfenia ad Alterni fluv. ostia. *Inscr. ap. Mur. 1050, 7. M. Blavio Q. F. III. Vir. I. D.*, aedili, curatorivae Valeriae Claudiae, et Trajanae Frentanae Interamnates, Histonienses, Bucani, etc. *F.*]

P *Valeria aquila*, species aquilae omnium minimae, sed viribus praecipuae, *μελανίστεος* Graece, colore nigricanti: quae sola fetus suos alit, cum ceterae fugent: sola sine clangore, sine murmuratione, haec ex *Plin. 10, 3, 3.* Dicta est *valeria*, quia viribus maxime valet.

VALERIUS, ii, m. nomen propr. R. hominis, ut P. Valerius Publicola, M. Valerius Messala. *P* *Valerius Antias* aequalis Sisennae et Claudii Quadrigarii, h. e. circa tempora Sullae dictatoris, ut est ap. *Vell. 2, 9.*, scripsit annalium grande opus: nam *Prisc. 9. f.* citat ejus libr. LXXIV., *Gellius* autem 7, 9. LXXV., qui tamen omnes perierunt. Ejus meminerunt etiam *Ascon. in Cic. Pis. 22.*, *Macr. Sat. 1, 13. f.* et *Censorin. de die nat. 17.*, sed frequentissime omnium *Livius*, qui 33, 10. eum notat, ut omnium rerum numerum immodice augmentem. *P* C. Valerius Flaccus e Setia Campaniae urbe ortus, poeta nobilis, et uno fortasse Virgilio minor, scripsit heroico carmine libros octo Argonauticon (quamquam ultimus mutilus ad nos pervenit) Fl. Vespasianus nuncupatus, cujus tempore vixit. Paupere sorte usus est, et admodum juvenis decessit Patavii sub Domitiano. Eum quidam Patavinum fuisse putant, quia multo tempore in hac urbe domicilium habuit.

Hinc a *Mart. 1, 77.* vocatur spes et alumnus Antenorci laris. Ejus mortem deflet *Quint. 10, 1.*, multumque laudat, ut et *Mart. 1, 62.* *P* *Valerius Maximus* civis R., historicus tempore Tiberii Imp. scripsit ad eundem libros novem dictorum factorumque memorabilium, opus varium, jucundum, atque utile: quod perisse putant viri docti: et quod nunc exstat, esse epitomen a quodam Januario Nepotiano Afro concinnatam. Sane quamquam omnia fere in eo verba Latina sunt, stilus tamen asperior est, et aetate, qua vixit, minus dignus. [*Ceterum B. Borghesius in Decad. numism. 14. oss. 2.* probat, non modo opus illud, sed etiam ejusdem praefationem scriptam ab auctore fuisse Tiberio adhuc imperante. *F.*]

VALESCO, is, n. 3. validus fieri incipio, corroboror. *Lucr. 1, 940.* Sed potius tali facto recreata valescat. *Tac. H. 1, 32.* Scelera impetu, bona consilia mora valescunt. *Id. Ann. 2, 39.* Veritas visu et mora, falsa festinatione et incertis valescunt; et *ib. 11, 15.* Superstitiones valescunt.

*VALETIUM, i, n. oppidum Calabriae. *Mela 2, 4.* *P* *Balsium* appellat *Plin. 3, 11.* *Balantium* est in *Tab. Peut. Valentia* denique in *Itin. Hierosol. B. A.*

VALETUDINARIUM, v. in v. sq.

VALETUDINARIUS, a, um, adj. ἀσθενικός, νοσώδης, qui frequenter, vel actu aegrotat. *Varr. R. 2, 1. med.* Alias stipulandum e valetudinario, alias e sano pecore. *Sen. Ben. 1, 11. f.* Ebrisio vina mittere, aut valetudinario medicamenta. [*Macr. Dig. 49, 16, 12. f.* Officium tribunorum est, principis frequenter interesse, querelas commilitonum audire, valetudinarios inspicere. *F.*]

P *Valetudinarium*, subaudi *cubiculum*, locus ubi valetudinarii curantur, in aedibus divitum, in quibus numerosa familia erat, ἰγυαστήριον, διακητήριον. *Cels. praef.* Qui ampla valetudinaria nutriunt, quia singulis summa cura consulere non sustinent, ad communia ista confugiunt. *Sen. ep. 27.* Non sum tam improbus, ut curationes aeger obeam: sed tanquam in eodem valetudinario jaceam, de communi malo tecum colloquor. *Id. Q. N. 1. praef. med.* Non video, quare sibi placeat, qui robustior est in valetudinario. [**V. Gronov. Id. Ira 1, 16.* Si intrassem valetudinarium exercitatus et sciens, aut domum divitis, non adeo imperassem omnibus per diversa aegrotantibus, h. e. diversis corporis membris. *Colum. 11, 1. med.* Languidiorem servum in valetudinarium confestim deducere. *Id. 12, 3. med.* Valetudinaria, vel si vacent ab imbecillis, identidem aperire, et immunditiis liberare, ut, cum res exegerit, bene ordinata et ornata et salubria languentibus praebantur. *P* [Etiam in castris erat valetudinarium, militibus aegrotis curandis idoneum, cui, ut patet *Veg. Mil. 2, 10.*, praefectus castrorum, et ipsi etiam tribuni, ut ex *eod. ib. 3, 2.*, praerant, adjuvato vero eorumdem in hoc ministerio dicebatur optio valetudinarii. *Hyg. Grom. p. 3. col. 1.* Duae (cohortes) tendere debebant in praetentura, supra quas valetudinarium; et mox: Ut septuaginta pedes valetudinarii, et reliqua, quae supra tendunt, accipiant, hoc est veterinarum, et fabrica, quae ideo longius posita est, ut valetudinarium quietum esse convalescentibus possit. *T. Arruntinus Paternus Dig. 50, 6, 6.* Quibusdam aliquam vacationem munerum graviorum conditio tribuit, ut sunt mensores, optio valetudinarii, medici, capsarii, etc. *Inscr. in Giorna. Pisan. T. 16. p. 172.* Fortunae sacrum T. Statilius Aquilinus Aquile, (h. e. Aquileja) 7. Acuvii, optio valetudinarii DD. V. OPTIO. *F.*]

VALETUDO et Valitudo, inis, f. διάθεσις, habitudo corporis in animalibus: a *valeo. Manil. 3, 140.* Quaque valetudo constat, nunc libera morbis, nunc oppressa. *Cic. Att. 10, 17.* Valetudinem tuam jam confirmatam esse et a vetere morbo, et a novis tentationibus, gaudeo. *Id. Sen. 11.* Quam fuit imbecillus P. Africanus filius! quam tenui, aut nulla potius valetudine! *P* Est vocabulum medium, et anceps, ut ait *Gell. 12, 9.*, sicut *tempestas, facinus, venenum.* Dicitur enim tum de sanitate, tum de morbo. [**Cf. quae dicta sunt in Valeo.*]

De sanitate, *ὑγια, ἐπιζῆλα. Cic. Off. 2, 24. f.* Sed valetudo sustentatur notitia sui corporis, et observatione, quae res aut prodesse soleant, aut obesse; et contentia in victu omni atque cultu, corporis tuendi causa, et praetermittendis voluptatibus; postremo arte eorum, quorum ad scientiam haec pertinent. *Id. Fam. 9, 18.* Valetudinem, intermissis exercitationibus, amiseram. *Hor. Ep. 1, 4, 10.* et cui Gratia, fama, valetudo contingat abunde. *Pl. Curc. 2, 1, 4.* Valetudo decrescit, accrescit labor. *P* De morbo, et aegra constitutione, *ἀσθένεια, νόσος. Cic. Div. 2, 59.* An Serapis potest nobis praescribere curationem valetudinis? *Id. Fam. 4, 1.* Trebatius ad me scripsit, moleste te ferre, quod me propter valetudinem tuam, cum ad urbem accessissem, non vidisses; et *ib. 6, 2.* Gravitas valetudinis, qua tamen jam paulum videor levare. *Caes. B. C. 3, 2. extr.* Gravis autem exercitum valetudine tentaverat. *Cic. Pis. 6.* Excusatione uti valetudinis. *Id. Fam. 14, 4. f.* Valetudine oculorum impediti. *Plin. 21, 27, 100.* Valetudo calculorum. *Caes. B. C. 1, 31.* Valetudine

affected. *Sen. Tranq. 2.* explicitus. *Justin. 21, 2.* Valetudinem contrahere. *Id. 13, 2.* Propter valetudinem majorem, quam patiebatur, h. e. morbum comitalem, qui morbus major dicitur. His adde *Cic. Att. 11, 23.* Valetudine tentari. *Nep. Annib. 4.* premi. *Suet. Claud. 26.* Sponsam ex valetudine amisit. [**V. Böttich. Lex. Tac. p. 480. sq.*]

P *Valetudo perpetua* est, quae curari nequit, *malattia cronica* Italicorum. *Inscr. ap. Fabr. p. 724. n. 443. med.* Qui ad epulandum non convenissent, sportulae et panes et vinum eorum venirent, et praesentibus divideretur, excepto eorum, qui trans mare erunt, vel qui perpetua valetudine detinentur. *P* Promiscue, apposito adjecto. [**Haec iis anteponi debebant, in quibus valetudo simpliciter de adversa valetudine dictum est. Nam quia proprie valetudo est conditio corporis νοσώδης, ut Graeci dicunt, ideo adjectiva sensum vocabuli accuratius definitientia cum eo solent conjungi.*] *Cic. Att. 5, 8.* Me incommoda valetudo, qua jam emergeram, tenebat duodecimum jam diem Brundisii. *Id. Brut. 48. extr.* Semper infirma atque etiam aegra valetudine fuit. *Nep. Att. 21.* Cum tanta prosperitate usus esset valetudinis, ut annos triginta medicina non indigisset. *Hirt. B. Alex. 44.* Gravi valetudine affectus. *Caes. B. C. 3, 62. extr.* Valetudine minus commoda uti; et *ib. 49. f.* optima uti. *Justin. 41, 6.* adversa correptus. *Cic. Q. Fr. 1, 1. extr.* Valetudini diligentissime servire. *Id. Fam. 11, 27.* parum parcere. *Id. Or. 1, 62.* dare operam. *Id. Fam. 14, 7. f. et ib. 10.* Valetudinem diligenter curare. *P* In plur. num. [**i. q. morbi.*] *Vitr. 1, 4.* Corpora non laborant valetudinibus. *Tac. A. 6, 50.* Medicus regere valetudines principes solitus. *Suet. Aug. 81.* Graves et periculosas valetudines expertus est. *P* Translate. *Id. Cal. 50.* Valetudo mentis. *Cic. Tusc. 4, 37. med.* Mala valetudo animi; et *Div. 1, 37. f.* Qui valetudinis vitio furunt, et melancholi dicuntur. *P* De stilo, allegorice. *Id. Brut. 16.* Habet Lysias certos sui studiosos, qui non tam habitus corporis opimos, quam gracilitates consecretur: quos, valetudo modo bona sit, tenuitas ipsa delectat. *P* *Valetudo* Dea est ap. *Capell. 1, 16.* Venit ex altera (parte) Fortuna, et Valetudo, Favorque. Hinc *Valetudinis* effugium videre est in nummo G. Aciliae ap. *Morell. Numism. fam. R. tab. 1. n. 3.*, in cujus postica cernitur mulier stans, quae dextra serpentem tenet, sinistra columellae innititur, circa autem legitur VALETU, quae quidem allusio fit ad nomen *Aeilus*, Graece enim ἀείλωμα, et Ionice ἀείλωμα significat mederi. *P* Multis placet scribi *valitudo*, tum quod a *valeo* sit *valiturus, valitudo*: tum quod ita legatur in plurimis opt. MSS. et editis libris omnium fere scriptorum. In qua descriptione secunda syllaba corripitur, ut in *altiludo, lassitudo*, et similibus. Contra *Manutio* et *Cellar.* placet *valetudo*, tum quia secunda syllaba ab *Hor. Ep. 1, 4, 10.* et *Sat. 2, 2, 88.*, *Manil. 1, 394.* et 3, 140. producit: tum quia ita sculptum est in aliquot antiquis lapidib.: tum quia quae ex *rubeo, albo, nigro, torpeo* fiunt nomina, e retinent. Neutram improberis.

VALGITER, adv. valgo modo. *Petr. Sat. 26.* Commovebat valgiter labra, et me tanquam furtivis subinde oculis verberabat. *Id. in fragm. ap. Fulg. de prisc. serm. n. 46.* Obtorto valgiter labello. *Valgiter labra commovere* est aperire et distorquere, *ὑποσπῆσαι τὸ στόμα, V. VALGUS.*

VALGIUM, ii, n. instrumentum quoddam rusticum ad areas complanandas: a *valgus*. In Campania sane habetur genus id tali specie, quasi surae duae in diversum collocatae, quo, ut cylindro, supplanantur areae. *Plin. 17, 10, 14.* Seritur mense Aprili, area aequata cylindris, aut valgio, alias densum. *Harduinus* tamen ex melioribus libris et MSS. legit *volgiolis*, aut *vulgiolis*, quod idem significat. *P* *Valgia* a *Fulg. de prisc. serm. n. 46.* exponuntur labellorem obtortiones. [*V. l. c. in SUBATIO. F.*]

*VALGIUS, i, m. nomen Romanum. C. Valgum Saturnium Rufum, oratorem, et Valgium poetam, confundi saepe docet *Broukhus. ad Tibull. 4, 1, 180. B. A.*

VALGUS, a, um, adj. βλακῆς, qui suras et crura habet extrorsum intortas, idem ac vatus, quique, ut ait *Petr. Sat. 102. f.* crura in orbem pandit: quique crura habet, simulat quae cornua lunae, ut est ap. *Mart. 2, 35.* Huic contrarius est *varus*, *καυρός, οκαυρός*, qui crura ad instar litterae V, seu Δ habet, vel qui displosis est cruribus. *Festus*: Valgos Opilius Aurelius, alique complures ajunt dici, qui diversas suras habeant. E contrario vari dicuntur incurva crura habentes. *Cels. 8, 20.* Si femur in interioriorem partem prolapsum est, crus longius altero, et valgius est: extra enim pes ultimus spectat. Si in exteriori, brevius varumque fit, et pes intus inclinatur. *Pl. fragm. ap. Fest.* Sin ea mihi insignitos pueros pariat postea, aut varum, aut valgum, aut cornem, aut brochum filium. *Nov. ap. Non. 1, 98.* Valgus, veterosus, genibus magnis, talis turgidis. *P* *Valga suavia* ap. *Pl. Mil. 2, 1, 16.* sunt labra valgiter conformata et os prave distortum subsannandi causa. [*P* Est

etiam cogn. R. Inscr. ap. Guarin. Osserv. p. 22. C. Quinctius C. F. Valgus. F.]

*VALI, orum, populi Sarmatiae Asiaticae, trans lacum Maeotim. *Plin.* 5, 7. B. A.

VALIDE, adv. ἰσχυρῶς, πᾶν, valde, vehementer, majorem in modum. *Pl. Merc. prol.* 2, 42. Amare valide coepi hic meretricem. *Coel. ad Cic. Fam.* 8, 2. Quin ego, cum pro amicitia validissime faverem ei, etc. *Quint.* 10, 3. med. Nec promptum est dicere utros peccare validius putem. *Plin. ep.* 9, 35. Validissime cupere. *Plin. alter* 11, 17, 17. de apib. Fessum regem humeris sublevant; validius fatigatum ex toto portant. *Phaedr.* 5, 5. Poetae sunt molesti validius; et 3, 16. Validius clamare. *Pl. Amph.* 5, 1, 10. Ut valide tonuit! *Id. Ps.* 1, 2, 12. Vestra latera loris faciam ut valide varia sint. *Id. Rud.* 2, 1, 14. Valide fluctuat mare. *Plin. ep.* 1, 20. f. Ille mihi validissime placet; et *ib.* 3, 15. Validissime dirigere aliquem. *Tac. A.* 14, 65. Romanus secretis criminationibus incusaverat Senecam, sed validius a Seneca eodem crimine percussus est. *Plin.* 28, 2, 4. Validius abrogant fidem. P In responsionibus. *Pl. Ps.* 1, 3, 130. *Ps. Legirupa. Ball. valide. Ps. perniciis adolescentum. Ball. acerrime. V. integr. loc.*

VALIDITAS, atis, f. *Apul. Trimeg. Membra et validitate, et tenuitate diversa.*

[VALIDO, as, a. I. validum reddo, confirmo. *Auct. fragm. inter oper. ined. Symmach. (ed. iterum A. Maio) p. 72. Res publicas potuit quassatas validare. F.]*

VALIDUS, a, um, adj. ἰσχυρός, valens, sanus, firmus: a valeo. [*De ordine notionum hujus vocabuli eadem fere valent, quae in *valco* dicta sunt, ubi v.] *Ter. Hec.* 3, 5, 6. Bene factum, te advenisse salvum atque validum. *Cic. Fam.* 16, 4. med. Omnia viceris, si, ut spero, te validum videro. *Hor. Od.* 1, 31, 17. Frui paratis et valido mihi, Latue, dones. *Liv.* 3, 13. Necdum ex morbo satis validus. *Plin.* 20, 5, 20. Ad colorem validum profici hoc cibo. P Item pollens viribus, robustus, fortis, ἰσχυρός. *Pl. Amph.* 1, 1, 7. Ita, quasi incudem, me miserum homines octo validi caedant. *Virg. A.* 2, 50. validis contorsit viribus hastam. *Ov. Met.* 9, 233. Validi lacerti. *Id.* 7, 538. tauri; et 3, 64. ietus. *Id. Trist.* 5, 12, 11. valido pectus robore fultum. P Translate. *Pl. Men.* 5, 3, 1. Jamne isti abierunt, qui me cogunt, ut validus insaniam? h. e. mente sanus. *Hor. Ep.* 1, 8, 7. mente validus. *Sall. Cat.* 6. Delecti, quibus corpus annis infirmum, ingenium sapientia validum erat. P Et opibus, armis, potentia, aliave re valens. *Pl. Pers.* 2, 3, 1. Jovi opulento, incluto, Ope gnato, supremo, valido, viripotenti. *Liv.* 2, 39. Ut facile appareret, ducibus validiorem, quam exercitu, rem Romanam esse. *Id.* 7, 39. Jam valida admodum numero manus erat. *Just.* 13, 5. Excursurus cum valida manu fuerat ad Athenas delendas. *Plin. ep.* 3, 9. med. Vir gratia et facundia validus. *Tac. H.* 1, 57. Corpore, opibus, ingenio validus. *Id. A.* 12, 18. Eunones recens conjuncta nobiscum amicitia validus. *Id. ib.* 6, 8. Ut quisque Sejano intimus, ita ad Caesaris amicitiam validus; et *ib.* 3, 10. et *ib.* 4, 37. Tiberius validus spernendis rumoribus et honoribus. *Id. A.* 6, 31. Validissimus auctor mittendi legatos, h. e. qui maxime persuasit, ut legati mitterentur. P Cum gen. *Id. ib.* 4, 21. Cassius Severus sordidae originis, sed orandi validus. *Id. H.* 2, 19. Colonia virum et opum valida. *Aurel. Vict. Caes.* 16. f. Validus aevi. P De rebus inanimis. *Or. Am.* 3, 13, 41. Terras findere valido aratro. *Id. A. Am.* 3, 543. Valido aestu peruri, h. e. magno amore; et eod. sensu *Met.* 7, 9. Concipere validos ignes. *Id. Pont.* 4, 3, 5. puppis valida fundata carina. *Id. Rem. Am.* 83. teneras mora percoquit uvae, Et validas segetes, quod fuit herba, facit. *Plin.* 16, 21, 37. Validos funes palmae foliis fieri. *Gell.* 16, 11. Validus ventus. *Lucan.* 5, 618. Validi fluctus. *Propert.* 2, 25, 48. laquei. *Virg. G.* 2, 447. Valida hastilia; et *ib.* 4, 331. bipennis. *Tibull.* 3, 4, 65. Saevus Amor docuit validos tentare labores. *Claud. Cons. Prob. et Olybr.* 238. valido decernere caestu. *Lucan.* 1, 138. quercus validis radicibus haerens. *Liv.* 1, 15. Urbs valida muris. *Id.* 36, 17. Munitiones validiores locis impositae. *Tac. A.* 15, 15. Pons validus et fidus. *Plin.* 18, 17, 46. In solo valido fabam serere, h. e. pingui ac denso, et multi in colendo laboris. Sic *Cato R. R.* 3. Fabam in locis validis non calamitosis serito. *Quint.* 10, 1. med. de Archilocho: Summa in hoc vis elocutionis, cum validae, tum breves, vibrantesque sententiae. *Scrib. Comp.* 41. Mala granata semper valida sunt: i. e. acerba, acida. *Virg. G.* 3, 172. Validum pondus: cui movendo validae vires opus sunt. *Tibull.* 2, 3, 6. Valido bidente versare solum. P Cum infinito. *Plin.* 16, 42, 81. Pondus sustinere validae abies, larix etiam in transversum positae. *Claud. in Eutrop.* 1, 134. de cane: validus servare gregem, vigilique rapaces Latratu terrere lupos. P De iis, quae vires habent in medicina. *Ov. Met.* 15, 533. Apollineae valido medicamine prolis Reddita vita foret; et *ib.* 7, 316. validosque venefica succos Mergit in aere cavo. *Tac. A.* 13, 15. f. Venenum pa-

rum validum. *Ov. Fast.* 6, 677. convivae valido titubantia vino Membra movent. *Plin.* 23, 2, 32. Validissima faex aceti contra cerastas. P De cibo, qui multum alimenti habet. *Cels.* 2, 18. f. Imbecillis hominibus rebus infirmissimis opus est, robustis apta materia validissima est. *Plin.* 18, 7, 15. Pisaniae usus validissimus, saluberrimusque.

*VALII, orum, populi Aethiopiae. *Plin.* 6, 30. B. A.

VALLA. V. VAALA.

*VALLAEI, orum, Vallarum incolae. Fuit autem Vallae Macedoniae oppidum, in Pieria. *Plin.* 4, 20. B. A.

VALLARIS, e, adj. ad vallum spectans, ut *Vallarum corona*, qua donari solebat is, qui primus vallum hostium fuisset ingressus. *Liv.* 10, 46. Multae civicae coronae, vallaresque, ac murales conspetae. *Id.* 30, 28. med. Qui imperatores, qui consules Romanos sua manu occidissent, muralibus vallaribusque insignes coronis. Adde *Suet. Aug.* 25. et *Plin.* 16, 4, 3. et 22, 3, 4.

VALLATIO, onis, f. munitio vallo circa posito facta. Translate. *Theod. Prisc.* 4, 1. med. Istitis si uteris, ut missa scriptura demonstrat, integra salute reliquum tempus facile transiges sine vallatione medicorum, h. e. sine turba medicorum, qui te quasi vallo contra morbos munire pollicentur. P.]

VALLATUS, a, um, part. a vallo: vallo munitus. *Plin.* 15, 18, 20. Castra Punica ad tertium lapidem vallata. *Sil.* 12, 490. Vallatae portae, h. e. vallo clausae. P Translate sumitur pro munito, stipato, circumdato quacumque ratione. *Cic. Mur.* 24. Catilinam interea alacrem atque laetum, stipatum choro juventutis, vallatum indicibus, atque sicariis. *Id. Har. resp.* 16. Sic enim sentio, jus legatorum cum hominum praesidio munitum sit, tum etiam divino jure esse vallatum. *Id. Arch.* 9. Pontus et regis quondam opibus, et ipsa natura regionis vallatus. *Liv.* 5, 27. Hydra venenatis vallata colubris. *Lucan.* 6, 185. Vallatus bello, h. e. hostibus undique circumfusus, tanquam vallo circumseptus et obsessus. (Eod. modo locutus est *Sen. Herc. Oct.* 1194) *Id.* 3, 374. moenia clausa Conspicit, et densa juvenum vallata corona. *Propert.* 3, 14, 29. Aut humet ignotae cumulus vallatus arenae: ὄγκωτος νερός, h. e. tumulus ex aggesta in parvi collis altitudinem humo. *Flor.* 3, 1. med. Urbs in media Africa sita, anguibus arenisque vallata. *Ov. Her.* 4, 159. sol radiis frontem vallatus acutus. *Macrob. Sat.* 2, 11. f. Quis neget, indomitam apud illos, et ut ait Caecilius, vallatam gulam fuisse, qui ex tam longinquo mari instrumenta luxuriae comparant? h. e. quasi vallo munitam, et quae vinci nunquam potuerit *Val. Max.* 9, 11. f. Arae, pulvinaria, templa praesenti numine vallata sunt.

VALLICULA. V. IN VALLIS.

VALLEFACTUS, a, um, adj. vallo seu vanno excretus. *Festus in Valvoli:* Valvoli, folliculi fabae appellati sunt, quasi valivoli, quia vallefacti exsiccantur. Ita leg. *Salmas.*, alii *vallo fracti*, h. e. fuste comminuti.

[VALLENSIS, e, adj. ad vallem pertinens. Hinc *Forum Claudia Vallense* dictus est vicus, qui et Octodurus, quia in valle Pennina positus fuit. V. OCTODURENSIS. *Inscr. ap. Orell. Coll. Inscr. Lat.* n. 225. Imp. Caesari Fl. Val. Constantio Pio Felici Invicto Aug. Divi Constantini Pii Aug. filio For. Cl. Val. bono republicae nato. Adde aliam n. 312. F.]

VALLIS, is. V. VALLIS.

VALLESCIT, perierit: a vallo militari, quod fit circa castra: quod qui eo ejiciuntur, pro perditis habentur. Haec *Festus:* ubi alii pro *vallescit* leg. *vallescit*, et a vallo, h. e. vanno duci putant, ex quo quae ejiciuntur, neglecta pereunt.

[VALLESTRIS, e, adj. qui in valle positus est. *Ambros. ep.* 30. (al. 12.) Quid ergo istud est, nisi in superioribus habitandum, non in vallestribus, et subterraneis habitaculis? F.]

*VALLI, orum, populi Asiae, medio loco inter Pontum Euxinum ac Caspium mare. *Plin.* 6, 11. Fortasse i. q. *Vali.* P Fuit et hoc nomine oppidum Africae Propriae, in Zeugitana. *Anton. Itin. B. A.*

VALLICULA, ae, f. ἄγχιον, parva vallis. *Fest. in Convallis:* Vallis deminutivum facit vallicula. **Vulgat. Interpr. Levitic.* 14, 37. Et cum viderit in parietibus illius (domus) quasi valliculas pallore sive rubore deformes, etc. h. e. fossulas. B. A.

[VALLIO; onis, m. dimin. valli. Est cogn. R. *Inscr. ap. Mur.* 1362, 3. Ti Julius Actiaci L. Vallio. F.]

VALLIS, et Valles, is, f. ἄγχιον, planities a duobus lateribus inclusa, ut *Fest. in Convallis* definit. *Caes. B. G.* 3, 1. extr. Qui vicus positus in valle, non magna adjecta planitie, altissimis montibus undique continetur; et *ib.* 2. med. Cum ipsi ex montibus in vallem decurrerent, et tela conjicerent. *Ov. Met.* 3, 155. Vallis erat picis et acuta densa cypressu; et *ib.* 8, 334. Concava vallis et, qua se demittere rivi Assuerant pluvialis aquae. *Virg. G.* 3, 331. Aestibus at mediis umbras exquirere vallem. *Hor. Od.* 1, 17, 17. Hic in reducta valle caniculae Vitabis aestus. *Id. Ep.* 1, 16, 5. Continui montes, ni dissociantur opaca Valle. *Catull.* 68, 59. Rivus

de prona praeceps est valle volutus. *Virg. A.* 7, 802. de amne: gelidusque per imas Quaerit iter valles. *Id. Ecl.* 5, 84. Saxosae inter decurrunt flumina valles. *Id. G.* 2, 391. Complentur vallesque cavae, saltusque profundi. *Id. Ecl.* 6, 84. Ille canit: pulsae referunt ad sidera valles. *Id. A.* 2, 748. Curva valle recondere aliquem. *Id. ib.* 9, 244. Obscurae valles. *Mart.* 5, 71. gelidae. *Tibull.* 1, 4, 43. et 2, 3, 19. caneret dum valle sub alta. *Lucan.* 7, 480. Exceptit resonis clamorem vallibus Haemus. *Sen. Oed.* 531. Vallis irrigua. P Translate. *Catull.* 69, 5. tibi fertur Valle sub alarum trux habitare caper, h. e. subcavitate axillarum. *Auson. epigr.* 128, 5. De valle femorum. P Allegorice. *Quint.* 5, 14. med. de eloquentia: Feratur igitur non semitis, sed campis: non uti fontes angustis fistulis colliguntur, sed ut latissimi amnes, totis vallibus fluat, ac viam sibi, si quando non acceperit, faciat. P Rectus casus singularis *valles* firmari solet illo *Virg. A.* 11, 522. Est curvo anfractu valles accommoda fraudi. Quam lectionem in aliquot antiquis exemplaribus exstare *Pierius* testatur; et *Servius* confirmat, tum quod metrum ita postulet, tum quod diminut. sit *vallecula*, ut a *vulpes* est *vulpecula*. Additque ex *Horatio:* moveat vulpecula risum. Sed quod ad metrum attinet, potest et *vallis* legi, et produci ultima beneficio caesurae. V. SANGUIS. Diminutivum *Festus* ponit *vallicula*, ut in ea voce dictum est. Il- lud vero *Horatii* est ἠμφορικὸν ἀμάχημα, cum is habeat *Ep.* 1, 3, 18. Ne si forte suas repititum venerit olim Rex avium plumas, moveat cornicula risum Furtivis nudata coloribus. Etiam *Valer. Prob.* in *Catholic.* p. 1470. agnoscit *valles*: sed cum eo loco de iis agat, quae in *pes* desinunt, ut *pupes*, *rupes*, *vulpes*, etc., non video quomodo *valles* inter ea locum habeat.

VALLO, as, avi, atum, a. I. περιτείλλω, vallis circumdoto et munitio. *Hirt. B. Alex.* 27. med. Quorum impetum Mithridates magna cum prudentia, consuetudine nostra castris vallatis sustinuit. *Tac. H.* 2, 19. Postquam nox appetebat, castra vallari placuit; et *ib.* 4, 26. med. Ibi struenda acie, muniendo vallandoque militem firmabant. *Id. G.* 30. Nosse ordines, intelligere occasiones, disponere diem, vallare noctem. P Translate est quacumque ratione munire. *Lucan.* 4, 224. nulli vallarent oppida muri. *Plin.* 10, 33, 51. Perdices spina et frutice sic muniunt receptaculum, ut contra feras abunde vallentur. *Flor.* 2, 8. f. Elephantis aciem utrinque vallaverat; et *ib.* 12. Ita Macedoniae suam armis ferroque vallaverat, ut non reliquasse aditum videretur. *Ep. Liv.* 57. Cum gladio vallare te scieris, vallum ferre desinito. *Mamert. Genethl. Maxim.* 2. f. Alpibus Italiani natura vallavit. *Sen. Herc. Oct.* 1932. Non Argolica rapta leoni Fulva pellis contexta juba Laevos operit dura lacertos, Vallantque feri tempora dentes, h. e. spoliis leonis ab Hercule occisi, ita ab eo gestatum, ut cute capitis ac dentibus caput ipse suum tegeret. *Quint. decl.* 2, 16. Fores vallavit cura servorum, h. e. pessulum obdendo munit. P Illa etiam translata sunt. *Cic. Leg.* 1, 24. Atque haec omnia quasi sepimento aliquo vallabit disserendi ratione. *Sil.* 7, 407. de *Fab. Maxim.* sic castra relinquens Vallarat monitis. *Stat. Theb.* 10, 563. jam tecta replerant Templaque, et ingratae vallantur planctibus arae, h. e. circumfunduntur.

VALLONIA, ae, f. Dea vallium praeses. *August. C. D.* 4, 8. Collibus Deam Collatinam, vallibus Valloniam praefecerunt.

VALLUM, i, n. ἕρκος, ὁ χείμας, χωράκιον, munitio militaris, qua includuntur castra, aut oppida obsessa, ex caespite et aggesta terra, et crebris vallibus seu palis infixis, fossa praeducta. *Varr. L.* 4, 24. Vallum, vel quod ea (al. eo) varicare nemo possit; vel quod singula ibi extrema bacilla furcillata habent figuram litterae V. (V. vocem seq.) et *Liv.* 33, 5. ubi de hac re plura. *Cic. Att.* 9, 12. Populi R. exercitus Pompejum circumsidet, fossa et vallo septum tenet; et *ib.* 5, 20. med. Oppidum cinximus vallo et fossa. *Id. Fam.* 15, 4. med. Oppidum vallo et fossa circumdedit. *Sall. Jug.* 79. Vallo fossaque moenia circumvenit. *Caes. B. G.* 2, 5. extr. Castra vallo fossaque munit; et *ib.* 30. Hostes vallo pedum duodecim in circuitu quindecim millium circummuniti, oppido se continebant; et *ib.* 3, 25. Defensores vallo munitibusque depellere; et *ib.* 5, 42. Hostes scalis vallum ascendere coeperunt; et *ib.* 3, 5. Vallum scindere, et fossas complere. *Just.* 13, 5. med. rescindere. *Vell.* 2, 63. prouere. *Flor.* 4, 2. med. rumpere; et *ib.* Castra vallo obducere. *Liv.* 7, 23. (et *Tibull.* 4, 1, 85.) Vallum ducere. et *Id.* 6, 2. Tantum terroris intulerat, ut vallo se ipsi, vallum congestis arboribus separent. *Id.* 22, 60. f. Pro vallo pugnare, h. e. ante vallum. P Translate. *Plin.* 12, 5, 11. Intra septem eam aestivant pastores opacam pariter, et munitam vallo arboris; et 15, 23, 25. Castaneis armatum echinato calyce vallum. *Cic. Sen.* 15. Spica contra avium minorum morsus munitur vallo aristarum. *Id. N. D.* 2, 57. (et *Plin.* 11, 37, 56.) Munitae sunt palpebrae tanquam vallo pilorum. *Id. Pis.* 33. Alpium vallum contra ascensum transgressionemque Gallorum objicere et opponere. *Quint.*

decl. 13, 3. Undique vallo divitiarum clusi sumus. *Gell.* 13, 27. Caput et os suum manibus oppositis quasi vallo praemouent. *Id.* 1, 15. et *Apul. Dogm. Plat.* 1. f. Petulantiae verborum coercendae vallum est oppositum dentium. *Manil.* 1, 149. Ignis in aetherias volucer se sustulit auras, Summaque complexus stellantis culmina coeli, Flammaram vallo naturae moenia fecit.

VALLUS, i, m. ἡ ζώνη, palus, sudes, ramus ex arbore recisus: cujusmodi sunt pedamenta vitium. Videtur esse a *varus*, varis enim ramis munitus est agger; hi autem primum diminutiva forma *varuli*, mox valli dicti, ut a *surula* factum est *Sulla*. V. VAALA. *Virg. G.* 1, 264. Exacuunt alii vallos, furcasque bicornes; et *ib.* 2, 25. Quadrifidasque sudes, et acuto robore vallos. Ubi *Servius*: Bis idem dixit: nam valli et sudes idem sunt. P Saepius dicitur de palis, quibus infixis firmatur et munitur agger excitatus ad sepimentum castrorum: quod inde *callum* appellatum est. Hujusmodi palos humeris ferebant in expeditionibus Romani milites, praeter arma et cibaria, ut, ubicumque ponenda essent castra, muniendi materia praesto esset: quod significat *Virg. G.* 3, 346. patriis acer Romanus in armis Injusto sub fasce viam cum carpit, et hosti Ante expectatum positus stat in agmine castris. *Cic. Tusc.* 2, 16. Qui labor et quantus agminis! ferre plus dimidiati mensis cibaria, ferre siquid ad usum velint, ferre vallum: nam scutum, gladium, galeam in onere nostri milites non plus numerant, quam humeros, lacertos, manus. *Epit. Liv.* 57. Scipio Africanus militem quotidie in opere habuit, et triginta dierum frumentum, ad septenos vallos, ferre coegit. *Liv.* 25, 36. Erat adeo nudus tumulus et asperi soli, ut nec virgulta vallo caedendo, nec terra caespiti faciendi inveniri posset. P Etiam ipsum vallum ex palis contextum *vallus* dicitur. *Caes. B. C.* 3, 63. Erat eo loco fossa pedum quindecim, et vallus contra hostem in altitudinem pedum decem: tantundemque ejus valli agger in latitudinem patebat. *Hirt. B. Alex.* 2, med. Omnibus viis triplicem vallum obtulerant. *Tibull.* 1, 11, 9. Non arces, non vallus erat. P Rationem valli faciendi tum a Macedonibus et Graecis, tum ab Romanis usurpatam, luculenter describit *Liv.* 33, 5. P Translate. *Or. Am.* 1, 14, 15. Non acus abruptus, non vallus pectinis illos, (scilicet capillos) h. e. densi pectinis dentes, instar valli subrecti. *Id. Met.* 8, 286. stantque velut vallus, vel ut alta hastilia, setae. Alii utroque loco *leg. vallum*. P *Vallus* est etiam genus quoddam vehiculi metendis spiciis aptum, de quo *Plin.* 18, 39, 72. Galliarum latifundiis valli praegrandes, dentibus in margine infestis, duabus rotis per segetem impelluntur, jumento in contrarium juncto: ita direptae in vallum cadunt spicae. *Pall.* 7, 2. accurate describit hoc instrumentum rusticum, et *vehiculum* appellat. P *Vallus* item genus quoddam tegulae. *Sere.* ad *Virg. G.* 1, 264. Aelius Gallus, de verbis ad jus civile pertinentibus, vallos appellat tegulas grandes, quae supra collicias infimae ponuntur. *Cato R. R.* 14. Colliciares tegulae quae erunt, pro binis putabuntur: in vallos, quot erunt, in singulos quaternae numerabuntur. Alii perperam pro in vallos legunt in aliis. P Est etiam *vallus* gen. fem. idem quod *vanus*, vel ejus diminutivum, ut *villum* a *vinum*. *Varr. R. R.* 1, 52. E spica exteruntur grana: iis tritis, oportet e terra subjectari vallis, aut ventilabris; et *ib.* 23, med. Ut habeas vimina, unde viendo quid facias, ut sirpeas, vallos, crates. Adde *eund.* ap. *Sere.* ad *G.* 1, 166. V. VALLEFACTUS.

VALOR, oris, m. τιμή, pretium: a *valeo*. *Plin.* Victoriati valore redimi potest. Ita referunt quidam Lexicographi; sed ea *Plinii* verba merito suspecta esse debent, cum adhuc inveniri non potuerint.

VALVAE, arum, f. plur. θύραι διαχωριστοί, lignae fores, ex duabus, aut tribus, aut pluribus etiam tabulis (cujusmodi Itali dicunt *scuri fatti a libro*), quibus janua, aut fenestra clauditur: quasi *volvae*, quia in aperiendo volvuntur, et complicantur. *Varr.* ap. *Sere.* ad *A.* 1, 453. Valvae sunt, quae revolvuntur, et se velant. *Isid. Or.* 15, 7. Fores et valvae claustra sunt: sed fores dicuntur, quae foras; valvae quae intus revolvuntur, et duplices complicabilesque sunt: sed generaliter usus vocabula ista corrumpit. *Cic. Div.* 1, 34. In templo Herculis valvae clausae repagulis subito se ipsae aperuerunt. *Id. Verr.* 2, 4, 56. Valvas magnificentiores, ex auro atque ebore perfectiores nullas unquam ullo templo fuisse. *Id. ib.* 43, med. Convulsis repagulis, effractisque valvis, demoliri signum conantur. *Juven.* 4, 63. facili patuerunt cardine valvae. *Propert.* 4, 8, 51. totas resupinat Cynthia valvas. *Or. Met.* 2, 4. Argenti bifores radiabant lumine valvae; et *ib.* 4, 185. Lemnius extemplo valvas patefecit eburnas. *Nep. Paus.* 5. Hinc ne exire posset, statim ephori valvas ejus aedis obstruxerunt. P In sing. num. *Petr. Sat.* 96. Videbamus omnia per foramen valvae, quod paulo ante ansa ostii disrupta laxaverat. Adde *Pomp.* ap. *Non.* 1, 69. et *Sen. Herc. Fur.* 999. P Valvarum nomine significatur etiam ipsum *χάσμα*; cavitas, lumen januae, aut fenestrae: fiebantque maxime in tricliniis amplae ac

patentes, ut coenantibus late prospectus esset in omnes partes. V. v. sq. Differunt a fenestris in eo, quod fenestrae alte a solo incipiunt, et aditum solummodo praebent lumini; valvae ab imo, et etiam ingredientibus. *Plin. ep.* 5, 6. f. Cubiculum mar-more splendet, valvis in viridia prominet et exit, alia viridia superioribus inferioribusque fenestris suspicit, despiciatque. *Id. ep.* 2, 17. Triclinium undique valvas aut fenestras non minores valvis habet: atque ita a lateribus, a fronte quasi tria maria prospectat; a tergo cavaedium, porticum, aream; porticum rursus, mox atrium, silvas, et longinquos respicit montes. *Id. ep.* 5, 6. Triclinium valvis xystum desinentem, et protinus pratum, multumque ruris videt fenestris.

*VALVARIUS, i, m. qui valvas facit. *Gloss. Vet.* Valvarius, θοροεικτωρ. B. A.

VALVATUS, a, um, adj. valvis instructus. *Varr. L. L.* 7, 14. Triclinia valvata et fenestrata. *Vitruv.* 6, 6. Triclinia habeant dextra ac sinistra lumina fenestrarum valvata, uti viridia de tectis per spatia fenestrarum prospiciantur. *Id.* 4, 6. f. Fores valvatae; et f. Ipsa forium ornamenta non fiunt ceros-trota, neque bifora, sed valvata.

*VALVIFRAGUS et

*VALVIPATUS, a, um, adj. *Sarish.* 4, 7. Leges illae valvipatae (quae patere jubent valvas convicentium) seu valvifragae (quae frangi jubent valvas clausas epulantium) — nullo abrogante irritae factae sunt. *V. Cassel. Var. Lect.* 7, 6. B. A.

VALVOLUS, et Valvulus, i, m. λοβός, folliculus leguminum, et praesertim fabae. *Festus*: Valvuli folliculi fabae appellati sunt, quasi vallivoli, quia vallo facti (lege fracti) excutiantur. *Colum.* 6, 10. Lentis quoque valvolis exemptae, et minute molitae miscentur aquae calidae; et *ib.* 4. Valvulis ervi bubus medetur. *Id.* 7, 4. de ovibus tectis: Singula capita per hiemem recte pascuntur ad praesepia, tribus hordei, vel frescae cum suis valvulis fabae

*VAMA, ae, Indiae fluvius navigabilis, quem Ganges excipit. *Plin.* 6, 18. B. A.

*VAMACURES, ium, populi Africae, in Mauretania Caesariensi vel fortasse in Numidia. *Plin.* 5, 4. B. A.

[VANACINI, orum, m. plur. Οὐαναικίνοι apud *Ptolem.* 3, 2., sunt populi Corsicae in septentrionali insulae parte. *Inscr.* ap. *Mur.* 2003, 2. Imp. Caesar Vespasianus Augustus magistratibus et senatoribus Vanacinarum salutem dicit. F.]

VANDALI, orum, m. plur. Ταλαντιοί apud *Ptolem.* 4, 14, 28. Vindili, vel Valdili, ut in MSS. reperit *Hard.*, populi Germaniae iis olim locis habitare crediti, ubi nunc ducatus Meklenburg. et Pommerania, in varias deinde terras migrarunt, demumque in Galliam progressi, inde in Hispaniam Baeticam, nomen ei provinciae fecere, quae hodieque *Andalusia* dicitur: in Africam quoque trajicientes eam diu tenuerunt. Eorum historiam habes ap. *Isid. de regib. Gothor. Wandalar. et Suevorum.* *P Reperitur et forma *Vandali.* *Salvian. de gub.* 7, med. p. 251. *Rittersh.* Ut Vandalis potissimum, id est publicis barbaris, traderentur. B. A.

VANDALICUS, a, um, adj. ad Vandalos pertinens. *Prosper Aquitan. prol. carm. de provid. divin.* 33. heu caede decenni Vandalicis gladiis sternitur, et Geticis. *Coripp. Laud. Just.* 286. Effera Vandalici calcantur colla tyranni.

VANE, adv. futiliter, frustra. *Tert. Apol.* 49. Vulgus vane de nostra vexatione gaudet. *Id. Pud.* 1. Praecavendo vanissime quibus parcunt, et parcendo ineptissime quibus praecavent. *Appul. Apol.* Multo vanius et nequius excogitatum.

VANESCO, is, n. 3. ἀναλίσθημι, vanus fio, in vanum abeo, aut recido, evanesco. *Cic. Leg.* 2, 10, med. Animi labes nec diuturnitate vanescere, nec annibus ullis elui potest. *Alii leg.* evanescit. *Or. Trist.* 1, 2, 107. incipiunt gravidae vanescere nubes. *Sen. Troad.* 392. calidis fumus ab ignibus Vanescit spatium per breve. *Tac. Hist.* 5, 7. Vanescere in cinerem. *Or. Am.* 3, 7, 31. Carmine laesa Ceres sterilem vanescit in herbam. *Pers.* 3, 13. Nigra quod infusa vanescat sepiat lympham, h. e. atramentum diluatur, et nigrorem amittat. P Translate. *Or. A. Am.* 2, 358. Vanescitque absens, et novus intrat amor. *Catull.* 61, 199. Vos nolite pati nostrum vanescere lectum, h. e. in irritum cadere; et *Tac. A.* 2, 40. Inanis credulitas tempore ipso vanescit; et *ib.* 5, 9. Vanescite plebis ira, ac plerisque per priora supplicia lenitis. *Or. Her.* 12, 85. Spiritus ante meus tenues vanescat in auras. *Id. Am.* 2, 14, 41. Ista sed aetherias vanescant dicta per auras.

VANGA, ae, f. sarculum, marra, ligo, bipalium. *Pall.* 1, 43. Serrulas minores, vanga, runcones, quibus veprea persequimur. *P V. Cangii *Gloss.* Lat. in v. *Vanga.* B. A.

VANGIONES, um, m. plur. populi Germaniae ad Rhenum siti, fere ubi nunc *Alsazia* est. *Lucan.* 1, 430. Et qui te laxis imitantur, Sarmata, bracia Vangiones. Adde *Plin.* 4, 17, 31. *P *Οὐανγίονες* sunt *Ptolemaeo*, *Βανγίονες* *Metaphrast.* *Julii Caesa-*

ris. P Hoc nomine etiam fuit Vangionum civitas, quae fortasse est *Worms.* *Ammian.* 15, 27. B. A.

VANIDICUS, a, um, adj. μαισιολόγος, qui vana dicit, vaniloquus, mendax. *Pl. Trin.* 2, 1, 37. Cum probis potius, quam cum improbis vivere vanidicis.

VANILOQUENTIA, ae, f. σπερμιολογία, vana et inanis blateratio. *Liv.* 34, 24. Hac vaniloquentia primum Aristaenum praetorem Achaeorum excitavit. *Tac. A.* 3, 49. Id C. Lutorius in domo P. Petronii, socru ejus Vitellii coram, multisque illustribus feminis per vaniloquentiam legerat. *Pl. Pud.* 4, 1, 14. Uxor meas opplebit aures sua vaniloquentia.

VANILOQUIDORUS, i, m. vox hybrida, ficta a *Pl. Pers.* 4, 6, 20. et conflata ex Latinis vocibus *vanus*, et *loquor*, et ex Graeca δῶρον, donum, significat eum qui vana verba donat, seu dat, qui vana venditat.

[VANILOQUIUM, ii, n. 2. νερολογία, idem ac vaniloquentia. *August. ep.* 134. (al. 160.) n. 4. Vaniloquio seductionis sollicitare animos imperitos. *Id. ep.* 166. (al. 28.) n. 6. Joviniani vaniloquia redarguens. F.]

VANILOQUUS, a, um, adj. σπερμιολόγος, qui vana loquitur, mendax. *Pl. Amph.* 1, 1, 223. Ergo istoc magis, quia vaniloquus, vapulabis. P Item vana jactans. *Liv.* 35, 48. Is, ut plerique, quos opes regiae alunt, vaniloquus, maria terrasque inani sonitu verborum complevit. *Sil.* 14, 279. Ductores facilem impelli, laetamque tumultus Vaniloquo plebem furiabant insuper ore.

VANITAS, atis, f. κενότης, ματαιότης, inanitas, levitas, futilitas: atque adeo etiam mendacium: quia in mentibus nihil subest praeter inanem verborum sonum. *Cic. N. D.* 2, 21. med. Nulla in coelo nec fortuna, nec temeritas, nec erratio, nec vanitas inest; contraque omnis ordo, veritas, ratio, constantia. *Id. Leg.* 1, 10. Si depravatio consuetudinum, si opinioque vanitas non imbecillitatem animorum torqueret. *Id. Tusc.* 3, 1. f. Ita variis imbuimur erroribus, ut vanitati veritas, et opinioni confirmatae natura ipsa cedat. *Id. Off.* 3, 14. Si vituperandi sunt, qui reticuerunt (in vendendo), quid de iis existimandum, qui orationis vanitatem adhibuerunt? Adde *ib.* 1, 42. f. P In plur. num. *Plin.* 22, 8, 9. Multae circa hoc non magorum solum vanitates, sed etiam Pythagoricorum. Adde 26, 4, 9. et 27, 8, 35. P Item assentatio, quia assentator mentitur, ut placeat. *Cic. Am.* 26. med. Blanda ista vanitas apud eos valet, qui ipsi illam allecant et invitant. P Item jactantia, elatio: quia qui se jactat, vana et falsa dicit. *Tac. Agr.* 18. Nec Agricola prosperitate rerum in vanitatem usus, etc. *Id. H.* 3, 73. med. Quintius Atticus consul, umbra honoris, et suamet vanitate monstratus. *Suet. Vit.* 10. f. de eod: Plurimum meri pro palam hausit, passimque divisit pari vanitate atque insolentia.

VANITIES, ei, f. vanitas. *Ammian.* 21, 1. f. Vanities aliquando plebeja strepit haec imperite musando, h. e. prava et falsa opinio. *Id.* 21, 1. med. Ad extollendam ejus vanitatem, sidera quoque, si jussisset, exhiberi posse promittens.

VANITUDO, inis, f. idem ac vanitas. *Pl. Capt.* 3, 4, 38. Pol ego, ut rem video, tu inventus vero, vanitudne qui convincas, h. e. vanis dictis, et mendacis. *Pacuv.* ap. *Non.* 2, 886. Turpare vanitudine aetatem suam.

[VANNIANUS, a, um, adj. ad Vannium pertinens, ut Vannianum regnum, ap. *Plin.* 4, 12, 25. V. v. sq. F.]

[VANNIUS, ii, m. Suevis rex a Druso Caesare impositus, sed non toti genti, verum iis tantum, qui Maraboduum et Catualdam reges comitati erant. Sub Claudio pulsus est regno, diuturnitate in superbia mutatus, et odio accolarum domesticisque discordiis circumventus. *Tac. A.* 2, 63. et *ib.* 12, 29. F.]

VANNO, is, a 3. λικνάω, est vanno fruges, aut legumina movere ac ventilare, acus, vel paleas et frumento, vel legumine vannis expurgare. Obsceno sensu. *Lucil.* ap. *Non.* 1, 69. Crissatura (al. crissavit), ut si frumentum clunibus vannat. *Id. ib.* Huic molere, illam autem ut frumentum vannere cunnis. Alii rectius pro *cunnis leg. lumbis*.

VANNUS, i, f. λικνός, cribrum cereale, instrumentum latum ex vimine, aliave materia, quo acus paleaeque post triturationem a frumento, aut legumine ventilando, et in sublime ejaculando excernuntur: videtur esse a *vanulus* diminut. vani, deinde per syncope. *vanlus*, mox *vannus* et *vallus*. V. h. v. *Virg. G.* 1, 166. et mystica vannus lacchi. Ubi *Servius*: Mystica, quod Liberi Patris sacra ad purgationem animae pertinebant: et sic homines ejus mysterii purgabatur, sicut vannis frumenta purgantur. *Pierius* testatur, in optimo illo suo Romano codice et *mystica vallus lacchi* legi. *Colum.* 2, 21. med. Ipsae autem spicae melius fustibus tunduntur, vannis expurgantur. *Appul. Met.* 11. Vannos onustas aromaticis, et hujuscemodi supplicis certatim congerunt.

VANO, as, a. 1. vana et falsa dico, fallo, decipio. Part. est *Accii* ap. *Non.* 1, 54. et 2, 885. Tanta ut frustrando lactans, vanans protrahit. *Fossius* mallet: Tantum ut frustrando lactans, vanans protrahat.

VANULUS, a, um, adj. dimin. vani. *Prud.* 10.

πρόσθεσις. 304. Vanulae edentularum cantilenae. Alii rectius leg. rancidae. F.]

VANUS, a, um, adj. κενός, μάταιος, qui frustra est, aut fit, inanis, vacuus, cassus. Virg. G. 1, 225. sed illos Expectata seges vanis elusit aristas. Colum. 2, 9, med. Granum extrinsecus albidum, si intus etiam conspicitur candidum, leve ac vanum intelligi debet. Hor. Od. 1, 24, 15. et ib. 3, 27, 39. Vana imago, h. e. umbra mortuorum sanguine cassa et corpore. Liv. 1, 8, med. Deinde ne vana urbis magnitudo esset, adjiciendae multitudinis causa asyllum aperit. Id. 2, 47. Et vanior jam erat hostium acies, dum subtracta subsidia mittunt ad castra oppugnanda, h. e. rarior, laxioribus ordinibus. Curt. 4, 14. Contempserat paucitatem hostis, vanam aciem extentis cornibus ratur; et infra: Videtis ordines raros, cornua extenta, mediam aciem vanam et exhaustam. P Item effectu carens, falsus, inutilis, irritus. Cic. Planc. 42. Cum tibi vana quaedam miser atque inania, falsa spe inductus pollicerbar. Plin. 30, 2, 5. Quae omnia Nero vana falsaque comperit. Plin. alter ep. 7, 27. Phantasmata inania et vana ex metu nostro imaginem accipere. Ov. Met. 8, 345. Cuspis Echionio primum contorta lacerto Vana fuit. Liv. 7, 23, f. Ut pila omnia hastaque non vana caderent. Id. 30, 10. Vana pleraque tela in superiore locum mittebant. Id. 3, 16. Tantus tribunus furor tenuit, ut non bellum, sed vanam imaginem belli, ad avertendos ab legis cura plebis animos, Capitolium insedis contenderent. Plin. 2, 43, 43. Bruta fulmina et vana. Suet. Cal. 38. Testamenta irrita et vana. Id. Aug. 91. Somnia vana et irrita. Sen. ep. 84, f. Relinque ambitum: tumida res est, vana, ventosa. Ov. Met. 2, 597. Vanum omen. Id. ib. 3, 349. Vana diu visa est vox auguris: exitus illam, Resque probat; et ib. 9, 681. Vanas preces; et ib. 14, 361. Vanam spem sequi. Id. Her. 16, 342. et Hor. Od. 1, 23, 3. Vanus metus. Id. Ep. 2, 1, 188. Vana gaudia. Tac. A. 3, 16. promissa. Petr. Sat. 1. Rerum tumor, et sententiarum vanissimus strepitus. Virg. A. 4, 12. Credo equidem (nec vana fides) genus esse Deorum. P Absolute. Hor. Ep. 2, 2, 25. Corruptus vanis rerum. Tac. A. 4, 59. Oblatum Caesari anceps periculum auxit vana rumoris. Liv. 26, 37, f. Ad vanum et irritum redacta victoria. Id. 33, 31. Non tota ex vano criminatione erat. Sen. Hipp. 182. cedit in vanum labor. P De eo qui re quapiam frustratus est, et spe excidit. Tac. H. 2, 22, f. Caecina fama et pudore coepit temere oppugnationis, ne irrisus ac vana iisdem castris assideret, trajecto rursus Pado, etc. P Et cum genit. Virg. A. 10, 631. aut ego veri Vana feror. Sil. 12, 261. Nec fors voti vana foret, obvia ni vis, etc. P Est etiam infidus, levis, inconstans, mendax: levia et inania pro gravibus et veris callide componens, ut ait Gell. 18, 4, f. ubi disserit de illo Sall. fragm. Cn. Lentulus perincertum stolidior, an vanior. Cic. Quint. 6, med. Si veritate amicitia, fide societas, pietate propinquitias colitur; necesse est, iste, qui amicum, socium, allinem fama ac fortunis spoliare conatus est, vanum se, et perfidiosum, et impium esse fateatur. Liv. 1, 27. Invidia vulgi vanum ingenium dictatorum corruptit. Tibull. 3, 6, 59. si fugiat nostrae convivia mensae, Ignotum cupiens vana puella torum. Virg. A. 2, 79. nec, si miserum Fortuna Sinonem Finxit, vanum etiam mendacemque improba finget. Ov. Met. 8, 721. Haec mihi non vana (neque erat, cur fallere vellent) Narrare senes. Cic. Rosc. Am. 40. Vana oratio. Liv. 29, 32, med. Inde vanus auctor absumpti Masinissae ad regem rediit. Vanus hoc loco mendacem simul, et jactatorem gloriosumque significat: quia qui se jactant, mentiri multa solent. Sic Virg. A. 11, 715. Vane Ligus, frustraque animis elate superbis. Val. Max. 7, 2, n. 8. extr. Laudare se, vana: vituperare, stulti est. Virg. A. 11, 854. Ut vidit fulgentem armis, ac vana tumens, h. e. plenum falsae gloriae, inquit Servius. Hic autem vana adverbii more positum est, ut A. 8, 489. iafanda furentem. Propert. 1, 10, 24. Neu tibi pro vano verba benigna cadant. P Vanum est, falsum est. Plin. 30, 3, 8. Vanum arbitror esse, circa Canis ortum angues candidos membranam eam exsuere.

VAPIDE, adv. Vapide se habere, pro male se habere dicebat Augustus, ut in ejus vita Suet. 87. narrat.

VAPIDUS, a, um, adj. ἀχνός, ἀχνός, qui vaporem emittit, et proprie dicitur de vino, quod insipidum nulliusque virtutis factum est. Colum. 12, 5. In vini vapidi, ut acre fiat, sextarius duodequinginta. Pers. 5, 148. Vejentanumque rubellum Exhalet vapida laesum pice sessilis obba, h. e. pice quae vinariis vasis illita vinum insipidum facit. P Translate. Id. ib. 117. Astutam vapido servas sub pectore vulpem, h. e. vitii corrupto.

VAPINCUM, i, n. oppidum Galliae Narbonensis. Anton. Itin. B. A.

VAPOR, oris, m. ἀερός, humor extenuatus, et in altum sublatus. Cic. N. D. 2, 10, med. Aquarum quasi vapor quidam aer habendus est; et ib. 46. Stellae terrae, maris, aquarum vaporibus aluntur

is, qui a sole ex agris tepelactis, et ex aquis excitantur. Sen. Q. N. 2, 12. Terrenus vapor siccus est, et fumo similis, qui ventos, tonitrua, et fulmina facit: aquarum halitus humidus est, et imbres et nives creat. Stat. Theb. 6, 471. crassum rapit ejectione vaporem Cornipedum flammata sitis. P Item fumus; aut nubes, vel quiddam nubi simile. Ov. Trist. 5, 5, 39. cum tu non stultus ab Arcto Terga vapor dederis, Ausoniamque petas, h. e. fumus turis in ara incensi. Virg. A. 7, 466. volat vapor ater ad auras. Sen. Herc. Fur. 909. quidquid lodorum seges, Arabesque odoris quidquid arboribus legunt, Conferte in aras: pinguis exundet vapor. Adde Stat. Theb. 10, 110. Hinc vapore focere, suffire. Cels. 7, 7, n. 2. et 10. et ib. 9, f. et 8, 4, med. et ib. 7, med. P Item calor. Cic. Sen. 15. Terra semen tepelactum vapore et compressu suo diffundit. Virg. A. 5, 683. lentusque carinas Est vapor; et ib. 698. restinctus donec vapor omnis. Hor. Ep. 3, 15. Nec tantus unquam siderum insedit vapor Siculo Apuliae. Plin. 9, 10, 12. Solis vapore siccat cortex. Colum. 7, 3, med. Pecus frigoris impatientissimum, nec minus aestivi vaporis. Val. Flacc. 2, 333. coquiturque vaporibus aer. Ov. Met. 10, 126. solisque vapore Concava litorei fervebant brachia Cancr; et ib. 3, 153. finditque vaporibus arva Phoebus. Sen. Herc. Oct. 1366. Non ipse terris major Oceanus meos Frangit vapores: Colum. 7, 5, med. Vaporibus omni quadrupedi largius bibendi potestas danda: per aestum. P De igne amoris. Sen. Hipp. 640. Pectus insanum vapor, amorque torret. P Olim dixere vapores, ut arbor, labos, honos, colos, etc. Lucr. 6, 952. permanat odos, frigusque, vaporesque. Adde Accium, Naev., Varr. ap. Non. 8, 27.

VAPORALIS, e, adj. vaporeus, ut Vaporalis tenuitas, August. de Genes. ad litt. 2, 5.

VAPORALITER, adv. modo vaporis. August. de Genes. ad litt. 2, 4. extr. Si potest aqua ad tantas guttatur minutias pervenire, ut super istum aerem vaporaliter feratur. Adde ib. 3, 10, f.

VAPORARIUM, ii, n. locus in balneo, per quem calor ignis ex hypocausto in cubacula transmeat. Alii ipsum hypocaustum intelligunt. Cic. Q. Fr. 3, 1, 1, f. In balnearii assa in alterum apodyterii angulum promovi, propterea quod ita erant posita, ut eorum vaporarium esset subjectum cubiculis. Quidam rectius legunt cubili, in quo nempe sudaturi sedebant. V. LACONICUS.

VAPORATE, adv. cum vapore, h. e. calore. Ammian. 24, 4, med. Effervescente vaporatus sole.

VAPORATIO, onis, f. ἀποθυμία, ἀποθυμία, vaporis emissio, exhalatio. Sen. Q. N. 6, 11. Vaporatio inundantium aquarum. Gell. 19, 5. Cum aqua frigore aeris duratur et coit, necesse est fieri vaporationem, et quandam quasi auram tenuissimam exprimi ex ea, et emanare. Plin. 28, 6, 18. Vaporatio urinae impubium, decoctae ad dimidias partes, menses feminarum ciet. P Vaporatio balnearum apud. ib. 4, 14. est fomentum et calefactio in balneo.

VAPORATUS, a, um, part. a vapore: calidus, vel calido vapore plenus. Colum. 1, 5, med. Cum plerique amnes aestate vaporatis, hieme frigidis nebulis caligent. Id. 2, 16. extr. Glebae solibus aestivis vaporatae, h. e. exalfectae, et arefactae. Ammian. 28, 4, med. Vaporatum tempus. P Item in modum vaporis emissus. Appul. de Mundo: Nebula est exhalatio vaporata. P Vaporatae arae, vaporibus turis fumantes: quas turicemas Virg. A. 4, 453. vocat. Stat. Theb. 1, 455. largoque reflecti Ture, vaporatis lucent altaribus ignes. Calpurn. Ecl. 2, 62. Saepe vaporato mihi caespite palpitat agnus, h. e. in ara ex caespitibus facta. P Translate. Pers. 1, 126. Inde vaporata lector mihi ferveat aure, h. e. calefacta, et accensa ex lectione sanorum librorum.

VAPOREUS, a, um, adj. vaporus. Arnob. 6, 205. Velamen aureum in rigoribus (al. frigidibus) algidum, laneum vaporem, h. e. fovens et calefaciens. Plerique alii leg. vaporum. P Translate quidam afferunt ex Augustino, sed non designato loco: Vaporea sanitas, h. e. brevis, et vaporis instar vanescens.

VAPORIFER, ra, rum, adj. ἀερώδης, vaporem, et calorem emittens, vaporosus. Stat. Silo. 3, 5, 96. Sive vaporiferas, blandissima litora, Bajas. Id. ib. 1, 3, 45. Vaporiferae fornaces.

VAPORO, as, avi, atum, a. I. θυμιάω, vaporem emitto, exhalo: vapore et fumo incensae rei perfundo et calfacio; adolendo suffumigo, suffio, vapore et calore foveo. Plin. 28, 11, 47. Dum coquantur carnes, oculos vaporari his praecipunt. Id. 31, 11, 47. Spongiae imponuntur et his morbis, quos vaporari oportet, ferventi aqua perfusae. Scrib. Comp. 20. Oculos spongiis expressis vaporare. Pall. 1, 20. Ita purus calor olei cellam sine fumi nidore vaporabit. Sic Hor. Ep. 1, 16, 6. veniens dextrum latus aspiciat sol, Laevum decedens curru fugiente vaporat. Lucan. 5, 100. Campana fremens saxa vaporat Typhoeus. Virg. A. 11, 481. Succedunt matres, et templum ture vaporant. Plin. 29, 4, 30. Cantharides suspenduntur super acetum fervens, donec per linteolum vaporentur, h. e. enecentur. P Neutrorum

more est vaporem et calorem emittere, ἀυλλέω. Plin. 31, 2, 2. Aquae vaporant et in mari ipso: mediosque inter fluctus existit aliquid valetudini salutare. Solin. 21. Aquae fontanae vaporantes. P Flagrare, incendi. Lucr. 5, 1130. Invidia quoniam, eeu fulmine, summa vaporant.

VAPOROSUS, a, um, adj. vaporibus et calore abundans. Appul. Met. 5. Balnearum vaporosi fontes; et ib. 9. Fumosae tenebrae vaporosae caliginis.

VAPORUS, a, um, adj. θυμιατικός, vaporem et calorem habens. Nemes. Ecl. 4, 63. Ter vitis, ter fronde sacra, ter ture vaporo Lustravit. Prud. 6, πρὸς ἀρετ. 115. Hos cum defugeret, vaporus ardor, Orant, ut celer ignis advolaret.

VAPPA, ae, f. ὄστρακός, ἐκτροχάτος, ἔξαστηκός οἶνος, vinum insipidum, et nullius virtutis, postquam omnis odor, saporque optimus evaporavit. Plin. 14, 29, 25. Vitiumque musto, quibusdam in locis, iterum sponte fervere: qua calamitate, cum defebuit, deperit sapor, vappaeque accipit nomen, pro brosum etiam hominum, cum degeneravit animus. Hor. Sat. 2, 3, 144. Qui Vejentanum festis potare diebus Campana solitus trulla, vappamque profestis. P Per metaphoram Latinis vappae vocantur ἄζυγοι, idest inutiles, ac nihili homines, ignavi, viles, nugatores, in quibus nihil est solertiae, nihil prudentiae, ut jam ex loco Plinii supra allato patet. Hor. Sat. 1, 1, 103. Non ego avarum Cum veto te fieri, vappam jubeo, aut nebulonem. Catull. 28, 4. satissime cum isto Vappa frigoraque et famem tulistis? Auct. Priap. 14. Nos vappae sumus, et pusilla culti Ruris numina.

VAPPO, onis, m. animal est volans, quod vulgo animas vocant: lectum est apud Lucretium (lege Lucilium) hos vappones. Haec Probus in Cathol. p. 1450.

VAPULARIS, e, adj. μαστιγίας, qui vapulat, verbero. Jocose Pl. Pers. 1, 1, 22. Fui praeferratus apud molas tribunus vapularis.

VAPULO, as, avi, n. pass. I. τιπτομαι, μαστιγίζομαι, verberor, caedor. Coel. ad Cic. Fam. 8, 1, med. Susurratores veniunt, alius equitem perdidisse, alius septimam legionem vapulasse. Pl. As. 3, 3, 9. Coctum, non vapulatum conductus fui. Id. Poen. 4, 2, 33. Ut, ubi vapulandum est, tu corium sufferas. Quint. 9, 2. Testis in reum rogatus, an ab reo fustibus vapulasset, et innocens, inquit. Sen. Apocol. f. Producit testes, qui illum viderant ab illo flagris, ferulis, colaphis vapulantes. Ter. Phorm. 2, 1, 19. Molendum usque in pistrino, vapulandum, habendae compedes. Id. Adelph. 2, 2, 5. Ego vapulando, ille verberando usque ambo defessi sumus. Ulp. Dig. 47, 10, 15. Saepe territis quasi vapulaturus. P A comice usurpatur saepe in contemptu: nam cum quis significare vult, aliquem se nihili facere, et spernere, jubet eum vapulare, h. e. perire, dolere, miserum esse. Pl. Pers. 2, 3, 16. Quid faciet mihi? verberibus caedi jusserit, compedes imponi? vapulet; ne sibi me credat supplicem fore. Id. Curc. 4, 4, 12. Vapulare ego te vehementer jubeo; ne me territis. Id. As. 2, 4, 72. Tun' libero homini male servus loquere? Le. vapula. Huc pertinet illud proverbium, Vapula Papiria, ortum a quadam ancilla, quae libertate donata a Papiria hera sua, patronam mox contempsit, et cum eam salutare deberet, se ipsam salutabat, herae autem angurabatur, ut instar servae vapularet. Festus ex Sinnio Capitone docet, tunc hoc proverbium dici solitum, cum vellent minantibus significare, se eos negligere et non curare, fretos jure libertatis. Addit etiam locum Plauti fragm. his verbis: ideo (lege id ego) dico, libertas salve, vapula Papiria: ubi Aelius ait, vapula positum esse pro dole; Varro autem pro peri, teste eodem Festo: quod quidem pro eorum sententia facit, qui vapulo ab ἀπολλύω, perco, deducunt; et contendunt, non usurpari cum ablat. personae agentis, et praeposit. a vel ab: et si quando usurpatur, ea ratione usurpari, qua dicimus perire ab aliquo. P Translate. Cic. Att. 2, 14. Cum se omnium sermonibus sentiat vapulare, h. e. sibi obtrectari. Pl. Stich. 5, 5, 10. Vapulat peculium, h. e. dissipatur. Sen. Ag. 93. Nubibus ipsis inserta caput Turris pluvio vapulat Austro; et alter Sen. Q. N. 6, 7, f. Multa, quae procul a mari fuerant, subito ejus accessu vapulaverunt.

VARA, ae, f. machina lignea duobus, vel quatuor lignis arrectariis constans, et superposito altero in modum jugi vel recto, vel curvo, ad aliquid sustinendum. Hujusmodi sunt, quas adhibent strutores, iisque tabulata imponunt, quibus insistentes murum exstruunt. Vitruv. 10, 19. De materia primum basim subjectis rotis fecit, supraque compegit arrectariis et jugis varas. P Ex his verbis constat, varam significare integram istam machinam: sed usurpari potest etiam de aliqua ejus parte, scil. de solis arrectariis, quae ut firmius sustineant, divaricata statui solent. Hinc in Gloss. Isid. Varam vibia sequitur: perticae duae sunt inter se colligatae, quae asserem sustinent, unde proverbium: Vibia varam sequitur, h. e. cadente vara, vibiam etiam cadere necesse est. Usurpatur autem de iis, quae cum multo se sustineant, alterutro cadente, corrumpunt. Inde hausisse videtur Auson. Adyll. 12. praef. monosyl.

labor tantum in fine positor. Ut in vetere verbo est, sequitur varam vibia. Ita legend. contendit Scaliger ibi, cum vara videatur esse lignum erectum, vibia transversum, et apud Ausonium contra ac in Gloss. Isid. perperam legatur: Sequitur vara vibiam. Sane ap. Lucan. 4, 439. varae sunt furcillae bicornes erectae, quibus retia ad aucupium tenduntur. Verba Lucani sunt. Aut dum dispositis attollat retia varis Venator. P. Vara etiam dicitur, ut Carol. Fea docet in Saggio di nuove illustraz. p. 110., canaliculus ille (Italice incavo, intaccatura), qui cultro prius circa taleam seu ramum fieri solet, antequam serra totus praecidatur. Cum vero hic canaliculus oblique hinc inde incidendus sit, figuram litterae V representet, necesse est, inde ei nomen. (V. Varronis l. c. in VALLUM.) Colum. 5, 9. in. Ex his (ramis) quam recentissimas taleas recidito, ita ut ne corticem aut ullam aliam partem, quam qua serra praeciderit, laedas. Hoc autem facile contingit, si prius varam feceris, et eam partem, supra quam ramum secaturus es, foeno aut stramentis texeris, ut mollior et sine noxa corticis taleae superpositae secetur. Verum Gesnerus et Schneiderus, hosque secutus Bened. Del-Bene Italus Columellae interpres, varam interpretantur perticam furcillam, Ital. il cavalletto, cui imponitur ramus descendus, stramine aut foeno antea munitam: quae verbi interpretatio cum ea omnino convenit, quae supra in §. 1. posita est. [*Plura adjecit. F.]

*VARAMUS, i, m. fluvius Venetiae, in Anassum sive Plavem apud Belunum oppidum influens. Leander scribit Caloro dici. Meminit Plin. 3, 18. B. A. VARATIO, onis, f. transitus fluminis, qui fit varando: a varus, ut Varatio fluminis, Auct. de limit. p. 257. et 285. Goes.

[VARATUS, a, um, part. a varo, qui varavit. Auct. de limit. p. 286. Goes. Si vero varatus invenis, unde tibi venerit, versuram facies, etc. et mox: Cultellabis a tetrante usque ad punctum lapidis, ad quem varatus venisti. F.]

*VARBARI, orum, populi Istriae. Plin. 3, 19. ed. Hard. Antea legebatur Varuani. B. A.

[VARCIANUS, a, um, adj. ad Varcianos pertinentes, populos Pannoniae superioris, quorum mentio est ap. Plin. 3, 25, 28. et Ptolem. 2, 15. Inscr. ap. Mur. 814, 7. et Marin. Frat. Aro. p. 299. Flavio Respecto T. (h. e. turma) Optati, N. Varcianus (h. e. natione Varciano), etc. Alia ap. Marin. ib. p. 5. C. Minicio C. F. Vel. Italo Praef. Coh. II. Varc. Eq., etc. F.]

*VARDAEI, orum, gens Illyrica, in Dalmatia. Vatin. in Cic. Fam. 5, 9. Plin. 3, 22. P. Ardyaei audiunt Liv. 27, 30. Ἀρδαῖοι Straboni. Ptolemaeo sunt Ὀρδαῖοι. Appellantur et Bardaei. V. Bardei. B. A.

[VARDAGATENSIS, e, adj. ad Vardagatam pertinens, oppidum haud longe a Dripsino, altero agri Vicetini oppido in montibus Bericis, nunc Vargatar. Inscr. ap. Grut. 480, 5. Sex. Valerio Sex. fil. Fab. Publicolae patrono civitatum Vardagatensium et Dripsinatium. F.]

[VARDULI, orum, m. plur. populi Hispaniae citerioris, nunc provincia di Guipuscoa, quorum Plin. 3, 3, 4. meminit. Inscr. ap. Maff. Mus. Ver. 445, 9. Num. Aug. et Gen. Coh. II. Vardulorum C. R. Eq. M., etc. h. e. civium Romanorum equitatis milliariae, etc. Alia ap. Donat. 143, 6. Coh. II. Fida Vardul. C. R. Eq. M. Antoniniana. F.]

*VARETATAE, arum, populi Indiae, circa Indum flumen. Plin. 6, 20. B. A.

[VARGULA, ae, m. est cogn. R., hominis nempe dicacis ap. Cic. Or. 2, 60. Videtur esse diminutivum vargi, qui lingua Arvernorum in Gallia latrunculium significat. V. v. sq. F.]

[VARGUS, i, m. qui furatur. Sidon. ep. 6, 8. Unam feminam, quam forte vargorum (hoc enim nomine indigenas latrunculos nuncupant) superventus abstraxerat, cum non falso indicio comperisset, etc. Proprie autem vargi dicebantur extorres et patria expulsi; hinc in Lege Ripuaria 87. et Salica 57. Si quis corpus jam sepultum exfoderit et exspoliaverit, wargus sit, hoc est expulsus de eodem pago. V. Ducang. Gloss. med. et inf. Latinit. in V. Vargi. P. Translate in Gloss. Philox. Vargus, βλαυός. F.]

VARIĀ, ae, f. πάθησις, panthera, ita dicta a macularum varietate, quibus est spectabilis. Nam pantherae diversicolorem, maculosamque pellem habent. Plin. 8, 17, 23. Pantherae, et tigris macularum varietate prope solae bestiarum spectantur, ceteris unus ac suus cujusque generis color est; et mox: Nunc varias, et pardos, qui mares sunt, appellant in eo omni genere; et ib. 24. Primus autem Scaurus aedilitate sua varias CL. universas misit. Allusit huc Pl. Epid. 1, 1, 15. ubi, cum Epidicus dixisset, varie se valuisse, respondet Thespius. Qui varie valent, caprigenum hominum non placet mihi, neque pantherinum genus. P. Etiam picarum genus quoddam longa cauda insigne, varinae appellantur. Plin. 10, 29, 41. P. *Varia, ae, f. Italiae oppidum, in Aequeorum terra, ad Anienem amnem. Hor. ep. 1, 14. v. 3. et Tab. Peut. P. Aliud, in Apulia. Plin. 3, 11. V. Uria. P. Item oppidum Hispaniae Tarraconensis, in Beronum agro. Id. 3, 4. B. A.

VARIABILIS, e, adj. qui variatur, seu mutatur. Appul. de Mundo: Aer inferior natura variabilis.

*VARIANA, ae, f. oppidum, in Moesia inferiore. Anton. Itin. P. Aliud hoc nomine, in Pannonia inferiore. Id. ib. B. A.

VARIANS, antis, part. a vario: ποικίλων. Plin. 14, 2, 4. n. 3. Vix ulla magis tam denso uvarum partu impatiens variantis coeli, h. e. inconstantis, modo hac, modo illaratione se habentis; et ib. n. 4. Helvolae insignes colore inter purpureas nigrasque medio, saepius varianti: et ob id varianae a quibusdam appellatae. Id. 7, 42, 43. Exempla Fortunae variantis innumera sunt. Colum. 4, 20. med. Variantibus adhuc et acerbis vis: scil. nondum nigris, sed colore adhuc vario. Just. 9, 1. Variante victoria. Id. 26, 1. Variante hominum partim dolore, partim gaudio.

VARIANTIA, ae, f. idem ac varietas. Lucr. 1, 653. nedom variantia rerum Tanta queat densis, rarisque ex ignibus esse; et 3, 319. unde haec oritur variantia rerum.

VARIANUS, a, um, adj. a Q. Quintilio Varo (V. VARUS, a, um.) deductum, ut Variana clades, Suet. Aug. 23. V. Vell. 2. a c. 117. P. Variānae etiam dictae uvae, quae alio nomine helvolae, a colore variante. Plin. 14, 2, 4. n. 4. V. locum ejusd. in VARIANS.

VARIATIM, adv. variis modis, ποικιλιμένως. Gell. 5, 12. Ve enim particula, quae in aliis atque aliis vocabulis variatim per has duas litteras, cum a littera media immissa dicitur. Sunt qui legunt varia, tum, invitis tamen Codicibus.

VARIATIO, onis, f. ποικιλία, παράλλαξις, actus variandi, varietas, diversitas. Liv. 24, 9. Ceterae centuriae sine variatione ulla consules eosdem dixerunt.

*VARIATOR, oris, m. ποικιλῆς Gloss. Cyrill. B. A.

VARIATUS, a, um, part. a vario: ποικιλιμένος, varians, varius, diversus. Cic. Mil. 3. med. Eum, qui patris ulciscendi causa matrem necavisset, variatis hominum sententiis, non solum divina, sed etiam sapientissimae Deae sententia liberatum. Liv. 21, 28. Certe variata memoria actae rei, h. e. varie tradita. Quint. 9, 4. med. Figurae laboranti etiam compositioni variatae succurrunt, h. e. mutatae; et Plin. 34, 16, 47. Calculi nigri paulum candore variati. Id. 19, 5, 29. Inula cotoneis malis, vel sorbis, aliquando pipere aut thymo variata, h. e. mixta, ut sapore variat. Appul. Flor. n. 17. Vox hominis et tuba rudore torrior, et lyra concentu variator. P. Distinctus, ornatus, pictus, variegatus. Catull. 64, 50. vestis praeis hominum variata figuris, h. e. distincta, ornata, picta. Op. Met. 12, 559. formas variatis in omnes, h. e. mutatus. Mart. 4, 46. Et lato variata mappa clavo. Lucan. 4, 79. imperfecto complectitur aera gyro Arcus, vix ulla variatus luce colorem. Id. 9, 713. de angue: Pluribus ille notis variatam pingitur alvum.

VARICATOR, oris, m. qui varicatur. Ulp. Dig. 3, 2, 4. f. Praevaricator est, quasi varicator, qui diversam partem adjuvat, prodita causa sua.

[VARICATUS, a, um, part. a varico. Cassiod. Varr. 6, 6. Superbus quin etiam varicatis gressibus patet. F.]

VARICES. V. VARIX. [VARIICIO, onis, m. dimin. varici. Inscr. quam Imp. Caes. M. Aurelio Antonino Pio Felici Aug., etc. h. e. Caracallae dedicavit Coh. V. Vigilum, cujusque tantum frons edita fuit Romae in Notiz. del giorno ann. 1820. n. 6. et a Car. Fea in Framm. di fast. cons. p. 82., in sinistro latere col. 2. habet: M. Ulpis Varicio. F.]

VARICO, as, a. I. ὑπόβω, crura et pedes ultra modum distendo, alterumque ab altero late diduco, divarico. Quint. 11, 3. med. Variicare supra modum, et in stando deformare est, et accedente motu, prope obscenum. Est qui leg. varicari.

VARICONE, adv. Festus in voce Muli Mariani: Milites in furca varicosus onera sua portare consueverant, h. e. magis distendendo et divaricando crura, ut fit, cum grande aliquid onus sustinemus. Alii ad varices referunt, quia bajulantes onera solent varices contrahere: quae interpretatio si admittatur, prima syllaba corripienda est.

VARICOSUS, a, um, adj. ὑπόβωτος, qui varicibus est tumidis, quae plerumque e nimio labore, aut diutina statione oriri solent. Pers. 5, 189. Dixeris haec inter varicosos centuriones. Juven. 6, 395. Haec de comoedis te consulit, illa tragoedum Commendare vult: varicosus fiet haruspex: scil. qui diu stare cogitur in consultatione Deorum. Sidon. ep. 5, 5. Varicosi Arpinatis opulentia loquacitasque, h. e. Ciceronis. V. VARIX.

VARICULA, ae, f. exigua varix. Cels. 5, 26. n. 32. Si varicula intus est, ea quoque excidenda.

VARICUS, adv. crura distendendo, et divaricando: quod faciunt feminae, dum mofunt. Appul. Met. 1. Mulieres varicus super faciem meam residentes, vesicam exonerant, quoad me urinae spurcissimae madore perluerent. Sunt qui rectius leg. varitus, a varus, ut primitus a primus, imitus ab imus.

VARICUS, a, um, adj. ἀμφικλῆς, qui crura dis-

tendendo et varicando stat, aut ambulat. Ov. A. Am. 3, 303. Illa, velut conjux Umbri rubicunda mariti, Ambulat, ingentes varica fertque gradus.

VARIĒ, adv. ποικίλος, ποικυμένως, variis modis. Cic. Div. 2, 42. Eamque vim varie moveri ab iis sideribus, quae vocantur errantia. Id. Acad. 1, 4. Qui ab iis, qui illum audierunt, perscripti varie copioseque sunt. Id. Fam. 16, 4. Varie sum affectus tuis litteris. Pl. Ep. 1, 1, 14. Varie valui; et Hirt. B. Alex. 40. Sigoo dato concurrunt: acriter varieque pugnatur. Sic Liv. 5, 28. In Aequis varie bellatum: adeo ut in incerto fuerit, vicissent, victine essent. Sall. Cat. f. Ita varie per omnem exercitum laetitia, moeror, luctus, atque gaudia agitabantur. Hirt. B. Alex. 57. med. Namque id varie nuntiabatur; et Plin. 36, 13, 19. n. 1. Causam faciendi varie interpretantur. Hirt. B. Afr. 60. extr. Sagittarios varie passimque, locis certis, maximeque in cornibus collocaverat. Plin. 13, 1, 2. Idem succi varie alibi ad quaelibet praevallere. Id. 6, 13, 14. Oceanus varie per sinus et accolae in complura nomina dividitur. Cic. Sext. 45. Optimum numerus late et varie diffusus est, h. e. per varia hominum genera. P. De coloribus proprie dicitur. V. VARIETAS. Plin. 37, 10, 63. Mithrax gemma multicolor, contra solem varie fulgens; et ib. 5, 18. Smaragdi Cyprii varie glauci.

VARIĒGATUS, a, um, part. a variego: varie ornatus, distinctus. Appul. Met. 11. Navis picturis miris circumsecus variegata. Id. de Deo Socrat. Monilia ex argento, et auro, et gemmis variegata. Id. Flor. n. 9. Balteus miris coloribus variegatus.

VARIĒGO, as, a. I. ποικίλος, ornatus varietate distinguo. Auson. ep. praemiss. Idyl. 13. Figuras alius alio scientius variegant. P. Appul. Flor. n. 3. neutrorum more usurpat, cum inquit: Lyra auro fulgurat, ebore candicat, gemmis variegat.

VARIĒTAS, atis, f. ποικιλῆς, proprie est disparitas, dissimilitudo et variantia colorum. V. VARIE. Cic. Sen. 15. f. Res rusticae latae sunt apium examibus, florum omnium varietate. Plin. 8, 30, 44. Hyaenae oculis mille sunt varietates, colorumque mutationes. Id. 9, 17, 30. Mullum exspirantem versicolori quadam et numerosa varietate spectari. Id. 20, 9, 40. Flos bulborum tritus crum maculas varietatesque igne factas emendat. Id. 12, 1, 5. Marmorum nitor, picturae varietas. P. Transfertur ad quancumque dissimilitudinem, et differentiam. Cic. Fin. 2, 3. f. Varietas Latinum verbum est, idque proprie quidem in disparibus coloribus dicitur: sed transfertur in multa disparia: varium poema, varia oratio, varii mores, varia fortuna: voluptas varia etiam dici solet. Quint. 1, 12. Reficit animos ac reparat varietas ipsa. Cic. Off. 1, 30. med. Ut in corporibus magna dissimilitudines sunt, sic in animis existunt etiam majores varietates. Id. Font. 2. Huic provinciae, quae ex hac gentium varietate constaret, Fontejus praefuit. Id. Div. 2, 3. med. Surdus varietates vocum ut modos noscere non potest; et ib. 1, 36. Quae omnia fiunt et ex coeli varietate, et ex disparili adspiratione terrarum. Plin. ep. 2, 17. f. Litus ornat varietate gratissima nunc continua, nunc intermissa tecta villarum. Cic. Or. 2, 14. Timaeus longe eruditissimus, et rerum copia, et sententiarum varietate abundantissimus. Id. Arch. 9. Bellum magnum atque difficile, et in multa varietate terra marique versatum; et N. D. 1, 1. med. Qui Deos esse dixerunt, tanta sunt in varietate ac dissensione, ut eorum molestum sit dinumerare sententias; et Tac. A. 2, 37. med. Varietas temporum;

[*i. e. dispar ratio, dissimilitudo temporis sub imperatoribus a tempore republicae. Simili ratione varietas usurpatum legitur ap. Cic. Att. 1, 17. in Magna mihi varietas voluntatis et dissimilitudo opinionis ac judicii Quinti fratris mei demonstrata est ex litteris suis. Nempe in his locis proprie non varietas sed diversitas expectatur. Quod, quomodo intelligendum, v. ap. Doederl. 3, 271.] et Plin. ep. 5, 5. Vir natura acutus, usu exercitatus, varietate promptissimus, h. e. varia eruditione, πολυμαθῆς. P. De inconstantia et levitate. Planc. ad Cic. Fam. 10, 18. Nullam rem aliam extimescens, quam varietatem atque infidelitatem exercitus. P. Varietates, ipsae res variae. Liv. 9, 17. Varietatibus distinguendo opere, legentibus diverticula amoena quaerere.

[VARIĒLLĀ, ae, f. dimin. varae. Est cogn. R. Inscr. ap. Fabrett. p. 488. n. 174. Babullia Varilla. Alia ap. Grut. 466, 9. Sempronina Varilla. Hinc corrigendus videtur locus Tac. A. 2. Apuleja Varilla sororis Augusti neptis. Lege Varilla pro Varilia. F.]

[VARIŪS, a, um, adj. ad varum pertinens. Est cogn. R. Inscr. ap. Mur. 1054, 3. L. Matuccius Varinus. P. Varini, orum, absolute sunt populi Germaniae inter Albim et Vistulam fluvios. Eorum meminit Plin. 4, 14, 28. et Tac. G. 40. F.] *P. Athamerus (Schol. ad Taciti l. c.) censet hos Warniensi urbi episcopali (Warne) in Borussia nomen reliquisse; sed vulgo Varinos locant, quasi hi sint, quos nunc maritimos Mecklenburgios nominant. B. A.

VARIO, as, avi, atum, a. I. ποικίλλω, varium facio, distinguo, mutuo: et proprie de coloribus di-

citur. *Lucr.* 2, 758. omnigenos gignunt variantque colores. *Virg. G.* 1, 441. Sol ubi nascentem maculis variaverit ortum. *Ov. Met.* 4, 577. Nigraque caeruleis variari corpora guttis. *Id. ib.* 12, 465. Vis juvenilis erat, variabant tempora cani. *Catull.* 64, 351. Putridaque infirmis variabant pectora palmis, h. e. tundendo livida facient; et *Pl. Poen. prol.* 25. Domum abeant, vitent ancipiti infortunio, ne et hic variantur virgines et loris domi. *Colum. Arb.* 12. Simulatque uva variari coeperit. *Plin.* 17, 22, 35. n. 17. Variante se uva. *Lic.* 23, 5. Variante fortuna eventum. *Id.* 12, 2. Ex verna intemperie variante colores frigoraque. *Ov. Am.* 1, 2, 41. gemma variante capillos. P Saepe sine casu adhibetur, neutrorum more. *Colum.* 12, 50. med. Cum primum baccae variare coeperint. Sic *Propert.* 4, 2, 13. Prima mihi variat viventibus uva racemis. *Plin.* 32, 6, 21. Ostrea variant coloribus: rufa Hispaniae, fusca Illyrico, nigra Circejis. *Colum.* 7, 3. Universitas (arietum) tergrisa maculis variat. P Translate est diversum facere, distinguere, mutare quacumque ratione. *Cic. Or.* 18. Ergo ille princeps vocem variabit et mutabit: omnes sonorum, tum intendens, tum remittens, persequetur gradus. *Gell.* 14, 1. med. Mutare et variare aliquid. *Cic. Or.* 2, 9. Orationem variare et distinguere quasi quibusdam verborum sententiarumque insignibus. *Ov. Pont.* 3, 9, 48. Arbitrio variat multa poeta suo. *Virg. A.* 9, 154. Discurrent, variantque vices. *Plin.* ep. 8, 8. Laborem otio, otium labore variare. *Ov. Med. fac.* 19. positum variare capillos. *Mart.* 8, 28. Texta Semiramia quae variantur acu; et *Val. Flacc.* 3, 11. vestes picto Clyte variaverat auro. *Lic.* 2, 57. Cum timor atque ira in vicem sententias variassent. *Id.* 27, 27. f. Si, quae de Marcelli morte variant auctores, omnia exequi velint, h. e. varie tradunt. P Absolute, dissimilem esse, mutari. *Lucr.* 4, 649. seminibus distant, variantque figuris. *Ov. Rem. Am.* 525. quoniam variant animi, variamus et artes. *Id. Trist.* 2, 153. Sic abeunt redeuntque mei, variantque timores. *Propert.* 2, 4, 11. Non ita Carpathiae variant Aquilonibus undae, h. e. agitantur. *Cels.* 2, 1. Ex tempestatibus optimae aequales; pessimae quae variant. *Lic.* 27, 27. extr. Ita fama variat, ut, etc. *Id.* 38, 57. extr. Haec de tanto viro, quamquam et opinionibus, et monumentis litterarum variaretur, proponenda erant. *Id.* 3, 45. Ita in lege firmam libertati fore praesidium, si nec causis, nec personis variet. P Passive impersonaliter. *Lic.* 22, 60. Senatus consili coeptus: ibi cum sententias variaretur, etc. *Vell.* 2, 51. f. Variatum deinde proeliis. [**Suet. Vit.* 1. nisi aliquando prius de familiae conditione variatum esset, i. e. varie traditum, expositum esset.]

*VARIS, is, oppidum Britanniae, vulgo *Bod-Vary*, in Wallia, in comitatu Flintensi, ut censet doctissimus *Camdenus*. *Anton. Itin.* B. A.

VARIUS, V. VARICUS adv.

VARIUS, a, um, adj. ποικίλος, πολύχρους, proprie est diversi coloris, versicolor, maculosus, ut in VARIETAS dictum est. *Varr. R. R.* 2, 2. Arietis lingua nigra, aut varia. *Cato R. R.* 33, et 73. Ubi uvae variae coeperint fieri. *Sen. Hipp.* 63. Variarum tigres. *Virg. G.* 3, 264. lynces. *Pl. Ps.* 1, 2, 12. Vestra latera loris faciam ut valide varia sint, h. e. livida et cruenta. *Petr. Sat.* 28. extr. Pica varia intrantes salutabat. *Hor. Od.* 2, 5, 11. autumnus Purpureo variis colore. *Id. Sat.* 2, 4, 83. Varii lapides. *Tibull.* 1, 8, 45. flores. P [Variis etiam dicitur, qui ex vario semine, sive ex meretricis natus est. *Lampr. Elag.* 2. Semiamira (seu Soemias) autem Antonino Caracalo stupro cognita, ita ut hinc vel Varius, vel Elagabalus vulgo conceptus putaretur. Et ajunt quidam, Varii etiam nomen idecirco eidem inditum a condiscipulis, quod vario semine, de meretricis utpote, conceptus videretur. Hactenus *Lampridius*. Ceterum ea contumeliosa nominis Varii interpretatio falsa, etsi vulgaris fuerit, videtur, cum certo constat, illum fuisse filium Sex. Varii Marcelli. *Inscr. ap. Eckhel.* D. N. V. T. 7. p. 246. Sex. Varo Marcello praesidi provinciae Numidiae Julia Soemias Bassiana C. F. cum filiis marito et patri amatissimo. F.] P Translate etiam sumitur generatim pro dissimili, multiplici, disparili, diverso. [*Utrumque, varius et diversus, a *Doederl.* ad radicem quandam *Var* referuntur, hoc quidem discrimine interposito, ut varius, quod *Forc.* ex parte jam notavit, ea comprehendat, quae ipsa inter se superficie, colore etc. discrepent; diversus illud significet, quod ab aliis differat. Hinc nunquam fieri posse, ut unum pro altero ponatur, licet inter varietas et diversitas commutatio quaedam interdum obtineat. V. Varietas.] *Cic. Fin.* 2, 3. f. Transfertur in multa disparia: varium poema, varia oratio, varii mores, varia fortuna: voluptas varia etiam dici solet, cum percipitur ex multis dissimilibus rebus. *Id. Or.* 3. med. Curricula multiplicium variorumque sermonum. *Id. Fl.* 3. Praeturae jurisdictionis, res varia et multiplex sed suspiciones et similitates. *Id. Or.* 1, 51. f. Quorum rerum fateor magnam multiplicemque esse disciplinam, et multas, copiosas, variasque rationes. *Id. Acad.* 1, 4. med. Plato varius, et multiplex, et copiosus fuit. *Id. Ma-*

nil. 10. f. Varia et diversa genera et bellorum et hostium. *Id. Verr.* 2, 5, 19. med. Varium jus et dispar conditio. *Sall. Jug.* 5., *Liv.* 2, 6. f. et *Just.* 4, 2. f. Varia victoria, h. e. quae modo apud hos est, modo apud illos. *Plin. ep.* 1, 16. Ingenium varium, flexibile, multiplex, h. e. aptum ad omnia, et, ut ait de Catone *Lic.* 39, 40., versatile ad omnia. P Cum dativo. *Hor. Sat.* 2, 3, 53. est genus unum Stultitiae nihilum metuenda timentis, etc. Alterum et huic varium, et nihilo sapientius, h. e. contrarium. [**Recte Heindf.* h. l. ex *schol. Porphy.* recepit *varum* pro *varium*. Cf. *Doederl.* 3, 271. et quae de hac re supra dicta sunt.] P Terra varia dicitur a *Colum.* 2, 4. med. cum post longam siccitatem exiguo imbre semimadida est: tunc enim in superficie humida apparet, inferius non item. Hinc rusticum praecipuum ap. *Cat. R. R.* 61. et *Plin.* 18, 19, 49. Sulco vario ne ares, h. e. cum sulcus apparet varius, arationis abstineto. P Refertur etiam ad animum, et est levis, inconstans. *Virg. A.* 4, 569. varium et mutabile semper Femina. *Sall. Jug.* 5. Animus audax, subdulus, varius. *Flor.* 4, 3. Antonius ingenio varius. Huc pertinet *Ciceronis* jocus ap. *Quint.* 6, 3. §. 48. Miror, quid sit, quod pater tuus homo constantissimus te nobis varium reliquit, h. e. varium ab animi levitate, simulque alludit ad aliam varii significationem, de qua *Plaut. l. c.* supra in §. 1., etenim, ut ait *Id. Quint. ib.* §. 25., dicebatur a patre flagris aliquando caesus. P Varium est, varia opinio est. *Cic. N. D.* 2, 5. Quales sint Dii, varium est: esse nemo negat. P Fuit et Varius nomen Romanum; v. g. Q. Varius Hybrida, Sucronensis, tribunus plebis, homo vastus et foedus, sed eloquentia magnam gratiam consecutus, ut ait *Cic. Brut.* 49. et 62. Adde de *Orat.* 1, 25. *Nat. Deor.* 3, 33. *Quintil.* 5, 12. P Fuit et L. Varus, poeta epicus itemque tragicus, Virgilii Horatiique familiaris, unus ex iis, quibus Augustus Aeneidem commisit emendandum. *Hor. Od.* 1, 6, 1. et *Sat.* 1, 10, 44. *Virg. Ecl.* 9, 35. *Mart. epigr.* 8, 18, 7. *Quintil.* 10, 1. B. A.

VARIX, icis, m. et f. κηρός, vena faeculento sanguine tumescens: quales in temporibus, ventre, et cruribus in primis oboriri solent ex nimio labore bajulandi, aut ambulandi, aut ex diuturna statione. *Non.* 1, 104. ducit a *varus*, a, um: quia venae in cruribus tumentes inflexae sunt et obtortae: [sed videtur esse a *varus*, i; nam prima in *varicosus* brevis est. F.] *Varr. ib.* et 2, 754. Nam si tuam rhedam non habuisses, haberem varices. *Cic. Tusc.* 2, 15. Cum varices scabatur C. Mario, dolebat. *Plin.* 11, 45, 104. C. Marius stantem sibi extrahi varices passum unum hominum, Oppius auctor est. *Sen. ep.* 78. med. Ille, qui dum varices exsecandas praerberet, legere librum perseveravit. *Cels.* 7, 8. med. Varix orius, vel tormina insaniam tollunt. *Id.* 7, 17. in f. In quorundam ventribus varices sunt, quarum curatio, etc. et *ib.* 31. In cruribus orti varices non difficili ratione tolluntur. Huc autem et eorum varicum, qui in ventre sunt, curationem distuli. P Scitum est scomma Vatinius in Ciceronem, et narrat *Maecr. Sat.* 2, 3. Cum enim hic humeris se reipublicae ab exsilio reportatum gloriaretur, unde ergo, inquit Vatinius, tibi varices? Fuit autem Cicero varicibus crura tumens: unde *Sidon. ep.* 5, 5. varicosum Arpinatense dixit; et *Plin. Secundus* ap. *Quint.* 11, 3. med. tradit, in dicendo solitum fuisse togam usque ad calcos demittere, velandarum varicum gratia.

VARO, as, a. i. varis seu varicatis cruribus transeo. *Auct. de limit.* p. 257. *Goes.* Sunt et alii pontes, quorum alvei varantur; et 285. Si in agri quadratura tibi dictanti occurrerit flumen, quod necesse sit varari, sic facies.

[VARONILLA, ae, f. dimin. varonis, seu varronis. Est cogn. *R. Inscr.* ap. *Gud.* 229, 11. Aurelia Varonilla. F.]

VARRAMUS, i, m. fluvius, de quo V. in ANAS-SUM.

VARRO seu Vāro, onis, m. homo durus, et asper. Haec vox et uno r, et duobus scripta invenitur, quomodo et *vari*, et *varri* legitur. *Lucil.* ap. *Fest.* in *Squarrosos*: Varronem ac rupicum squarrosa incondita rostra. *Pers.* 5, 138. Varo regustatum digito terebrare salinum Contentus peraget. Alii leg. *Baro*, quod idem fere sonat. V. BARO. P Varrones familia plebeja apud Romanos. Ita dicti sunt a *varo*, seu *varro*, quod notat hominem durum, asperumque. Sed de hoc aliter ipse *Terentius Varro* ap. *Serv.* ad *A.* 11, 743. his verbis: Est et alia hujus rei historia. Varro enim, cum de suo cognomine disputaret, ait, eum, qui primus Varro sit appellatus, in Illyrico hostem Varronem nomine quod raperat, et ad suos portaverat, ex insigni facto meruisse nomen. P M. Terentius Varro, Μακρός Βαβύρων, civis R., Ciceronis aetate fuit Romano- rum omnium eruditissimus, ut *Quint.* 10, 1. med. asserit; et *Lactant.* 1, 6. M. Varro, quo nemo unquam doctior, ne apud Graecos quidem, nedum apud Latinos, etc. Plurimos, doctissimosque scripsit libros de Lingua Latina, de vita populi Romani, de re rustica, de liberis educandis, quem librum *Catonem* appellavit, item satyras, aliaque quamplu-

rima, quae majorem partem periere. *Gell.* 3, 10. f. ipsum de se scripsisse ait, cum esset annorum LXXXIV., ad eum diem septuaginta hebdomadas librorum conscripsisse: ex quibus aliquammultos, cum proscriptus esset, direptis bibliothecis suis non comparuisse. Multis eum laudibus prosequuntur (praeter *Quint.*) *Cic. Acad.* 1, 3. et *Brut.* 56., *Lactant. l. c.* *Arnob.* 5, 161., *August. C. D.* 6, 2. etc. ab eruditione, doctrina et multiplici scientia, non tamen ab eloquentia: quinimo in libris de lingua Latina, dum verborum notationes minute persequitur, frigidus saepissime, et ridiculus apparet. Obiit prope nonagenarius, cum anno aetatis LXXXVIII. adhuc scriberet, ut est ap. *Plin.* 29, 4, 18. P De C. Terentio Varrone poeta V. in ATACINUS.

VARRONIANUS, a, um, adj. ad Varronem pertinens, ut Varroniani milites, ap. *Lic.* 23, 38. h. e. qui sub C. Terentio Varrone Cos. militaverant secundo bello Punico. *Fulg. Myth. praef.* 1. Varroniana ingenia, h. e. M. Terentii Varronis; de quo in v. praec. P Varroniana dictae sunt etiam viginti et una comediae Plautinae, quae exstant, quoniam a M. Terentio Varrone selectae et probatae sunt. *Gell.* 3, 3.

*VARUARINI, orum, incolae Varuariae, quod oppidum fuit Liburniae. *Plin.* 3, 21. ed. *Hard.* ubi ed. *Elzev.* habet *Varubarini*. B. A.

*VARUBARINI. V. v. praec. B. A.

VARUS, a, um, adj. ῥαγρός, ακαμψός, qui crura displosa habet; in quo differat a *valgo*, seu *vatio* in VALGUS dictum est. [*Originationem eandem habet, quam *varius*, nempe *var.* V. *Doederl.* 3, 271.] *Hor. Sat.* 1, 3, 47. hunc varum, distortis cruribus; illum Balbutit scaurum, pravis fultum male talis. *Lucil.* ap. *Non.* 1, 104. Compernem, aut varam ivisse Amphitruonis ἄκων. Adde *Pl. Merc.* 3, 4, 54. [*V. *Heindf.* ad *Hor. l. l.*] P Universim de aliis rebus dicitur obtortis et incurvis. *Colum.* 5, 9. Taleam varam facere, h. e. extrorsum curvare. *Ov. Am.* 1, 3, 24. simulato vecta juvenco Virginea tenuit cornua vara manu. *Varr. R. R.* 2, 9. de canib.: Debent esse cruribus rectis, et potius varis, quam vatiis. *Ov. Met.* 11, 83. porrectaque brachia varos Esse putes ramos. Alii rectius leg. *veros*. [*V. *Heins. Advers.* 1, 6. p. 71.] P De luctantibus. *Id. ib.* 9, 33. tenuique a pectore varas In statione manus, et pugnae membra paravi. *Mart.* 7, 32. Vara nec injecto ceromate brachia tendis. *Stat. Th.* 6, 850. Collaque demersere humeris, et brachia late Vara tenent. P Est etiam curvus, pravus. *Pers.* 4, 11. rectum discernis, ubi inter Curva subit, vel cum fallit pede regula varo. P Translate. *Id.* 6, 18. geminos, Horoscope, varo Producis genio, h. e. vario, dissimili, dispari. P Fuit etiam cogn. R., ut P. Quinctilius Varus. V. VARIANUS. Alius fuit L. Quinctilius Varus, de quo *Hor. Epod.* 5, 73. Non usitatis, Vare, potionibus, etc.

VARUS, i, m. est macula, sive tuberculum exiguum, et durum in facie, quod a Graecis ῥαγρός appellatur. *Plin.* 23, 4, 42. Oleum amygdalinum purgat, mollit corpora, cutem erugat, nitorem commendat, varos cum melle tollit e facie. *Cels.* 6, 5. Paene ineptiae sunt curare varos, et lentulas, et ephelidas: sed eripi tamen feminis cura cultus sui non potest; et paulo post: Vari commodissime tolluntur imposita resina, etc. *Plin.* 22, 25, 73. Varos emendare. *Id.* 23, 1, 14. purgare; et *ib.* 4, 45. repurgare.

VAS, vādis, comm. gen. ἄγγυς, qui promittit, suo se periculo aliquid iudicio stiturum. Proprieque vas erat in re capitali, ut in PRAES diximus. *Cic. Off.* 3, 10. de Damone et Pythia: Vas factus est alter ejus sistendi, ut, si ille non revertisset, moriendum esset ipsi. *Id. Fin.* 2, 24. extr. Vadem te ad mortem tyranno dabis pro amico, ut Pythagoreus ille fecit Siculo tyranno? *Liv.* 39, 41. f. Qui aut citati non adfuerant, aut vades deseruerant. P Videtur habuisse locum etiam in re civili. Si enim *vadari* in re civili dicimus, cur non et *vades*? *Varr. L. L.* 5, 7. f. Vas appellatus, qui pro altero vadium promittebat; et *nox*: Cavere lege coeptum est ab his, qui praedia venderent, vades ne darent: ab eo scribi coeptum in lege mancipiorum: vadem ne posceret, etc. *Hor. Sat.* 1, 1, 11. Ille, datis vadibus qui rure extractus in urbem est, Solos felices viventes clamant in urbe. [*V. *Heindf.* ad h. l. coll. *Doederl.* 4, 113.]

VAS, vāsīs, n. et Vasa, orum, n. plur. αγγείον, ἄγγυον, instrumentum idoneum ad aliquid recipiendum. *Hor. Ep.* 1, 2, 54. Sincerum est nisi vas, quodcumque infundis, acescit. *Cic. Verr.* 2, 4, 27. Plurima ac pulcherrima vasa argentea; et *nox*: Vas vinarium ex una gemma pergrandi, trulla excavata, manubrio aureo. *Id. Mur.* 36. Vasa Samia; et *Lucr.* 3, 435. quassatis undique vasis Diffuere humorem. *Colum.* 12, 20. Deformatum infra tertiam partem vasis consedit. *Plin.* 37, 2, 7. Murrhina crassitudine, quanta dictum est vasi potioro. *Id.* 29, 5, 32. Comburare aliquid in vase fictili. *Id.* 28, 9, 35. Lac expressum crebro jactatu in longis vasis. *Id.* 33, 11, 53. Vasorum aureorum pondo MD. P Dicitur etiam de iis, quae aliquid sustinent. *Ulp.*

Dig. 34, 2, 20. med. Si vasa sint legata, non solum ea continentur, quae aliquid in se recipiunt edendi bibendique causa paratum, sed etiam quae aliquid sustineant: et ideo scutellas, vel promulsidaria contineri, P. Quin et omnis generis supellex nonnunquam vasorum nomine venit. *Pl. Aul. 1, 2, 17.* Cultrum, securim, pistillum, mortarium, quae utenda vasa semper vicini rogant. *Sen. Ben. 1, 1.* Nomina facturi, diligenter in patrimonium et vasa debitoris inquirimus. *Ulp. Dig. 33, 7, 8.* Vasa quae utilia culturae sunt, aratrum, ligones, sarcula, falces, bidentes. *Grat. Cyn. 219.* vasa dicit supellectilem venatoriam. P. In re militari sunt omnis generis impedimenta, *οξείη πολιμικά:* unde illa conelamare vasa, et vasa colligere, cum movenda sunt castra, et alio transferenda. *Cic. Ferr. 2, 4, 19.* Ille ex Sicilia jam castra moverat, et vasa collegerat. *Caes. B. C. 1, 66.* Signum dari jubet, et vasa militari more conelamari; et *ib. 3, 37.* Noctu, ne conelamatis quidem vasis, flumen transit. Adde *Liv. 27, 47.* et *1, 24.* P. Hinc allegorice *Sen. ep. 19.* Subduc te istis occupationibus: satis multum temporis sparsimus: incipiamus vasa colligere. P. Facete. *Pl. Poen. 4, 2, 40.* Facio, quod manifesto moechi haud ferme solent: refero vasa salva: *τὰ αἰδοῦναι:* quo sensu *Auct. Priap. 70.* Hinc legimus, Circe, Atlantiadenque Calypso Grandia Dulichii vasa petisse viri. Alii perperam leg. *jussa tulisse.* V. VASATUS, et VASCULUM. Adde in *S. Script. Reg. 1, 21, 5.* P. Vasa, alvearia apum. *Colum. 9, 6.* Ex ferulis commode vasa texuntur. P. Translate. *Cic. Tusc. 1, 22. f.* Corpus quasi vas est, aut aliquid animi receptaculum. P. Vasis pro vasis quidam leg. ap. *Sever. Actn. 486.*, sed ibi valibus legendum est. P. Dixere etiam *vasum*, i. *Pl. Truc. 1, 1, 33.* Aliquod vasum argenteum, aut vasum alienum aliquod. *Cato ap. Gell. 13, 23.* Neque mihi aedificatio, neque vasum, neque vestimentum ullum est manu pretiosum. Adde *Fab. Pictor. ap. Non. 15, 11.* P. Item *vasus.* *Petr. fragm. Trag. 57.* *Burm. med.* Vasus fictilis, imo lorus in aqua. *Gloss. Philox. Σκῆνος,* vasus. Ne imiteris.

VASARIUM, ii, n. id, quod itur in provinciam magistratibus supellectilis causa instruebatur, ut vasa, equi, muli, viaticum: a *vas, vasis.* *Cic. Pis. 35.* Nonne HS. centies et octogies, quod quasi vasarii nomine in venditione mei capitis adscripseras, ex aerario tibi attributum Romae in quaestu reliquisti? *Vitr. 5, 10.* vasaria appellat vasa balnearum, caldarium, tepidarum, et frigidarium. P. Translate. *Plin. 7, 49, 50.* Nec sunt omnia vasaria excutienda: mediae tantum partis inter Apenninum, Padumque poenem exempla. P. Ab hac metaphora nomen factum est tabulariis et archivis, in quibus libri censuales servantur. *Impp. Honor. et Theodos. Cod. Theod. 13, 11, 12.* Loca, quae praestationem suam implere non possunt, praecipimus adaequari, ut quid praestare possint mera fide, et integra veritate scribatur: id vero quod impossibile est, e vasariis publicis auferatur. *Cassiod. Var. 7, 45. f.* Ita faciatis de vasariis publicis diligenter abradi, etc. P. Ap. *Cat. R. R. 145.* dicitur *vasarium* merces, quae datur factoribus pro utendis vasis in conficiendo oleo.

VASATICUS, a, um, adj. ad Vasates pertinens, ut Vasatica rheda, *Auson. epist. 7, 18.* Sunt autem *Vasates*, um, populi Aquitaniae in Gallia, ad Garumnam fluvium. *Id. Parental. 21.*

VASATUS, a, um, adj. Bene *vasati* ap. *Lampr. Elag. 5, 8, 9.* et *31.* sunt magno peculio instructi, mutoniati, *ἰσχυροί.* V. VAS.

VASCCELLUM, i, n. *Inscr. ap. Grut. 1108, 6.* Filius in vascello et massa depositus. Ubi *vascellum* videtur esse urnula, in qua cineres conduntur. *Not. Tir. p. 150.* Vas, vasculum, vascellum.

[VASCIO, onis, m. dimin. vasis, idem ac vasculum. *Theod. Prisc. 4, 1. med.* Ursi natura vascione circa stomachum suspensa collo, lino portetur. F.]

VASCONES, um, m. plur. populi Hispaniae Tarraconensis ad Pyrenaeorum montium radices in confinio Aquitaniae, inter Iberum fluvium, et Pyrenaeos montes, ut inter Cantabros, Celtiberos, et Hergetes, ubi hodie *Navarra.* Eorum caput fuit Pompelo (*Plin. 3, 3, 4.*) Hi a Metello Romanorum duce obsessi, in tantam famem compulsi sunt, ut humana carne vescerentur. Hinc *Juven. 15, 93.* Vascones, ut fama est, alimentis talibus usi. P. Vascones quoque, populi Galliae Aquitanicae, oriundi a Vasconibus Hispaniae, qui aliquando montes Pyrenaeos transgressi in Aquitania consederunt; quorum regio Vasconia, die *Gascogne*, inter dictos montes, Garumnam fluvium, et Oceanum Aquitanicum. P. Adjective *Paul. Nol. Carm. 10, 311.* Vascone saltu, *h. e.* Pyrenaeo.

VASCONIA, ae, f. Vasconum regio. *Paul. Nol. Carm. 10, 202.* Vasconiae saltus, et ninguida Pyrenaei Obijcis hospitia.

VASCONICUS, a, um, adj. ad Vascones pertinens. *Paul. Nol. Carm. 10, 217.* Ac si Vasconicis mihi vita fuisset in oris.

VASCULARIUS, ii, m. *οξυνοποιός,* qui scyphos, aliaque ex auro, vel argento vascula facit. *Cic. Ferr. 2, 4, 24. med.* In regiam maximam palam

artifices omnes, caelatores, ac vasculares convocari jubet. *Ulp. Dig. 19, 5, 21. f.* Si cum emere argentum velles, vasculares ad te detulerit. P. Collegium vasculariorum, legitur in *Inscr. ap. Reines. cl. 10. n. 10.* Argentarius vasculares, ap. *Grut. 613, 3.* et ap. *Mur. 915, 5.*, item ap. *Scaevol. Dig. 44, 7, 61.* P. [Item *vascularius* per sync. scribitur. *Inscr. ap. Maff. Mus. Ver. 291, 9.* Aerarii vasclarii. *Alia ap. Fabr. p. 17. n. 75.* et *Mur. 918, 9.* Q. Critonius C. L. Dassi sculptoris VCLARI, *h. e.* vasclarii, qui scilicet scyphos, aliaque vascula ex auro vel argento caelabat. P. *Vasclarius* videtur etiam fuisse cogn. R. *Inscr. ap. Mur. 814, 1.* C. Fictorio C. F. Vasclario Fictoriae Pithusae, C. Fictorio C. F. Attico fratri, Fictoria C. F. Atticilla parentibus suis fecit. F.]

VASCULUM, i, n. *ἄγγυδιον,* vas exiguum. *Cato R. R. 111.* Vasculum facito de materia hederacea. *Quintil. 1, 2. med.* Vascula oris angusti superfusam humoris copiam respuunt. *Juven. 9, 111.* argenti vascula puri. P. De alveo apum. *Pall. 7, 7. med.* Si nulla nascantur examina, duorum vel trium vasculorum multitudinem in unum conferre possumus. P. *Τὴ αἰδοῦναι,* peculium, ut Vasculum rude, *Petr. Sat. 21. f. V. VAS.*

VASCUS, a, um, adj. vacuus, inanis, levis, quem admodum in *Gloss. MS.* exponitur. *Vitr. 3, 2. f.* Venustatem persequitur visus, ejus si non blanditur voluptati proportionem, et modulorum adjectionibus, uti id, in quo fallitur, temperatione augeatur, vascus, et invenustus conspicientibus remittitur aspectus. P. Vasca tibia, si *Salmasium* audimus in notis ad *Vopisc. Carin. 19.*, est ea, quae *μελετρικός ἀβδός* in *Gloss. Philox.* dicitur, *h. e.* tibiae quoddam genus curvum, et obliquum, soni levioris, et acutioris, quae praecipue tibicines inflandi artem ediscere, et meditari consueverant: a vasco sono, quem edebat. *Solin. 5. med.* Insula arundinum ferax, quae accommodatissimae sunt in omnem sonum tibiaram, seu praecentorias facias, quarum locus est ad pulvinaria praecinendi; seu vascas, quae foraminum numeris praecentorias antecedunt. P. Sunt qui tum ap. *Vitr.*, tum ap. *Solin.* legunt *vastus*, invitis perisque criticis. P. *Salmas.* etiam *Livio* tribuit *vascus*, *21, 48.* et *Gell. 19, 9.*, sed alii omnes *vascus*.

[VASIENSIS et Vasionensis, e, adj. ad Vasionem pertinens, Galliae Narbonensis urbem, quae et Forum Vocontiorum, nunc *Vaison.* Hinc *Vasienses*, iam, absolute, sunt incolae illius urbis. *Inscr. ap. Mur. 1091, 2.* Imp. Caes. P. Lic. Gallieno invicto P. F. Aug. Vasienses. *Sidon. ep. 5, 6.* et *7, 4.* vocat *oppidum Vasionense.* F.]

[VASIO, onis, m. Deus municipalis a Vasiensibus in Gallia Narbonensi cultus. *Inscr. ap. Mur. 110, 6.* Marti, et Vasioni Tacitus. F.]

VASSEL, orum, populi Galliae Aquitanicae. *Plin. 4, 19. B. A.*

VASTABUNDUS, a, um, adj. vastans. *Ammian. 31, 8. med.* Vastabundi omnes per latitudines Thraeciae pandebantur impune.

VASTATIO, onis, f. actus vastandi, vastitas, depopulatio. *Sall. or. ad Caes. 1, 4.* Fuga mulierum et puerorum, vastatio domorum. *Planc. ad Cic. Fam. 10, 15. extr.* Italiam a vastatione defendere. *Cic. Cat. 2, 8. med.* Ergo in vastatione omnium tuas possessiones sacrosanctas futuras putas? *Liv. 7, 15. f.* et *10, 4.* Vastatio agri. *Tac. A. 15, 27.* Regnum vastationibus intactum. *Id. H. 4, 34.* Vastatione incendiisque flagrantibus villae.

VASTATOR, oris, m. *κατακτητής,* qui vastat. *Stat. Achill. 2, 317.* Tene, inquit, magnae vastator debite Trojae? *Virg. A. 9, 771.* ferarum vastator Amycus. *Op. Met. 9, 192.* Arcadiae vastator aper; et *ib. 11, 395.* vastatoremque cruento Ore ferum.

VASTATORIUS, a, um, adj. qui vastat. *Ammian. 18, 6.* Hostium vastatoriae manus. *Id. 19, 9. med.* Vastatorius globus.

VASTATRIX, icis, f. quae vastat. *Sen. ep. 95. med.* Luxuria terrarum marisque vastatrix.

VASTATUS, a, um, part. a *vasto: ἰσχυροδής, κατὰ φύσιν,* depopulatus, direptus. *Liv. 28, 7. med.* Urbs vastata ac deserta Philippi bello. *Just. 29, 4.* Vastati Macedones ultionem flagitabant. *Vell. 2, 110. f.* Omnia igni ferroque vastata. *Tac. H. 2, 16. med.* Direpti vastatique classe, etiam quos cohortes alaeque protegerent. *Hor. Od. 4, 4, 47.* impio Vastata Puenorum tumultu Fana. *Cic. Sext. 24. med.* Vastatum et relictum forum. Alii leg. *vastum.* *Sic Liv. 23, 30.* Urbe defensoribus vastata facile potiti sunt hostes, *h. e.* spoliata, deserta. Alii leg. a *defensoribus:* alii *vasta.* *Sic Val. Fl. 1, 480.* venator vastata lustra fugit, *h. e.* feris spoliata.

VASTÉ, adv. *ἀγώνως,* late. *Mela 1, 1.* Mare longe lateque diffusum abigit vaste cedentia litora. P. Item late aperto ore et hianti in loquendo. *Cic. Or. 3, 12.* Loqui non vaste, non rustice, non hiulce, sed presse, et aequabiliter, et leniter; et *ib. 43. extr.* Si verba extrema cum consequentibus ita jungetis, ut ne aspere concurrant, neve vastius diducantur. P. Et vehementer. *Op. Met. 12, 530.* Vastius insurgens decimae ruit impetus undae. *Scrib. Comp. 107.* Vastius podagra correpti.

VASTESCO, is, n. 3. *πέθομαι,* vastus fio, inhorresco, deseror. *Accius ap. Non. 2, 892.* Ne scelerere tuo Thebani vastescant agri. Addit *Non.* et locum *Cic. N. D. 2, 39.* Terram stirpium asperitate vastescere. Sed plerique alii, et ipse *Non. 4, 482.* leg. *vastari.*

*VASTETANI, orum, populi Hispaniae, qui et Bastetani et Bastitani. *Liv. 27, 46. B. A.*

VASTIFICUS, a, um, adj. vastitatem inducens. *Cic. vertens Carm. Sophocl. Tusc. 2, 9. f.* Haec dextra Erymanthiam vastificam abiecit beluam.

VASTITAS, atis, f. *ἄνεργητος,* nimia amplitudo, magnitudo modum excedens. [De origine, ordine notionum hujus vocabuli dictum in *vastus*, ubi v.] *Colum. 3, 8.* India perhibetur molibus ferarum mirabilis; pari tamen in hac terra vastitate beluas prognerari quis neget? *Gell. 9, 13.* Hostis formidanda vastitatis; et *Plin. 2, 41, 41.* Vastitas coeli. *Id. ib. 11, 8. solis. Id. 3. proem. d. f. Gadii.* Tam modico ore tam immensa aequorum vastitas. P. Huc pertinent illa *Colum. 1, 9.* Bubulum vastitas vocis et habitus metuendum pecudibus efficit. *Id. 4, 18.* Vastitas instantis laboris animos debilitat. *Id. 5, 1.* Vastitas scientiae rei rusticae. *Plin. 31, 6, 32.* Vastitate odoris capita replentur. P. Quia loca infrequentia, spoliata, et deserta videntur esse ampliora et latiora, ideo *vastitas* est vastatio, solitudo, ruina, *πόθοσις.* *Sen. Herc. Fur. 701.* Sterilis profundi vastitas squallet soli. *Cic. Ferr. 2, 4, 51. med.* Audistis, quae solitudo esset in agris, quae vastitas, quae fuga aratorum, quam deserta, quam inculta, quam relicta omnia. *Tac. A. 13, 55. med.* Ne vastitatem et solitudinem mallet, quam amicos populos. *Cic. Fl. 1.* Cum caedem a vobis, vastitatem a templis, urbe, Italia depellebam. *Id. Catil. 1, 5. med.* Tempa Deorum, tecta urbis, vitam civium, Italiam totam ad exitium et vastitatem vocas. *Liv. 3, 26.* Tantam vastitatem in Sabino agro reddidit, ut, etc. *Id. 8, 9. f.* Fugam et vastitatem late facere. *Cic. Har. resp. 2. med.* Excisionem, inflammationem, eversionem, depopulationem, vastitatem tectis, atque agris inferre. *Tac. H. 2, 70.* Infecta tabo humus, protritris arboribus ac frogibus dira vastitas. *Cic. Pis. 35.* Cum milites uno genere morbi affligerentur, neque se recreare quisquam posset; dubitabat nemo, quin violati hospites, legati necati, socii bello lacessiti, fana vexata hanc tantam efficerent vastitatem. *Sic Accius ap. Non. 4, 482.* Propter te tot tantisque habemus vastitates funerum. P. Translate. *Cic. Brut. 6.* Deletere judiciorum vastitatem, et fori.

VASTITIES, ei, f. idem ac vastitas, hoc est destructio, separatio. *Pl. Ps. 1, 1, 68.* Harum voluptatum mihi omnium, atque itidem tibi distractio, discidium, vastities venit.

VASTITUDO, inis, f. idem ac vastitas. *Cato R. R. 141.* Uti tu morbos visos, invisosque, viduertatem, vastitudinemque, calamitates, intemperiasque prohibebis. Adde *Accium*, et *Pacuv. ap. Non. 2, 891.* P. Item magnitudo. *Gell. 5, 14.* Leo corporis impetu, et vastitudinis oculos omnium in se converterat.

VASTO, as, avi, atum, a. 1. *πέθοω,* vastum reddo, vastitatem et solitudinem infero, diripio, depopulo. [Cf. quae dicta sunt in *vastus*.] *Caes. B. G. 5, 19.* Cum equitatus vastandi praedandique causa se in agros effunderet. *Cic. Ferr. 2, 3, 50. extr.* Agros vastare atque exinanire. *Id. Cat. 4, 6. f.* Italiam vastare et diripere. *Sall. Jug. 45. f.* Sine modo modestaque invadere, polluere, vastare omnia. *Calpurn. Ecl. 5. f.* Vastare pecuaria morbo. *Hirt. B. G. 8, 25.* omnia caedibus, incendiis, rapinis. *Caes. ib. 5, 1.* provinciam incursumibus. *Sall. Jug. 59. med.* Igni magis, quam praeda ager vastabatur. *Id. in ep. Pomp. ad sen.* Hispaniam ad intersecionem vastavimus. *Phaedr. 3, 2.* de panthera: Pecus trucidat, ipsos pastores necat, Et cuncta vastans saevit irato impetu. *Tibull. 4, 1, 153.* Atque duae (zonae coeli) gelido vastantur frigore semper, *h. e.* infestantur, et incultae desertaeque fiunt. P. Spoliare. *Calull. 66, 12.* Vastatum fines iverat Assyrios. *Hirt. B. G. 8, 24. f.* Fines hostium vastare civibus, aedificiis, pecore. *Virg. A. 8, 7.* undique cogunt Auxilia, et latos vastant cultoribus agros. Adde *Stat. Th. 3, 576.* et *ib. 4, 297.* P. Translate. *Sall. Cat. 15.* Animus impurus, Diis hominibusque infestus, neque vigiliis, neque quietibus sedari poterat: ita conscientia mentem excitam vastabat, *h. e.* turbabat, et usum rationis quodammodo diripiebat. Alii aliter leg., sed *Corte* multis v. *vastabat* tnetur.

VASTULUS, a, um, adj. vastior. *Appul. Met. 2. f.* Tres quidam vegetis et vastulis corporibus fores nostras irruentes.

[VASTUOSUS, a, um, adj. qui vasta loca habet. *Not. Tir. p. 135.* Vastus, vastuosus. F.]

VASTUS, a, um, adj. *ἀγώνως,* supra modum latus, amplus, patens, immanis. *Caes. B. G. 3, 13. extr.* Summa erat vasto atque aperto mari difficultas navigandi; et *ib. 9. med.* In vastissimo atque apertissimo Oceano. *Virg. A. 3, 421.* Vasti fluctus; et *ib. 3, 13.* campi; et *ib. 1, 56.* Vastum antrum;

et *ib.* 5, 821. Vastus aether; et *ib.* 6, 237. Spelunca alta fuit, vastoque immanis biatu. *Id.* 9, 530. turris vasto suspectu. *Or. Met.* 13, 438. Vastum iter, *h. e.* mari vasto; et *ib.* 12, 236. Vastus crater. *Pers.* 5, 141. Vasta trabes, *h. e.* ingens navis. P Universim, permagnus, ingens, *vastusque*. *Cic. Or.* 1, 25. *extr.* Vastus homo atque foedus. *Phaedr.* 1, 5. Cervus vasti corporis. *Cic. N. D.* 1, 35. Elephantum beluarum nulla prudentior: at figura quae vastior? *Id. Div.* 1, 24. Belua vasta et immanis. *Oe. Fast.* 2, 321. de Herc.: tunicarum vincla relaxat, ut possit vastas exseruisse manus; et *ib.* 4, 491. Alta jacet vasti super ora Typhoeos Aetne. *Gell.* 5, 17. *extr.* Clades vastissima pugnae Cannensis. *Oe. Met.* 10, 551. Impetus est fulvis et vasta leonibus ira. *Virg. A.* 5, 368. vastis cum viribus effert Ora Dares. *Id. ib.* 198. (et *Val. Fl.* D. 1, 534.) Vastus iectus. *Id. ib.* 12, 553. vasto certamine tendunt; et *ib.* 10, 768. Vasta arma; et *ib.* 8, 250. Vasti molares, *h. e.* ingentia saxa. *Oe. Pont.* 3, 2, 49. templa vastis innixa columnis. *Id. Her.* 4, 81. vastum valido torquere hastile lacerto. *Sen. Herc. Oed.* 1211. Vasta moles. *Colum.* 2, 6. Antequam seges torreatur vaporibus aestivi sideris, qui sunt vastissimi per ortum Caniculae. *Id. ib.* 21. f. Post nimiam ventorum sequitiam vasta tempestas. P De gravi pondere. *Virg. A.* 5, 447. ad terram pondere vasto Decidit. Adde *Oe. Her.* 9, 88. P De sono, qui late auditur. *Id. Met.* 12, 494. et *Virg. A.* 10, 716. Vastus clamor. *Id. ib.* 1, 249. et *Lucan.* 2, 701. Vastum murmur; et *Sen. Hipp.* 1171. Vastus mugitus; et *Herc. Fur.* 784. sonus; et *ib.* 1103. gemitus. *Colum.* 7, 12. Iatratus. *Val. Fl.* 1, 616. vasto pariter ruit igneus aether Cum tonitru. P Hinc vasta littera, quae magnum habet sonum. *Cic. Or.* 45. *med.* Axilla, ala factus est fuga litterae vastioris. P Vasta oratio, quae propter crebrum voculium concursum, vasto, ut ita dicam, et hianti ore efferenda est. *Auct. ad Her.* 4, 12. Crebrae voculium concursiones vastam atque hiantem orationem reddunt, ut est hoc: Baccae aeneae amoenissimae impendebant. P Translata sunt et haec. *Sen. Herc. Oed.* 1232. Vastum malum; et *ib.* 767. nefas. *Oe. Met.* 2, 520. Vasta potentia. *Colum. proem.* 1. *med.* Varia et vasta scientia. *Sall. Cat.* 5. Vastus animus immoderata, incredibilia semper cupiebat. P Interdum ponitur pro agresti, insulso, incomposito, incondito, invenusto: tales enim esse solent homines vasti corporis. [*Praeferendam censemus Bötticheri sententiam, qui in *Lex. Tac.* p. 482. vastus de animo ita dici putat, ut nullis decori legibus coercitum significet. *Doederl.* 3, 226. a vagandi verbo hanc notionem deducit.] *Gell.* 19, 9. Ne nos, tanquam vastos quosdam et insubidos, *avagōdōtiaz* condemnetis. *Cic. Or.* 1, 25. Sunt quidam aut ita lingua haesitantes, aut ita voce absoni, aut ita vultu motuque corporis vasti atque agrestes, ut, etc. *Gell.* 13, 20. *med.* Ciceroni mollius teretiusque visum in quinta in Verrem (*Verr.* 2, 5, 66.) scribere *perangusto fretu dicis.* Erat enim crassius vastusque *perangusto fretu* dicere. *Liv.* 24, 48. Omnia vasta ac temeraria esse, *h. e.* incondita. P Denique pro inani, vacuo, vastato, deserto, ut cum pestilentia moriuntur homines, aut in bello spoliatur urbes incolis, agri frugibus et arboribus, igni aedificia corrumpuntur, et armenta abiguntur, etc. nam quae vacua sunt loca, vasta et majora videntur: *μηλόβοτος, ἴσχυρος.* [*Non bene *Forc.* hanc vocis vastus notionem in fine posuit, quippe quae primum locum vindicet. Originem enim vastus habet a vacuo, estque proprie i. q. desertus, nostr. *ōde*, atque inde exprimit, quod late patet, nulla re interrumpitur, neque inhibetur, late fuscum, magnum. Sed illud notandum, quod vastus semper aliquid contineat, quod minus placeat propter turpem, foedum adspicuum. Cf. *Böttich. Lex. Tac.* p. 482. et imprimis *Doederl.* 3, 225. sqq.] *Aecius ap. Fest.* Jam hanc urbem ferro vastam faciet Peleus. *Virg. A.* 9, 323. Haec ego vasta dabo. *Cic. Agr.* 2, 26. f. Genus agrorum propter sterilitatem incultum, propter pestilentiam vastum atque desertum. *Liv.* 28, 11. *med.* Infrequentes urbes, agrum vastum ac desertum habere. *Id.* 5, 53. Urbs vasta incendiis ruinisque. *Sall. Jug.* 52. *med.* Mons vastus ab natura, et humano cultu. *Cic. Somn. Scip.* 6. Vastae solitudines. *Enn. ap. Serv.* ad *A.* 1, 56. Quae nunc abs te viduae et vastae virgines sunt, *h. e.* desolatae. *Tac. A.* 3, 4. Dies, quo reliquiae tumulo Augusti inferebantur, modo per silentium vastus, modo ploratibus inquit. VASUM et Vasus, i, V. in Vas, asis. VATES, is, m, et f. *μαρτυρῆς, προφήτης*, homo divinus, fatidicus, qui res futuras praedicat. [**Doederl.* 3, 75. derivat a *fari.*] *Nep. Att.* 16. *extr.* Etiam quae nunc usu veniunt, cecinit ut vates. *Pl. Mil.* 3, 3, 37. Bonus vates poteras esse: nam quae sunt futura dicis. *Virg. A.* 6, 65. tuque o sanctissima vates, Praescia venturi. *Lucr.* 1, 109. minis obsistere vatium. *Cic. Leg.* 2, 8. Interpretari fati dicorum et vatium effata incognita. *Id. N. D.* 1, 20. f. Haruspices, augures, harioli, vates, et conjectores. *Id. Har. resp.* 13. Haec vate suadente sacra ista majores nostri Romae collocaverunt, *h. e.* Sibylla. *Hor. Sat.* 2, 5, 5. ad Viresiam: vides, ut Nudus inopsque domum redeam, te vate. P Saepae dicitur de poetis, qui se quoque jactant divino instinctu afflari. *Phaedr.* 4, 24. Numinum praesentia vati dedit vitam, *h. e.* Simonidi. *Colum.* 10. *praef. med.* Vates maxime venerandus, *h. e.* Virgilius. *Oe. Trist.* 1, 6, 21. Maenonius, *h. e.* Homerus; et *ib.* 3, 7, 20. Lesbia, *h. e.* Sappho. *Pers.* 5, 1. Vatiibus hic mos est, centum sibi poscere voces, Centum ora, et linguas optare in carmina centum. P Translate sic dicitur, qui in aliqua arte maxime excellit, quasi a Diis edoctus ejus artis secreta sit. *Plin.* 11, 37, 89. Arteriarum pulsus descriptus ab Herophilo medicinae vate miranda arte. *Val. Max.* 8, 12. n. 1. Q. Scaevola legum clarissimus et certissimus vates. P Antiquos poetas, inquit *Varr. L. L.* 6, 3. *med.*, vates appellabant a versibus vicendis. Ubi *Scal.* suspicatur legendum *vagiendis*. P *Vates dictus princeps Saliorum musicus, teste *Jul. Capitol.* in *Antonio philos.* 4. B. A. VATA, ae, adj. comm. gen. 1. idem ac vatius. *Varr. L. L.* 8, 5. Cum idem faciat, ac siquis puerorum per delicias pedes male ponere atque imitari vatias coeperit, hos corrigi oportere, si concedant; contra siquis in consuetudine ambulandi jam factus sit vata, aut compennis, si eum corrigi non concedant, etc. P Numeratur et inter cognomina Romanorum, quod qui primus in Vatia familia id cognominis sortitus est, pedibus fuerit vatius. *Plin.* 11, 45, 105. Namque et hinc cognomina inventa Planci, Plauti, Scauri, Pansae; sicut a cruribus Vari, Vatae, Vatinii. P Scribitur et *vacia*. VATICANUS, i, m. Deus, qui praesesse credebatur primae voci infantium: quasi *Vagitanus*, a vagiendi. *Gell.* 16, 17. Et agrum Vaticanum, et ejusdem agri Deum praesidem appellatum acceperamus a vaticiniis, quae vi atque instinctu ejus Dei in eo agro fieri solita essent. Sed praeter hanc causam M. Varro, in libris rerum divinarum, aliam esse tradit istius nominis rationem. Nam sicut Ajus, inquit, Deus appellatus, araque ei statura est, quae est in infirma nova ria, quod eo in loco divinitus vox edita erat: ita Vaticanus Deus nominatus, pene quem essent vocis humanae initia, quoniam pueri, simul atque parti sunt, eam primam vocem edunt, quae prima in Vaticano syllaba est: iccirco vagire dicitur, exprimente verbo sonum vocis recentis. Haec *Gellius*. In quibusdam *Augustini* codicibus. *C. D.* 4, 8, 11. et 20. legitur *Vagitanus* propter rationem a *Varrone* allatam. Aliter *Festus*: Vaticanus collis appellatus est, quod eo potitus sit populus R. vatium responso expulsis Etruscis. P Adjective *Vaticanus* mons, unus ex collibus urbis Romae, Janiculo conterminus, ultra et prope Tiberim. Ibi multa fictilia fiebant. *Juven.* 6, 343. Et Vaticano fragiles de monte patellas. *Cic. Agr.* 2, 35. Vaticanus ager. *Tac. A.* 14, 14. Vaticana vallis, *h. e.* quae inter Vaticanum montem et Janiculum, ubi Circus Neronis fuit. *Plin.* 16, 40, 76. n. 2. Vaticanus Circus. V. CIRCUS. Vaticana vina damnat *Mart.* 1, 19, 6, 92., 10, 45. et 12, 48. P *Vaticanum* absolute, mons et ager Vaticanus. *Plin.* 8, 14, 14., 16, 44, 87. et 18, 3, 4. P [*Vaticanus* fuit etiam cognomen sive agnomen R., ut P. Sestius Q. F. Capitolinus Vaticanus Cos. ann. U. C. CCCII., ut ostendit B. *Borghesius* in *Framm. de fasti cons.* T. 1 p. 81. F.] VATICINANS, antis, part. a *vaticinor*: *θεωλωρ*, futura praesentis. *Cic. Div.* 1, 18. Quod et somniantibus saepe contingit, et nonnunquam vaticinantibus per furorem. *Liv.* 2, 41. Virginium consullem in concionibus velut vaticinantem audiebat. *Oe. Pont.* 2, 1, 61. Jam nunc haec a me, juvenum belloque togaque Maxime, dicta tibi vaticinante nota. VATICINATIO, onis, f. *μαρτυρία*, actus vaticinandi, divinatio, futurorum praedictio. *Cic. Att.* 8, 12. Quarum vaticinationem falsam esse cupio. *Id. N. D.* 2, 3. *extr.* Multa ex Sibyllinis vaticinationibus, multa haruspicum responsis commemorare possumus. *Plin. ep.* 6, 20. f. Plerique lymphati terrificis vaticinationibus, etc. VATICINATOR, oris, m. *χορηγηδός*, qui vaticinatur, vates. *Oe. Pont.* 1, 1, 42. Unde tamen vivat, vaticinator habet. VATICINIUM, ii, n. *μαρτυρία*, oraculum, divinatio, praedictio futuri. *Plin.* 7, 52, 53. Plena est vita his vaticiniis, sed non conferenda, cum saepe falsa sint. *Gell.* 16, 17. Agrum Vaticanum appellatum acceperamus a vaticiniis. VATICINOR, aris, atus sum, dep. 1. *μαρτυροῦμαι, προφητεύω*, divino, praedico, futura praesentio. *Cic. Div.* 1, 18. Quod somniantibus saepe contingit, et nonnunquam vaticinantibus per furorem. *Oe. Her.* 16, 277. fore ut a coeleste sagitta Figar, erat verax vaticinata soror. *Id. Ib.* 271. cui casus ante futuros Telemus Eurymides vaticinatus erat. *Id. Pont.* 3, 4, 93. Deus est in pectore nostro: Haec duce praedico vaticinorque Deo. P Pro furere, insanire, more vaticinantium, aut nugari. [*Cf. quae dicta sunt in *hariolari.*] *Cic. Fam.* 2, 16. f. Sed ego fortasse vaticinor: et haec omnia meliores habebunt exitus. *Id. Sext.* 10. Eos, qui dicerent, dignitati esse servendum, reipublicae con-

silendum, etc. vaticinari atque insanire dicebat. P Pro docte ac sapienter dicere, et tanquam divina oracula proferre. *Cic. Am.* 7. Agrigentinum quidem doctum quendam virum carminibus Graecis vaticinatum ferunt, quae in rerum natura totoque mundo constarent, quaeque moverentur, ea contrahere amicitiam, dissipare discordiam. *Pl. Ps.* 1, 3, 129. Parricida, sacrilege, perjure. *Ba.* vetera vaticinamini. VATICINUS, a, um, adj. *μαρτυρικός*, ad vaticinium pertinens. *Liv.* 25, 1. f. Et edixit, ut quicumque libros vaticinos, precesionesve, aut artem sacrificandi conscriptam haberet, etc. *Oe. Met.* 2, 640. Haec ubi vaticinos concepit mente fureros. VATICUS, a, um, adj. ad vatem pertinens. Hinc herba, quae alias strychnos, et Apollinaria et somnifera dicitur, vatica appellatur ab *Appul. Herb.* 74., utpote quae vaticinandi vim praebet hominibus. F.] VATINIUS. V. VATINIUS. VATILLUM. V. BATILLUM. VATINIANUS, a, um, adj. ad Vatinium pertinens. *Catull.* 14, 3. Odissem te odio Vatiniano. *V. v. sq.* *Id.* 53, 2. Vatiniana crimina. VATINIUS, a, um, adj. vitium in cruribus habens, vatiae simile: unde cognomen factum Vatinii familiae Romanae. *Plin.* 11, 45, 105. Cognomina inventa a cruribus, Vari, Vatae, Vatinii. Alii leg. *Vatieni*. P Vatinius, civis fuit Rom. contaminatissimae vitae, et pudoris adeo profligati, ut non invenuste dixerit *Seneca Const. Sap.* 17. *med.* Vatinium assiduo convicio depudere didicisse. In hunc, cum adversus reum, quem Cicero in judicio defendebat, productus esset testis, tam acerbe Cicero invecit, ut patefactis ejus flagitiis in summum Romani populi odium pervenerit. Hinc factus est locus proverbii, ut *Vatinianum odium* pro capitali, et implacabili odio accipiatur. P *Vatinius* alter Beneventanus, sutor fuit distorti corporis, idemque faber calicum vitreorum, qui quatuor rostra instar nasorum protensa habebant. *Mart.* 14, 96. Vilia sutoris calicem monumenta Vatinii Accipe. *V. Tac.* A. 15, 34. P Hinc ipsi calices *Vatinii* absolute dicti sunt. *Mart.* 10, 3. Vatiniorum proxeneta fractorum. V. NASUS. VATIUS, a, um, adj. *βλαύος*, idem ac valgus, idest qui crura extrorsum obtorta habet. [V. adnotat in VARUS, a, um. F.] *Varr. R. R.* 2, 9. de canib.: Sint cruribus rectis, ac potius variis, quam vatiis. *Ulp. Dig.* 21, 1, 10. f. Quaesitum est, an balbus, et blaesus, et atypus, isque, qui tardius loquitur, et varus, et vatius, sanus sit. [*Mart.* 12, 70. Linthea ferret Apro vatius cum vernula nuper. V. VATA. F.] P Scribitur et *vacius*. *VATRACHITES, fluvius Persidis. *Ammian.* 23, 23. (c. 6. *med.* p. 376. *Vales.*) B. A. VATRAX et Vatricosus dicitur, qui vitiosis est pedibus. Ita *Nonius* 1, 99. afferens illud *Lucilii*: Ut si progeniem antiquam, qua est Maximus Quintus, Qua vatricosu' vatrax. Alii leg. *varicosu' vatrax*: alii *verrucosus*, quia Q. Fabius Maximus, qui Annibali cunctando restitit, *Verrucosus* cognomen habuit. *Vatrax* autem esse videtur, qui tortis est pedibus instar ranae, quae Graece *βραχέζω*. *VATRENIUS, i, m. fluvius Italiae superioris, in Gallia cispadana, in Padum cadens, hodie *Santerno* dictus. *Plin.* 3, 16. *Mart.* 3, 66, 2. P *Portum Vatrene* memorat *Plin.* l. c. B. A. *VATUSICUS, a, um, adj. ad locum quendam pertinens, in Gallia Narbonensi situm, idque in agro Centronum. Nomen fortasse *Vatusia*. *Plin.* 11, 42. Alpes Dalmaticae Docleaten (*caseum*) mittunt, Centronicae *Vatusicum*. P Legitur et *Natusicum*. B. A. U B UBBÄ. V. OBBA. UBER, eris, adj. omn. gen. *εὐφορός, εὐπορός, εὐδαλῆς*, frugifer, fructuosus, fertilis, ferax, fecundus, abundans, copiosus: et proprie de frugibus, et agris dicitur. In ablat. in *i* desinit, ut memori. Substantivum vero in *e*. *V. v. sq.* et *Cic. Fin.* 5, 5, 30. Seges spicis uberibus et crebris. *Id. N. D.* 2, 62. f. Vitium, et olivetorum uberrimi lactissimique fructus. *Oe. Met.* 4, 89. arbor niveis uberrima pomis. *Tac. H.* 5, 6. Rari imbres, uber solum. *Hor. Od.* 4, 15, 5. Fruges et agris retulit uberes. *Prop.* 1, 22, 10. Umbria Me genuit terris fertilis uberibus. *Sen. Herc. Fur.* 333. quidquid uberi cingit solo Phocis. *Liv.* 29, 25. f. Et imbelles (quod plerumque in uberi agro evenit) barbari sunt. *Cato ap. Prisc.* 5, 647. Itaque res uber fuit, antequam vastassent regiones. *Just.* 44, 3. *med.* Regio cum aeris ac plumbi uberrima, tum et minio. P Absolute. *Val. Fl.* 1, 510. Non mediae telluris opes, non improba legi Divitis arva plagae: teneant uberrima Teucer, Et Libys, etc. P Dicitur et de aquis. *Cic. Q. Fr.* 3, 1, 2. Vidi permultis locis aquam profluentem et eam uberem. *Lucr.* 1, 348. In saxis et speluncis permanat aquarum Liquidus humor, et uberi, bus flent omnia guttis. *Id.* 6, 289. sequitur gra-

vis imber, et uber. *Hor. Od.* 2, 19, 10. vini fontem, lactis et uberes Cantare rivos. *Accius ap. Non.* 9, 6. Locorum late viridia, et frugum ubera. *Ov. Trist.* 4, 10, 3. Sulmo mihi patria est, gelidis uberrimus undis. *Albinov.* 1, 116. lacrimae Erumpunt gravidis uberibusque genis; et *ib.* 225. Uberibusque oculis lacrimarum flamina misit. *Sen. Med.* 388. oculos uberi fletu rigat. P De aliis rebus. *Pl. Rud.* 4, 2, 6. Neptunus piscatu me uberi compositiv. *Id. Ps.* 1, 2, 64. Carnaria tria grandia tergoribus oneri uberi, *h. e.* magno pondere. *Ter. Eun.* 2, 2, 21. Imperavi mihi omnia assentari: is quaeustus nunc est multo uberrimus. *Just.* 38, 7. med. Bello dubium facili magis, an uberi, *h. e.* praedae uberiores, ut *Id.* 22, 5. *f. ait;* et 31, 5. Neque sedem belli Craeciam sibi placere, cum Italia uberius materia sit. *Id.* 21, 5. *extr.* Uberius praemium. *Suet. Caes.* 27. Uberrimo congiario prosequi aliquem. *Cic. Pis.* 40. Illa uberrima supplicationibus triumphisque provincia. *Plin. Pan.* 43. Sitne feracius et uberius, non ad laudem modo, sed ad pecuniam principii, etc. *Cic. Off.* 3, 2. Cum tota philosophia frugifera et fructuosa, tum nullus feracior in ea locus est, nec uberius, quam de officiis. [**Tac. H.* 2, 21. uberioribus inter se probris, quam laudibus stimulantur.] P Est etiam crassus, plenus. *Pl. Merc.* 3, 1, 21. Si tenue scis, scio, te uberius pusse nere. *Masur. Sabin.* ap. *Gell.* 4, 29. Equum nimis strigosum et male habitum, sed equitem ejus uberrimum et habitissimum viderunt. P Saepae transferunt ad copiam rerum verborumque in dicendo. *Cic. Or.* 4. Periclem Anaxagorae fuisse auditorem, a quo uberem et fecundum fuisse. *Id. Or.* 1, 25. Motus animi ad excogitandum acuti, et ad explicandum ornandumque sint uberes. *Id. Brut.* 31. *f.* Quis uberior in dicendo Platone? *Auct. dial. de Or.* 18. Catoni seni comparatus C. Gracchus plenior et uberior est. *Tac. A.* 3, 31. *f.* Oratorum uberrimus. *Ov. Trist.* 2, 74. tuasque ingenio laudes uberiore canunt. P Sunt qui scrib. *huber*, ab *ivo*, vel *humeo* ducentes: sed notatio videtur nimis longe petita.

UBER, eris, n. *μαζός, οὐθα*, mamma, tum in homine, tum saepius in bestia. Sunt qui ita distinguunt, ut *mamma* sit, quae exterius apparet, *uber* interior officina lactis; alii rectius, ut *uber* proprie sit papilla seu mammae caput, quod infans sugens comprehendere solet. [**Prior distinctio longe praefenda.* V. *Doederl.* 4, 333.] *Lucr.* 5, 883. puer Ubera mammarum insomnis lactantia quaerit. *Gell.* 12, 1. An putas, naturam feminis mammarum ubera, quasi quosdam naevulos venustiores, etc.? Alii *mammam* esse ajunt hominis tantum, *ubera* bestiarum. *Hor. Epod.* 8, 7. et mammae putres, Equina quales ubera. P Sed haec discrimina auctores non servant. *Plin.* 28, 19, 77. Lac suis potum deficientia ubera puerperarum replet. *Id.* 7, 36, 36. Puerpera carcere inclusam matrem deprehensa est uberibus suis alens. *Virg. Ecl.* 2, 42. Bina die siccant ovis ubera; et *ib.* 3, 30. vitula binos alit ubere fetus; et *ib.* 99. Pressare ubera palmis. *Tibull.* 1, 3, 46. *ubera lactis dixit pro ubera lactea*, quod *Virg. G.* 2, 524. habet. *Hor. Epod.* 16, 50. Refertque tenta grex amicus ubera. *Plin.* 8, 42, 66. Equa partum ad ubera non admittit. *Ov. Met.* 13, 826. Oves vix sustinent distentum cruribus uber. *Id. A.* Am. 2, 375. Nec lea cum catulis lactentibus ubera praebet. *Virg. A.* 4, 367. Hyrcanaeque admorunt ubera tigres. *Ov. Met.* 4, 324. fortunata profecto, Siqua tibi soror est, et quae dedit ubera nutrix; et *ib.* 6, 342. Ueberaque ebiberant avidi lactantia nati. *Id. Fast.* 2, 419. Uebera ducere. Alii leg. *sugere*. [**Quod minus bene.* V. *Heins.*] *Plin.* 20, 11, 44. haurire. *Lucan.* 3, 351. trahere. *Ov. Fast.* 4, 459. raptus ab ubere. [**Tac. G.* 20. sua quemque mater uberibus alit.] P Translate. *Colum.* 3, 21. Alma tellus vitibus annua vice, velut aeterno quodam puerperio laeta, mortalibus distenta musto demittit ubera. *Id.* 10, 89. fracti dente ligonis Putria maturi solvantur ut ubera campi. P De uva, quam faciunt apes, cum alio migrantes arbore pendent. *Pall.* 7, 7. med. Cum agmina se in ramo suspenderit, si unius uberis educatione pendebunt, noris, unum regem esse universis: si duo vel plura ubera suspendens se populus imitatur, et discordes sunt, et tot reges esse, quot velut ubera videris, confitentur. P Interdum est ubertas, fertilitas, fecunditas soli, aut arboris, *εὐθνητα*. *Virg. G.* 2, 185. Quique frequens herbis et fertilis ubere campus. *Id. A.* 7, 262. Divitis uber agri. *Id. ib.* 1, 535. terra potens armis, atque ubere glebae. *Claud. B. G.* 504. palmitis uber Etrusci. *Colum.* 4, 27. med. Rusticus debet interdum partem aliquam fetus decutere, ut ubere suo gravatam vitem levat. *Virg. G.* 2, 275. in denso non signior ubere Bacchus. P *Ubi uber, ibi tuber*, proverb. ap. *Appul. Flor.* n. 18., de quo V. TUBER.

*UBERAE, arum, gens Indiae. *Plin.* 6, 19. ed. *Hard.* ubi ed. *Elzev.* habet *ubere*. B. B.

UBERATUS, a, um, part. ab *ubero*, abundans, copiosus. *Pall.* 3, 17. med. Surculi, qui inserendi sunt, sint novelli, fertiles, nodosi, gemmis pluribus uberati, *h. e.* quasi uberibus ornati.

UBERTAS. V. UBERTAS.

UBERITER, adv. *εὐνόως*, copiose, fuse, in comparativo tantum et superlativo usurpatum invenitur. *Pl. Trin.* 1, 1, 9. Mores mali, quasi herba irrigua, succreverunt uberrime. *Ov. Pont.* 4, 2, 12. Uberius nulli provenit ista seges. *Cic. Phil.* 2, 31. Cum mulier fleret uberius. P Transferunt ad elocutionem. *Id. N. D.* 2, 7. med. Haec uberius disputantur et fusius. *Id. Fam.* 3, 11. Planius loquebantur, et uberius. *Plin. ep.* 4, 17. *extr.* Dicere latius et uberius, quam epistolarum angustiae sinunt. *Cic. Div.* 2, 1. med. Magnus locus a tota Peripateticorum familia tractatus uberrime. [**Suet. Rh.* 1. latius et uberius explicare. *Oppon. breviter et presse.*]

UBERO, as, a. 1. *αὐδρο*, uberem facio, fecundo, lactifico. *Plin. Pan.* 32. Et coelo quidem nunquam benignitas tanta, ut simul omnes terras uberet, foveatque. *Pall.* 11, 8. *f.* Hoc velut coitu steriles arbores uberantur. P Absolute neutrorum more. *Colum.* 5, 9. med. Olivetum in duas partes dividere, quae alternis annis fructu induantur: neque enim olea continuo biennio uberat.

*UBEROSUS, a, um, adj. *Gloss. Vet.* Uberosum, *ζόρηρον*. B. A.

UBERTAS, atis, f. *εὐθνητα*, fertilitas, abundantia, copia. *Cic. Manil.* 6. Asia tam opima est, et fertilis, ut ubertate agrorum, et varietate fructuum facile omnibus terris antecellat. *Id. Verr.* 2, 3, 98. Si ubertas in percipiendis fructibus fuit, consequitur vilitas in vendendis. *Vet. poeta ap. eund. Tusc.* 1, 28. Rami baccarum ubertate incurvescere. *Id. ad Quir.* 8. Frugum ubertas, copia, vilitas. *Suet. Dom.* 7. Summa ubertas vini, frumenti vero inopia. *Plin.* 22, 22, 39. Iasione mulieribus lactis ubertatem praestat. *Id.* 37, 13, 77. Soli fertilitas, pabuli ubertas. *Id.* 18, 17, 45. Solum diutissime aquari gaudet, ut praepinguis et densa ubertas diluatur. *Id.* 3, 5, 6. Annum fontiumque ubertas. *Sil.* 15, 412. Nec pube aequandam, nec opum ubertate saguntum. *Just.* 18, 3. Ubertas piscium. *Id.* 25, 1. praedae. P Translate. *Cic. N. D.* 2, 65. *extr.* Satis a Socrate dictum est de ubertatibus virtutis et copiis. *Id. Or.* 1, 44. Bibliothecas omnium philosophorum unus mihi videtur XII. Tabularum libellus et auctoritatis pondere, et utilitatis ubertate superare. *Id. Dom.* 26. med. Ne quis oriretur in tanta ubertate improborum, qui, etc. P De copia dicendi. *Cic. Or.* 1, 12. Qui discernens eorum, quos nominavi, ubertatem in dicendo et copiam, ab eorum exilitate, qui etc.? *Plin. ep.* 2, 3. Magna Isaacum fama praecesserat, major inventus est. Summa est facultas, copia, ubertas. *Gell.* 12, 1. *extr.* Amoenitates et copiae, ubertatesque verborum. *Quint.* 10, 1. med. de *Cic.* Omnes ex se ipso virtutes extulit immortalis ingenii beatissima ubertate. *Id. ib. in.* Verborum ubertatem ac divitias dabis lectio. P In nummo Trajani Decii, Etruscillae, Herennii, Hostiliani, Treboniani, aliorumque legitur *ubertas pro ubertas*. V. *Rasch. Lex. rei num.* T. 5. P. 2. p. 759. [**Ultima emendavit F.*]

UBERTIM, adv. *ἀφθόως*, copiose, affluenter. *Annian.* 22, 15. med. Nubes incrementa ubertim suggerere Nilo creduntur. P Praecipue locum habet in luctu et lacrimis. *Catull.* 66, 17. Ubertim lacrimulas fundere. *Petr. Sat.* 134. Lacrimis ubertim manantibus. *Suet. Tit.* 10. Populo coram ubertim flevit. *Adde Caes.* 81., *Sen. Controv.* 4, 25., *Claud. Laud. Seren.* 214. et *Appul. Met.* 3, 5, 8. et 10. [**Hujus loci meliorem ordinem instituit F.*]

UBERTO, as, a. 1. ubertum facio, ubero. *Eum. Grat. act. ad Constant.* 9. *f.* Agros diuturno ardore sitiennes expetitus votis imber ubertat. [**Plin. Pan.* 32. Ut omnes simul terras ubertet foveatque. B. A.]

UBERTUS, a, um, adj. *εὐθνος*, fertilis, copiosus, affluens. *Gell.* 7, 14. Sed ea ipsa genera dicendi jam antiquitus tradita ab Homero sunt tria in tribus, magnificum in Ulyse, et ubertum; subtile in Menelao, et cohibitum; mistum, moderatumque in Nestore. Alii rectius leg. *uber est*. *Addunt Solin.* 21. Pannonia solo plano, ubertoque. *Sed Salmas.* et alii *uberique*.

UBI, adv. *ὅπου, ὅν, ἔθα*, in quo loco: ab *ὅπου*. *Phaedr.* 3, 6. ubi strigandum est, et ubi currendum, scio. *Caes. B. G.* 1, 13. Ibi futuro Helvetios, ubi Caesar constitisset; et *f.* Ut is locus, ubi constitissent, ex calamitate populi R. nomen caperet. *Cic. Fam.* 1, 10. Velim, ibi malis esse, ubi aliquo numero sis, quam istic, ubi solus sapere videre. *Id. Verr.* 2, 5, 12. In ipso ore portus, ubi primum ex alto sinus ad urbem ab litore inflectitur. P Interrogando, *ποῦ*: *Cic. Or.* 2, 14. Ubi sunt, qui Antonium Graece negant scire? *Ter. Andr.* 2, 2, 1. et 6. Ubi inveniam Pamphilum? ubi quaeram? *Tibull.* 2, 3, 27. Delos ubi nunc, Phoebe, tua est? ubi Delphica Pytho? [**Haec solemnitas est formula exprobrantium.* Vm exemplorum collegit *Heins.* ad *Ov. Met.* 4, 150. Interdum desiderantium. V. *Ruhnck.* ad *Ov. Her.* 4, 150.] P Post se habet interdum genitivos loci, *terrarum, gentium*, ornatus gratia. *Cic. Att.* 5, 10. med. Quid ageres, ubi terrarum esses, ne suspicabar quidem. *Id. Cat.* 1, 4. Ubinam gentium sumus? in qua urbe vivimus? *Pl. Epid.* 5, 2, 13. Ubi illum quaeram gentium? *Plin.* 7, 24,

21. Ut inanis mens quaerat; ubi sit loci. *Pl. Capt.* 5, 2, 5. Ubi loci fortunae tuae sint, facile intelligis, *h. e.* quo statu. P *Ubi ubi est ubicumque.* *Cic. Tusc.* 1, 29. Ubi ubi sit animus, certe quidem in te est. *Pl. As.* 2, 4, 21. Perii, nisi Libanum invenio, ubi ubi est gentium. *Ter. Eun.* 5, 9, 12. Ubi ubi est, fac, quamprimum haec audiat. Sunt qui scrib. *ubiubi* conjuncte. *Liv.* 42, 57. *extr.* Facile, ubiubi essent, se conversuros aciem. P Saepae *ubi* refertur ad tempus, et valet cum, quando, postquam. *Varr. L. L.* 5, 9. Ubi lucet, magistratus unguentis unguuntur. Ubi praetores venerunt, censores inter se sortiuntur. *Ter. Eun.* 3, 3, 11. Ubi friget, huc evasit. *Id. Andr.* 5, 2, 7. Ubi voles, arcesse, *Caes. B. G.* 1, 7. Ubi de ejus adventu Helvetii certiores facti sunt, legatos ad eum mittunt. *Sall. Cat.* 2. Ubi pro labore desidia, pro continentia lubido invasere, fortuna simul cum moribus immutatur. *Cic. Pis.* 27. *extr.* Ubi galli cantum audivit, avum suum revixisse putat. *Id. Rab. Post.* 13. Ubi semel quis pejeraverit, ei credi postea non oportet. *Id. Verr.* 2, 2, 20. Ubi quis primum potuit, istum reliquit. *Virg. A.* 4, 143. Qualis ubi hibernam Lyciam Xanthique fluenta deserit, ac Delum maternam invisit Apollo. *Nep. Ep.* 7. med. Animadvertet, ubi id fecisset, totum exercitum periturum; et *Liv.* 3, 61. Haec ubi inter signa pedum dicta dedit, avolat deinde ad equites. P Saepae etiam refert res, aut personas, pro relativo, *qui, quae, quod.* *Ter. Heaut.* 4, 6, 8. Hujusmodi res semper commiscere, ubi me exarnifices. *Pl. Mil.* 2, 1, 40. Capiunt navem illam, ubi vectus fui. *Cic. Or.* 1, 57. Cum multa colligeres ex legibus, et ex senatusconsultis, ubi si verba sequeremur, confici nihil posset. *Id. Tusc.* 5, 8. med. Est, ubi id isto modo valeat. *Pl. Truc.* 1, 2, 38. Si rem servassem, fuit, ubi negotiosus essem. *Cic. Quint.* 9. *f.* Neque nobis adhuc praeter te quisquam fuit, ubi nostrum jus contra illos obtineremus, *h. e.* apud quem. P Cum verbis motus ad locum. *Vulcat. Acid.* Cass. 9. Liberam evagandi, ubi vellent, potestatem dedit. *Tac. A.* 1, 22. Responde, Blaese, ubi cadaver abjeceris. P [Etiam *ube* pro ubi scribitur in *Inscr.* ap. *Gor. Inscr. Etr.* T. 3. p. 173. et *Donat.* 131, 1., et in alia ap. *Marin. Inscriz. Alb.* p. 93. in not. (3.), et in alia ap. *Oderic. Syllog.* p. 165. Ubinam vero *ubei* scribitur in alia ap. *Grut.* 637, 5. *F.*]

UBICUMQUE, adv. *ὅπου ποῦ, πανταχῆ*, quocumque in loco: ab *ubi*, ea forma, qua a *quo* est quocumque. *Cic. Att.* 3, 25. Ut te ante Calendas Januariarum, ubicumque erimus, sistas. *Id. Verr.* 2, 5, 67. Omnes hoc loco cives Romani, et qui adsunt, et ubicumque sunt, vestram severitatem desiderant. *Ov. Met.* 7, 736. ubi Servor, ubicumque est, ubi mea gaudia servo. *Id. Am.* 3, 10, 5. Te, Dea, munificam gentes ubicumque loquuntur. P Cum gen. *gentium*, et *terrarum*. *Cic. N. D.* 1, 44. Ubicumque erit gentium, a nobis diligetur. *Id. Phil.* 2, 44. Qui ubicumque terrarum sunt, ibi est omne reipublicae praesidium.

UBIDIUS, adv. compar. idem ac uberius. *Sym. or. in Grat.* (ed. *A. Maio*) 6. Virentibus ramis artifex rusticandi alienum germen includit, ut novella praesegetina coagulo libri ubidius inolescant. Est qui malit legere *avidius* *F.*

UBILIBET, adv. *ὅπου ποῦ, ὅν, ἔθα*, quocumque loco, ubivis. *Sen. Tranq.* 1. med. Cibus parabilis facilisque, ubilibet non defuturus.

UBINAM, adv. *ποῦ, ἔθα, ὅν, ἔθα*, in quoniam loco. Interrogativum, vel infinitum est. *Cic. N. D.* 1, 10. In qua non video, ubinam mens constans possit insistere. *Stat. Silb.* 2, 1, 41. O ubi ingenii crines, mollisque decorae Margo comae? blandis ubinam ora arguta querelis? P Cum gen. *gentium* elegantur conjungitur. *Cic. Cat.* 1, 4. O Dii immortales, ubinam gentium sumus? *Pl. Merc.* 2, 3, 97. Ubinam est hic homo gentium?

UBIQUAQUE, adv. idem quod ubicumque. *Appul. de Mundo*: Omnia, ubiquaque gererentur, otacustarum delatione discebat. Alii leg. *omnia quaecumque ibi*. *Liv.* 22, 4. med. Signum omnibus dat invadendi: qui ubiquaque proximum fuit, decurrere. Alii leg. *ubi qua cuipue*. *Pl. Bacch.* 2, 3, 17. Cor meum, et cerebrum finditur, istius hominis ubi fit quaque mentio. *Tmesis.*

UBIQUE, adv. *πανταχῶς*, in omni loco, ubicumque, ubilibet. *Caes. B. C.* 2, 20. *extr.* Et quod ubique habeat frumenti ostendit. *Cic. Verr.* 2, 4, 4. Verres quod ubique erit pulcherrimum, auferet? *Id. Agr.* 2, 21. *f.* Ceteri agri omnes, qui ubique sunt, decemviris addicentur. *Id. Div.* 2, 44. *f.* Volunt, omnes eodem tempore ortos, qui ubique sint nati, eadem conditione nasci. *Omnes qui ubique sunt* formula est ap. *Cic. frequens*. *Virg. A.* 2, 368. crudelis ubique Luctus, ubique pavor, et plurima mortis imago. P Cum gen. *Appul. Met.* 1. Nihil rerum istarum, quae itineris ubique rite nos comitantur, indigemus. P Etiam cum gen. *gentium*, aut *orbis* usurpatur. *Id. Flor.* n. 16. Laudes benefici tui ubique gentium, semper annorum repraesentet. *Tert. Pall.* 2. med. Ut inde velut ex surculis et propaginibus populi de populis, urbes de uribus per ubique orbis pangerentur. P Pro ubicum-

que. Jabolen. Dig. 18, 1, 77. In lege fundi vendendi lapidicinae in eo fundo, ubique essent, exceptae erant. Haloand. habet ubicumque; et Liv. 45, 29. Litteras omnes, quae ubique depositae essent, et pecuniam regiam conferri. P. Ubique pro et ubi, ut itaque pro et ita. Pl. Rud. 2, 3, 58. Leno ademit ei cistulam, quam habebat, ubique habebat, qui suos parentes noscere posset. Liv. 36, 2. Quisquis magistratus eos ludos, quando, ubique faxit, hi ludi recte facti sunt. Catull. 63, 46. Simul vidit, sine queis, ubique foret. Adde Pl. Bacch. 1, 1, 36. et Merc. 5, 1, 11. P. Ubique, pro et ubi, dicitur etiam de tempore, h. e. et quando. Hor. Sat. 2, 2, 84. ubique Accedent anni, et tractari mollius aetas Imbecilla volet. Bentl. mallet ubique, h. e. vel quando. [*Singularis dicendi ratio est ap. Suet. Claud. 25. ubique plerumque, illud de rebus, hoc de tempore. P. Confund. ubi et nisi. V. Heindf. ad Cic. N. D. p. 261. b. Ubi et ibi. V. Cort. ad Lucan. 6, 441.]

*UBISCI, orum, populi Galliae Aquitanicae. Plin. 4, 19. Bituriges liberi cognomine Ubisci. B. A. UBIBI. V. UBI.

UBIVIS, adv. ὀπισθοῦν, πανταχοῦ, quolibet in loco, quasi ubi tu vis. Cic. Fam. 6, 1. Nemo est, quin ubivis, quam ibi, ubi est, esse malit. Id. Att. 14, 22. extr. Qui mihi videntur ubivis tutius, quam in senatu fore. Ter. Andr. 1, 2, 32. Ubivis facilius passus sim, quam in hac re, me deludier. Hor. Sat. 1, 4, 74. Non ubivis, coramve quibuslibet; in medio qui, etc. P. Coniungitur cum genit. gentium, ut ubinam. Ter. Heec. 3, 1, 4. Quanto fuerat praestabilis, ubivis gentium agere aetatem!

[UBIUS, a, um, adj. ad Ubios pertinens, Galliae Belgicae populos ad Rhenum, quorum urbs princeps Colonia Agrippina, seu Agrippinensis, ita appellata ab Agrippina Claudii Aug. uxore, et Neronis Aug. matre. Tac. A. 12, 27. Agrippina, quo vim suam sociis quoque nationibus ostentaret, in oppidum Ubiorum, in quo genita erat, veteranos, coloniamque deduci impetrat; cui nomen inditum ex vocabulo ipsius. Id. H. 5, 22. Claudia Sacrata mulier Ubia. Hinc Ubii, orum, absolute, sunt incolae illius urbis. Inscr. ap. Mur. 843, 4. L. Pompejus Celer Praef. Coh. I. Ubiorum. F.]

UC

*UCALÉGON, ontis, Οὐκαλέγον, sc. non curans, Trojanus nobilis et prudens, qui cum Antenore a bello propter senectutem abstinuit, portas interim observans, quemadmodum Homerus narrat Il. P. v. 148. seq. Virg. A. 2, 311. Jam proximus ardet Ucalegon, h. e. domus Ucalegontis. Exinde illud Juven. Sat. 3, 199. Jam poscit aquam, jam frivola transfert Ucalegon: ubi Ucalegon ponitur pro cive quovis. B. A.

*UCECENSE CASTRUM, oppidum Galliae Narbonensis, hodie Uzes vel Vez. Notit. civit. Gall. B. A.

*UCÉNI, orum, populi Alpini, ubi nunc fere Grenoble. Plin. 3, 20. B. A.

*UCIA, ae, f. Οὐκία, Hispaniae civitas. Plin. 3, 1. B. A.

[UCITANUS, a, um, adj. ad Uciam pertinens, quo nomine duplex fuit oppidum in Africa, majus in provincia proconsulari, minus in Numidia. Plin. 5, 4, 4. Oppida civium Romanorum Ucitana duo, majus et minus. F.]

*UCUBIS, is, oppidum Hispaniae Baeticae. Auct. B. A. p. 7, 24. P. Fortasse i. q. Succuba. B. A.

*UCULTUNIACUM, n. oppidum Hispaniae Baeticae. Plin. 3, 1. B. A.

UD

*UDINI, orum, populi Scythiae Asiaticae, circa Caspium mare. Plin. 6, 13. B. A.

UDO, as, a. 1. ὑδαίνω, udum reddo, madefacio. Maer. Sat. 7, 12. Quae udanda sunt corporis, vino foventur; quae siccanda sunt, melle detergentur. August. Mor. Manich. 2, 13. f. Si frusto pernae labra unxerit, et vappa udaverit. [Pelag. Vet. fragm. palimpse. in Antolog. di Firenze n. 93. ann. 1828. Settemb. Cum fervet, periculum in fuste ligato, et sic udas totum corpus. F.]

UDO, onis, m. genus calceamenti ex pilis hircinis. Mart. 14, 140. , cuius lemma Udones Cilicis. Non hos lana dedit, sed olentis barba mariti: Cinyphio poterit planta latere sinu. Adde Ulp. Dig. 34, 2, 26. , ubi Torrent. habet odones.

UDOR, oris, m. ὑγρότης, humor, mador. Varr. L. L. 4, 5. Uduis, viduis: hinc udor, quivis deorsum in terram imber. Alii leg. sudor.

*UDUBA, ae, Hispaniae Tarraconensis fluvius. Plin. 3, B. A.

UDUS, a, um, adj. ὑγρός, humidus, madefactus: ab uvidus per sync. Proprie est plus quam humidus. Sen. Q. N. 2, 25. Dicis, inquit, nubes atritas edere ignem, cum sint humidae, imo udae. Ov. Fast. 2, 597. adnuerunt omnes Tiberinides udae. Id. ib. 6, 401. Udae paludes. Id. Trist. 3, 10, 23. Uda vina: (humida dixit Virg. G. 3, 364. Loquitur

autem uterque de vino glacie concreto. V. HUMIDUS.) Plin. 21, 15, 89. Udum linteolum. Sen. Herc. Oct. 373. Udum stamen intorquere, h. e. saliva tinctum, dum netur. Virg. G. 3, 388. Udum palatum; et ib. 446. udisque aries in gurgite villis Mersatur; et 429. Vere madent udo terrae. Id. A. 7, 534. Udae vocis iter, h. e. iter udum vocis: ὑδαίνω. Ov. Heroid. 12, 55. Udi oculi. Sic Am. 1, 8, 84. Udae genae; et Prop. 2, 6, 10. Uda lumina. Hor. Od. 1, 7, 13. mobilibus pomaria rivis, h. e. irrigua. Mart. 5, 84. Uduis aleator, h. e. vino mades. Id. 8, 44. Et mane sudas Urbis osculis uduis. Id. 10, 78. Udum gaudium, h. e. fletu mixtum. Rut. Itin. 1, 633. Hyades udae. Udos ignes. Appul. Met. 11. vocat lucem Lunae, quae humorem noctu fulgens demittit. P. Absolute. Plin. 35, 7, 31. Udo colores illinere. P. Terentian. de syllab. p. 2402. et alibi udas vocat litteras, quas vulgo grammatici liquidas appellant. V. LIQUIDUS. P. Turpi sensu Mart. 11, 17. Uda puella leges, sis Patavina licet; et Juven. 10, 322. quid enim ulla negaverit udis Inguinibus? V. SICCUS.

VE

VE, ē, vel, aut, conjunctio disjunctiva, et enclitica, quae dictionibus semper postponitur. Cic. Phil. 14, 6. med. Duabus, tribusve horis; et ib. 5, 19. Uti C. Pansa, A. Hittius Coss. alter, ambove, etc. [*De part. ve cum nominibus numeral. conjuncta cf. Bentl. ad Hor. Epod. 5, 23. et A. P. 358.] Cic. Fl. 5. Ne quid plus minusve dicat. Id. Q. Fr. 1, 1, 1. Te rogo, ne demittas animum, neve te obrui sinas. Prop. 3, 1, 5. Dicite, quo pariter carmen tenuastis in antro, Quove pede ingressi, quamve bibistis aquam. Cels. 5, 26. n. 5. Pejus vulnus est, ex quo aliquid excisum est, ex quove caro alia parte abscissa, alia dependet. Ulp. Dig. 43, 6, 1. Ait praetor: In loco sacro facere, inve eum immittere quid, veto. Ov. Met. 15, 215. Corpora vertuntur: nec quod fuimusve, sumusve, Cras erimus. Prop. 2, 1, 23. Regnavit prima Remi, aut animos Carthaginis altae. P. Pro an. Cic. Phil. 2, 16. Vide, quam te amarit is, qui albus, atterve fueris, ignorans, etc. Nep. Iphicr. 3. Cum interrogaretur, utrum pluris patrem, matremve faceret? Hor. Sat. 1, 2, 63. quid inter-Est, in matrona, ancilla, peccesse togata? Ubique alii leg. ne. Caes. B. G. 7, 14. Neque interesse, ipsosne interficiant, impedimentis exsuaat. Vet. editio A. 1471. habet impedimentisne: aliae ve. P. Interdum cum ne copulativa est. Caes. B. G. 6, 19. Civitates habent legibus sanctum, si quis quid de republica a finitimus rumore aut fama acceperit, uti ad magistratum deferat, neve cum quo alio communicet. Id. B. C. 1, 86. Ne quid eis noceretur, neve quis inivus sacramento dicere cogeret; a Caesare caveatur. Adde B. G. 6, 31. P. Est etiam particula, quae tantum praeposita et conjuncta verbis aliquid significat, ut in vegrandis, vecors, vesanus: habetque vim modo augendi, modo minuendi, ut Gell. doct. 5, 12, ubi addit, scribi etiam per diphthongum ae. [*V. quae Heindf. de hac dicendi ratione adnotavit ad Hor. Sat. 1, 2, 229. P. Confund. ve et vero. V. Heindf. ad Cic. N. D. p. 278. sq.]

*VEAMINI, orum, populi Alpini, quorum meminit Plin. 3, 20. P. Veaminos in dioecesi Sanitensi, Senex, ponit Harduinus. B. A.

*VECA, ae, f. oppidum Hispaniae Tarraconensis cum portu, in ora Austurum. Plin. 4, 22. B. A.

VECORDIA, ae, f. ἀνομοσύνη, κακία, improbitas, malitia, perversitas: nam vecors est turbati et mali cordis, ut ait Festus. Ter. Andr. 4, 1, 1. Hocine est credibile, tanta vecordia innata cuiquam ut siet, ut malis gaudeant, atque ex incommodis alterius sua ut comparent commoda? Sall. Cat. 15. f. Colos exsanguis, foedi oculi, citus modo, modo tardus incessus: prorsus in facie vultuque vecordia inerat. Gell. 20, 1. med. Egregie homo improbus, atque immani vecordia. P. Item furor, vesania demencia, παραφροσύνη. Sall. Jug. 75. f. Interdum somno excitus, arreptis armis, tumultum facere: ita formidine, quasi vecordia, exagitari. (Adde ib. 104.) Oe. Met. 12, 227. quae te vecordia, Theseus, Euryte, pulsat, ait, f. me vivente, lacessas Pirithoum, violesque duos ignarus in uno? Adde Tac. A. 1, 32. et Just. 24, 6. f. P. Item stultitia, fatuitas, amentia. Sall. Jug. 99. Hostes pro muro dies noctesque agitare, maledicere Romanis, ac Mario vecordiam obiectare: militibus nostris Jugurthae servitium minari. Tac. A. 4, 22. f. Uxor accusata, injecisse carminibus et veneficiis vecordiam marito. Adde ib. 3, 50. med.

VECORS, ordis, adj. omn. gen. ἀνομόμων, παράφρων, άνοος, excors, vesanus, perversus, demens: a ve particula, quae hic minuendi et privandi vim habet, et cor, qua animum significat, ut est ap. Cic. Tusc. 1, 9. med. Festus: Vecors est turbati et mali cordis. [*Cf. Böttich. Lex. Tac. p. 483. sq.] Cic. Har. resp. 1. med. Vecors repente sine suo vultu, sine colore, sine voce constitit. Id. Pis. 20. Ego te non vecordem, non furiosum, non monte captum, non tragico illo Oreste dementiorum putem!

Id. Dom. 55. f. Itaque istius vecordissimi mentem cura metuque terrebant. Liv. 4, 50. [Cum modum irae nullum faceret, ipse ad interpellantes poenam vecors de tribunali decurrit; et ib. 49. med. Audita vox ejus in concione stolidi, ac prope vecors. Id. 7, 15. Hic impetus prope vecors turbavit hostes. Cic. Sext. 55. Cum ille furibundus incitata illa sua vecordi mente venisset. Just. 2, 7. f. Deformis habitu, more vecordium in publicum evolat. Tac. A. 13, 44. Mulieris amore vecors. Id. H. 2, 23. f. Interfectores Galbae, scelere et metu vecordes, miscere cuncta. Val. Max. 9, 2. n. 4. Divinis operibus vecordi pertinacia resistebat. Just. 24, 8. Templorum antiatites, et ipsae vates, sparsis crinibus, cum insignibus atque infulis, pavidi vecordesque in primam aciem procurunt. Cic. Har. resp. 9. med. Quis est tam vecors, qui aut cum coelum suspexerit, Deos esse non sentiat; aut cum Deos esse intellexerit, non intelligat, eorum numine hoc tantum imperium esse natum et auctum? h. e. hebes, tardus, stupidus. Hor. Sat. 2, 5, 74. scribet mala carmina vecors? Laudato, h. e. indoctus et stultus. Aurel. Vict. Caes. 40. med. Ipse debili aetate agrestibus ac Pannonicis parentibus vecordior, h. e. imperitior, stolidior. P. Est etiam mali cordis, h. e. improbus, malus, perversus. V. VECORDIA.

*VECTA, ae, olim dicta est insula Britanniae adiacens, quae nunc the isle of Wight. Eumen. in Paneg. Constant. 15. P. Vectis audit Sueton. Vespas. 4. Plin. 4, 16. B. A.

VECTABILIS, e, adj. ἀγώγιμος, qui vectari potest. Sen. Q. N. 3, 25. med. Ipsius insulae materia vectabilis, quae non est corporis solidi, quamvis arbores alat.

VECTABULUM, i, n. ὄχημα, vehiculum. Gell. 20, 1. med. Jumentum quoque non id solum significat, quod nunc dicitur, sed vectabulum etiam, quod adjunctis pecoribus trahebatur.

VECTACULUM, i, n. id quo aliquid vehitur. Tert. Baptism. 3. et Anim. 53.

VECTARIUS, a, um, adj. ad vectandum aptus. Varr. R. R. 2, 7. f. de equis: Qui vectarios facere vult, ad ephippium, aut ad rhedam. [Alii leg. vectorios, at Schneiderus mallet vecturarios, quod magis probandum. F.]

VECTATIO, onis, f. verbale a vecto: sed usurpatur passiva significatione. Sen. Tranq. 15. med. Vectatio, et iter reficiunt animum. Suet. Cal. 3. Gracilitas crurum paulatim repleta assidua equi vocatione post cibum.

[VECTATOR, oris, m. qui vehitur, item passiva significatione, ut vectatio. Coripp. Johann. 3, 253. mixtis vectator et armis Fortis equus, rapidi jactatus turbine cursus, Concidit: scil. vectator, seu eques F.]

VECTATUS, a, um, part. a vecto, deponendi forma: et significatione activa. Pl. Merc. prol. 74. Agrum se vendidisse, atque ea pecunia navim parasae, atque eapse merces vectatum undique, h. e. vectavisse.

VECTIARIUS, ii, m. qui premendo vectim machinam commovet. Vitr. 6, 9. med. Ipsum autem torcular, si non cochleis torquetur, sed vectibus, et prelo premitur, ne minus longum pedes quadraginta constituatur: ita enim erit vectiario spatium expeditum.

VECTICULARIUS, a, um, adj. τοιχωρίζος. Fest. Vetricularia vita dicitur eorum, qui vectibus parietes alienos perfodiunt furandi gratia. Cato: Vetriculariam vitam vivere, repente largiter habere, repente nihil.

VECTIGAL, alis, n. φόρος, τέλος, pecunia, quae solvitur aërio, aut fisco, earum rerum causa, quae vehuntur, h. e. importantur et exportantur: a veho. Triplex est, portorium, decuma et scriptura: quae V. suis loc. Differt a tributo, quod secundum capita, aut censu penditur: et ex eo militibus stipendia faciuntur: vectigal autem ex importatione et exportatione: et ex eo alia reipublicae munera sustentantur. Quamquam interdum promiscue adhibent. Nam ap. Suet. Cal. 40. Quod initio vectigal dixit, mox tributum appellat. Universim etiam vectigalia dicuntur quicumque publici redditus. Cic. Manil. 6. In vectigalibus non solum adventus mali, sed etiam metus ipse affert calamitatem: nam cum hostium copiae non longe absunt, etiamsi irruptio facta nulla sit, tamen pecora relinquantur, agricultura deseritur, mercatorum navigatio conquiescit: ita neque ex portu, neque ex decumis, neque ex scriptura vectigal conservari potest; et ib. Vectigalia pensitare; et ib. exercere atque exigere; et Agr. 2, 21. locare; et ib. agro imponere; et ib. 3. f. Ego Tusculanis pro aqua Crabra vectigal pendam. Claud. Laud. Stil. 2, 200. et patrium vectigal solvere gaudet; et Il. cons. ejusd. 98. Retulit ignotum gelidis vectigal ab oris. Cic. Brut. 36. Levare agrum vectigali. Id. Q. Fr. 1, 1, 9. Liberare Asiam vectigali iniquo et gravi. Suet. Aug. 49. Aerarium militare cum vectigalibus novis instituit. Plin. Pan. 41. Vectigalia temperare; et ib. 37. nova instituit. C. Gracch. ap. Gell. 11, 10. augere. Liv. 29, 37. Vectigal novum statuere; et ib. comminisci. Hirt. B. Afr. 97. Vectigalibus regiis abrogatis, ex regno provincia

facta. *Sall. or. Philippi contra Lepid. med.* Mithridates in latere vectigalium nostrorum, quibus sustentamur, h. e. agrorum, ex quibus vectigalia percipiunt. *Suet. Aug. 101.* (et *Cal. 16. med.*) Quantum pecuniae in aerario, et fisco, et vectigaliorum residuis esset. *Vectigaliorum* dixerunt etiam *Cic. ad Att. et de leg. Agrar. et Varr. in fragm. et Asin. Pollio*, teste *Charis. 1. 46.* et *119.*: contra *vectigalium* habent *Messala, P. Rutil. et Scaurus 1. 3.*, teste *cod. ib.*, item *Tac. A. 13, 50.* *Vectigalia* sunt etiam reditus privatorum, quatenus a colono penditur agri domino. *Cic. Off. 2, 25.* Vectigalia urbana rusticis anteponantur. *Id. Par. 6, 3.* Ex meo tenui vectigali, detractis sumptibus cupiditatis, aliquid etiam retundabit. *Hor. Od. 3, 16, 39.* Contracto melius parva cupidine Vectigalia porrigam. Adde *Colum. praef. med. et Plin. 9, 54, 79.* et *26, 3, 8.* *Vectigal* est etiam illud, quod Itali *livello perpetuo* dicunt. *Plin. ep. 7, 18.* Pro quingentis millibus nummum, quae in alimenta ingenueorum promiseram, agrum ex meis actori publico mancipavi: eundem vectigali imposito recepi, tricena millia annua daturus, h. e. pro quingentis millibus sestertiorum triginta millia daturus, scilicet usuras semisses soluturus. *P. Translate. Claud. ep. ad Ser. 17.* Nulla avium pecudumque fuit, quae ferre negaret Vectigal merita connubiale lyrae. *P. Parsimonia est magnum vectigal: γρόμη. Cic. Par. 6, 3.*

VECTIGALIARIUS, ii, m. qui vectigalia exigit. *Firm. Math. 3, 13.* in Publicani, aut vectigaliarii.

VECTIGALIS, e, adj. *ὑποτέλης*, qui vectigal pendit: cui *immunis* opponitur. Sic provinciae, civitates, agri, et homines, qui vectigalia persolvunt, *vectigales* dicuntur. *Caes. B. G. 4, 3. f.* Hos tamen vectigales sibi fecerunt. *Cic. Verr. 2, 3, 34. med.* Vectigalis civitas; et *ib. 43. f.* Agri vectigales. *Liv. 21, 41.* Annibal vectigalis, stipendiariusque, et servus populi R. a patre relinquitur. *P. Sumitur etiam pro eo, quod ex vectigalibus colligitur. Sic pecunia vectigalis, quae ex vectigalibus, quae publicani exercebant, exigebatur. Cic. Verr. 2, 1, 35.* Decem enim naves jussu L. Murenae populus Milesius ex pecunia vectigali populi Rom. fecerat. *Just. 13, 1.* Annum tributum vectigale. *P. Item pro eo, quod domino suo pecuniam meret, seu acquirit. Cic. Phil. 2, 25.* Tum existimavit se suo jure cum Hippia vivere, et equos vectigales Sergio mimo tradere, h. e. ex quibus quaestum faceret, ait *Manut.*, nam alii aliter explicant. *Colum. 1. praef.* Ex mercenariis aliquem, jam recusantem quotidianum illud tributum, qui vectigalis esse non possit. *Appul. Apol. 1.* Ita ei lecti sui contumelia vectigalis est. *P. Vectigales etiam dicuntur, qui stipem praebent in funeri sumptus, quod alibi funeraticium appellatur, vectigal scilicet Libitinariorum. Inscr. ap. Grut. 430, 7.* Liguriae Q. Fil. Frontinae Q. Hortensii Catulli, huic ordo Narbonensis publice funus, omnes vectigales decrevit.

VECTIO, onis, f. *ὄχησις*, actus vehendi. *Cic. N. D. 2, 60.* Efficimus etiam domitu nostro quadrupedum vectioes: quorum celeritas atque vis nobis ipsis affert vim et celeritatem, h. e. usus jumentorum in portandis, vel trahendis oneribus.

VECTIS, is, m. *μοχλός*, palus e ferro vel ligno, grandior, rusticis, fabris caementariis et aliis necessariis ad onera promovenda, et alia multa facienda, cujusmodi sunt fustes illi, qui navibus subjiciuntur, cum deducuntur ad pelagus, vel cum ad litora subducuntur. *Caes. B. C. 2, 11.* Saxa, quam maxime possunt, vectibus promovent, praecipitataque mero in musculum devolvunt. *P. Dicitur quoque in torculari de baculis validis per mediam machinam tractis, quibus manu ductis machina dum versatur, funem ductarium advolvit. Hinc vectarii. Vitruv. 6, 9. med.* Ipsum autem torcular, si non cochleis torquetur, sed vectibus, et prelo premitur. *P. Rursus vectes sunt instrumenta accommodata ad aliquid subvertendum, evertendum, effringendum. Hor. Od. 3, 26, 6.* Hic hic ponite lucida Funalia, et vectes, et arcus Oppositis foribus minaces. *Cic. Verr. 2, 4, 43. med.* Demoliri signum, ac vectibus labefactare conantur. *Ter. Eun. 4, 7, 4.* In medium huc agmen cum vecti, Donax. *Or. Met. 12, 452.* Vecte Pelethronium Macareus in pectus adacto Stravit. *P. Praeterea est instrumentum ex ferro, aliave materia, quo ostium clausum adversus vim munitur. Virg. A. 7, 609.* Centum aerei claudunt vectes, aeternaque ferri Robora. Hujusmodi vectem invenit Cynira Agriopae filius, teste *Plin. 7, 56, 57.* *P. Denique est etiam lignum, seu fustus teres, quo bajuli onera ferunt. Claud. IV. cons. Hon. 571.* sic numina Memphis In vulgus proferre solet; penetra libus exit Effigies, brevis illa quidem, sed plurimus infra Liniger imposito suspirat vecte sacerdos, Testatus sudore Deum. Loquitur *Claud.* de more Aegyptiorum, qui Deorum suorum effigies solemniter circumferebant. **P. Vectis, is, f.* insula freti Britannici, quae hodie appellatur the isle of Wight. *V. Vecta. B. A.*

VECTITATUS, a, um, part. a *vectito*, vectus. *Arnob. 5, 183.* Emicuit Summanus e terris curru quadrijugo victitatus.

VECTITO, as, a. 1. frequent. a *veho*, et *vecto*.

Agnoscitur a *Gell. 9, 6.* et a *Flavio Capro de Orthogr. p. 2216.*

***VECTIUS VALENS**, medicus, vixit temporibus Claudii Caesaris. *Tac. A. 11, 30, 31* et *35. Plin. 29, 1.* *P. Vectius* vel *Vettius Bolanus. V. Bolanus. B. A.*

VECTO, as, a. 1. *ὄζιο*, frequent. a *veho*. *Gell. 16, 19.* Delphinum dorso super fluctus edito vectavisse Arionem. *Hor. Epod. 17, 74.* Vectabor humeris tunc ego inimicis eques. *Cels. 3, 22.* Nave vectari. [*Front. ad M. Caes. 5.* (ed. A. Maio) ep. 40. vehiculo. F.] *Virg. A. 6, 391.* Corpora viva nefas Stygia vectare carina. *Id. ib. 11, 138.* plaus-tris vectare gementibus ornos. *Or. Met. 8, 373.* nive candidioribus ambo Vectabantur equis. *Coripp. Johann. 5, 385.* deducere puppes Vectantes alimenta suis.

VECTONES, seu *Vettones*, m. plur. populi Lusitaniae, inter Durium et Tagum. *Lucan. 4, 9.* Vectonesque leves profugique a gente vetusta, etc. Adde *Sil. 3, 378.*, *Caes. B. C. 1, 38.*, *Liv. 35, 22. f.* et *Plin. 3, 3, 4.* quibus locis alii scrib. *Vettones*, et Graece *Ὀβέτωνες*, aut *Ὀβέτροες*.

VECTOR, oris, m. qui vehit. *Sen. Tranq. 5.* Debet semper plus esse virium in vectore, quam in onere. *Or. Fast. 1, 433.* Ecce rudens raucos Sileni vector asellus Intempestivos edidit ore sonos. *Sen. Herc. Oct. 1907.* Atlas stelligeri vector Olympi. *Id. ib. 553.* vector puella taurus. *Lucil. ap. Non. 1, 60.* Ipse equus non formosus, gradarius, optimus vector. *P. Frequenter passive accipitur pro eo, qui in aliena navi, vel equo, vel plastro vehitur pretio, ἑπιβήτης. Cic. Phil. 7, 9.* Et summi gubernatores in magnis tempestatibus a vectoribus admoneri solent. *Or. Her. 18, 148.* Idem navigium, navita, vector ero. *Virg. Ecl. 4, 38.* Cedet et ipse mari vector. *Petr. Sat. 107.* Omnis vector nihil prius quaerit, quam cujus se diligentiae credat. Adde *ib. 108.*, *Lucan. 5, 580.* et *Ulp. Dig. 4, 9, 1. extr.* et *3.* *P. Translate. Cic. Att. 2, 9. f.* Male vehi malo alio gubernante, quam tam ingratis vectoribus bene gubernare. *P. De equite, ἵππεύς. Or. A. Am. 3, 555.* Sed neque vector equum, qui nuper sensit habenas, Comparibus frenis, artificemque regit. (In MSS. *vector* et *vector* facile commutantur.) *Propert. 4, 7, 84.* carmen breve, quod currens vector ab Urbe legat. *P. Sensu obsceno de adultero. Macrobb. Sat. 2, 5.* Julia femina impudica loquitur: Nunquam, nisi navi plena, tollo vectorem, h. e. nisi a marito conceperim, adulterum non admitto.

VECTORIUS, a, um, adj. ut *Vectoria* navis, ap. *Caes. B. G. 5, 8.* et *Suet. Caes. 63.*

VECTRIX, icis, f. quae vehit. *Paul. Nol. ep. (al. 36.) n. 8. extr.* Vectricem draconis Epidaurio navem venerant. *Vet. ep. in Anth. Lat. T. 1. p. 628.* *Burm.* Vectricis (equae) propriae furens in usus, Fessae cornipedis fricas meatum.

VECTURA, ae, f. *ἀγώγη*, *φορὰ*, vectio. *Varr. R. R. 2, 7. f.* de equis: Quod alii sunt idonei ad rem militarem, alii ad vecturam, alii ad admissuram, etc. *V. alium ejusd. locum in VEHELA. Cic. Att. 1, 3.* Misimus, qui pro vectura solveret. *Caes. B. C. 3, 32.* Remiges, arma, tormenta, vecturae imperabantur; et *ib. 42.* Vecturas frumenti finitimis civitatibus descripsit. *P. Facere vecturam*, est vehendo parare sibi lucrum. *Quint. decl. 12, 18. f.* Classis nostra vecturam facit, et vicinarum civitatum copias reconducit. *Gell. 5, 3.* Protagoram ajunt victus quaerendi gratia vecturas onerum corpore suo factitavisse: quod genus Graeci *παυλάζοντες* vocant, Latine bajulos appellamus. *P. Sumitur etiam pro mercede, quae pro vectura solvitur. Pl. Most. 3, 2, 136.* Tres minas pro istis praeter vecturam dedi. Adde *Sen. Ben. 6, 15. f.* *V. Inscr. in SOLAMEN.*

VECTURARIUS, ii, m. qui vecturam facit, et *Veturarius*, a, um, adj. ad vecturam pertinens. *Imp. Constant. Cod. Theod. 14, 6, 1.* Coctoribus calcis per ternas vehes singulae amphorae vini praebantur: vecturariis vero amphora per bina millia et nongenta pondo calcis, h. e. iis qui agunt jumenta vehentia; et *mox*: Vecturarios etiam ex quatuor regionibus trecentos boves praecipimus dari, h. e. trahendis carris.

***VECTURIONES**, onum, populi Britanniae, Pictorum pars. *Ammian. 27, 8.* (al. 18.) *B. A.*

VECTUS, a, um, part. a *veho*: *ὄζοιμένος*, portatus, advectus: praesertim navi, equo, aut curru. *Nep. Chabr. 4.* Maluit perire, quam navem relinquere, in qua fuerat vectus. *Pl. Stich. 4, 1, 25.* Mare, quo estis vecti. *Id. Rud. 1, 5, 11.* Equo ligneo per vias caeruleas estis vectae. *Or. Met. 1, 319.* rate parva vectus. *Virg. A. 1, 528.* Troes miseri maria omnia vecti. *Id. ib. 7, 65.* apes liquidi trans aethera vectae; et *ib. 124.* ignota ad litora vectus. *Or. Met. 5, 360.* (et *Vell. 2, 82. extr.*) Vectus curru. *Id. Fast. 6, 724.* Vectus es in niveis, Postume, victor equis, h. e. triumphans. *Quint. 10, 7.* Navis lenibus ventis vecta.

VEDIANTIUS, a, um, adj. ad Vediantios pertinens, Liguriae populos, a *Ptolem. 3, 1.* et a *Plin. 3, 5, 7.* memoratos. *Inscr. ap. Fabrett. p. 620. n.*

168. Matronis Vediantibus P. Enistalio P. F. Cl. Paternus Cemenelensis L. M. F.]

[**VEDIJOVIS**, et *Vediovius*, is, m. V. VEJOVIS, et F.]

VEDIUS, ii, m. Pluto, quasi nocens Deo, ut *Vediovius* et *Vejovis* nocens *Diovis*. *Capell. 2, 30.* *Vedius*, id est Pluton, quem etiam *Ditem*, *Vejo-* vemque dixerunt. *V. VEJOVIS. *P. Vedius Pollio*, ob saevitiam in servos castigatus ab Augusto. *Plin. 9, 23* et *53.* *Senec. de ira. T. 3. c. 40.* et *de clement. 1, 18.* *P. Humani* aliquid passus est *Ernestus*, dum provocat ad *Cic. Att. ep. 6, 1.* quasi ibi mentio facta sit de *P. Vedio*, Pompeii familiari, homine nequissimo. *B. A.*

[**VEFLAMEN**, inis, m. sunt qui perperam interpretantur *flaminialis*, qui nempe functus est *flaminio*, ad ejus differentiam, qui dicitur *flamen perpetuus*: sed hujusmodi vox, ejusque interpretatio debetur notis male intellectis; etenim in *Inscr. ap. Grut. 347, 1.*, quam ipsemet paucis abhinc annis Fulgini vidi, non *Praeff. Legg. VII. Clau. et primae adjutricis V. E. flaminii*, etc., sed *V. E. flaminii* legitur, h. e. *valentis*, *fidelis*: in aliis apud *eund. 364, 1.* et *498, 8.* **VEFLAMEN**, ita distinguendum est *V. E. Flamen*, interpretandum autem *Vir Egregius, Flamen. F.*]

VEGEO, es, a. 2. excito, commoveo, impello. *Enn. ap. Non. 2, 876.* Aequora salsa veges ingentibus ventis. *Id. ap. Fest. in Metonymia.* Cum magno strepitu Volcanum ventus vegebat. Ita leg. *Scal.*, alii aliter. *Lucr. 5, 1297.* Et moderari hunc (equum) frenis, dextraque vegere. *Pomp. ap. Non. ib.* Animos Venus veget voluptatibus. *Sen. Tranq. 15. f.* Vinum liberat servitio curarum animum, et asserit, vegetque, et audaciorum in omnes conatus facit. Alii rectius pro *vegetque* leg. *vegetatque. P. Neutorum more. Varr. ap. Non. 2, 876.* Nec natus est, nec morietur: viget, veget utpote plurimum: *viget*, vires habet: *veget*, excitatur, agilis, promptus, alacris est.

VEGETABILIS, e, adj. *ζωικός*, qui vegetare potest. *Ammian. 22, 8. med.* Rha amnis, in cujus superciliis quaedam vegetabilis ejusdem nominis gignitur radix, etc. *Capell. 6, 223.* India salubris Favonii vegetabilibus flabris fecunda aestate annis singulis vegetatur, bisque frugem metit.

VEGETAMEN, inis, n. vegetandi vis, vegetatio. *Prud. Hamart. 75.* Sunt tria nempe simul, lux, et calor, et vegetamen, et *ib. 299.* nostrae vegetamina vitae.

VEGETATIO, onis, f. actus vegetandi. *Appul. Met. 1. in.* Ut ipse fatigationem sedentariam incensus vegetatione discuterem, in pedes desilio, h. e. equitationis fatigationem pedum motu tollerem.

VEGETATOR, oris, m. qui vegetat. *Auson. Ephem. in or. 16.* Irrequies, cuncta ipse movens, vegetator inertum.

VEGETATUS, a, um, part. a *vegeto*: vegetando auctus. *Auson. Ecl. de rat. puerp. mat. 23.* Vegetatus infans. *Prud. Cath. 10, 7.* Tibi dum vegetata cohaerent, Spiritus simul et caro vivit.

VEGETIUS, ii, m. Flavius Vegetius Renatus scripsit de re militari libros quatuor, ex Catone, Celso, Paterno, Frontino, Varrone, et constitutionibus Augusti, Trajani, et Hadriani. Quare multa in his sunt Latine dicta, et veteri probatoque stilo explicata: sed multa itidem, quae aetatem referunt, quae scripta sunt, nempe post exactum dimidium saeculum IV. Christi. Inscriptis enim hos libros ad Valentianum II. Imp., qui Gratiani frater fuit. *P. Alius* ab hoc est *Vegetius*, qui de re Veterinaria scripsit: alius inquam tum aetate, quia multo junior; tum stilo, quia longe corruptior, et vocibus scaetens bene multis non cadentis modo, sed et jam lapsae Latinitatis.

VEGETO, as, a. 1. *αἰζάνω*, crescere facio, excito, roboro. *Gell. 17, 2.* Cum librum veteris scriptoris legebamus, conabamur postea, memoriae vegetandae gratia, indipsi animo ac recensere, quae in eo scripta essent. *Appul. Met. in. 11.* Non tantum pecuina et ferina, verum inanima etiam lunae lumine vegetari. *Id. de Mundo*: Spiritus, qui animalia omnia vitali et fecunda ope vegetat. *Id. de Deo Socrat.* Si pugilari valde velis, brachia vegetanda sunt, quibus pugilatur. *Eum. Restaur. schol. 9.* Ut ingenia, quae canendis eorum virtutibus excoluntur, non intra privatos parietes, sed in publica ostentatione vegetentur. *Prud. Hamart. 448.* anima structum vegetaverat Adam. *Auson. ep. 25, 64.* Gaudia non illum vegetent, h. e. non recreent. *Tert. Scorp. 1.* Et bellicam machinam retracta tela vegetantem, de scorpione nominant, h. e. telorum cursum atque impetum adjuvantem, ut altius feriant, quam si manu jacerentur.

VEGETUS, a, um, adj. *εὐχρως*, *εὐχρως*, *εὐχρως*, incolumis, vividus, agilis, et ad obeundas actiones idoneus: a *vegeo*. Proprie dicitur de corpore. *Cic. Att. 10, 16. f.* Tu, quoniam quartana caes, et non modo morbum removisti, sed etiam gravedinem, te vegetum nobis in Graecia siste, et litterarum aliquid interea. *Liv. 22, 47. extr.* Fessi cum recentibus ac vegetis pugnabant. *Hor. Sat. 2, 2, 80.* ubi curata sopori Membra dedit, vegetus praescripta ad munia surgit. *Suet. Caes. 45.* Nigris ve-

getisque oculis, valetudine prospera. Colum. 6, 20. Torva facies tauro, vegetior aspectus. Plin. 18, 26, 65. n. 2. Hoc intervallum temporis vegetissimum agricolis, maximeque operosum est, h. e. quod veluti vegetos, et actuosos facit multitudine rerum agendarum. P Translate etiam de animo usurpatur, pro vivo, aeri, integro. Cic. Tusc. 1, 17. f. Nec tam vegeta mens aut in corde cerebrove, aut in Empedocleo sanguine demersa jacet. Id. Div. 1, 29. f. Ut illa tertia pars rationis et mentis luceat, et se vegetam ad somnium, acremque praebeat. Liv. 6, 22. med. Sed vegetum ingenium in vivido pectore vigeat, virebatque integris sensibus. P De coloribus. Plin. 21, 8. Color conchyliorum vegetissimus. P Vegetus gustus, ap. Auson. Ephem. de ord. coqu. 3. P Vegeta libertas, ap. Sen. Hipp. 459. Ingenia melius recta se in laudes ferunt, si nobilem animum vegeta libertas alit.

*VEGIUM, i, n. oppidum Liburniae. Plin. 3, 21. B. A.

VEGRANDIS, e, adj. δὲσπαιζήτος, qui male crevit, parvus, minutus, gracilis: a ve particula minuente. Varr. R. R. 2, 2. med. de ovibus: Quae postea concipiunt, fiunt vegrandes et imbecillae. Or. Fast. 3, 445. vegrandia farra coloni, Quae male creverunt, vescaque parva vocant. Festus: Vegrande significari ajunt male grande, ut vecors, vesanus, mali cordis, maleque sanus. Alii parvum, sive minutum intelligunt, ut cum dicimus vegrande frumentum. Plautus in Clitellaria: qui nisi iteres, (al. qui nisi sic biteris) nimium is vegrandi gradu. Auson. ep. 22, 13. Hic saepe falsus messibus vegrandibus, Nomen perosus villici. P Gell. 5, 12. particulam ve etiam augendi vim habere docet: unde Non. 2, 884. valde grande interpretatur in illo Lucilii: Non idcirco extollitur, nec vitae vegrandi datur. Sed plerique alii leg. cum ipso Nonio melioribus fortasse codicibus uso, 4, 167. Non idcirco extollitur vel irae, vel gaudii datur. Addunt alii illud Persii 1, 97. Ut ramale vetus vegrandi subere coctum. Sed plerique alii praegrandi. P Scribitur et vaegrandis, ut in ve dictum est.

VEHĀ, ae, f. idem ac via, a vehendo. Varr. R. R. 1, 2. med. Rustici etiam nunc quoque viam veham appellant, propter vecturas; et vellam, non villam, quo vehunt, et unde vehunt. Alii scrib. veam. P Videtur etiam idem esse quod vehela, ap. eund. L. L. 4, 31. Brevis veha vehiculum dictum.

VEHATIO, onis, f. actus vehendi, vectura. Impp. Valentinian. et Valens Cod. Theod. 14, 6, 3. Hujus vehationis ita sit ratio partita, ut mille quingenta onera annua deputentur.

VEHĒLĀ, et per syncop. Vela, ae, f. vectabulum, vehiculum. Capitol. Maximin. 13. med. Alios Scythiis vehelis exhiberet, alios in custodia detineret. Alii leg. sicca vehelulis: h. e. nudis, ut Salmast. docet. Fest. Vela apud Oscos dicebatur plastrum: unde velarii, stipites in plastro: et vectura, velatura. (Alii leg. veja, vejarii, vectura: aut vehia, vehiarii, vehitura.) Varr. R. R. 1, 2. med. Dicuntur qui vectoris vivunt, velaturam (al. vellaturam) facere. (Adde L. L. 4, 7. extr.) Plutarch. in Romul. 5. Τὴν δὲ πορθμεῖαν βηλακόνειαν καλοῦσιν. V. VELABRUM.

VEHĒMENS, entis, adj. δεινός, σφοδρός, magnus, gravis, acer: a re intensiva particula, et mens, inserta aspiratione, ut sonus sit firmior et vegetior. Gell. 16, 5. Vetus et vehemens, alterum ab aetatis magnitudine compositum elisumque est: alterum a mentis vi atque impetu dicitur. Descripsit haec more suo Macrobius. Sat. 6, 8. med., quae si vera sunt, vehemens proprie de personis dicitur, in quibus est mens; inde autem de rebus. De his Cato R. R. 157. Brassica, quae lenis vocatur, tenui succo vehementissima. Sic Scrib. Comp. 70. Medicamentum efficacius et vehementius. Lucr. 3, 483. vehemens violentia vini conturbare animam consuevit. Id. 6, 516. Vehemens imber; et ib. 310. ictus. Auct. B. Hisp. 3. ventus; et ib. 31. clamor. Hirt. B. G. 8, 48. fuga. Pl. Rud. prol. 70. Arcturus signum sum omnium acerrimus: vehemens sum exoriens; cum occido, vehementior. Plin. 18, 31, 74. Arcturus oritur pridie Id. Septembr. vehem. ntissimo significatione per dies quinque. Liv. 9, 19. Pilum haud paulo, quam hasta, vehementius ictu missaque telum. Colum. 4, 16. Vitis vehementioribus statuminihus impedanda est, h. e. validioribus. Suet. Aug. 80. Assiduo et vehemēti strigilis usu. Plin. 24, 9, 38. Vehementior capitis dolor. Id. 20, 22, 87. Vehementior somnus lethargicos premit. Id. 17, 24, 37. n. 9. Vehementior frigorum, aut calorum vis; et 36, 23, 52. Cisternas arenae purae quinque partibus, calcis quam vehementissimae duabus construere. P Vehemens vitis est quae luxuriat, et multos ramos citat. Colum. 3, 1. Agricola pingui dabit agro gracilem vitem, macro feracem, terrae densae vehementem, multaque materia frondentem. P De personis. Ter. Heaut. 3, 1, 31. Vehemens in utraque partem es nimis, aut largitate nimia, aut parsimonia. Cic. Brut. 22. f. Galbam non in agendo solum, sed etiam in meditando vehementem atque incensum fuisse. Id. Or. 2, 43. Inflammare animum judicis acri et vehemēti incitatione; et ib. 49. Tunc

admiscere huic generi orationis vehementi atque atroci illud alterum lenitatis et mansuetudinis coepi; et ib. 78. Exordium dicendi vehemens et pugna. P Est etiam acer, ferox, acerbus, severus, δεινός, cui opponitur mitis, lenis. Cic. Vat. 2. Nimium es vehemens, feroxque natura. Id. Cat. 4, 6. Severum vehementemque se praebere in aliquem. Id. Sull. 31. Qui vehemens in alios, qui inexorabilis esse visus sum. Id. Verr. 2, 5, 40. Poterone in eos esse vehemens, qui naves inanes habuerunt; in eum dissolutus, qui solus habuerit constrictam navem, etc? Id. Caecin. 10. Ita vehemens acerque venit, ut etiam mihi videretur irasci. P De aliis rebus. Ter. Andr. 1, 1, 122. Ne haec quidem satis vehemens causa ad objurgandum; et Adolph. prol. 17. Vehemens maledictum. Hor. Ep. 1, 13, 4. Ne studio nostri pecces, odiumque libellis Sedulus importes opera vehemēte minister. P Item iratus, furens ira, incensus, incitatus. Id. ib. 2, 2, 28. vehemens lupus, et sibi et hosti iratus pariter, jejunis dentibus acer. Phaedr. 2, 3. Laceratus quidam morsu vehemētis canis. P Poetae synaeresi contrahunt, aut he exterrunt. Lucr. 3, 153. Verum ubi vementi magis est commota metu mens. Hor. Ep. 2, 2, 120. Vemens, et liquidus, puroque similis anni. Simile est prehendo, prendo. V. NIHILUM.

VEHĒMENTER, adv. ἄγαν, σφόδρα, δεινός, acriter, valde, impense, multa vi. Cic. Phil. 8, 5. med. Vehementer me agere fateor, iracunde nego. Caes. B. G. 7, 84. f. Vehementius perturbare mentes hominum. Id. B. C. 2, 41. Vehementius incitare equos; et ib. 3, 17. Instare de induciis, vehementissimeque contendere. Hirt. B. G. 8, 36. f. Vehementissime proeliari. Cic. Or. 1, 33. med. se exercere in aliqua re. Id. Tusc. 4, 23. Nisi forte quae vehementer, acriter, animose fiunt, iracunde fieri suspicatur. Id. ad Cupienn. post ep. 16. l. 16. ad Att. Hoc te vehementer etiam atque etiam rogo. Coel. ad Cic. Fam. 8, 8. Haec res vehementer ad me pertinet. Sall. Cat. 42. Vehementer simulare aliquid. Id. Jug. 4. Vehementissime animum ad virtutem accendi. Licin. Calc. ap. Charis. 2, 198. probare, h. e. fortissime, vere, Charis. inquit. [M. Aurel. ad Front. ad M. Caes. 2. (ed. A. Maio) ep. 8. Nos istic vehementer aestuamus. Habes et hendecasyllabum ingenuum. F.] P Item severe, acerbē, aspere. Caes. B. G. 1, 40. Vehementer incusare aliquem. Cic. Verr. 2, 4, 66. f. Vehementius minari alicui. Id. Att. 10, 7. med. Quintum puerum accepi vehementer; et Petr. Sat. 85. Tam vehementer excandui, ut etc.

VEHĒMENTESCO, is, n. 3. vehemens fio. Coel. Aurel. Tard. 1, 2. Vehementescit haec passio hieme; et ib. 4, 6. f. Cum viderint, fluorem vehementescere.

VEHĒMENTĪĀ, ae, f. σφοδρότης, δεινότης, gravitas, acritudo. Plin. 13, 8, 16. Vehementia odoris. Id. 19, 5, 27. saporis. Id. 23, 1, 21. vini; et 23. proom. med. omphacii mitigatur melle. Id. 28, 4, 14. linteorum, strigilumque, h. e. vehemens usus. Id. 23, 1, 24. venarum, h. e. vehemens et incitatus pulsus. P Translate. Id. 36, 5, 4. n. 10. Pollio Asinius fuit acris vehementia. Gell. 1, 11. med. Vehementia Gracchi.

VEHĒNS, entis, part. a veho: βρατάζων, ὄζων, qui vehit. Plin. 32, 4, 14. extr. Tardius ire navigia testudinis pedem dextrum vehentia. Gell. 16, 19. extr. Delphinus vehens, et homo insidens. Id. 20, 1. med. Jumentum tergo vehens. P Vehens absolute, vehens se, vectus curru, navi, aut equo. Quadrig. ap. Gell. 2, 2. f. Consuli proconsul obviam in equo vehens venit. Cic. Brut. 97. Quadrigis vehens.

VEHES, et Vehis, is, f. ὄζημα, plastrum, et certa rei mensura, quae una vectura plastro vehitur. Colum. 11, 2. med. Satis erit in singula jugera vehes stercoris comparare decem et octo: vehes autem stercoris habet modios octoginta. Plin. 18, 23, 53. Justum est, singulas vehes fimi denario ire in singulas pecudes minores, in majores denas. Id. 36, 15, 24. n. 3. de cloacis: Amplitudinem cavas eam fecisse proditur, ut vehem foeni large onustam transmitteret. Id. 2, 58, 59. Qui lapis etiam nunc ostenditur, magnitudine vehis, h. e. ea magnitudine, quae plastro onerando satis est. Impp. Valentin. et Valens Cod. Theod. 14, 6, 3. Nongentarum vehum sarcina. P A similitudine, ut vehes fimi, est quantum una vectura plastro vehitur; ita vehes materiae, est quantum una opera ab uno dolari potest. Colum. 11, 2. med. Materies si roborea est, ab uno fabro dolari ad unguem per quadrata debet pedum XX. haec erit vehis una. Pinus autem XXV. pedum ab uno expeditur: quae et ipsa vehis dicitur; nec minus ulmus et fraxinus pedum XXX. cupressus pedum XL. tum etiam LX. pedum, abies atque populus singulis operis ad unguem quadrantur; atque omnes hae mensurae similiter vehes appellantur. Haec Colum.

VEHĪA, Vehiarii, Vehitura. V. VEHELĀ.

VEHĪCLĀRIS, e, adj. vehicularius. Arcad. Dig. 50, 4, 18. Cursus vehicularis sollicitudo personale munus est. V. v. sq.

VEHĪCLĀRĪUS, a, um, adj. ad vehiculum pertinens. Capitol. Max. et Balb. 5. Vehicularius fabricator, h. e. qui vehicula facit. P Vehicularius cursus institutus est ab Augusto, ut Suet. Aug. 49. testatur. Is enim, quo celerius scire posset, quid in quaque provincia gereretur, juvenes primo modicis intervallis per vias militares dehinc vehicula disposuit, quibus nuntiis vecti, et subinde ea mutantibus brevissimo tempore magna itinerum spatia conficiebant. Atque horum vehiculorum expensae solvebantur fere a provincialibus pro rata parte. Aliquando tamen ex quorundam principum liberalitate ii sumptus suppedabantur ex fisco. Capitol. Anton. 12. Vehicularium cursum summa diligentia sublevavit. (V. VEHICULUM.) Ammian. 14, 11. Acceptis litteris, et copia rei vehiculariae data. P Vehicularius absolute, qui vehiculis praest. V. VEHICULUM.

VEHĪCLĀTIŌ, onis, f. cura, et munus vehicularii cursus, h. e. onus, quod habebant provinciae alendi jumenta, et publici per vehicula cursus conservandi. Nummus Nervae ap. Eckhel. D. N. V. T. 6. p. 408. Vehiculatione Italiae remissa. V. v. praec.

VEHĪCLŪM, i, n. ἄρμα, ὄχημα, plastrum, vel currus ad vehendum aptus. Est autem nomen generale, sub quo continentur omnia instrumenta, quibus aliquid vehitur. Cic. Verr. 2, 5, 72. Omnes Dii, qui vehiculis thensarum solemnes coetus ludorum initis. Id. ib. 23. Illi tibi furto vehiculum comparaverunt: ubi Cic. navem intelligit, ad aves henda Romam ex Sicilia furta Verris, a Mamertiniparatam. P Praecipue tamen sic appellatur currus ad iter faciendum aptus. Suet. Cal. 39. Comprehensio ad deportandum meritoris quoque vehiculis. Cic. Pis. 25. f. Triumphalia vehicula, h. e. quibus triumphantes per Urbem vehebantur. Id. Att. 10, 10. f. Ego vero vehiculo, si navis non erit, eripiam me ex istorum parricidio. Alii rectius leg. vel lintriculo: nam Ciceroni non terra, sed mari eundem erat, si vellet evadere. Liv. 34, 1. Juncto vehiculo vehi, h. e. a jumentis tracto. Pl. Aut. 3, 5, 28. Mihi aequum est dari vehicula, qui vehar. Tac. A. 12, 47. med. Contecto vehiculo abdere aliquem. Id. H. 2, 41. Mixta vehicula, et lixae; et Plin. Pan. 20. Nullus in exigendis vehiculis tumultus, h. e. quae provinciae praebere debebant imperatori in expeditionem proficiscenti. P Notus fuit Romanis usus vehiculorum, quae Itali voce Graecanica odometri, ὀδομέτρα, appellant. Capitol. Pert. 8. Nec non vehicula arte fabricatae nova iter metientia, horasque monstrantia. Vitruv. 10, 14. eorum construendorum rationem fuse persequitur. P A vehiculis servus, et a commentariis vehiculorum, in domo Augusta fuit curam gerens vehiculorum, quae familiae Augustae in sarcinis vehendis inserviebat. Inscr. ap. Grut. 592, 4. M. Ulpus Aug. Lib. Crescens ab vehiculis, et M. Ulpus Aug. Lib. Saturninus filius a commentariis vehiculorum, et Cocceja Fortunata fecerunt fratri pietissimo. In alia ap. Don. cl. 7. n. 109. eod. sensu habetur: P. Titilienus P. L. Charippus M. Antonii vehicularius. P Vehiculum etiam dictum fuit instrumentum metendis spicis aptum, quod pluribus verbis describit Pall. 7, 2., quodque paucis Plin. 18, 30, 72., idemque vallum appellat.

VEHIS, V. VEHES.

VEHŌ, is, xi, ctum, a. 3. βρατάζω, ὄζω, fero, gesto corpore, curru, navi, equo. Pl. Most. 3, 2, 94. Habeo homines clitellarios: magni sunt oneris: quidquid imponas, vehunt. Hor. Sat. 1, 1, 48. Reticulum panis onusto humero vehere. Sen. Ben. 3, 37. Siculi juvenes vexerunt parentes suos; (V. ANAPIS) et Ter. Phorm. 4, 1, 9. Venisse eas salvas, audi ex nauta, qui illas vexerat. Cic. N. D. 1, 28. Ille taurus, qui vexit Europam, Tibull. 1, 11, 51. Rusticus e lucoque vehit, male sobrius ipse, Uxorem plastro progeniemque domum. Id. 2, 5, 40. Troia qui profugis sacra vehis ratibus. Or. Trist. 2, 385. Tantalides, agitante Cupidine currus, Pisaeam Phrygiis vexit eburnis equis. Id. A. Am. 1, 94. de fornica: Granifero solum cum vehit ore cibum. Val. Flacc. 3, 54. Aura vehit, h. e. ventus secundus fert navem. Claud. Nupt. Honor. et Mar. 141. accingere nostram Vecturus dominam. P Etiam flumina vehere dicuntur. Tibull. 1, 4, 60. Dum coelum stellas, dum vehet amnis aquas. Or. Met. 2, 251. Tagus amne suo vehit aurum. Adde Curt. 5, 2. P Frequenter passive usurpatur; atque hac ratione inest in eo vis quaedam alieni arbitrii, inquit Macrobius. Sat. 6, 7., non enim sui potens est, qui vehitur. Cic. Div. 2, 70. Visus est in somnis curru quadrigarum vehi; et ib. 68. Equus, in quo ego vehebar, mecum una demersus. Id. Phil. 2, 24. Vehebatur in essedo tribunus plebis. Id. N. D. 2, 37. med. Vehi in navi. Propert. 3, 3, 36. Nudus ab inferna, stulte, vehere rate. Tibull. 4, 1, 209. per liquidum volueri vehar aera penna. Varr. L. L. 4, 32. f. Vehi lintribus. Ov. Met. 2, 13. Nympha vehitur pisce. Id. Her. 16, 113. Vehi puppe. Id. Met. 15, 149. nube. Nep. Dat. 4. f. equo concitato ad hostem. Cic. Pis. 25. med. Captare plausus, vehi per urbem, conspici velle, h. e. curru vehi. V. alia in VECTUS. P Vehi, ferri, pro-

[*VELATRUM, i, n. velarium. Tert. de cultu fem. 6. Bail.]

VELATORA. V. in VEHELA.

VELATUS, a, part. a velo: κεκαλυμμένος, operatus, tectus. Cic. N. D. 2, 3. f. Se Diis immortalibus capite velato pro republ. devovere. Sen. Octav. 702. Sponsa velata flameo tenui caput. Ov. Met. 12, 598. Delius nebula velatus. Val. Flacc. 8, 29. Luna velatis cornibus. Virg. A. 3, 549. Cornua velatarum obvertimus antenarum, h. e. velis involutarum. P Vestitus, indutus, amictus. Liv. 3, 26. f. Velatus toga. Hor. Sat. 1, 2, 71. stola. Id. Od. 1, 35, 21. Fides albo velata panno. Ov. Met. 2, 23. Purpurea veste velatus; et ib. 10, 1. croceo amictu; et Fast. 3, 645. tunica recincta. Tibull. 1, 5, 25. lino. Ov. Fast. 6, 412. Et pede velato non audeana palus. P Hinc Festus: Velati appellabantur vestiti et inermes, qui exercitum sequebantur, quique in mortuorum militum loco substituebantur. Ipsi sunt et ferentarii, qui fundis ac lapidibus pugnabant. Id. in Adscriptici: Adscripticii velut quidam scripti dicebantur, qui suppledis legionibus adscribebantur. Hos et accensus dicebant, quod ad legionum censum essent adscripti: quidam velatos, quod vestiti inermes sequerentur exercitum. V. dicta in ACCENSUS, i. P Est etiam cinctus, ornatus. Ov. Met. 5, 110. albenti velatus tempora vitta. Id. Port. 4, 14, 55. Tempora sacra mea sunt velata corona. Id. Met. 3, 667. Pampineis agit velatam frondibus hastam. Val. Flacc. 4, 298. caestu velatus utroque. Ov. Am. 3, 13, 11. ubi praesonuit solemni tibia cantu, It per velatas annua pompa vias. Pl. Amph. 1, 1, 101. Velatis manibus orant, ignoscamus peccatum suum, h. e. praeferebantur velamenta supplicum. V. VELAMENTUM. Sic Virg. A. 11, 100. Jamque oratores aderant ex urbe Latina Velati ramis oleae, veniamque rogantes. Ubi Servius: Non coronati (nec enim lugentes decebat, ut qui pro mortuis precabantur), sed instructi et ornati, id est in manibus olivae ramos ferentes, sicut Homer. Iliad. 1, 14. Στέμναι ἔχον ἐν χερσὶν ἐκπύλου Ἀπόλλωνος. Adde ib. 7, 154. P Accensus velatus. V. ACCENSUS, i.

*VELAUNI, orum, Ὀυέλωνοι, populi Galliae Aquitaniae. Caes. B. G. 7, 75. Plin. 3, 20. P Eorum caput Vellava, teste Greg. Turon. 10, 25. Ingressus Vellavae urbis terminum, ad locum, quem Ancium vocitant, accedit. Vellavorum civitas audit haec urbs Notit. civit. Gall. et profecto Ουέλωνος, quod Latine est Vellavi, a Strabone ipsi populi appellantur. B. A.

*VELDIDENA, ae, f. oppidum Rhaetiae, hodie Wilten vel Wiltau. Anton. Itin. B. A.

VELĒDA, ae, f. virgo quaedam apud Germanos tantae auctoritatis, ut ab eorum plerisque loco numinis haberetur, ut ait Tac. G. 8. V. et H. 4, 61. et 65. Hinc Stat. Silv. 1, 4, 90. Captivaeque preces Veledae, h. e. Germaniae totius una cum suis numinibus devictae. [Apud Tac. in multis Codd. legitur Velleda duplici U. Bail.]

[VELEJAS, et Vellejas, atis, adj. omn. gen. ad Velejam, seu Vellejam pertinens, dirutum Italiae oppidum, in monte situm, duodecim circa mill. passuum a Placentia. Velejates, ium, absolute, sunt incolae illius oppidi, quorum meminit Plin. 3, 5, 7. et ib. 16, 20., ubi tamen in editionib. perperam Velejates pro Velejates legitur. Id. vero 7, 49, 50. Citra Placentiam in collibus oppidum est Velejatium. Phlegon Trall. de longae. c. 1. Ἰόνιος Βελῆος. Inscr. ap. De-Lama, Inscriz. ant. p. 65. P Onicius Velejatium Lib. Sen. Aug. (h. e. libertus, sententia Augusti) IIIII. Vir sibi, etc. et p. 71. L. Coelio Festo adlecto inter tribunicos respública Vellejatium patrono. V. eund. in toto eo opere cit. de Veleja, ejusque situ erudite disputantem. F.]

VELES, itis. V. VELITES.

VELIA, ae, f. Ἐλία, urbs Lucaniae, in ora litorali, ad sin. Paestanum, condita a Phocensibus una cum Massilia, teste Gell. 10, 16. Dicta est ab ἔλος, palus, quia paludibus cingitur. Serv. in A. 6, 359. Velia dicta est a paludibus, quibus cingitur, quas Graeci ἔλη vocant. Fuit ergo Helia, sed accepit digammon. et facta Velia, ut Eneius, Venetus. V. ELEATES. Hor. Ep. 1, 15, 1. Quae sit hiems Veliae, quod coelum, Valla, Salerni. P Velia quoque collis fuit Romae, pars nempe Palatini, ita dictus, ut putat Varr. L. L. 4, 8. extr., [quasi vellia, quod ibi pastores lanam vellere soliti fuerint, veteres enim consonantes non geminabant. Id. ib. Veliensis (collis) septicepsus in Velia ap. aedem Penatium. Liv. 2, 7. Regnum cum (P. Valer. Publico-lam) affectare fama ferebat, quia aedificabat in summa Velia; ibi alto atque munito loco arcem inexpugnabilem fore. F.]

*VELIATES, ium, populi Liguriae montani. Plin. 3, 5. P Fuere et hoc nomine populi Galliae cispadanae. Id. 3, 15. B. A.

VELIENSIS, e, adj. ad Veliam Lucaniae urbem pertinens, ut Velienses sacerdotes, Cic. Balb. 24. P Veliensis collis Romae. V. v. praec. P Velienses, ium, absolute, Veliae populi. Cic. Fam. 7, 20. et Plin. 3, 3, 4.

VELIFER, ra, rum, adj. ἰσχυρόφορος, velum fe-

rens. Ov. Met. 15, 719. Huc ubi veliferam nautae advertere carinam. (Adde Propert. 3, 7, 35.) Val. Flacc. 1, 126. Pallada velifero quaerentem brachia malo. Sen. Thyest. 129. Veliferi venti.

VELIFICATIO, onis, f. πείσις ἰσχυρῶν, actus velificandi. Cic. Fam. 1, 9. med. Cum vero id possis mutata velificatione assequi, stultum est eum tenere cum periculo cursum.

VELIFICATUS, a, um, part. a velificor. Active. Propert. 2, 21, 39. Una ratis fati nostros portabit amores Caerula ad infernos velificata lacus. P Passive pro transnavigato, seu per quod naves suis velis navigare, διαπλεόμενος. Juven. 10, 174. Velificatus Athos, et quidquid Graecia mendax Audet in historia.

VELIFICIUM, ii, n. conficiendorum velorum ratio seu ars. Hyg. fab. 277. Velificia primum invenit Isis.

VELIFICO, as, n. ἰσχυροποιέω, vela facio, vela do, navigo. Plin. 9, 33, 52. Per summa aequora velificant. Propert. 4, 9, 6. Nauta urbanas velificabat aquas. Flor. 3, 7. Ac sic velificantes triumphantium in modum Cretes portibus suis adremigaverunt.

VELIFICOR, aris, dep., i. idem ac velifico. Translate sumitur pro omni diligencia, et conatu rei alicui operam dare, quod etiam dicitur velis, remisque agere. Cic. Agr. 1, 9. Quod si quis vestrum spe ducitur, se posse turbulenta ratione honori velificari suo, h. e. ascendere ad honores, non virtute, et majorum gloria, sed violenta quadam ratione, ut solet fieri ab iis, qui quascumque fortunas experiuntur, velis in altum elatis. [Front. 1. ad Antonin. Imp. (ed. A. Maio) ep. 2. med. Quamquam ex summis opibus ad eloquentiam velificaris, etc. F.] P Item pro favere, studere, obsequi, assentari. Coel. ad Cic. Fam. 8, 10. med. Ne aut velificatus alicui dicaris, aut aliquid, quod referret scire, reticuisse. Flor. 1, 9. Brutus favori civium etiam domus suae clade velificatus est. [Haec non differunt ab iis, quae in anteced. §. leguntur.]

VELIFICUS, a, um, adj. ἰσχυροποιῶν, qui velis fit. Plin. 13, 11, 21. Noctis dieique velifico navigii cursu.

VELINUS, a, um, adj. ad Veliam spectans, ut Velinus portus, apud Velina urbem Lucaniae eversum. Virg. A. 6, 366. aut tu mihi terram Injice, namque potes, portusque require Velinos. P Velina tribus, una ex XXXV. tribubus populi Rom. in Sabinis, ita dicta a lacu Velino. Adjecta est una cum Quirina, ultima omnium anno DXII. a censoribus C. Aurelio Cotta, et M. Fabio Buteone, ut ex Ep. Liv. 19. constat. Adde Cic. Att. 4, 15. f. Inscr. ap. Grut. 66, 7. L. Calvisius L. F. Velina Secundus. Alia 129, 5. C. Rustius C. F. Quartus Vel. IIII. Vir. P Velinus lacus, Lago di Rieti, lacus Umbriae, in confinio Sabinae tractus, inter Reate urb. Sabinam, et Interamnem urb. Umbriae, per quem Velinus fl. labitur. Plin. 3, 12, 15. Hinc Virg. A. 7, 517. Sulfurea Nar albus aqua, fontesque Velini. Id. ib. 712. qui Rosea rura Velini (colunt). [*Emandavit hunc locum F.]

VELITARIS, e, adj. ad velites pertinens, ut Hasta velitaris, quam Polybius vocat γόσσον, quia ii utebantur. Plin. 7, 56, 57. Hastas velitares invenit Tyrrenus. Liv. 26, 4. Et septena jacula quaternos longa pedes data, praefixa ferro, quale hastis velitaribus inest. Sall. Jug. 113. Praeterea iere sagittarii, et cohors Peligna cum velitaribus armis, itineris properandi causa. Adde Liv. 38, 20.

VELITATIM. V. VELLICATIM.

VELITATIO, onis, f. ἀγροβολισμός, ἀγριμαχία, actus velitandi, levis pugna. Pl. Rud. 2, 6, 41. Equidem me ad velitationem exerceo; nam omnia corusca praetremore fabulor. P Translate sumitur pro mutua probrorum objectione, λογομαχία. Festus: Velitatio dicta est ultro citroque probrorum objectio, ab exemplo velitaris pugnae. Pl. As. 2, 2, 41. Verbis velitationem fieri compendi volo.

[VELITATUS, a, um, part. a velitor: levem pugnam primo iniens. Translate de concubitu. Appul. Met. 5. Nox, et maritus aderat; primisque Veneris proeliis velitatus, etc. F.]

VELITERNINUS, a, um, adj. Veliternus. Plin. 14, 6, 8. n. 4. Veliternina vina, Privernatiacae.

VELITERNUS, a, um, adj. ad Velitras pertinens. Liv. 8, 12. Veliternus populus. Id. 6, 22. hostis. Id. 2, 31. ager. Id. 6, 36. Veliterni coloni. Plin. 12, 1, 5. Veliternum rus. P Veliterni, orum, sunt Velitrarum incolae, ap. Liv. 8, 14. P Veliternus, i, nomen viri proprium, quod num a Velitris urbe derivandum sit, non liquet. Sil. 13, 229. Jamque Veliternum media (Virius) transegerat alvo.

VELITES, um, m. plur. γοσσόφοροι, ἀγριμαχοί, in militia sunt pedites leviter armati parva breviori, gladio, funda, hastis brevibus ac missilibus, non longis et stabilibus, quales erant hastatorum. Ita videntur appellati, non quasi volites a volando, ut vulgo creditur, sed quia sub velis, seu vexillis, non sub aquilis legionum militabant: ut vexillarii dicti, qui sub vexillis longe a legionibus erant. V. Liv. 38, 21. f., qui 26, 4. occasionem eorum instituen-

dorum tradit in obsidione Capuae: quam ab eo Val. Max. 2, 3. n. 3. desumpsit. Varr. ap. Non. 18, 2. et 4. Quem sequuntur cum rotundis velites leves parmis. P Hi pugnae initium dabant, cito procurrentes in hostem, et cito recellentes, si urgerentur: pugnabant etiam interdum immixti equitibus, terga equorum insilientes, ut cum ad teli jactum ventum esset, desilirent subito, et irruerent. In acie certum locum non habebant, sed modo ante omnes, modo a tergo, modo inter ipsos ordines locabantur, ut videre est ap. Liv. 23, 29., 26, 4., 27, 18., 30, 33. etc., ex quibus locis apparet discrimen inter eos et antesignanos. Interdum etiam cum sagittariis et funditoribus confunduntur, interdum ab his separantur: quia si nominis vim spectes, sagittarii solis sagittis, funditores solis fundis pugnabant: velites vero et hastis eminus, et cominus gladiis, ut dictum est. Festus in Advelitatio: Velites dicuntur expediti milites, quasi volites, id est volantes. Ov. Ib. 47. Utque petit primo plenum flaventis arenae Nondum calfacti velitis hasta solum; Sic ego te ferro nondum jaculabor acuto. Liv. 30, 33. Vias patentes inter manipulos antesignanorum velitibus (ea tunc levis armatura erat) complevit. Titin. ap. Non. l. c. Ita Spurius animatur in proelium: veles equis recepit se, nec ferit quemquam hostem. Adde Lucil. ap. Fest. in Sub vitem. P Translate. Cic. Fam. 9, 20. Me autem a te, ut scurram velitem, malis oneratum esse, non moleste tuli, h. e. hominem dictis alios ultro lacescentem, ut veles hostem primus lacescit.

VELITOR, aris, dep. 1. proelium prima et decursoria pugna incipio. Appul. Met. 7. Equus postremis velitatur calcibus; et ib. 9. Impetu vesano lapidibus crebris in eum velitantur. P Translate. Id. ib. Tunc saga illa primis adhuc armis disciplinae suae velitatur. P Item jurgor, altercor, rixor, verbis contendo: nam a verbis saepe ad manus veniri solet, sicut a velitibus ad gravis armaturae milites. Pl. Men. 5, 2, 27. Quid tu tristis es? quid ille autem abs te iratus destitit? nescio quid vos velitati estis inter vos duos; et Gell. 6, 11. Cum inquinatissimis hominibus non esse convicio decertandum, neque in maledictis adversus impudentes et improbos velitandum. P Velitari alicui periculum ap. Appul. Met. 5. est intentare, instar velitis hastam jaculantis. P Etiam velito, as, usurpatum fuit, teste Prisc. 8, 799.

VELITRAE, arum, f. plur. Veletri, oppidum Volscorum in Latio, via Appia, in clivo situm, colonia Romanorum. Liv. 2, 31. Velitras coloni ab urbe missi, et colonia deducta. Sil. 8, 379. quos Setia et e celebri miserunt valle Velitrae: celebrem dicit, quia ibi origo fuit gentis Octaviae, et natale solum Augusti. V. Suet. Aug. 1. 6. et 94. Alii leg. incelebri, h. e. infrequenti.

VELITRINUS, a, um, adj. ad Velitras pertinens, Veliternus, ut Velitri coloni, Liv. 6, 36. et absolute, Velitri, Suet. Aug. 94. Utroque loco, et alibi ap. Liv. alii leg. Veliterni.

VELIVOLANS, antis, et

VELIVOLUS, a, um, adj. ἰσχυροποιῶν, epitheton navis, quae, ut aves alis volant, ita velis et vento fertur. Vet. Poeta ap. Cic. Divin. 1, 31. extr. et fera velivolantibus Navibu' complebit manu' litora. Ov. Pont. 4, 5, 42. Et freta velivolans non habitura rates. Adde Lucr. 5, 1441. et Enn. ap. Serv. ad Virg. A. 1, 228. et ap. Macr. Sat. 6, 5. Etiam mare dicitur velivolium, quia velis et navibus percurritur. Liv. Andron. ap. Macr. ib. Tu qui per mensus ponti maria alta velivola. Virg. l. c. Despicies mare velivolium, terrasque jacentes. Adde Ov. Pont. 4, 16, 21.

VELLA pro villa dictum est a rusticis, teste Varr. R. R. 1, 2. V. VEHA.

VELLATURA, et Velatura, vectura. Unde vellaturam facere ap. Varr. R. R. 1, 2. med. h. e. quaestus causa vecturam facere. V. VEHELA.

VELLEJANUS, a, um, adj. ad Vellejum aliquem pertinens. Senatusconsultum Vellejanum dictum est a C. Vellejo Tutore, qui cum M. Silano consul fuit. (Quo vero anno hi consules fuerint, disputat Marin. Frat. Arc. p. 788.) Ejus verba recitantur ab Ulp. Dig. 16, 1, 2. qui Titulus ad Senatusconsultum Vellejanum inscribitur. Eorum autem consulum nomina habentur ap. Grut. 470, 1. et 2.

VELLEJAS. V. VELEJAS.

VELLEJUS PATERCOLUS eques R. praenomine Marcus, vel, ut alii volunt, Publicus, aut Cajus, [patria Aeclanensis, ut ex Inscr. probat R. Guarinius in Recherche di Eclano p. 77. F.] variis muneribus functus, denique a Tiberio praetor factus, scripsit duobus libris historiam compendiarum de rebus Romanis usque ad excessum Liviae conjugis Augusti, stilo plane Latino, et eleganti, sed adulationis pleno. Cum in Sejani amicitiam receptus esset, ab eodem Tiberio quinquagenarius occisus est. P Adjective lex Junia Velleja, aut Vellea memoratur a Scaevola Dig. 28, 2, 29. et Ulp. ib. 3, 3. et Just. 2. Institut. lib. 13., [quae eadem videtur esse ac S. C. Vellejanum, ut putat Marin. Frat. Arc. p. 788. F.]

VELLEREUS, a, um, adj. qui est ex vellere,

lanens. *Ascon. in Ferr. 1, 8.* Crumenae vellereae, et scortae.

*VELLICA, oppidum Hispaniae Tarraconensis, non procul ab Ibero amne, in Cantabria, in Conca-norum agro. Meminit *Ptolemaeus*. Hanc vocem restituendam *Flor. 4, 12.* censet *Graevius*: legit enim *Vellicae*, ubi vulgo editur *Belgicae*. Ceterum et veterum quarundam editionum est *Vellicae. B. A.*

VELLICATIM, adv. *μεγιστος*, hinc illinc vellicando, seu carpando, carptim. *Sisenn. ap. Non. 2, 758.* et 911. Nos una aetate in Graecia et Asia gesta literis idcirco continentia mandavimus, ne vellicatim ac saltuatim scribendo lectorum animos impediremus. *Gell. quoque hunc locum recitat 12, 15.*, ubi quidam leg. *velitatum*, h. e. quasi more velitis hoc illic discurrendo: sed non est a priori lectione recedendum.

VELLICATIO, onis, f. *τιμωσις*, actus vellicandi. Translate est, quod Itali *molto pungente* dicunt. *Sen. V. B. 5. med.* Tunc pura mens est, et soluta omnibus malis, cum non tantum lacerationes, sed etiam vellicationes effugerit. *Id. Ira 3, 43.* Detrimen-ta, injurias, convicia, vellicationes contemnamus.

VELLICO, as, avi, atum, a. 1. *πυρρὸν*, frequent. a *vello*: et proprie fit cum extremas corporis partes digitis carpinus, et premendo vellimus, aut cum aves rostro quippiam pervellunt. *Quint. 6, 1. med.* Puer, quid fleret, interrogatus, ex paedagogo se vellicari respondit. *Pl. Most. 3, 2, 146.* Cornix adstat, ea volutrios duo vicissim vellicat. *Nemes. Ecl. 3, 31.* de Baccho puero et Sileno: Cui Deus ardentis horrentes pectore setas Vellicat, aut digitis aures adstringit acutas. *Paul. Nol. ep. 36.* (al. 49.) n. 3. Vellicata blande auricula suscitavit. *V. Plauti l. c. in SIBILO.* P Translate est verbis mordere, dictis pungeri, criminari, lacerare. *Cic. Balb. 26.* In convivio rodunt, in circulis vellicant, maledico dente carpunt. *Hor. Sat. 1, 10, 79.* Vellicat absentem Demetrius. *Adde Sen. Ben. 2, 28. extr. et Prop. 2, 4, 8.* P Item carpere, et immi-nuere. *Varr. R. R. 3, 16, n. 7.* Apis minime malefica, quod nullius opus vellicans facit deterius.

[VELLIGER, ra, rum, adj. qui vellus fert. Absolute est Arietis signum in Zodiaco. *Germanici fragm. in Anthol. Lat. T. 2. p. 340. Burm.* His idem lentos Pisces cum supprimit ignis, Velliger et nigra cursus statione tenebat. *F.*]

VELLIMEN, inis, n. idem quod vellus. *Varr. R. R. 2, 11. med.* Lanam demptam, ac conglobatam alii vellera, alii vellimina appellant. Alii leg. *vellimina*, alii *vellimina* eodem sensu.

VELLO, is, velli, et vulsi, vulsus, a. 3. *ἔλλω, ἀπολλῶ*, vi evello, pervello, extraho: a *ἔλλω*. [**Doederl. 4, 416.* *vellere* derivat a *vehere*, quae verba ita putat cognata, ut nostr. *zupfen* et *ziehen*.] *Cic. Ferr. 2, 4, 24. f.* Tum illa, ex patellis et turribus quae vellerat, ita scite in aureis poculis illigabat, ut, etc. *Colum. 5, 11.* et *Arb. 26. med.* Cuneum vellito, statimque surculos demitto in ea foramina, etc. *Liv. 9, 14. med.* Cum pars fossas explerent, pars vellerent vallum atque in fossas pro-rerent. *Virg. A. 11, 19.* (et *G. 4, 108.*) ubi primum vellere signa Adverint Superi, pubemque educere castris. *Id. ib. 2, 480.* postesque a cardine vellit; et *ib. 11, 566.* hastam de caespite vellit. *Plin. 19, 8, 42.* Vellere asparagum ab radice. *Id. 18, 17, 46.* Legumina, quae velluntur e terra, non subsecantur. *Tibull. 3, 5, 20.* modo nata poma vellere. *Or. Met. 8, 800.* Famem lapidoso vidit in agro, Unguis et raris vellentem dentibus herbas. *Lucan. 4, 214.* siccas de caespite vulserat herbas; et 6, 218. Affixam vellens oculo pendente sagittam; et *ib. 545.* percussaque viscera nimbis Vulsit. P Saepe dicitur de lana et pilis, *μαδίζω*. *Varr. R. R. 2, 11. med.* Qui etiam nunc vellunt (oves), ante triduo habent jejunas, quod languidae minus radices lanae retinent. *Plin. 8, 48, 73.* Oves non ubique ton-dentur: durat quibusdam in locis vellendi mos. *Mart. 5, 37.* Vellere comam. *Prop. 3, 23, 33.* albos a stirpe capillos. *Plin. 10, 22, 27.* et *Colum. 8, 13.* plumam anserum bis anno. *Hor. Ep. 2, 1, 45.* pilos equinae caudae. *Id. Sat. 1, 3, 133.* barbam. *Lucan. 6, 562.* Illa genae florem primaevae corpore vulsit. *Suet. Caes. 45.* Circa corporis curam morosior, ut non solum tonderetur diligenter, ac raderetur, sed velleretur etiam, ut quidam exprobraverunt, h. e. pilos corporis radicibus sibi volsellis erui curaret, ne rursus nascerentur: quod molles et effeminati factitare solebant. *Adde Galb. 22.* P Est etiam perstringere, vellicare, torquere. *Hor. Sat. 1, 9, 63.* vellere coepi, Et prensare manu lentissima brachia. *Or. A. Am. 1, 606.* Velle latus digitis, et pede tange pedem. P Hinc *vellere aurem*, admonendi gratia. *Virg. Ecl. 6, 3.* Cum canerem reges, et proelia, Cynthus aurem vellit, et admonuit, etc. *Calpurn. Ecl. 4, 155.* vellit saepius aurem Invida paupertas, et dixit, ovilia cura. *Virg. Cop. 37.* pereat, qui crastina curat: Mors aurem vellens, vivite, ait; venio. V. PERVELLO. P Translate. *Stat. Silv. 5, 2, 3.* Sed mea secreto velluntur pectora morsu, h. e. punguntur, torquentur dolore. P Pro divellere, ruere, evertere, V. in VULSUS.

VELLUS, eris, n. *μαλλός, πόκος*, lana ex ove dempta, et conglobata, ut *Varr. R. R. 2, 11.* definit: a *vello*, quia mos fuit aliquando oves lana spoliare non tondendo, sed vellendo, ut *Plin. 8, 48, 73.* tradit. Hinc *Varr. L. L. 4, 8. extr. (et ib. 29.)* Pastores Palatini ex ovibus, ante tonsuram inventam, vellere lanam sunt soliti: ex quo vellera dicuntur. [**Cf. Doederl. 3, 20.*] *Plin. 27, 7, 28.* Absinthium in vellere appositum menses ciet. *Hor. Epod. 12, 21.* Muricibus Tyriis iteratae vellera lanae. *Id. Ep. 1, 10, 27.* Aquinatam potentia vellera fucum. *Or. Met. 14, 264.* Nymphae, quae vellera motis Nulla trahunt digitis, nec fila sequentia ducunt. P De lana nondum detonsa, sed haerente corpori. *Virg. Ecl. 3, 95.* ipse aries etiam nunc vellera siccat. *Tibull. 2, 1, 62.* Molle gerit tergo lucida vellus ovis. *Or. Her. 18, 143.* Invideo Phryxo, quem per freta tristia tutum Aurea lanigero vellere vexit ovis. P Item de ipsis lanatis ovium pellicibus. *Virg. A. 7, 93.* Centum lanigeras mactabat rite bidentes, Atque harum effultus tergo, stratisque jacebat Velleribus. *Colum. 7, 4. med.* Pelles eorum propter pulcritudinem lanae majore pretio, quam alia vellera, mercantibus traduntur. *Or. Fast. 5, 101.* Semicaper, coleris cinctus, Faune, Lupercis, Cum lastrant celebres vellera secta vias. *Adde ib. 4, 654.* P Item de corio et villo aliorum animalium. *Id. ib. 2, 339.* et *ib. 5, 395.* fulvi setis hirsuta leonis Vellera. *Id. Met. 6, 592.* et *ib. 3, 197.* lateri cervina sinistro Vellera dependit; et *ib. 11, 3.* Ecce nurus Ciconum tectae lymphata ferinis Pectora velleribus. P *Parnassia vellera* ap. *Stat. Silv. 5, 3, 8.* sunt filamenta lanae, et vittae, quibus coronantur poetae, aut larea, hederaceae sarta innectunt. P Translate dicitur de rebus lanae similibus. *Virg. G. 1, 397.* Tenuia nec lanae per coelum vellera ferri, h. e. nubes vellerum instar. *Sic Lucan. 4, 124.* Phoebus densas in vellera nubes Sparserrat. *Mart. 4, 3.* Aspice, quam densum tacitarum vellus aquarum Desluit in vultus Caesaris, inque sinus, h. e. nix sicut lana. *Virg. G. 2, 121.* Velleraque ut foliis despectant tenuia Seres, h. e. lanuginem. *Adde Petr. Sat. 119.*

[VELLOTUS, a, um, adj. vellus habens, lanosus, et translate pilosus. V. BELLUTUS. P Est cogn. R., ut L. Sicinius L. F. Vellutus, unus ex primis trib. pleb., cujus mentio est ap. *Ascon. in Cic. or. pro C. Corn. med. et Liv. 2, 33.* Hinc a *Dionys. Halic. 6, 89.* et *Plut. in Coriol. c. 7.* Graeco more appellatur *Σικωνίος Βιλλουτος*. Graeci enim recentiores post vocalem *i* longam geminant consonantem, et Latinorum *v* per *β* efferre solent. *F.*]

VELO, as, avi, atum, a. 1. *σπεύζω*, tego, operio: a *velum*. *Virg. A. 3, 545.* Et capita ante aras Phrygio velamur amictu; et *ib. 5, 72.* Velare tempora myrto. *Quint. 11, 3. med.* Togam ad calceos usque demittere velandarum varicum gratia. *Plin. ep. 6, 24.* Ex diutino morbo circa velanda corporis ulceribus putrescebat. *Plin. alter 19, 6, 34.* Allium tenuissimis velatur membranis. *Macr. Sat. 1, 6.* Placuisse, velari loca eo, qua pompa (*Circensium*) veleretur, h. e. velis superne contegi. P Item vestio. *Virg. G. 3, 383.* et pecudum fulvis velatur corpora setis. *Id. A. 8, 33.* Tiberim glauco velabat amictu Carbasus. *Or. Met. 4, 45.* Derceti, quam versa squamis velantibus artus Stagna Palaestini erudent celebrasse figura. *Id. ib. 8, 252.* avem Reddidit, et medio velavit in aere pennis. *Plin. 34, 5, 10.* de statuis: Graeca res est, nihil velare: at contra Romana et militaris, thoraca addere. P *Velare tempora vitis* ap. *Or. Pont. 3, 2, 75.* est cingere, circumdare. *Sic Pomp. ap. Non. 4, 479.* Nunc rogas, quid fiat? restis est vilis, velet gulam, h. e. obstringat. P Item orno. *Virg. A. 2, 249.* delubra Deum festa velamus fronde. *Or. Trist. 4, 2, 3.* Altaque velentur fortasse Palatia sertis. *Id. Fast. 6, 312.* Et velant scabras florida sarta molas. *Id. Trist. 1, 1, 5.* Nec te (*liber*) purpureo velent vacinia fucos. P Item celo, abscondo. *Sen. Hipp. 721.* Sceleris velandum est scelus. *Plin. Pan. 56.* Non alia major gloria tua, quam quod agentibus tibi gratias nihil velandum est, nihil omittendum.

*VELOCASSES, ium, populi Galliae Belgicae. *Caes. B. G. 2, 4.* P *Velocasses* appellantur a *Plin. 4, 18.* itemque *Hirt. B. G. 8, 7.* P Fortasse eorum qui *Bellocassi* adiunt *Caes. B. G. 7, 75.* P Eorum caput Rotomagus, hodie *Rouen. B. A.*

VELOCITAS, atis, f. *ταχύτης*, celeritas, pernicitas: et proprie de corpore dicitur. A *pernicitate* quid differat, in *PERNIX* dictum est. *Cic. Off. 1, 30. med.* Videmus alios velocitate ad cursum, alios viribus ad luctantum valere. *Id. Sen. 6. med.* Non viribus, aut velocitatibus, aut celeritate corporum res magnae geruntur, sed consilio, auctoritate, sententia: (*velocitas* corporis est hoc loco in cursibus: *celeritas* in agilitate et mobilitate.) *Hirt. B. G. 8, 48. med.* Quod malum dux equi velocitate evitavit. *Id. B. Alex. 66. extr.* Iter coeptum simili velocitate conficere. *Just. 36, 4. extr.* festinata velocitate contendere. *Hirt. B. Afr. 69.* Numidae mirabili velocitate praediti. *Id. B. G. 8, 36.* Germani pedites summae velocitatis. *Sall. Jug. 56.* Plerosque velocitas, et regio hostibus ignara tutata sunt. *Vell.*

2, 34. Juvenes velocitate pernicis. *Just. 2, 14.* Velocitas Famae. *Plin. 15, 13, 12.* Velocitas pomorum cito mitescentium. *Id. 19, 5, 24.* Cucurbitarum velocitas pernix: scil. reptandi, et crescendi. *Tac. A. 15, 38.* Incendium anteit remedia velocitate mali. *Id. H. 1, 83.* Velocitas occasionum. *Sen. Ira 2, 35.* Ea demum velocitas placet, quae, ubi iussa est, vestigium sistit, nec ultra destinata procurrit, et quae flecti, et a cursu ad gradum reduci potest. P Transfertur ad animum. *Cic. Tusc. 4, 13.* Velocitas corporis celeritas appellatur: quae eadem ingenii etiam laus habetur propter animi multarum rerum brevi tempore percursionem. *Plin. 7, 12, 10.* Velocitas cogitationum, animique celeritas, et ingenii varietas multiformes notas imprimit. [*Sen. de amicit. fragm. (ed. B. G. Niebuhr)* 2. Utamur, ut in prima parte dicebam, animi velocitate. *F.*] *Val. Max. 7, 3. n. 4.* Velocitas sagacitatis.

VELOCITER, adv. *ταχίως*, celeriter. *Or. Met. 11, 586.* Vise soporiferam Somni velociter aulam. *Plin. 16, 44, 90.* Aquaticae arbores senescunt velociter. *Cic. Somn. Scip. 9.* Animus velocis in hanc sedem suam pervolabit. *Id. Univ. 9.* Velocissime moveri. *Suet. Tit. 3.* Notis velocissime excipere aliquid.

[VELOSUS, a, um, adj. velo instructus. *Not. Tir. p. 177.* Velum, velamentum, velosus, vellicat. *F.*]

VELOX, ois, adj. *ταχὺς*, celer, citus. [**Ety-mon vocis facit Prisc. 4. p. 105. Kr. a velum, i. e. quasi velis plenis vel passis, probante Doederl. 1, 38. et 2, 125.* Quod *Vossius* ex hac originatione collegit, *velox* proprie dici de navibus, id, itemque aliam a *volare* derivationem, rejecit idem *Doederl. 2, 125.* ubi etiam de discrimine agitur inter *velox* et *celer*, quae verba ita differre putat, ut motus navigii remis propulsi a motione navis velis actae.] *Sall. Jug. 20.* Genus hominum salubri corpore, velox, patiens laborum. *Liv. 26, 4.* Juvenes maxime vigore ac levitate corporum veloces. *Caes. B. G. 1, 48.* Pedites velocissimi ac fortissimi. *Virg. G. 3, 405.* Veloces canes. *Id. A. 5, 253.* cervi; et *ib. 116.* Velox navis. *Id. G. 2, 530.* jaculum. *Lucan. 2, 405.* amnis. *Lucr. 6, 688.* flamma. *Plin. 17, 13, 20.* Veloces arbores, h. e. quae celeriter crescunt. *Id. 21, 31, 105.* Genus herbae soporiferum atque etiam opio velocius ad mortem, h. e. celeriter mortem afferens. *Id. 8, 34, 52.* Thoes, luporum genus velox saltu. *Id. 32, 1, 2.* Ad cursum veloces pedes. *Id. 8, 44, 69.* Mulae veloces in cursu. *Id. 10, 24, 34.* Hirundini flexuosus volatus, velox celeritas. *Virg. A. 4, 174.* Fama malum, quo non aliud velocius ullum, *Lucan. 9, 829.* velox currit per tela venenum, Invaditque manum. *Quint. 12, 2. med.* Velocissima navigatio. *Or. Met. 2, 118.* Veloces horae. *Mart. 8, 8. anni. Id. Spect. 2.* Hic ubi miramur velocia munera thermas, h. e. celeriter extractas. P Cum infinito. *Stat. Th. 6, 797.* nec jam hic absistere velox. P Item agilis, levis. *Or. Fast. 2, 452.* Et male veloci justa soluta Remo. P *Velox via* ap. *Sen. Med. 190.* est quae velociter conficitur. *Sic Id. Troad. 398.* mors Velocis spatii meta novissima, h. e. quod cito decurritur. P Translate. *Cic. Tusc. 1, 19.* Nihil est animo velocius: nulla est celeritas, quae possit cum animi celeritate contendere. *Quint. 6, 4.* Ingenium velox ac mobile. [**Tac. Agr. 13.*] *Quint. 10, 3. med.* Decurrere per materiam stilo quam velocissimo. *Phaedr. 3, 3.* Usu peritus hariolo velocior, h. e. celerior et felicius in conjectando, et rerum causis assequendus.

[VELTAGRÀ, V. VERTAGUS. *F.*]

VELUM, i, n. *ἱστόριον*, linteum in malo navis, quod expansum ventos excipit, et navem impellit: a *velillum* per syncope, ut *ala* ab *axilla*, *palus* a *pa-xillus*, *mala* a *maxilla*, *talus* a *ta-xillus*, fuga literae vastioris, ut *Cic. Or. 45. med.* docet. [**Doederl. 3, 4.* et 236. *velum* non ex *velillum*, sed ex *vehulum* factum docet, ita ut in *vehere* vocis radix sit posita. Quod nobis vehementer probatur.] *Virg. A. 1, 106.* stridens Aquilone procella Velum adversa ferit; et *ib. 404.* Aut portum tenet, aut pleno subit ostia velo. *Or. Met. 11, 483.* antennis subnectere velum, h. e. contrahere, et circum antennas volvere; et *ib. 7, 491.* pleno concita velo Puppis adest. *Id. Her. 13, 101.* remoque move, veloque carinam. P Saepissime in plur. num. usurpatur. *Cic. Or. 2, 44.* Ad id unde aliquis status ostenditur, vela dare. *Liv. 31, 45. med.* Velis in altum datis Icum pervenere. *Cic. Tusc. 4, 4. f.* Vela facere; et *ib. 5.* pandere. *Or. Met. 3, 663.* deducere. V. DEDUCO. *Virg. A. 3, 268.* Tendunt vela Noti; et *ib. 683.* ventis intendere vela secundis; et *ib. 4, 574.* solvere. *Quint. in epist. ad Tryphon.* permittere ventis. *Caes. B. C. 2, 25. f.* dirigere ad aliquem locum. *Cic. Att. 1, 16.* contrahere; et *Virg. G. 1, 373.* legere. *Hirt. B. Alex. 45. med.* subducere; et *ib. 46.* Velis profugere. *Cic. Tusc. 1, 49. f.* Passis velis per-*chi. Id. Dom. 10.* Plenissimis velis navigare; et *Virg. A. 7, 23.* Neptunus ventis implevit vela secundis. P Hypallage est in illo *Virg. A. 3, 472.* classem velis aptare: pro aptare vela classi. P Saepe servit allegoriae. *Cic. Dom. 10.* Cum senatum a gubernaculis dejecisses, populum e navi exturbasses, ipse archi-

pirata cum grege praedonum impurissimo plenissimis velis navigares. *Hor. Od. 1, 34, 2.* Insanientis dum sapientiae Consultus erro, nunc retrorsum Vela dare, atque iterare cursus Cogor relictos. *Id. ib. 2, 10, 22.* sapienter idem Contrahes vento nimium secundo Turgida vela. *Id. Ep. 2, 2, 201.* Non agitur tumidis velis Aquilone secundo: Non tamen adversis aetatem ducimus Austris. *Id. Od. 4, 51, 1.* Phoebeis volentem proelia me loqui, Victas et urbes, increpuit, Iyra, Ne parva Tyrhenum per aequor Vela darem. *Op. Pont. 1, 8, 71.* moderatius opta, Et voti, quaeso, contrahe vela tui. *Id. A. Am. 2, 725.* Sed neque tu dominam velis majoribus us Desine, nec cursus anteat illa tuos. *Cic. Tusc. 4, 5.* Utrum panderem vela orationis statim, an eam ante paululum dialecticorum remis propellerem. *Mart. 8, 70.* dare vela Famae, h. e. permittere se Famae. *P. Velis equisque, et remis velisque, est omni conatu, diligencia, studio, celeritate. Cic. Tusc. 3, 11. f. Res misera, detestabilis, omni contentione, velis, ut ita dicam, remisque fugienda. Id. Off. 3, 33.* Cum his velis equisque, ut dicitur, decertandum est. V. EQUUS. *Sic Pl. As. 1, 3, 5.* Remigio veloquo, quantum poteris, festina et fuge. *P. Velum extra rem nauticum est linteum, pannus, velamen, velarium, aulaeum ad quippiam tegendum. Cic. Verr. 2, 5, 12.* Tabernacula carbaisis intenta velis. *Id. Cat. 2, 10. med.* Quos pexo capillo, nitidos videtis, manicatis tunicis, velis amictos, non togis. *Plin. ep. 4, 19.* Eadem, si quando recito, in proximo, discreta velo sedet; et *Sen. ep. 80.* Allevare velum; et *Lamprid. Alex. Sev. 4.* Ut salutaretur patente velo admissionalibus remotis. *Suet. Claud. 10.* Inter praetenta foribus vela se abdidit. *Juven. 6, 226.* Ornatas paulo ante fores, pendencia linquit Vela domus. *Adde 9, 105.* *P. [Etiam in theatro, amphitheatro, et aliquando in foro vela superne extendebantur, ne solis ardor, vel imber spectantium nudis capitibus noceret. Plin. 19, 1, 6.* Carbasina vela primis in theatro duxisse traditur Lentulus Spinther Apollinaribus ludis. Mox Caesar dicitur totum forum Romanum intexit, viamque sacram ab domo sua ad cliivm Capitolium; et *nox:* Vela nuper colore coeli, stellata, per rudes iere etiam in amphitheatro principis Neronis. *Lucr. 4, 73.* Et vulgo faciunt id lutea, russaque vela, Et ferrugina, cum magnis intenta theatris Per malos vulgata trabesque tremantia flutant. *Prop. 4, 1, 15.* Nec sinuosa cavo pendebant vela theatro. *Adde Op. A. Am. 1, 103.* *Inscr.* reperta paucis abhinc annis in pariete depicta Pompejis, quae programmatis loco fuit; edita vero in *Relaz. degli scavi di Pompei p. 4.* A. Suetitii Cerii aedilis familia gladiatoria pugnabit Pompeis Pr. K. Junias: venatio; et vela erunt: sc. in amphitheatro, in quo munera gladiatoria, et venationes dari solebant. *F.] P. Translate. Cic. Q. Fr. 1, 1, 5.* Multis simulationum involucris tegitur, et quasi velis quibusdam obtenditur uniuscujusque natura.

VELUMEN. V. VELLIMEN.

VELUT et Velluti, adv. ὡς, ut, tanquam, quemadmodum, sicut; a vel, et ut, aut uti. *Pl. Poen. 4, 1, 2.* Studeo hunc lenonem perdere, velut meum herum miserum macerat. *Caes. B. G. 3, 18. extr.* Lacti, velut explorata victoria, ad castra pergunt. *Sall. Cat. 1.* Vitam silentio transire, veluti pecora, quae, etc. *Nep. Ann. 1.* Velut hereditate relicto odium paternum erga Romanos sic confirmavit, ut, etc. *Cic. Har. resp. 4. med.* Si in me impetum facere conabatur, resistam, et ejus conatum refutabo: velut hesterno die, cum mihi minaretur, voce tantum attigi legum initium; consedit ille: conticuit. *Id. Fin. 2, 35.* Elogia monumentorum id significant: velut hoc ad portam; et *N. D. 2, 48.* Bestiae aquatiles, quae gignuntur in terra, veluti crocodili, etc. *Virg. A. 2, 378.* Obstupuit, retroque pedem cum voce repressit: Improvisum aspris veluti qui sentibus anguem Pressit humi nitens, trepidusque repente refugit. *Tibull. 1, 7, 25.* Saepe, velut gemmas ejus, signumque probarem, Per causam memini me tetigisse manum. *Plin. 27, 5, 20.* Comae hyperici tritae velut eruantur: οἰορεὶ ἀψυχοῦν. *P. Pro quasi, paene. Op. Met. 2, 116.* ut terras mundumque rubescere vidit, Cornuque extremae velut evanescere lunae. *Plin. de gallis gallinae. 10, 21, 24.* Dimicacione paritur hoc quoque inter ipsos, velut ideo tela agnata cruribus suis intelligentes. *P. Velut si, tanquam si, quasi. Caes. B. G. 1, 32.* Absentis Ariovisti crudelitatem, velut si coram adesset, horrebant. *Liv. 21, 16.* Tantus patres metus de summa rerum cepit, velut si jam ad portas hostis esset. *[Cajus Institut. 3. (ed. Goeschenio) §. 225.* Atrox autem injuria aestimatur vel ex facto, velut si quis ab aliquo vulneratus, aut verberatus fustibus caesus fuerit; vel ex loco, velut si cui in theatro, aut in foro injuria facta sit; vel ex persona, velut si magistratus injuriam passus fuerit. *F.] P. Et sequente ita, sic. Liv. 29, 28. med.* Itaque, velut si urbem aggressurus Scipio foret, ita ad arma est conclamatum. *Cic. Tusc. 1, 10.* Velut in cantu et fidibus, sic ex corporis totius natura, etc. *Colum. 3, 18. med.* Velut per fistulam, ita per apertam vitis medullam

Tom. IV.

humor trahitur. *Liv. 31, 18. f.* Cum veluti Sagunti excidium, sic Philippo Abydenorum clades ad bellum animos fecisset.

*VEMANIA, ae, f. oppidum Vindeliciae, hodie, ut creditur, Wangen. *Anton. Itin. et Tab. Peuting. P. Viania audit Notit. Imper. B. A.*

VENA, ae, f. φλέψ, φλεβός, ἀγγείον, vas in corpore animalis, quo continetur sanguis ad cor refluens. Differt ab arteria multipliciter, ut in ea voce dictum est. *Cic. N. D. 2, 55. extr.* Venae, et arteriae a corde tractae et profectae, in corpus omne ducuntur. *Lucr. 3, 443.* Sanguinem venis detrahere. *Virg. G. 3, 460.* ferire pedis salientem sanguine venam, i. e. sanguinem mittere ad morbi vim frangendam. *Cels. 2, 10.* Venam incidere. *Suet. Vit. Lucan. f. secare. Tac. A. 15, 35.* interscindere; et *ib. 59.* abrumpere; et *ib. 69.* abscondere. *Id. ib. 16, 17.* Venas exsolvere; et *ib. 19.* aperire. *Juven. 6, 46.* pertundere. *Colum. 6, 14.* solvere. *P. Morti damnatos incisus venis interficere saepe mos fuit: ipsique morti addicti hoc se modo vita privabant, quia eorum, ut ait Tac. A. 6, 29., qui de se statuebant, humabantur corpora, manebant testamenta, pretium scilicet festinandi. Adde Sen. Consol. ad Marc. 22.* Exempla passim ap. *Tac. et Suet.* occurrent locis modo cit. et alibi. *Cic. Har. resp. 16. f.* Eum in vincula conjecit, et medicum intromisit suum, qui legato, socio, amico, libero foedissime et crudelissime venas incideret. *Adde Pis. 34.* *P. Metonymice est ipse sanguis. Sidon. Carm. 7, 83.* solitosque cruentum Lac potare Getas, et pocula tingere venis. *P. Venae arterias quandoque significant. Cic. Pat. 8.* Si cui venae sic moventur, is habet febrem. *Cels. 3, 6.* Venis enim credimus, fallacissimae rei, quia saepe istae lentiores, celeriores vunt et aetate, et sexu, et corporum natura. *Sidon. ep. 22.* et *Pers. 3, 107.* Venas tangere. *Sic Suet. Tib. 72. f.* tentare. *Cels. 3, 5. med.* Si protinus venae conciderunt, i. e. arteriarum pulsus, viribus deficientibus, languit. *Op. Pont. 3, 1, 69.* Ad medicum specto, venis fugientibus, aeger. *P. Vulgi persuasio fuit, vinum potum statim in venas influere. Hor. Ep. 1, 15, 19.* de vino: generosum et lene requiro, Quod curas abigat; quod cum spe divite manet In venas animumque meum. *Phaedr. 4, 14.* irrigatus multo venas nequere. *Virg. Ecl. 6, 15.* Inflatum hesterno venas, ut semper, Iaccho. *Plin. 23, 1, 20.* Venae mero excitantur. *Lucr. 4, 952.* cibus in venas cum didit omnes. *P. Per metaphoram dicuntur de meatibus aquarum, et metallorum. Hirt. B. G. 8, 43.* Cuniculis venae fontis intercisae sunt atque aversae. *Mart. 10, 30.* Nec in Lucrina lota Salmacis vena, h. e. in aqua. *Cic. N. D. 2, 60. med.* Nos aeris, argenti, auri venas penitus abditas invenimus. *Juven. 9, 31.* tenue argentum, venaeque secundae. *P. Item de ductibus urinae. Cels. 4, 1. med.* A renibus singulae venae colore albae ad vesicam feruntur: οὐρητικῆς Graeci vocant. *P. Item de meatibus, fibris, et lineis arborum, marmoris, lapidum. Plin. 16, 38, 73.* In quarundam arborum carnibus pulpa, venaeque sunt. Discrimen earum facile: venae latiores candidioresque, pulpae fissilibus insunt; et *13, 15, 30.* Mensis praecipua dos in venam crispis, vel in vortices parvos. *Id. 37, 6, 24.* Indicam onychen plures habere varietates, igneam, nigram, corneam, cingentibus candidis venis oculi modo, intervenientibus quarundam oculis obliquis venis: et *ib. 10.* Medium gemmam secans flamma vena. *Stat. Silo. 1, 3, 36.* An picturata lucentia marmora vena Mirer? *P. Plin. 17, 11, 15.* venas arearum dicit areas ipsas seminarii longo tractu ductas. *P. Vena de intima parte cujusque rei. Virg. A. 6, 6.* quaerit pars semina flammae Abstrusa in venis silicis. *Id. ib. 4, 2.* Vulnus alit venis, et caeco carpitur igni. *Cic. Cat. 1, 13.* Periculum residebit, et erit inclusum in venis, atque in visceribus reipubl. *Id. Or. 1, 52.* Teneat orator oportet venas cujusque generis, aetatis, ordinis, et eorum apud quos aliquid aget, mentes sensusque degustet, h. e. intimam naturam, ingenium, indolem. *Sever. in epist. ap. Spart. Pesc. 3.* Haec, si ulla vena paterna disciplinae in nobis viveret, fierent? Similia habet *Pers. 1, 103.* *P. Illa translata sunt a venis aquarum, aut metallorum. Hor. Od. 2, 18.* 7. Nec Laconicas mihi Trahunt honestae purpuras clientae: At fides, et ingenium Benigna vena est. *Id. A. P. 409.* ego nec studium sine divite vena, Nec rude quid possit, video, ingenium. *Juven. 7, 53.* Sed vatem egregium, cui non sit publica vena, Qui nihil expositum soleat deducere, etc. *Op. Trist. 3, 7, 15.* Hoc (ingenium) ego Pegasidas deduxi primus ad undas, Ne male fecundae vena periret aquae. *Quint. 6, 2. med.* Tenuis et angusta ingenii vena. *P. Το αἰδοῖον ἀδὲν ἐνὸν. Pers. 6, 72., Mart. 4, 66., 6, 49. et 11, 16.*

VENABULUM, i, n. ἀροβόλον, telum, quo venantes utuntur, aciei longissimae. *Cic. Fam. 7, 1.* Aut praecleara bestia venabulo transverberatur. *Martial. 14, 31.* longo venabulo rostro. *Virg. A. 4, 131.* lato venabulo ferro. *Op. Her. 4, 83.* venabula cornea. *Id. Met. 8, 419.* Splendidaque adversus venabula condit in armos. *P. Sagittarum venabula*

Plin. 8, 8, 8. dicit sagittas grandiores in venatu elephantorum adhibitas.

[VENAFER, fra, frum, adj. idem ac Venafra-nus. *Inscr. ap. Grut. 567, 3.* M. Ovius (lege Ovi-nius) M. F. Ter. Rufus Venafra. *F.]*

[VENAFRANIUS, a, um. V. VENAFRUM. *F.]* VENAFRANUS, a, um, adj. ad Venafrum pertinens. *Hor. Od. 3, 5, 55.* Tendens Venafros in agros. *Juven. 5, 86.* Ipse Venafro piscem perfundit; at hic, qui Pallidus affertur misero tibi caulis, olebit Laternam, h. e. optimo oleo.

[VENAFRIUS, a, um. V. v. sq. *F.]* VENAFRUM, i, n. Venafro, urbs Campaniae, in confinio Samnii, in colle, a Vulturno fluvio non-nihil distans, olei ferax. *Hor. Od. 2, 6, 15.* viridi-que certat Bacca Venafro. *Mart. 13, 101.* Hoc tibi Campani sudavit bacca Venafri. *[Paul. Nol. Carm. 14, 77.* Huc et olivifero concurrat turba Venafro. *P. Hinc derivatum est nomen gentilicium Venafrius, et Venafrianus. Inscr. Venafra ap. Mur. 1507, 12.* Heic sita sunt ossa Q. Venafrii. *Alia ap. eund. 1447, 5.* Venafra Festa. *Alia ap. Cotugno, Mem. di Venafro p. 86.* Q. Venafrianus Col. I. (h. e. colonia libertus) Felix. V. AMITERNUM. *F.]*

VENALICIARIUS, a, um, adj. ad venaliciam pertinens. *Ulp. Dig. 32, 1, 71.* Venaliciarium exercere, h. e. negotiationem venalium. *African. ib. 50, 16, 207.* Mercis appellatione homines non contineri, Mela ait: et ob eam rem mangones non mercatores, sed venaliciarios appellari ait, et recte. *Adde Paul. ib. 21, 1, 41. et Ulp. ib. 14, 4, 1;* ubique autem intelliguntur ii, qui in venalibus servis negotiantur.

VENALICIUS, a, um, adj. ὄμιος, venalis: et dicitur de servis novitiis, ut in v. sq. dicitur. *Plin. 35, 18, 58.* Hoc est insigne venalicii gregibus. *Suet. Aug. 42. med.* Venaliciae familiae. *Inscr. ap. Grut. 411, 1. et 637, 5.* Mercator venalicius. *P. Venalicius absolute est negotiator venalium servorum. Cic. Or. 70.* Neque me divitiae movent, quibus omnes Africanos et Laelios multi venalicii mercatoresque superarunt. *Plin. 21, 26, 97.* Hyacinthi radix est bulbacea, mangonicis venalicii pulvere nota. *P. Venalicia, orum, venales, ut servitia servi. Ulp. Dig. 28, 8, 5.* Qui possit etiam ea, quae nimium sumptuosa sint (velut jumenta, aut venalicia) vendere. *P. Venalicium, ii, est mercatus servorum Venul. Dig. 21, 1, 65.* Quicumque ex venalicio novitiorum emptus, alicui ministerio praepositus sit, h. e. ex turba, seu grege venalium. *Petr. Sat. 29.* Erat autem venalicius titulus pictum, et ipse Trimalechio capillatus caduceum tenebat, Minervaque ducente Romam intrabat, h. e. venales cum titulis pictis in quibus patria, nomen, aetas singulorum adscribebantur. *Inscr. ap. Grut. 5, 1. et 2. et 8, 3.* Genius venalicii. *Alia ap. Marin. Frat. Arv. p. 712.* Testor Deos, una me tecum congressum in venalicio, una domo liberos esse factos. *P. Est etiam vectigal rerum venalium. Imp. Arcad. et Honor. Cod. 12, 19, 4.* Qui in sacris scriis nostris referuntur, superindictum non timeant, venalicio non petatur; solumque canonicae indictionis praestent tributum.

VENALIS, e, adj. ὄμιος, expositus emptoribus, vendibilis. *Cic. Off. 3, 14.* Venales hortos habere. *Id. Agr. 3, 4.* Possessiones venales ac proscriptas hac lege video. *Id. Quint. 13.* Vocem venalem habere, h. e. praecone esse. *Plin. 19, 4, 19. n. 2.* Cibus uno asse venalis. *Sil. 15, 503.* Venales animae. *Varr. R. R. 1, 16.* Ubi non sit quo deferri possit venale, non expedit colere hortos. *P. Aliquando ponitur pro avaro, sordido, qui pecuniae, aut obsonii gratia se ipsum venderet, nihilque facere recusaret. Sall. Jug. 39. extr.* Urbem venalem, et mature perituram, si emptorem invenit. *Liv. 35, 50.* Trahentibus ad Antiochum quibusdam venalem pretio multitudinem. *Cic. Dom. 19.* Denique ille novitius Ligur, venalis ascriptor et subscrip-tor tuus. *Id. Verr. 2, 3, 62. med.* Habere fidem, jusjurandum, veritatem, officium, religionem venalem. *Prop. 2, 13, 21.* Nunquam venales essent ad munus amicae. *Mart. 3, 60.* Cum vocor ad coenam non jam venalis, ut ante. *P. Interdum venales, si nihil addas, servi intelliguntur, qui ad vendendum sunt expositi, et proprie novitii. Servorum enim alii novitii sunt, alii veteratores. Quint. 8, 2.* Item quod commune est et aliis nomen, intellectu alicui rei peculiariter tribuitur, ut urbem, Romam accipimus; et venales, novitios; et Corinthia, aera: cum sint urbes aliae quoque, et venalia multa, et tam aurum et argentum, quam aes Corinthium. *Pl. Trin. 2, 2, 51.* Mercaturamne, an venales habuit? *Sen. Ben. 13. extr.* Mercator urbibus prodest, medicus aegris, mango venalibus. *Id. ep. 80. med.* Detrahis vestimenta venalibus, nequa vitia corporis lateant. *Cic. Verr. 2, 5, 56. f.* Venales Asiatici. *Plin. 35, 17, 57.* Creta pedes venalium trans mare advectorum denotare. *P. Sunt qui scrib. venalis.*

V. VENEQ. VENALITAS, atis, f. avaritia, sordes, cum quis pecuniae et lucri causa ab officio recedit. *Imp. Zeno Cod. 4, 59. f. et Sidon. ep. 5, 13. med.*

VENALITER. V. VERNALITER.

*VENAMI, orum, populi Galliae Aquitanicae. *Plin.* 4, 19. *B. A.*

*VENARIA, ae, f. insula maris Ietrusci, Italiae adiacens. *Plin.* 3, 6. *P. In Mart. Capell.* 6. *med.* p. 207. *ed. Grot. impressum Venaria. B. A.*

VENANTIUS FORTUNATUS Duplavilensis, in agro Tarvisino natus est, poeta Christianus, episcopus Pictaviensis in Gallia, scripsit libros quatuor carminum de vita S. Martini, et alia multa, quae diligentissime collegit, illustravit et edidit Romae ann. MDCLXXXVI. *Mich. Ang. Luchius* monachus Cassinensis. Floruit sub Justino juniore, saeculo Christi sexto. Stilus ejus inconditus est, et in prosodia licentia non imitanda.

VENATICUS, a, um, adj. venaticus: ut Venaticia praeda, *Amnian.* 29, 3. et 30, 1.

VENATICUS, a, um, adj. *θηρευτικός, κυνηγετικός*, ad venationem spectans. *Varr. R. R.* 2, 9. Canum duo genera, unum venaticum, et pertinet ad feras bestias ac silvestres; alterum quod custodiae causa paratur. *Cic. Ferr.* 2, 4, 13. Mirandum in modum canes venaticos diceret: ita odorabantur omnia, et pervestigabant. *Pl. Mil.* 2, 2, 113. Ibo odorans, quasi canis venaticus, usque donec persecutus vulpem ero vestigiis. *Hor. Ep.* 1, 2, 65. venaticus ex quo Tempore cervinam pellem latravit in aula, Militat in silvis catulus. *P. Canum venaticorum elegantissime excogitata nomina habes ap. Ov. Met.* 3, a v. 206. *P. Translate Pl. Capt.* 1, 1, 17. Pro latris rebus parasti venatici sumus, h. e. macri, et ad coenam foris captandam expediti. V. INVENATICUS.

VENATIO, onis, f. *θηρία, κυνήγια, κυνηγεσία*, ferarum persecutio. *Cic. Sen.* 16. *med.* Conditoria facit haec supervacanei operis aucupium atque venatio. *P. Sumitur etiam pro spectaculo venatorio. Nam ad populi voluptatem servi et inter se pugnant, qui dicebantur gladiatores, et cum bestiis, unde bestiarum appellati sunt. Cic. Fam.* 7, 1. Reliquae sunt venationes, bina per dies quinque, magnificae, nemo negat. Sed quae potest esse homini politico delectatio, cum aut homo imbecillus a valentissima bestia laniatur, aut praeclara bestia venabulo transverberatur? *Suet. Claud.* 21. Circenses frequenter etiam in Vaticano commisit, nonnunquam interjecta per quinos missus venatione, h. e. quintuplici ferarum immissione edita. *Inscr. ap. Grut.* 352, 1. T. Ancharius Priscus, aedilis, quaestor gladiatorum paria triginta, adjecta venatione, edidit. *P. Item pro ipsa praeda venatione parata, et quidem pro carne ferina, quia feras tantummodo bestias venari solemus. Liv.* 35, 49. Cum miramur, unde illi eo tempore anni tam multa et varia venatio; homo renidens, condimentis, ait, varietatem illam et speciem ferinae carnis, ex mansueti suae factam. *Cels.* 5, 26. n. 30. Et avis, et venatio, et suilla elixa dari potest. Adde *Cic. Fin.* 2, 8. et *Cels.* 2, 20, 24. et 26. *P. Venatio interdum a venatu ita distinguitur, ut illa sit praeda venatione parata, hic ferarum persecutio. Sidon. ep.* 4, 9. de viro illustri: Ferarum carnibus abstinet, cursibus acquiescit; itaque occulte delicateque religiosus venatu utitur, nec utitur venatione. *P. Hinc septem venationis, ap. Varr. R. R.* 3, 12. et *Colum.* 9. *praef.*

VENATOR, oris, m. *θηρατής, θηρευτής, κυνηγός*, qui venatur, qui feras persequitur. *Cic. Tusc.* 2, 17. Pernoctant venatores in nive, in montibus uri se patientur. *Hor. Od.* 1, 1, 25. manet sub Jove frigido Venator tenerae conjugis immemor. *P. Est inter officia domus Augustae. Inscr. ap. Don. cl. 7. n. 114.* Callisthenes Caesaris venator. *Alia ap. Mur.* 531, 2. Collegium venatorum. *P. Translate. Pl. Mil.* 3, 1, 14. Venator adest nostris consiliis cum auribus plagis. *Cic. N. D.* 1, 30. Speculator venatorque naturae. *P. Loco adjectivi. Virg. A.* 12, 751. Venator cursu canis et latratibus instat. *Stat. Th.* 9, 685. venator equus. Sic pugator juvenecus, *Virg. A.* 11, 680. bellator equus, *Id. ib.* 89. et *Tac. G.* 14. praedator equus, *Stat. Th.* 4, 317. bellator taurus, *Id.* 3, 330. latrator molossi, *Mart.* 12, 1. taurus arator, *Ov. Fast.* 1, 698. et *Suet. Vesp.* 5. Quae collegit *Broukus.* ad *Tibull.* 1, 11, 46. *P. Est etiam qui in spectaculo venatorio sese cum beluis pugnaturum offerebat. Appul. Met.* 4. Gladiatores istae famosae manus, venatores illic probatae pernicitatis, alibi noxii, perdita securitate, suis epulis bestiarum saginas instruentes. *Cassiod. Var.* 5, 52. Si venit ad pretium delectabilis cantilena, quo munere venator explendus est, qui, ut spectantibus placeat, suis mortibus elaborat? *Tert. ad Mart.* 5. Alii inter venatorum taureas scapulis patientissimis inambulaverunt.

VENATORIUS, a, um, adj. *θηρευτικός*, ad venatorem spectans. *Nep. Dat.* 3. Gerens in capite galeam venatoriam. *Plin. ep.* 3, 19. Venatorium instrumentum. *Suet. Aug.* 19. f. Venatorius culter.

VENATRIX, icis, f. *κυνηγέτις*, quae venatur. *Virg. A.* 1, 322. Namque humeris de more habilem susponderat arcum Venatrix. *Ov. Met.* 2, 454. Dea venatrix, h. e. Diana. *Sic Juven.* 13, 80. Per calamos venatricis pharetramque puellae. *Mart.* 11, 69. Canis venatrix. *Ov. Met.* 2, 492. ursa. *P. De loco, ubi saepe venatio fit. Virg. A.* 9, 177. Ida venatrix.

VENATORA, ae, f. idem ac venatio. *Translate. Pl. Mil.* 4, 1, 43. Viden' tu illam oculis venaturam facere, atque aucupium auribus? h. e. sermones nostros, et facta clam indagare.

VENATUS, a, um, part. a *venor*, qui venatus est. *Ov. Fast.* 2, 163. Mille feras Phoebe silvis venata redibat.

VENATUS, us, m. idem ac venatio. *Cic. Tusc.* 5, 34. Labor in venatu, sudor, cursus ab Eurota, fames, sitis. *Ov. Her.* 15, 17. Quis tibi monstrabat saltus venatibus aptos? *Virg. A.* 7, 746. assuetaque multo Venatu memorum gens; et *ib.* 9, 605. Venatu invigilant pueri; pro venatu. V. dicta in ASPECTUS. *P. De piscatu. Pl. Rud.* 4, 3, 30. Dominus huic, nisi ego, nemo natus est, hunc qui cepi in venatu meo.

VENDAX, acis, adj. omn. gen. *φιλοποιήτης*; qui facile, seu libenter vendit. *Cato. R. R.* 2. *extr.* Patrem familias vendacem, non emacem esse oportet.

VENDIBILIS, e, adj. *πυλωτός, ώρητός*, qui facile vendi potest. *Cic. Agr.* 2, 14. Adjungetur etiam illa via vendibilis Herculanea, multarum deliciarum, et magnae pecuniae. *Hor. Ep.* 1, 17, 47. Et fundus nec vendibilis, nec pascere firmus. *Varr. R. R.* 1, 4. Arbusta atque oliveta vendibiliorem agrum faciunt. *P. Translate. Cic. Am.* 25. Tamen illius vendibilem orationem religio Deorum immortalium nobis defendentibus facile vincebat, h. e. popularem, probabilem et gratam vulgo: quia quae grata sunt, facile emptorem inveniunt. *Id. Fin.* 1, 3. f. An, partus ancillae sitne in fructu habendus, dissereret inter principes civitatis: nosque ea scripta legimus libenter; haec quae vitam continent omnem, negligentur? nam ut sint illa vendibilia, haec uberiora certe sunt. *Id. Brut.* 47. Horum aetati prope conjunctus L. Gellius non tam vendibilis orator, quam ut nescires, quid ei deesset. *Ov. Am.* 3, 12, 9. quid enim formae praeconia feci? Vendibilis culpa facta puella mea est, h. e. quia illam laudavi, coepit aliis innotescere, et placere, et flagrantibus se vendere.

VENDIBILITER, adv. care, magno pretio. *Comp. vendibilis ap. Hieron. ep.* 130. n. 18. Fuge lasciviam puellarum, quae ornant capita, crines a fronte demittunt, cutem poliunt, ut sub nomine virginali vendibili pereant. V. *Ov. l. c.* in VENDIBILIS et LUCROSE. F.]

VENDICIO, V. VENDICO.

VENDITARIUS, a, um, adj. *πρωίμος*, venalis: et dicitur de iis, quae vendere cupimus. *Pl. Stich.* 1, 3, 102. Negato esse quod dem, nec mu, nec mutuum, neque aliud quidquam, nisi hoc quod habeo pallium: linguam quoque etiam venditariam.

VENDITATIO, onis, f. *επιδείξις, ἀκαζορέα*, actus venditandi, ostentatio. *Cic. Tusc.* 2, 26. f. Quin etiam mihi quidem laudabiliora videntur omnia, quae sine venditione, et sine populo teste fiunt. *Id. Am.* 23. A multis virtus contemnitur, et venditatio quaedam atque ostentatio esse dicitur. *Plin.* 29, 1, 8. Ostentatio artis, et portentosa scientiae venditatio.

VENDITATOR, oris, m. qui aliquid ostentat et jactat. *Tac. H.* 1, 49. Famae nec incuriosus, nec venditor.

VENDITATUS, a, um, part. a *vendito*, saepe venditus. *Tac. A.* 14, 50. Venditata ab eo munera principis, et adipiscendorum honorum jus. F.]

VENDITIO, onis, f. *πώλη, πώσις*, actus vendendi. *Sen. Ben.* 5, 10. Venditio alienatio est, et rei suae, jurisque in ea sui in alium translatio. *Cic. Rose. Am.* 38. Ostendit, si sublata sit venditio honorum, illum pecuniam grandem amissurum. *Id. ib.* 44. Quam ad diem proscriptionem venditionesque fiant. *Scaevola Dig.* 26, 7, 55. Venditionem animalium facere. *Ulp. ib.* 3, 5, 1. Venditionem pati, aut pignoris distractionem. *Id. ib.* 18, 2, 4. *med.* et *ib.* 43, 23, 11. *med.* Antequam venditio transferatur, h. e. ipsa res vendita. *P. Olim venditiones dicebantur censorum locationes, quod velut fructus publicorum locorum venibant: Festus.*

VENDITO, as, a. l. *φιλοπολήω*, vendere cupio, venale propono. Non enim frequentativum est, sed desiderativum. *Cic. Att.* 1, 14. f. Tusculanum vendit, ut, si possit, emat Pacilianam domum. *Plin. ep.* 1, 24. Tranquillus vult emere agellum, quem venditare amicus tuus dicitur. *P. Interdum reperitur pro saepe, frequenter, continue vendere. Plin.* 22, 22, 38. Haec est, quam Aristophanes Euripidi poetae objicit joculariter, matrem ejus ne olus quidem legitimum venditasse, sed scandicem. *Colum.* 8, 16. Cato tutor Luculli grandi aere piscinas venditabat. *Pl. Mil.* 2, 3, 41. Non possum, quae ipsa sese vendit, tutarier, h. e. se prostituit. [*V. Lindem. ad h. l.] *P. Item pro passim vendere. [*Minime gentium! Venditare dicitur h. l. sensu turpi de eo, qui vendit, quae vendere nefas. V. Doederl.* 4, 119. sq.] *Cic. Ferr.* 2, 2, 54. *med.* Istius omnia decreta, imperia, litteras peritissime et callidissime venditabat. [*Praeter hunc locum *Doederl.* l. modo l. habet ista: *Cic. Ferr.* 2, 4, 59. §. 133. *Quint.* 12, 7, 6. et *Liv.* 14, 25. quae *Noster.* §. seq. adscripsit; et 38, 42. Pacem pretio venditare. Pertinent huc etiam alia quaedam de exemplis §. sq.]

*P. Translate snmitur pro ostentare: tracta ab institoribus metaphora, qui merces suas ostentare praecipue solent. [*Ingentem exemplorum numerum ex Ciceronis scriptis collectum reperies in *Schütz. cl. Cic. s. h. v.*] *Auct. ad Her.* 2, 30. Venditare ingenium, et ostentare memoriam. *Cic. Att.* 8, 16. et *Sull.* 11. et *Liv.* 3, 35. Venditare se alicui, h. e. se praebere, se offerre, se jactare. *Liv.* 44, 25. et *Just.* 5, 3. alicui operam suam. *Liv.* 39, 42. *med.* obsequium amatori. *Claud. B. G.* 566. foedera fallax Ludit, et alternae perjuriam vendit aulae, h. e. jactat, praedicat, gloriatur se perjurum fuisse. *P. [*Venditare idem etiam quod laudare. Cic. Att.* 1, 16. Antonio tuo nomine gratias egi, eamque epistolam Manlio dedi. Valde te venditavi. Ita *Schütz.* et *Orell.* Alii tamen aliter legunt, neque certa loci est lectio. Cf. *Schütz. cl. Cic. s. h. v.*] *P. Part. Venditans ead. significatione habet *Vell.* 2, 63. Senatui se litteris venditans.**

VENDITOR, oris, m. *πωλητής, πρίστης*, qui vendit. *Cic. Off.* 8, 12. Ut ne quid omnino, quod venditor norit, emptor ignoret. *Id. in Sen.* 4. *med.* Mercatores provinciarum ii sunt, ac venditores nostrae dignitatis. *Varr. R. R.* 3, 5. *med.* Ne turdi alieno tempore venditoris moriantur, h. e. tempore non opportuno venditori.

VENDITRIX, icis, f. quae vendit. *Scaevola Dig.* 18, 3, 8. Testatus est, defuisse venditricem.

VENDITUS, a, um, part. a *vendo*: venundatus, *καταπραδείς*. *Sen. Ben.* 6, 38. Constat negotiatio ex empto et vendito. V. *Mart. l. c.* in v. sq.]

VENDO, is, idi, itum, a. *πώλεω*, venditionem facio, rem alteri pretio accepto trado, alienae, mancipio: contractum a *venundo*. *Pl. Ps.* 1, 3, 118. Juravisti, te illam nulli venditurum, nisi mihi. *Id. Pers.* 4, 4, 31. Aut hoc emptore vendas pulere, aut alio non potes. *Id. As.* 1, 1, 74. Argentum accepi, dote imperium vendidi. *Cic. Ferr.* 2, 3, 98. Si ubertas in percipiendis fructibus fuit, consequitur vilitas in vendendis, ut aut male vendendum intelligas, si processit; aut male perceptos fructus, si recte licet vendere; et *ib.* Quam optime vendere. *Id. Sext.* 26. aliquid pecunia grandi. *Id. Off.* 3, 12. *med.* Vendo meum non pluris, quam ceteri, fortasse etiam minoris. *Id. Ferr.* 2, 3, 53. Dicit, quanti cujusque agri decumas vendiderit; et Data est opera a me, ut quam plurimo decumas venderem; et Cur non ita magno vendidisti? *Pl. Merc.* 2, 3, 93. Viginti minis opinor posse me illam vendere. *Mart.* 12, 102. merx est, quae vendita saepe Vendentem nunquam deserit, aut minuit. [**Liv.* 40, 51. quas (tabernas) vendidit in privatum.] *P. Translate. Hor. Ep.* 2, 1, 75. Injuste totum ducit, venditque poema, h. e. laudat quasi venditurum. *Tibull.* 1, 4, 53. At tibi qui Venerem docuisti vendere primum. [**V. Heyn.*] *Pers.* 1, 122. Hoc ridere meum, tam nil nulla tibi vendo Iliade. *Juven.* 7, 135. purpurea vendit Causidicum, vendunt amethystina, h. e. commendant, et in causa sunt, cur locet multis operam suam. *Cic. Att.* 13, 12. Ligarianam praecleari vendidisti, posthac quidquid scripsero, tibi praeconium deferam, h. e. praecleari commendasti, ut ait *ib.* 19., et effecisti, ut probaretur a multis. *Juven.* 8, 192. Vendere sua funera. *Pers.* 6, 75. animam lucro; et *Mart.* 5, 16. verba sollicitis, h. e. mercede causas orare. *P. Vendere dicuntur, qui lucri et pecuniae causa quippiam alteri per nefas concedunt. Virg. A.* 6, 621. Vendidit hic auro patriam, dominumque potentem Imposuit; et *Juven.* 10, 77. Vendere suffragia. *P. Vendere pro locare quidam putant usurpari a Cic. Ferr.* 2, 1, 54. f. alii negant. V. VENDITIO. [**Vendere et mancipare secundum *Doederl.* 4, 121. ita differunt, ut hoc non nisi mercatoris actum, mancipare etiam juris constitutiones in rebus vendendis comprehendat. P. Permut. vendere et emere. V. *Beier.* ad *Cic. Off.* 2, 296.]*

VENEDI, orum, m. plur. *Ουενέδαι*, populi Germaniae septentrionalis ad Vistulam fluv. *Plin.* 4, 13, 21. Quidam haec habitari ad Vistulam usque fluvium, a Sarmatis, Venedis, Sciris, Hiris tradunt. *Tac. G.* 46. Peucinatorum, Venedorumque, et Fennorum nationes Germanis ac Sarmatis adscribam, dubito; et *mox*: Venedi quidquid inter Peucinos, Fennosque silvarum ac montium erigitur, latrocinii pererrant. F.]

VENEFICA, V. VENEFICUS.

VENEFICULUM, i, (n. dimin. veneficii. *Not. Tir.* p. 134. Veneficus, veneficium, veneficulolum. F.]

VENEFICIUM, ii, n. *φαρμάκωνος, γοήτευμα*, crimen, quo quis veneno, malis pharmacis, aut incantationibus aliquid necat, maleficium. [**Giftmischerer*]. Apud Romanos erat crimen publicum, et capitale: deque eo primus quaestio est instituta, cum multarum matronarum fraude non pauci primores civitatis veneno sublatis sunt, ut *Liv.* 8, 18. et *Val. Mar.* 2, 5. n. 3. narrat. Adde *Mart. Dig.* 48, 8, 3. et V. orationem *Cic. pro Cluent.*, ubi hujus rei saepe fit mentio. *Tac. A.* 12, 66. Locusta nuper veneficii damnata. *Plin. ep.* 7, 6. *med.* Deferre aliquem falsi et veneficii reum. *P. De incantationibus: [*Zaubereien. De his et devotionibus v.*

Duker. ad Liv. epit. 8.] Cic. Brut. 60. Subito totam causam oblitus est: idque veneficiis et cantionibus Titiniae factum esse dicebat. Plin. 18, 6, 8. n. 2. C. Furius Cresimus in invidia magna erat, ceu fruges alienas pelliceret veneficiis; et mox: Instrumentum rusticum omne in forum attulit, etc. Postea dixit: veneficia mea, Quirites, haec sunt. Id. 25, 2, 5. Solis lunaeque defectus veneficiis et herbis cogi, eamque nunc feminarum scientiam praevalere. Or. Her. 6, 150. de Medea: Quosque veneficiis abstulit illa suis. Petr. Sat. 128. Veneficio contactus sum.

VENEFICUS, a, um, adj. φαρμακικός, ad veneficium pertinens. Or. Met. 14, 365. Concipit illa preces, et verba venefica dicit. Plin. 28, 3, 6. Hominum monstrificae naturae, et venefici aspectus. Id. 30, 2, 6. Veneficae artes. Solin. 25. med. Chamaeleon vermis elephantis veneficus. P Veneficus, i, m. absolute, φαρμακός, et Venefica, ae, f. φαρμακίς, incantationibus, aut malis medicamentis utens [*Giftmischer, Giftmischerin.] Cic. Cat. 2, 4. Quis tota Italia veneficus, quis gladiator, quis latro, quis sicarius, etc. [*Adde Inv. 2, 19.] Or. Her. 6, 19. Barbara narratur venisse venefica tecum. P Usurpantur in maledictis. Pl. Pers. 2, 4, 7. Etiamne dicis, ubi sit, venefice? Ter. Eun. 5, 1, 9. Quid ais, venefica? [*V. Exempla Cic. in Schützii et Cic. s. h. v.]

VENENARIUS, ii, m. φαρμακοποιός, qui parat, vel conficit, aut vendit venena. Suet. Ner. 33. Quod acceptum a quadam Locusta venenariorum indice (al. inelyta), cum opinione tardius cederet, etc. [*Cf. Oudendorp.] Adde Petr. fragm. Trag. 39. Burm. et Tert. Pud. 5. med. P Adjective venenarius calix, h. e. veneno temperatus, legitur ap. eund. Resurr. carn. 16. [*Hujus loci ordinem non recte instituit F. Debebat exemplum, quod adject. hujus voc. usum demonstrat, non in fine, sed ab initio collocari.]

VENENATUS, a, um, part. a veneno: ἰώδης, veneno imbutus, infectus. Cic. Quint. 2. Venenatum telum. Id. N. D. 2, 50. Venenata caro. P Item venenosus, h. e. venenum naturaliter habens. Cic. Har. resp. 24. Vipera venenata et pestifera. Or. Her. 12, 95. Arva venenatis pro semine dentibus implet. Plin. 32, 2, 12. Nihil est usquam venenatius, quam in mari pastinaca. Tert. Baptism. 1. Vipera venenatissima. P Translate est mordax, maledicus. Or. Trist. 2, 565. Candidus a salibus suffusus felle refugi: Nulla venenato littera mixta joco est. P Item magicus, veneficus, incantationibus idoneus. Id. Met. 14, 412. de Circe: illa paventum Ora venenata tetigit mirantia virga. P Significat etiam tinctum, colore imbutum. [*Haec prima vocis est significatio. V. in Venenum.] Hinc venenatum dictum est pallium flaminicae, quod luteo colore tinctum erat. Serv. in illud Virg. A. 4, 137. Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo: Veteri, inquit, caeremoniarum jure praecipuum est, ut flaminica venenato operata sit. Operata autem cum dicitur, pallium significatur. Venenatum autem, infectum, quod ipse ait in Bucolicis (G. 2, 465.) nec Assyrio fucatur lana veneno; et mox: Flaminicam habere praecipitur arculum, ricam, venenatum, fibulam. Id. ad illud A. 12, 602. Purpureos moritura manu disceindit amictus: Rem, inquit, quae flaminicae competit, transtulit ad reginam. Flaminica enim venenato operari debet. Nam cum amictum dicit, operatam dicit, quae res ad pallium refertur. Haec Servius, cui adde Massur. Sabini. ap. Gell. 10, 15, ubi venenatus eod. sensu adhibetur.

VENENI, orum, populi Liguria. Plin. 3, 5. B. A.

VENENIFER, ra, rum, adj. φαρμακοφόρος, veneficus, venenosus, venenum afferens. Or. Met. 3, 85. Jamque venenifero sanguis manare palato Cooperat.

VENENO, as, a. I. φαρμακένιον, veneno inficio, corrupio. Lucr. 6, 820. de Averno: Ut spatium coeli quadam de parte venenet. P Usurpatur etiam pro colore tingere. Cn. Mattius ap. Gell. 20, 9. Jam tonsiles tapetes ebrii fuce, Quos concha purpura imbuens venenavit. P Translate. Hor. Ep. 1, 14, 37. Non istic obliquo oculo mea commoda quisquam Limat, non odio obscuro morsuque venenat.

VENENOSUS, a, um, adj. ἰώδης, venenatus. Varr. R. 1, 2. med. Quaedam pecudes culturae sunt inimicae ac venenosae, ut istae, quas dixisti, caprae. Alii plerique leg. ac veneno. August. de Gen. ad litt. 8, 13. Venenosa herba.

VENENUM, i, n. φάρμακον, iōs, succus, liquor, pharmacum. Vox est media, et in utramque partem sumi potest, ut caletudo, medicamentum, tempestas, facinus, et alia. Cajus Dig. 50, 16, 236. Qui venenum dicit, adjicere debet, malum, an bonum sit: nam et medicamenta venena sunt, quia eo nomine omne continetur, quod adhibitum ejus naturam, cui adhibitum est, mutat; cum id, quod nos venenum appellamus, Graeci φάρμακον dicunt. (Adde Mart. ib. 48, 8, 3) Hinc Hor. Ep. 5, 87. Venena, magnum fas, nefasque, h. e. quae tam bonum, quam malum facinus significant. Vetus lex ap. Cic. Cluent. 54. Qui venenum malum fecit, fecerit. Prud. Hamart. 231. Quid loquar herbarum

fibras medicante veneno Tinctas letiferi fudisse pericula succi? Val. Flacc. 6, 275. vulnus referens, quod carmine nullo sustineat, nullisque levet Medea venenis. P Fere tamen ponitur pro succo et medicamento noxio. Cic. Cacl. 24. Ipsius autem veneni quae ratio fingitur? ubi quaesitum est? quomodo paratum? cui, quo loco traditum? Habuisse ajunt domi, vimque ejus expertum in servo, cujus percellerit interitu, etc. Id. Cluent. 61. Oppianicum veneno necatum esse, quod ei datum sit in pane; et ib. 60. C. Vibium ab hoc veneno esse sublatum. Id. N. D. 3, 33. Drusum ferro, Metellum veneno sustulerat. Id. Tusc. 1, 40. med. Venenum alicui praebere. Id. Phil. 11, 6. alicui infundere. Id. Coel. 21. parare. Id. Cat. 2, 10. med. sicias vibrare, et venena spargere. Nep. Them. 10. Venenum sumere. Appul. Met. 10. Venenum momentarium; et preemptorium; et praesentarium. P Commodum transfertur ad ea, per quae nocetur animo. Sall. Cat. 11. Avaritia pecuniae studium habet: ea quasi venenis malis imbuta, corpus animumque virilem effeminat. Or. Met. 2, 777. de Invidia: Pectora felle virent, lingua est suffusa veneno; et ib. 801. et medio spargit pulmone venenum. Sil. 11, 550. atra veneno Invidiae, nigroque undantia felle. Id. 3, 580. blandoque veneno Desidia virtus paulatim evicta senescit. Id. 7, 453. de amore; Si mea tela dedi blando medicata veneno. (Adde Prop. 2, 9, 19.) Id. 11, 309. Mens una in violata mero, nullisque venenis Potando exarmata. Id. 7, 260. fraudisque veneno Aggreditur mentes. Liv. 2, 52. Tribuni plebem agitare suo veneno, agraria lege. Id. 3, 67. Discordia ordinum est venenum urbis hujus. Afran. ap. Non. 1, 1. Aetas, et corpus tenerum, et morigeratio, Haec sunt venena formosarum mulierum, h. e. delinimenta, quibus viros capiunt et corrumpunt. Mart. Dig. 48, 8, 3. Id quod amatorum appellatur, venenum est. P Lepide mala carmina venena vocat Catull. 14, 19, quia legentes quodammodo cruciant atque enecant. Sic 44, 11. Oratio plena veneni et pestilentiae, h. e. insulsiatilis, et ineptiarum. Id. 77, 5. vitae crudele venenum, h. e. quod vitam miseram reddit: quod vivendi jucunditatem corrumpit. P De maledictis et conviciis. Hor. Sat. 1, 7, 1. Rupill pus atque venenum Ibrida quo pacto sit Persius ultus, etc. Stat. Theb. 1, 171. Atque aliquis, cui mens humili laesissimae veneno Summa, etc. Sic venenatos jocos dixit Or. Trist. 2, 565. P Est etiam medicamentum, quo color inducitur, praesertim purpurae. Virg. 2, G. 465. Alba nec Assyrio fucatur lana veneno. Hor. Ep. 2, 1, 207. Tarentinum venenum. Or. Rem. Am. 351. cum positus sua collinet ora venenis. P Item quo arcetur putredo. Luc. 8, 690. putrisque effluxit ab alto Humor, et infuso facies solidata veneno est. P Spuma et virus maris, quod sole incoctum densatur in salem, venenum dicitur a Manil. 5, 690, tum quia amarissimum est; tum quia corruptioni est contrarium. P Ponitur et pro incantatione magica, veneficio. Pl. Ps. 3, 2, 80. Ut Medea Peliam concoxit senem, quem medicamento et suis venenis dicitur fecisse rursus ex senae adolescentulum: medicamento, h. e. succis: venenis, h. e. verbis. Lucan. 6, 501. Phoebe diris verborum obsessa venenis Palluit. Hor. Ep. 5, 87. Venena non valent convertere humanam vicem. Cic. Or. 37. med. Cum coepisset Curio respondere, subito assedit, cum sibi venenis ereptam memoriam diceret. Id. Off. 3, 19. Qui quodam quasi veneno perficiat, ut veros heredes moveat, in eorum locum ipse succedat. P [*Cf. venenum et vinum. V. Beier. ad Cic. Off. 2, p. 353.]

VENEO, is, ivi, aut ii, itum, et venum, passiv. anom. πωλόμαι, vendor, quasi venum eo. Sen. Const. sap. 1. extr. Caeca cupiditate corrupti non intelligebant, se, dum vendunt, venire. Pl. Men. 5, 9, 95. Auctio fiet: venibunt servi, supplex, fundi, aedes, omnia venibunt. Cic. Att. 5, 20. Mancipia venibant Saturnalibus tertiis. Id. Fam. 7, 2. Ei mandasti potissimum, cui expediret illud venire quam plurimo; et mox: Licetiatorem potius apponam, quam illud minoris veneat. Id. Verr. 2, 3, 39. Cogis eos plus lucri addere, quam quanti venierant, cum magno venissent. Nep. fragm. ap. Plin. 9, 39, 63. Purpurae violaceae libra denariis centum venibat. Pl. Men. 2, 2, 15. Quibus hic pretiis porci veneunt? Hor. Sat. 2, 2, 25. Corruptus vanis rerum, quia veneat auro Rara avis. Claud. in Eutr. 1, 210. Non pudet, heu Superi! populos venire sub hasta. Quint. 12, 1. f. Respondit, a cive se spoliari malle, quam ab hoste venire. Sen. Const. sap. 3. Cum sapientem negastis servum esse, iidem non itis inficias, et veniturum, et imperata facturum. P Positione passiva Pl. fragm. ap. Diomed. 1, 365. Egone illi veneat? Titianus de agricult. ib. Nam id melius emitur, quam veneatur. P Veniet in futuro pro veniit V. Inscr. de qua infra, et vide similia in EO. P De supino venum V. suo loco. P Supinum venitum, paenult. correpta ponitur a Prisc. 10, 907. secundum analogiam, quamvis in usu sit venum. Ab eo particip. passiv. venitus, et quidem paenult. prod. usurpavit Sedul. hymn. 1, 21. Reppulit ille famem venitus crimine fratrum. P Sunt qui scrib. veneo, ut sit discrimen a venio v. gr. in infinito. Sed haec levis est ratio. Diphthongum rejiciunt Manut., Dausqu. et

Cellarius, freti praecipue veterum lapidum auctoritate. Inscr. ap. Mur. 1311, 2. Hoc monumentum neque veniet, neque donabitur, neque, etc. Ita eandem legit Appian. 308., qui vidit: Smetius vero 172, 15., qui ex Appiano se proferre fatetur, et Gruterus 762, 5., qui ex Smetio, exhibent veniet pro veniet. At alia ap. eund. Grut. 961, 4. Hoc monumentum venire non licebit. Ita etiam scribit Lips. 49., qui eandem se Romae vidisse testatur. [Quaedam adjecit F.]

VENERABILIS, e, adj. σεβασίμος, σεβνός, qui cultu et veneratione dignus est. Virg. A. 6, 408. ille admirans venerabile donum Fatalis virgae, longo post tempore visum. Liv. 1, 7. med. Venerabilis vir miraculo litterarum, rei novae inter rudes artium homines; venerabilior divinitate credita Carmentae matris. Hor. Sat. 2, 5, 14. Ante larem gustet venerabilior lare dives. P Active pro eo, qui alterum veneratur. Val. Max. 1, 1. n. 15. Senatus nostrae civitatis venerabilior in Deum; et 2, 4. n. 4. Venerabilia erga Deos verba.

VENERABILITER, adv. cum veneratione. Maer. Sat. 7, 11. Servius his dictis venerabiliter assensus, obtulit. Val. Max. 5, 1. n. 5. Victorem venerabiliter exceperunt.

VENERABUNDUS, a, um, adj. σεβόμενος, cum veneratione aliquid faciens. Liv. 5, 41. Haud secus quam venerabundi, intuebantur in aedium vestibulis sedentes viros; et ib. 22. Venerabundi templum inire. Adde Suet. Cal. 5.

[VENERALIA, orum, et ium, n. plur. ita vocatum est festum, quod per tres dies a Kalendis Aprilibus in honorem Veneris fiebat. Plut. de quaest. Rom. τῶν Οὐνεργαλίων ἑορτήν appellat. Vet. Kalend. Constantii ab Herwardto, et Lambecio editum ap. Graec. Thesaur. antiqu. Rom. T. 8, 98. Kal. Apr. Veneralia. F.]

VENERANDUS, a, um, part. a veneror: σεβνός, venerabilis. Cic. Agr. 2, 35. Non eos in Deorum immortalium numero venerandos a nobis, et colendos putatis? Virg. A. 9, 275. Te vero, mea quem spatii propioribus actas Insequitur, venerande puer, jam pectore toto Accipio. Or. Fast. 5, 447. Plejade nate, mone, virga venerande potenti. Sen. Herc. Fur. 1249. perque venerandos piis Canos. P Cum gen. Sil. 16, 249. O sceptri venerande Syphax. Adde 6, 574. P Sup. Venerandissimus habetur in veteri Tab. marmor. ap. Grut. 209, 2. DD. NN. Constantini Maximi, Venerandissimorumque Caesarum. Adde Paul. Nol. ep. 38. (at. 29.) n. 3.

VENERANTER, adv. οὐρ αἰδοῖ, cum veneratione. Tert. carm. de Judic. Dom. 184. Submissique omnes genibus veneranter adorant. Adde Sedul. 5, 432., ubi pro veneranter adorant alii leg. venerantur, adorant.

VENERARIUS, a, um, adj. Venerariae res, Petr. fragm. Trag. 61. Burm. Hinc Ruf. 2. Insectio in Hieron. n. 36. Sive eos tu apostolos, sive eos venerarios scribas, sive prophetas eos tu, sive perversos doctores voces.

VENERATIO, onis. f. σεβασμα, αἰδέσις, actus venerandi, cultus, honor. Cic. N. D. 1, 17. Habet enim venerationem justam, quicquid excellit. Plin. 8, 1, 1. Solis ac lunae veneratio. Tac. H. 4, 65. in fin. Arcebantur aspectu, quo venerationis plus inesset. Plin. Pan. 54. In venerationem tui theatra consurgunt. P Passive. [*i. q. majestas, dignitas alicui insita.] Id. ep. 2, 1. Annum tertium et octogesimum excessit in altissima tranquillitate, pari veneratione. Sic ep. 1, 10. Quae licet fortuita et inania putentur, illi tamen plurimum venerationis acquirunt. Just. 13, 1. med. Amici Alexandri ejus virtutis ac venerationis erant, ut singulos reges putares. [*Pertinet hic usus, ut exempla docent, ad argent. aetatis scriptores. Plura collegit imprimis Tac. et Sen. scriptis Böttich. in Lex. Tac. p. 484.]

VENERATOR, oris, m. σεβαστής, qui veneratur, cultor. Or. Pont. 2, 2, 1. Ille domus vestrae primis venerator ab annis. Arnob. 7, 237. O Deorum sublimitas praepotens, cui legem venerator imponit!

VENERATUS, a, um, part. a veneror. Tac. Ann. 16, 4. Flexus genu coetum illum manu veneratus. V. Suet. l. c. in VENEROR. Prop. 2, 16, 33. Nec tu supplicibus me sis venerata tabellis. Tibull. 2, 4, 47. veteres veneratus amores. P Passive. Hor. Sat. 2, 2, 124. venerata Ceres. Virg. A. 3, 460. cursusque dabit venerata secundos. Ita Prisc. 8, 794. At Servius etiam active accipi posse putat, venerata Deos. Nonius 2, 914. exponit, veneranda.

VENEREUS, et Venerius, a, um, adj. ἀρροδοισιατικός, ad Venerem pertinens. Pl. Rud. 2, 2, 23. Eadem haec sacerdos Veneria si quid amplius scit; et 3, 2, 10. Qui Veneri, Veneriaeque antistitae suum commiserunt caput. Id. Mil. 3, 1, 54. O lepidum senicem, plane eductum in nutritu Venerio, h. e. in deliciis, elegantia, et amoribus. Ab eod. a. 5 v. 20. et 28. Venerius nepotulus per contemptum dicitur Pyrgopolynices, quia ipse se ib. 4, 6, 50. Veneris nepotem esse jactaverat. P Venerii, aut Venerii, servi erant ministri Veneris Erycinae in Sicilia, quorum opera pro apparitoribus praetores utebantur. Cic. Verr. 2, 2, 38., ib. 2, 3. 20. et 25. et Cluent. 15. V. infra. P Venerius jactus in talorum ludo erat felicissimus, cum omnes tali dissimilem

figuram exhibebant. *Cic. Div. 1, 13, et 2, 21, et 59.* *Veneriae res, voluptates, etc. amatoriae, obscae, turpes, in appodiu, xivis, in avonca. Cic. Sen. 14, 4. Tusc. 32, et 2. Div. 69. Sic Plin. 34, 18, 50. Venera visa in quiete, sponte naturae erumpentia cohibere. P. Venerius, qui amoribus, et rebus Veneris deditus est. Gell. 7, 8. Delfinos Venerios esse et amasios, historiae declarant. P. Veneriae, concharum genus, de quibus Plin. 9, 33, 52. Navigant Veneriae, praebentesque concavam sui partem, et aurae opposites per summa aequorum velificat. Meminit et 32, 11, 53. V. Hard. eam lectionem accurate asserentem. In fabulis est, Venerem mari ortam in Cyprum concha delatam fuisse. V. NERITA. P. Veneria pira fortasse ita sunt a specie, quia colorata sunt. Plin. 15, 15, 16. Colum. 5, 10. med. et 12, 10. P. [Venerium balneum, est quod non valetudinis tantum, sed praecipue voluptatis causa frequentatur. Inscr. Pompeis reperta ap. Rosin. Diss. isag. 63. et tab. 4. In praedils Juliae Sp. F. Felicis locantur balneum Venerium, et nongentum tabernae, pergulae, cenacula, etc. Rosinus ita scribendum putat balneum, Venerium, etc., ita ut Venerium non balnei epitheton sit, sed locum significet balneo adjunctum, et Veneris voluptatibus apprime destinatum. Hinc in aliis duabus Inscr. ib. tab. 10. n. 1. et 2., in quibus Venerii nominantur, eos putat servos, qui Venerium illud cubiculum aduentibus inservirent. P. Veneria fuit appellata urbs Numidiae. V. SICCENSIS. F.]*

VENERIVAGUS, a, um, adj. qui modo cum hoc, modo cum illo scorto Venerem exercet. *Varr. ap. Non. 1, 223.* Spatiale eviravit omnes Venerivaga pueros.

VENERO pro Veneror V. in v. sq. P. Venerans, Veneri operam dans, vox est Hygino relinquenda, qui dixit *fab. 75.* Tiresias pastor dracones venerantes dicitur baculo percussisse.

VENEROR, aris, atus sum, dep. 1. *σέβομαι, αὐξίνουμαι, colo, honoro, cultu et observantia prosequor: a venia et oro, ut vult Festus.* Alii ducunt a Venero, ut proprie sit Venerem adorare, deinde ad alia transferatur. [*Doederl. 2, 185. derivat a veneror.] *Cic. N. D. 3, 21.* Deos auguste omnes sancteque veneramus; et *ib. 1, 42.* Dii quos nos colere, precari, venerarique solemus; et *ib. 2, 28.* Hos Deos et venerari, et colere debemus. *Id. Verr. 2, 4, 43.* Simulacrum in precibus et gratulationibus non solum venerari, verum etiam osculari solent. *Id. Tusc. 1, 21.* Eum venerantur ut Deum. *Id. Planc. 40.* Lapidem venerari pro Deo. *Suet. Claud. 12.* voce manque venerari, i. e. verbis venerationem testantibus: manu, h. e. ori admota dextera, deinde demissa honoris causa. *Virg. A. 5, 744.* Larem et canae penetralia Vestae Farre pio, et plena supplex veneratur acerra. *Id. A. 3, 84.* Tempa Dei saxo venerabar structa vetusto. *Hor. Od. 4, 14, 51.* Te (Auguste) caede gaudentes Sicambri Compositis venerantur armis. *Or. Trist. 2, 79.* carmina te venerantia. *Id. Pont. 1, 2, 51.* Venerari amicos. *Id. Trist. 5, 2, 55.* veterum virorum scripta. *Tac. Agr. f. memoriam alicujus.* P. Interdum est precari, rogare, orare, petere: quia precandi causa venerari solemus. *Caecin. ad Cic. Fam. 6, 7.* Qui multa Deos venerati sunt contra ejus salutem. *Pl. Aul. prol. 8.* Venerans me, ut id servarem sibi. *Hor. Sat. 2, 6, 8.* Si veneror stultus nihil horum. *Prop. 2, 16, 33.* Nec tu supplicibus me sis venerata libellis. P. Activa positione. *Pl. Bacch. 2, 1, 4.* Saluto te, Apollo, veneroque te, ne, etc. Alii leg. veneror. *Id. Truc. 2, 5, 23.* Date mihi ignem in aram, ut venerem Lucinam meam. Alii leg. venerer.

*VENEROSUS, a, um, adj. Veneri deditus. *Gloss. Gr. Lat. ἀφροδισιαστής, Venerosus. B. A.*

VENETIA, ae, f. regio Italiae ampla, quae terminatur ab Occid. Addua fluvio, ab Or. Timavo, a Septentr. Alpibus Rhaeticis et Juliis, a Merid. Pado. Plura V. ap. *Cellar. Geogr. ant. 2, 9.* P. Primo et proprie hoc nomine appellatus est intimus Adriatici maris sinus cum ora littoralis adjacente, et quam plurimis insulis, ex quibus postea veluti membris coaluit corpus illud eximium florentissimae urbis, ob id potissimum Venetiae plurali numero appellatae, Venezia, Vinegia. (V. ATHENAE.) Deinde communicatum est nomen cum aliis regionibus intra terminos modo dictos: quae nunc sunt parte della Lombardia, la Marca Trivigiana, la patria del Friuli, ed il Dogado. Latini scriptores, qui Venetiam memorant, sunt: *Liv. 39, 22.* Galli Transalpini transgressi in Venetiam sine populatione, aut bello, haud procul inde, ubi nunc Aquileja est, locum oppido condendo ceperunt. *Id. 41, 27. M. Aemilio senatus negotium dedit, ut Patavinorum in Venetia seditionem comprimeret. Plin. 3, 18, 22.* Sequitur decima regio Italiae, Venetia: cujus fluvius Silis, oppidum Altinum, etc. *Flor. 3, 3. med.* In Venetia, quo fere tractu Italia mollissima est. *Aurel. Vict. Caesar. 16.* Lucium (Verum) satis constat Altini Venetiae urbe consumptum. *Vell. 2, 76.* Diu retenta in potestate Antonii Venetia. Adde *Inscr. ap. Mur. 264, 4. et Grut. 1086, 8.* P. Haec eadem regio dicitur etiam Venetiae, arum, [quia extremis

imperii Romani temporibus in duas provincias divisa est, in superiorem nempe ab Addua vel Athesi ad Tiliaventum fluv., et in inferiorem ab hoc eodem fluv. ad fines Carnorum. Hinc Venetiae prioris pars, quae ad mare posita, maritima appellatur a *Serv. ad Virg. Ecl. 6, 61.*, et ab *eod. ad G. 1, 262.* dicitur plerumque Venetiarum pars fluminibus abundans. *Inscr. ap. Cavedon. Marm. Moden. p. 163.* L. Novius Verus bis corrector Apuliae et Calabriae, Venetiarum et Istriae, etc. Hanc *Inscr.* ad tempora Constantini M., multis de causis pertinere ostendit *B. Borghesius in adnot. ad idem opus p. 294.* Alia ap. *Grut. 433, 4.* M. Maccio Memmio, etc., corrector Venetiarum et Hystriae, consuli ordinario, etc. *scil. ann. a Chr. n. CCCXLIII.* Habetur autem in *Notitia Imper. occident.* Praefectus classis Venetae in Venetia inferiore Aquilejae. F.] P. Est etiam Venetia regio Galliae ad Oceanum Aquitanicum in Britanniae minoris parte meridionali. *Caes. B. G. 3, 9. f.*

VENETIANUS, a, um, adj. ad Venetam factionem pertinens. Hinc Venetiani vocati sunt fautores factionis Venetae, ut prasiniani prasiniae. V. FACTIO. *Inscr. mutila ap. Reines. cl. 5. n. 32,* integra apud *Grut. 1075, 9.* Victoria Venetianorum semper constat feliciter. (V. Marin. *Frat. Arv. p. 582.*) *Capitol. Ver. 6.* Multas a Venetianis est passus injurias, quod turpissime contra eos faveret. V. PRASINIANUS.

VENETICUS, a, um, adj. ad Venetos Galliae populos pertinens. *Plin. 4, 19, 33.* Insulae complures Venetorum, quae et Veneticae appellantur. *Caes. B. G. 3, 18, et ib. 4, 21.* Veneticum bellum. V. v. sq.

*VENETULANI, orum, gens Latii vetusta, cujus meminit *Plin. 3, 5.* P. Ab oppido quodam exciso, cui nomen Venetula, ductum nomen censet *Schellerus. B. A.*

VENETUS, a, um, adj. ad Venetos pertinens, Italiae populos: ab *Ἰνέτος*, spiritu in v. converso. *Plin. 3, 19, 33.* Venetos Trojana stirpe ortos auctor est *Cato. Id. 6, 2, 2.* de Paphlagonia. Quo loco Henetos adjicit *Nepos Cornelius*, a quibus in Italia ortos cognominis eorum Venetos, credi postulat. *Nep. fragm. ap. Solin. 44.* Paphlagones in Italiam transvecti, mox Veneti sunt appellati. *Liv. 1, 1.* Antenor cum multitudine Henetum, qui seditione ex Paphlagonia pulsi sedes et ducem quaerabant, venisse in intum maris Hadriatici sinum, Euganeisque pulsus, Henetos Trojanosque eas tenuisse terras: et in quem primum egressi sunt locum, Troja vocatur: gens universa Veneti appellati. *Mela 2, 4.* Carni et Veneti colunt Togatam Galliam. Adde *Lucan. 4, 134, Sil. 8, 607, Just. 20, 1, Tac. A. 11, 23, et Aurel. Vict. Caes. 39.* Huc pertinet et illud *Mart. 13, 88.* cujus lemma *Gobius.* In Venetis sint laeta licet convivia terris, Principium coena gobius esse solet. Significat *Mart.* mare et aestuaria Venetiae valde piscosa esse. *Prop. 1, 12, 4.* Quantum Hypanis Veneto dissidet Eridano, h. e. qui est in Venetiae finibus. *Maer. Sat. 5, 2.* Virgilium vocat Venetum, quia Mantua ejus patria cis Padum, et intra fines Venetiae est. *Sidon. ep. 9, 15. in carm. f.* Venetam lacessat ut favore Mantuam. P. Veneti item fuerunt populi Galliae Celticae ad Oceanum Aquitanicum, quorum urbs primaria olim Dariorigum, nunc Vannes appellatur. Horum mentionem habet *Caes. B. G. 3, 7, et sqq.* cum quibus a se bellum gestum narrat. Eisdem memorant etiam *Plin. 4, 18, 32, et Flor. 3, 10.* P. Veneta factio una ex quatuor aurigantium factionibus in Circo: ita dicta a colore Veneto, quo utebatur. *Suet. Vit. 14.* Quosdam de plebe, quod Venetae factioni maledixerant, interemit. V. FACTIO. *Mart. 6, 46.* Vapulat assiduo Veneti quadriga flagello, Nec currit. Adde *10, 48, et 14, 131.* P. Venetus color est similis maris placidi circa litus, h. e. subviridis. Fortasse inde nomen habet, quod eo praecipue Veneti maritima incolentes uterentur. *Veg. Mil. 4, 37.* Ne exploratoriae naves candore prodantur, colore Veneto, qui est marinis fluctibus similis, vela tinguntur, et funes: nautae quoque Venetam vestem induunt. *Lampr. Elag. 24.* Pisces semper quasi in marina aqua cum colore suo coctos conditura Veneta comedit. *Juven. 3, 170.* Contentusque illic Veneto duroque cucullo. *Mart. 3, 74.* Venetum lutum, h. e. genus pigmenti coloris Veneti. P. Lacus Brigantinus fluminis Rheni in Suevia ad Constantiam urbem, lacus Venetus dicitur a *Mela 3, 2. f.* Fortasse ita appellatur a colore. P. Venetus est etiam cogn. R., ut A. Vettius J. L. Venetus, in *Inscr.* paucis abhinc annis reperta, nunc in *Mus. lapid. bibliothecae Marcianae Venetiarum*, et illustrata a *Jo: Labusio in Gazzetta privil. di Venezia ann. 1829. n. 272.* Item Veneta est nomen proprium servile mulieris, in *Inscr. ap. Mur. 1370, 4. F.]*

VENIA, ae, f. *ἐξουσία, facultas, licentia, impunitas.* Dare veniam est permittere, concedere, ut fiat aliquid, quod alioquin offensionem haberet. *Cic. Arch. 2.* Quaeso a vobis, ut in hac causa mihi detis hanc veniam, ut me patiamini de studiis humanitatis loqui liberius. *Id. Or. 1, 6. f.* Dabis hanc veniam, mi frater, ut eorum auctoritatem Graecis

anteponam. *Liv. praef.* Datur haec venia antiquitati, ut miscendo humana divinis, primordia urbium augustiora faciat. *Plin. ep. 5, 8. med.* Non adducor, ut duo dissimilia confundam misceamque: idcoque interim veniam advocandi peto, h. e. licentiam vocandi in consilium amicos, et cum iis deliberandi. *Stat. Theb. 1, 203.* nec protinus ausi Coelicolae, veniam donec pater ipse sedendi Tranquilla jubet esse manu. P. Veniam dare est etiam simpliciter concedere, annuere. *Caes. B. G. 7, 15.* Procumbunt Gallis omnibus ad pedes Bituriges, ne pulcherrimam urbem suis manibus succendere cogentur. Datur petentibus venia. *Cic. Att. 6, 2. med.* Impetravi a Salaminis, ut silerent: veniam illi quidem mihi dederunt. *Nep. Eum. 6.* Petivit ab Eumene, ut ferret opem liberis Alexandri; quam veniam si daret, quamprimum exercitus pararet. Adde *Cic. Att. 5, 21. med. Ter. Adelph. 5, 8, 19. Pl. Bacch. 3, 6, 3, et Suet. Tib. 10. f.* P. Bona venia, formula qua utimur, cum quippiam, quod displicere possit, dicturi sumus. *Cic. N. D. 1, 21. f.* Ut moleste ferrem, tantum ingenium (bona venia me audies) in tam leves, ne dicam in tam ineptas sententias incidisse. *Liv. 29, 1.* Expromerent quid sentirent: cum bona venia se audiretur. *Cic. Or. 1, 57.* Nisi vero (bona venia hujus optimi viri dixerim) tu libellis aut praeceptis soceri tui causam M. Curii defendisti. Adde *Rosc. Am. 9.* Simile est illud *Plin. ep. 5, 6. f.* Neminem ex his, quos eduxeram mecum, (venia sit dicto) ibi amisi. (Praefiscini dicebant eodem sensu, scilicet ad deprecandum fascinum, et invidiam, et Nemesim placandam, ne irasceret gloriant.) *Plin. 28, 4, 7.* Veniam quoque a Deis spei alicujus audacioris petimus, in sinum spuendo. *Prop. 2, 19, 39.* Ista meis fiet notissima forma libellis: Calve, tua venia, pace, Catulle, tua. P. Bona venia petere aliquid, vel absolute venia, ut non offendantur is, a quo petimus. *Ter. Phorm. 2, 3, 31.* Sic *Liv. 7, 41.* Oravit etiam bona venia Quirites, ne quis eam rem joco seriove cuiquam exprobraret. *Censor. de die natal. 14.* Denique Plato ille, venia ceterorum, philosophus sanctissimus. P. Venia est saepe remissio, condonatio. *Sen. Clem. 2, 7.* Venia est poenae merita remissio. *Cic. Lig. 1.* Cum a te non liberationem culpae, sed errati veniam impetravissent. *Id. Phil. 8, 11.* Si errorem suum deposuerint, veniam et impunitatem dandam puto. *Liv. 37, 45.* Pacem veniamque impetrare a victoribus. *Id. 3, 7. extr.* Matres crinibus templa verrentes, veniam irarum coelestium exposcunt. *Cic. Pis. f.* Cui non apud senatum, non apud ullum ordinem maximorum scelorum venia ulla ad ignoscendum dari possit. *Id. Part. 37. f.* Ad ejus facti deprecationem ignoscendi petenda venia est. *Id. Agr. 2, 2. f.* Cui, errato nulla venia, recte facto exigua laus proponitur. *Liv. 38, 49.* Pro eo quod pluribus verbis vos, quam volui, fatigavi, veniam a vobis petitam impetratamque velim. *Cic. Rab. perd. 2.* Ab Jove opt. max. ceterisque Diis pacem ac veniam peto, precorque ab iis, ut, etc. *Suet. Dom. 9. f.* Aliquem venia donare in praeritum. P. Item gratia, beneficium. [*Sunt qui hanc vocis notionem primo loco poni velint: quae verior videtur ratio.] *Ter. Hec. 4, 2, 29.* Mi gnae, da veniam hanc mihi; reduc illam. *Virg. A. 4, 435.* Extremam hanc oro veniam: miserere sororis. *Liv. 7, 12.* Petit, ut finem belli facerent, darentque eam Epirotis veniam. *Id. 26, 17. f.* Cum data esset venia ejus diei, extemplo Asdrubal sine ullo tumultu in tutum evasis. *Id. 30, 12. med.* Precor hanc veniam mihi des, ut ipse de captiva statuas, neque me in cujusquam Romani arbitrium venire sinas. *Ov. Met. 11, 400.* Thetis hanc pro conjuge supplex Accipit veniam. P. [Item actus ille religiosus, quo quis templum aliquid praeteriens, ejus numini se commendare solebat, quod nunc nostrates Christiani prender la perdonanza, aut fare una stazione dicunt. V. STATIO. *Appul. Flor. in.* Ut ferme religiosus vianium moris est, cum aliqui lucus, aut aliqui locus sanctus in via oblatus est, veniam postulare, votum apponere, paulisper assidere: ita mihi, ingresso sanctissimam istam civitatem, quamquam oppido festinem, praefanda venia, et habenda oratio, et inhibenda properatio est. F.] P. Cum venia legere, non severe et rigide, sed connivendo, et aliquid excusando. *Quint. 10, 1. med.* Habent alii quoque conici, si cum venia legantur, quaedam, quae possis decerpere. P. In illo *Plin. 25, 2, 5.* Nobile illud nepenthes, oblivionem tristitiae, veniamque afferens, venia est bilis atque irae vacuitas, ex qua sequitur facilitas ignoscendi. Respexit *Plin. ad illud Homer. Odyss. 4, 221.* γάμομακρον Νηπενθης τ', ἀχολόν τε, κακῶν ἐπιλήθων ἁπάντων.

VENIABILIS, e, adj. venialis. *Sidon. ep. 9, 1.* Nescio qualiter fieri veniabile queat. *Prud. Hamart. 943.* Spem capio, fore quidquid ago, veniabile apud te. *Salv. adv. avar. 4, 8.* Scio quidem, quod omnes rei veniabiles putant semper reatus suos.

[VENIAESES, um, m. plur. populi Hispaniae in conventu Cluniensi. *Inscr. ap. Grut. 437, 5. et Donat. 293, 1.* Cohors Carietum, et Veniaesum. *Plin. 3, 3, 4.* In eundem conventum Carietes, et

Vennenses (corrigere Veniaeses) quinque civitatibus vadunt. F.]

VENIALIS, e, adj. veniam pertinens, venia dignus. *Macr. Sat.* 7, 16. Si venialis erit ista translatio, h. e. si ferri potest haec metaphora. *Ammian.* 28, 5. Veniale pacem poscere, h. e. veniam et pacem. *Sidon. ep.* 8, 11. post carmen: Licet quibusdam venialibus erratis implicaretur.

VENICULUS. V. VENUCUS.
VENIENS, entis. part. a *venio*, ἐγγόμενος. *Cic. Q. Fr.* 3, 4. *med.* Non enim sumus omnino sine cura venientis anni, h. e. consequentis. *Virg. A.* 5, 344. Gravior et pulcro veniens in corpore virtus. *Hor. Ep.* 1, 16, 6. Ut veniens dextrum latus aspiciat sol. *Id. Od.* 3, 5, 15. exemplum trahens Perniciem veniens in aevum. *Q. Fast.* 6, 639. Veniens aetas. *Virg. G.* 4, 466. Te veniente die, te decedente canebat. *Sen. Thyest.* 613. Quem dies vidit veniens superbum, Hunc dies vidit fugiens jaacentem.

VENILIA, ae, f. maris accessus et incrementum: a *venio*. V. SALACIA. P Est etiam hoc nomine Nympha Fauni uxor, soror Amatae Latini regis conjugis, et Turni mater. *Virg. A.* 10, 75. Indignum est, patria Turnum consistere terra, Cui Pilumnus avus, cui diva Venilia mater. P [Alia fuit eodem nomine Nympha, uxor Jani, Canentis mater. *Or. Met.* 14, 334. F.]

VENIO, is, eni, ntum, n. 4. ἔρχομαι, ἔρχομαι, ad-venio, pervenio, accedo. *Ter. Phorm.* 1, 2, 51. Ibi continuo Antipho: vultisne eam visere? alius; censeo: eamus. Imus, venimus, videmus. *Phaedr.* 5, 1. Veniebat gressu delicato et languido. *Liv.* 21, 39. Cum Pisas navibus venisset. *Cic. Phil.* 2, 25. Venisse eam tibi tot dierum viam gratulatum. *Sen. Herc. Fur.* 66. Nec in astra venit lenta, ut Bacchus, via. *Cic. Q. Fr.* 1, 1, 13. Omnes qui istine veniunt, ita commemorant, etc. *Id. Fam.* 9, 5. f. Mihi si spatium fuerit in Tusculanum veniendi. *Id. ib.* 16, 10. Cupio, te ad me venire; et *ib.* 12. Ut veni ad urbem, non destiti omnia facere, quae, etc. *Id. Att.* 5, 12. Sexto die Delum Athenis venimus. *Virg. A.* 2, 742. tumulum antiquae Cereris, sedemque sacratam Venimus: pro ad tumulum. *Phaedr.* 5, 1. Quinam in conspectu meo audent venire? *Nep. Dat.* 10. *med.* Neque in conspectum venire studuit. *Id. Thras.* 3. Pausanias venit Atticis auxilio. *Liv.* 9, 43. Maturavit collegae venire auxilio. *Pl. Stich.* 3, 2, 30. Vin' ad te coenam veniam? *Virg. A.* 3, 138. tabida membris venit lues. *Cic. Leg.* 1, 22. f. Venire in vitam, h. e. nasci. P Cum supinis. *Caes. B. G.* 7, 12. Cum legati ad eum venissent oratum, ut, etc. *Ter. Eun.* 4, 6, 14. Ea est, quam miles a me vi nunc ereptum venit. *Pl. Aul.* 2, 2, 46. Neque te derisum venio. *Cic. Verr.* 2, 2, 50. Ad istum venerunt emptum locum senatorium. P Cum infinito. *Pl. Bacch.* 4, 3, 18. Parasitus modo venerat aurum petere. *Virg. A.* 1, 531. non nos Libycos populare penates Venimus. *Adde Val. Flacc.* 6, 647. et *Stat. Theb.* 5, 21. [Cf. *Ruhnck. ad Or. Her.* 1, 37.] P Pro ire. *Ter. Adelph.* 2, 2, 23. Nisi eo ad mercatum venio, damnum maximum est. *Cic. Fam.* 1, 10. Nam illo si veneris, tanquam Ulysses, cognosces tuorum neminem. *Adde Mil.* 10, et *Virg. Ecl.* 1, 66. P Item redire. *Or. Her.* 13, 101. Cum venies, remoque move veloque carinam. *Prop.* 2, 18, 76. Infelix! hodie vir mihi rure venit. *Phaedr.* 4, 21. Venire in patriam voluit cursu pelagio. *Liv.* 38, 42. Consul ad magistratus subrogandos Romam venit, nulla memorabili in provincia gesta. [Hoc quidem loco haud opus est illa interpretatione, ut recte annotavit *Boettich.* in *Lex. Tac.* p. 485. laud. *Tac. H.* 2, 38. nunc ad rerum ordinem venio. *Ruhnck. ad Or. Her.* 5, 56. laud. *Liv.* 38, 44. ne consule inimico Romam veniret; ibique *Drakenb.*] *Adde Or. Her.* 5, 57, 58, et 59. P Item obvenire, evenire, incidere. *Liv.* 44, 17. *med.* Designatos extemplo sortiri placuit provincias, ut, utri Macedoniae consuli, cuique praetori classis venisset, sciretur. *Just.* 13, 4. Ptolemaeo Aegyptus sorte venit. Addi possunt alia loca ex *Sall.*, *Liv.*, *Phaedr.*, *Col.*, etc., sed dubia lectione: facile enim venire et evenire invicem mutari possunt. P Item provenire, crescere. *Virg. G.* 2, 10. de arborib.: Namque aliae nullis hominum cogentibus, ipsae Sponte sua veniunt; et *ib.* 1, 54. Hic segetes, illic veniunt felicius urvae. P Item afferri, deferri. *Cic. Fam.* 11, 24. In Italia te moraturum, dum tibi litterae meae veniant. *Plin.* 35, 6, 12. Sinopidis, quae ex Africa venit, pretium octoni asses. P Item accedere, pervenire. [Cf. *Boettich. Lex. Tac.* s. v. h.] *Cic. N. D.* 3, 14. Ad quem dolor veniat, ad eundem etiam interitum venire. *Id. Caecin.* 26. Major hereditas venit unicuique vestrum in iisdem bonis a jure, et a legibus, quam ab iis, a quibus illa ipsa bona relicta sunt. *Id. Inv.* 1, 45. f. Neque emisti equum, neque hereditate venit, neque domi natus est. P Item incidere, adduci, cadere. *Cic. Rosc. Am.* 6. Cum omnium dignitas et salus in discrimen veniret. *Id. Fin.* 2, 24. *med.* Venire in odium. *Caes. B. G.* 3, 17. et *ib.* 5, 47. in contemptum. *Cic. Quint.* 16. f. in turpitudinem. *Id. Or.* 2, 87. f. sub aspectum. *Brut.* ad *Cic.* 1, ad *Brut.* 6. in

suspicionem. Alio sensu *Nep. Paus.* 4. mihi venit in in suspicionem. P *Venire in partem doloris*, vel *impensae*, Italice *aver parte*. *Ov. Amor.* 3, 9, 51. Hinc soror in partem misera cum matre doloris Venit. *Cic. Fam.* 14, 2. Illud doleo, quae impensa facienda est, in ejus partem te miseram et despoliatam venire. P Item aptum esse. *Quint.* 9, 4. *med.* Horum pedum nullus non in orationem venit. P *Venire in mentem*, succurrere, in memoriam redire. V. MENS. P in buccam, proverb. occurrere, in mentem venire. V. BUCCA. P in cognitionem, cognosci, et judicari. V. COGNITIO. P in dubium res dicitur, de qua dubitatur. V. DUBIUS. P in opinionem, opinari: item, opinionem esse de aliquo. *Coel.* ad *Cic. Fam.* 8, 10. V. OPINIO. P in spem, sperare. *Caes. Opp. post ep.* 13. l. 9. ad *Att.* et *Cic. Or.* 2, 51. Nonnullam in spem veniam, posse me, etc. P in usum, usitatum fieri. *Plin.* 21, 11, 54. Nec rhus Latinum nomen habet, cum in usum pluribus modis veniat. P in confessum, manifestum esse. V. CONFESSUS. P in crimen, accusari. V. CRIMEN. P in fidem alicujus, sese dedere. *Liv.* 26, 40. *med.* Voluntaria deditione in fidem venerunt ad quadraginta oppida. P in proverbium, transire. V. PROVERBIUM. P in religionem, metum Deorum movere. V. RELIGIO. P in certamen, in contentionem, certare, contendere. *Cic. Tusc.* 5, 27. et *Dio. Verr.* 19. et res in contentionem venire dicitur, de qua contenditur. *Id. Quint.* 6. *med.* et *Dio.* 2, 63. P ad nihilum, redire, redigi. *Id. Tusc.* 2, 2. Oratorum laus senescit, brevique tempore ad nihilum ventura videtur. *Adde Fam.* 11, 12. P ad manus, ad arma, eo usque rem progredi, ut arma sumantur, pugna ineatur. *Id. Verr.* 2, 5, 11. *med.* Nonnullam etiam res ad manus, atque ad pugnam veniebat. *Id. Phil.* 6, 4. Propter aes alienum venire ad arma. Alii leg. ire. P in sermonem alicujus, interesse. *Id. Att.* 14, 1. Alio sensu *Id. Fam.* 3, 5. *med.* Cum loquerer cum Phania, veni in eum sermonem, ut dicerem, etc. *veni a dire*, incidi in eum sermonem. P Usus veni. V. USUS. P Venire, accedere, ingredi, insinuari. *Cic. Verr.* 2, 2, 70. In eam jam venerat familiaritatem consuetudinemque, ut, etc. *Id. ad Dolabell. post ep.* 17. l. 14. ad *Att. med.* Me in societatem tuarum laudum venire patiatur. *Id. Dom.* 14. Venire in sacerdotium, h. e. cooptari. P venire contra aliquem, in forum et in iudicium venire alicujus oppugnandi causa. *Cic. Phil.* 2, 2. Contra rem suam venisse me nescio quando, questus est. An ego non venire contra alienum pro familiari et necessario? non venire contra gratiam? non venire contra injuriam, etc.? *Id. Att.* 1, 1. f. Ne contra amici summam existimationem miserrimo ejus tempore venirem. Illud *Virg.* huc pertinet *A.* 7, 470. Se satis ambobus Teucrisque venire, Latinisque. P Servit transitionibus. *Cic. Verr.* 2, 4, 1. Venio nunc ad istius morbum et insaniam. *Id. Acad.* 4, 4. *extr.* Ad Arceisiam Carneademque veniamus. *Id. Rosc. Am.* 16. Equid tandem tibi videtur (ut ad fabulas veniamus) senex ille Caecilianus, etc.? *Id. Att.* 14, 19. f. Venio ad recentiores litteras. P Passive impersonaliter. *Ov. Fast.* 3, 125. Seu quod ad usque decem numero crescente venit. *Cic. Verr.* 2, 2, 29. Posteaquam ad causam dicendam ventum est; et *ib.* Hac una spe ad iudicium venit. *Caes. B. G.* 7, 70. Veniri ad se confestim existimantes. *Tac. A.* 16, 27. E longinquis provinciis haud veniri. *Hadr. Imp.* in *ep. ap. Ulp. Dig.* 48, 18, 1. Ad tormenta servorum ita demum veniri oportet, cum, etc. *Pl. Curc.* 2, 3, 37. Facite esse, ut ventum gaudeam, h. e. ut gaudeam me advenisse. *Sic Id. Cist.* 1, 1, 16. Ventum gaudeo ecastor ad te. P Venibo pro veniam in quarta conjugatione non est insolens. *Pomp. ap. Non.* 10, 32. Sero est: sexta, si tibi placet, venibo.

VENTUS. V. in VENEIO.
*VENNENSES, ium, populi Hispaniae Tarracensis. *Plin.* 3, 3. P Nomen ductum fortasse a Venna vel Venno oppido quodam. B. A.

[VENNO, onis, m. magna benna: venno autem pro benno, onis dictus est. Est cogn. R., ut L. Plautius Venno consul ann. U. C. CDXXXVI., cujus meminere *Liv.* 9, 20. et *Fast. cons. ap. Grut.* 291. *Consule B. Borghesium in Dec. num.* 15. oss. 2. F.]

*VENNONETES, ium, gens Rhaetiae. *Plin.* 3, 20. B. A.

*VENNONIUS, i, m. historicus Latinus, exilis et jejunus. *Cic. de Leg.* 1, 2. et *Att.* 12, 3. B. A.

VENOR, aris, atus sum, dep. I. ὀρνέω, ζυρνέω, feras sector, feris insidior. *Cic. Fam.* 2, 11. De pantheris per eos, qui venari solent, agitur mandato meo diligenter. *Virg. G.* 3, 410. Et canibus leporem, canibus venabere damas. *Id. A.* 4, 118. In nemus ire parant venatum. P Etiam bestiae ipsae venari dicuntur. *Cic. N. D.* 2, 63. *med.* Canum alacritas in venando. *Plin.* 32, 11, 54. Conchae hiantes venantur cibum. *Id.* 11, 21, 24. Vespae muscas grandiores venantur. *Val. Flacc.* 1, 492. dum saeva relictis Mater (tigris) in averso catus venatur Amano. P Passive. *Enn. ap. Non.*

2, 878. Teneor consepta, undique venor, h. e. undique concludor, velut a venatoribus ferae indagine cinguntur. Etiam *Prisc.* 8, 791. passivam in hoc verbo significationem agnoscit. P Proverb. est illud *Plauti Stich.* 1, 2, 82. Stultitia est venatum ducere invitas canes. P *Venari in medio mari*, aliud proverb. *ap. eund. As.* 1, 1, 87. h. e. operam ludere. PISCOR. P Catachresi ponitur pro piscari, ut *venatus* pro piscatu. *Plin.* 16, 1, 1. Fugientesque cum mari pisces circa tuguria venantur. P Translate est accipari, captare. *Hor. Ep.* 1, 1, 78. sunt qui Frustis et pomis viduas venentur avaras, Excipiantque senes, quos in vivaria mittant; et *ib.* 19, 37. Non ego ventosae plebis suffragia venor. *Auct. ad Her.* 4, 3. Vereor, ne qua in re laudem modestiae venentur, in ea ipsa re sunt impudentes. *Phaedr.* 4, 5. Filia formosa, et oculis venans viros. *Ov. Med. fac.* 27. Venari amores. *Id. A. Am.* 1, 89. praecipue curvis venare (amicam) theatris. *Adde Cic. Verr.* 2, 4, 21. *med.* ubi agit de canibus Cibyriticis C. Verris. *VENOSTES, ium, populi Alpini. *Plin.* 3, 20. B. A.

VENOSUS, a, um, adj. crebris venis instructus. *Cels.* 4, 1. *med.* Renes venosi sunt, et tunicis superconteguntur. *Plin.* 18, 7, 10. n. 5. Faeolis folia venosa, sesamae sanguinea. *Id.* 37, 5, 18. Smaragdi venosi squamosique. *Id.* 25, 13, 100. Radices minus venosae. *Id.* 20, 8, 29. Intybum sativum, quod est minus, et venosius. P Translate. *Pers.* 1, 75. Est, nunc Briseis quem venosus liber Acl, etc. h. e. deformis, ut sunt homines senes et macri, quibus dedit longa aetas deformem pro cute pellem, ut ait *Juven.* 1, 192., istis enim venae exstant, carne senio absumpta.

VENOX, ōcis, m. cognomentum fuit C. Plautii, qui, cum esset censor anno U. C. CCCXXIII. una cum App. Claudio Crasso (qui postea Caecus amissis oculis dictus est), felix in Aquae Claudiae venis perquirendis fuit. *Frontin. Aquaed.* 5. et *Fasti consul. ap. Grut.* 291.

*VENTA, ae, f. oppidum Belgarum, in Britannia, hodie Winchester. *Anton. Itin.* Meminit et *Ptolemaeus*. P *Venta Icenorum* etiam in Britannia, cujus ex ruinis in proximo loco urbs Norwich surrexit. *Anton. Itin.* B. A.

VENTER, tris, m. ζώλη, ζωτήρ, alvus, cavum illud in medio corpore animalis, in quo sunt ventriculus et intestina: itemque intestina ipsa, et ipse ventriculus. Tā breve notationem huic voci praebent. *Plin.* 11, 37, 82. Pectus, hoc est ossa praecordii ac vitalibus natura circumdedit; at ventri, quem necesse erat incrementum, ademit. *Cels.* 7, 16. Nonnunquam venter ictu aliquo perforatur, sequiturque, ut intestina evolantur. *Id.* 4, 19. Cibis uti ventrem contrahentibus. *Hor. Sat.* 1, 6, 127. Inani ventre diem durare. *Cic. Div.* 2, 58. Faba venter inflatur. *Plin.* 20, 8, 27. Beta ventrem molit, h. e. solvit; et *ib.* Ventris fluxiones sistere. *Mart.* 13, 26. Sorba sumus, molles nimium durantia ventres. *Plin.* 27, 10, 60. Ventris dolores sedare. *Id.* 11, 37, 79. Ii minus solertes, quibus obessimus venter. *Varr. R. R.* 2, 7. Equas decet esse clunibus ac ventribus latis. P *Ventrem facere* ap. *Veg. Vet.* 3, 57. est excrementa reddere. Alio sensu V. infra. P De intestinis seu visceribus, tā breve. *Colum.* 9, 14. et *Plin.* 11, 20, 23. Apes posse prognerari ventribus bubulis. P De ventriculo. *Plin.* 11, 37, 78. Subest venter stomachum habentibus, ceteris simplex, ruminantibus geminus, sanguine carentibus nullus. *Id.* 33, 6, 35. Argyritin in ventre suillo in aqua coquant, exemptamque nitro fricant, etc. *Adde Macr. Sat.* 7, 4. *med.* P Saepe refertur ad famem, gulam, edacitatem. *Pl. Capt.* 4, 2, 75. Tu tui quotidiani victi ventrem ad me afferas. [*Quotidiani victi venter est quotidiano victui assuetus, quotidiano cibo contentus, non fastidiosus nec epulas opiparas appetens.] *Id. Ps.* 1, 2, 43. Ventri operam dare. *Hor. Ep.* 1, 15, 32. Quidquid quaesierat, ventri donabat avaro. *Juven.* 11, 40. aere paterno, Ac rebus mersis in ventrem. *Pers. prol.* 10. Magister artis, ingenique largitor Venter. *Juven.* 3, 166. magno hospitium miserabile, magno Servorum ventres, h. e. alimenta, cibus. *Lucil.* ap. *Non.* 1, 34. Vivite lurcones, comedones, vivite ventres, h. e. heluones, gulosi, edaces, et quasi toti ventres. [*Poterat hic etiam commemorari genus dicendi ap. *Pl. Capt.* 4, 2, 25. 32. In ventrem confidentiam sumpsit; et habet profecto in ventre confidentiam: quae jocosae de parasito dicuntur, pro eo, quod vulgo: in animum confidentiam sumpsit, in animo conf. habet. Parasitus enim satur factus animos recipit et spiritus sumit quasi cum cibo et vino confidentia infundatur. Ita *Lindemann.* ad *Pl. Capt.* 4, 2, 25.] P De utero. *Juven.* 6, 595. homines in ventre necandos Conducit. Hinc ventrem ferre, gravidam esse, fetum in utero habere. *Liv.* 1, 34. Cum ignorans nurum ventrem ferre, immemor in testando nepotis decessisset. *Varr. R. R.* 2, 1. *med.* Equa ventrem fert duodecim menses, vacca decem, ovis et capra quinos, sus quatuor. *Colum.* 6, 24. Vaccae decem mensibus ventrem perferunt. *Or. Met.* 11, 311. Ut sua maturus complexit tempora venter, Nascitur Autolycus, P Huc pertinent illa

ictorum, ventrem inspicere, custodire, in possessionem mittere, ventris nomine mulierem in possessionem mittere, etc. *Dig.* 25, 4, 5. et 6., 37, 8, 9, etc. Sic *Hor. Ep.* 17, 50. Tuusque venter Patumejus. V. hanc vocem suo loco; et *Paul. Dig.* 5, 4, 3. Antiqui libero ventri ita prospexerunt, ut in tempus nascendi omnia ei jura integra reservarent. P Translate *venter* est quaecumque exstantia, tumor, inflatio cujusque rei. *Vitruv.* 8, 7. ubi de aqueductibus agit, *ventrem* dicit, et Graeci *κοιλίαν*, ubi fistulae dilatantur, et intumescunt. *Juven.* 12, 60. venter lagenae, [h. e. lagena ventriculosa. F.] *Alfen. Dig.* 8, 5, 17. Si paries ita ventrem faceret, ut semipedem procumberet. *Plin.* 11, 46, 106. Talus ventre eminebat concavo, in vertebra ligatus. *Virg. G.* 4, 121. tortusque per herbam Cresceret in ventrem cucumis. *Prop.* 4, 2, 43. tumidoque cucurbita ventre. P *Ventrem* pro podice habet *Virg. Cat.* 5, 39. videbo Scissumque ventrem, et herniosi patri Pedes inedia turgidos.

VENTIDIANUS, a, um, adj. ad Ventidium pertinet, quod est nomen propr. R. civis. *Cic. fragm. ap. Non.* 2, 182. Nos Ventidianis rumoribus concallescimus. *V. Gell.* 15, 4. ubi de P. Ventidio Basso Picente historiam tradit.

VENTIGENUS, a, um, adj. ventum gignens. *Ventigeni crateres* sunt ora et fauces in cacumine Aetnae montis, qui fumum, et nebulas, et concitatae auras copiose evomunt. *Lucr.* 6, 701. In summo sunt ventigeni crateres, ut ipsi (*accolae Aetnae*) Nominant, nos quas fauces perhibemus, et ora.

VENTILABRUM, i, n. *πύλον, λαμπητήριον*, instrumentum quo aliquid ventilatur, cujusmodi est illud, quo rustici frumentum, leguminave post trituras sursum ejaculantur, ut ventorum flatu a paleis repurgentur. *Colum.* 2, 10. *med.* Nam cum acervus paleis granisque mistus in unum fuerit congestus, paulatim ex eo ventilabis per longius spatium jactetur. *Prud. Hymn. praef. Apuleiosi* 53. Det ventilabro lecta quaeque ut horreis, Urat recrementum focis.

VENTILABUNDUS, a, um. V. VENTILABUNDUS.

VENTILATIO, onis, f. *λαμπησις, ὑπαιρέσις*, actus ventilandi. *Plin.* 23, 1, 6. Innocentiores uvae sunt, quae decerptae diu pendere: qua ventilatione etiam utiles fiunt stomacho, aegrisque.

VENTILATOR, oris, m. *λαμπητής*, qui ventilat, ac praesertim qui post trituras frumenta, aut legumina ventilabro in sublime jaculatur, ut ventorum flatu grana secernantur a palea. *Colum.* 2, 10. *med.* Faba, quae longius emittitur, pura eo perveniet, quo ventilator eam ejaculabitur. P Translate sumitur pro praestigiatore. Nam ut ventilatores grana, quae pungant, in ventum projiciunt, ita praestigiatores rem. quam retinent manibus, ejicere videntur. *Quint.* 10, 7. *med.* Quo constant miracula illa in scenis pilariorum, ac ventilatorum, ut ea, quae emiserint, ultro venire in manus credas, et quae jubentur, decurrere. [Prud. 10. *περὶ οὐρα*. 78. Tu ventilator urbis, et vulgi Levis procella. F. * Cf. quae *Spald.* adnotavit ad *Quint.* l. c.]

VENTILATUS, a, um, part. a *ventilo*: agitatus, impulsus. *Cic. Flacc.* 23. Cujus lingua, quasi flabello seditionis, illa tum est egentium concio ventilata.

VENTILO, as, a, i. *λαμπάω, καταπνέω*, ventum excitare in aliquam rem. *Thesp.* 4, 3, 50. Hanc Venus, ut vivat, ventilat ipsa facem. *Sil.* 17, 507. rapidusque incendia flatus Ventilat. [**Id.* 16, 144. Ventilat aura jubas.] *Suet. Aug.* 82. Aestate apertis foribus, atque etiam aliquo ventilante, cubabat. *Mart.* 3, 82. Et aestuanti tenue ventilat frigus Supina prasino concubina flabello. *Claud. in Eutrop.* 1, 108. Et cum se rapido fessam projecerat aestu, Patrius roseis pavonum ventilat alis. *Stat. Sil.* 4, 3, 105. Ceu fessis ubi remigum lacertis, Primae carbasa ventilatis auras. P Item aeri et ventis exponere. *Varr. R. R.* 1, 55. f. Oleas in acervis jactando ventilare oportet. *Colum.* 12, 30. Quo major aestus erit, eo saepius convenit vinum nutrir, refrigerarique, et ventilari. *Id.* 1, 6. *med.* Exesae fruges in horreo ventilentur, et quasi refrigerentur. *Plin.* 18, 30, 73. Frumenta in horreis multi ventilari vetant. *Id.* 18, 32, 75. Ventilari quoque frumenta ac legumina, et condi circa extremam lunam jubent. *Id.* 21, 14, 49. Ventilatur sub divo saepius cera fulva. *Ov. Am.* 1, 7, 54. populeas ventilat aura comas, i. e. agitatur, concutitur. P Translate *Sen. Tranq.* 2. *med.* Versare se, et mutare nondum fessum latus, et alio atque alio positu ventilari, h. e. jactare se, versare, positum mutare; et *Appul. Appol.* Qui tibi plurimas contumelias dixit: qui nomen tuum pro tribunalibus ventilavit, h. e. jactavit, ventis calumniarum objecit. *Imp. Constant. Cod.* 9, 18, 6. et *Cod. Theod.* 9, 16, 5. Magis artibus vitas insontium labefactare, et Manibus accitis ventilare, h. e. vexare, agitare, turbare. (V. VENTILATOR.) *Appul. Met.* 2. In aureis refulgentes, quos identidem manu mea ventilabam, attonitus, h. e. versabam, numerabam. *Juven.* 1, 28. Ventilat aestivum digitis sudantibus aurum, h. e. anulos leviores inter eundem agitatur et jactatur, refrigerii et simul ostentationis gratia. *Mart.* 12, 18,

Dum per limina te potentiorum Sudatrix toga ventilat, h. e. agitatur, jactatur huc illuc discurrerem. [Symmach. *Laud. in Valentinian.* 2. (ed. A. Maio) 10. Ventilemus prisca monumenta, scrutemur annales F.] P *Ventilare* dicuntur et gladiatores, aut milites, cum proludentes brachia et arma jactant, aeremque vane caedunt: quasique velitantur. *Sen. ep.* 117. *med.* Quam stultum est, cum signum pugnae acceperis, ventilare! remove ista lusoria arma: decretoriis opus est. *Id. Excerpt. contr.* 3. *praef. med.* Aliud est pugnare, aliud ventilare. *Mart.* 5, 31. Cornibus hic pendet summis: vagus ille per armos Currit, et in toto ventilat arma bove.

*VENTILOQUUS, a, um, adj. *Sarisb.* 7, 21. Ventiloqui aut ventiloqui habitum induere. B. A.

VENTIO, onis, f. *ἔλεως*, actus veniendi. *Pl. Truc.* 2, 7, 61. Quid tibi huc ventio est?

*VENTISPONTE, oppidum Hispaniae Baeticae, medio inter Mundam atque Hispalim loco. *Auct. B. Hisp.* 27. B. A.

VENTITO, as, n. i. *φοιτῶ*, frequenter venio. *Catull.* 8, 4. Cum ventitabas, quo puella dicebat. *Cic. Fam.* 11, 27. *med.* Ut domum ventitares, horasque multas sermone consumeres. *Id. Leg.* 1, 4. Cum ipse ad Scaevolam ventitarem. *Solin.* 52. *med.* Elephantum ad potum ventitantes.

VENTO, as, n. i. frequent. a *venio*, apud veteres. *Fest.* Ventabant antiqui dicebant sine praepositione pro adventabant. *Varr. ap. Non.* 2, 386. Cum illo vento, video Gallorum frequentiam in templo.

VENTOSE, adv. tumide, inflata. *Apul. Met.* 10. Pulvilli ventose delicata pluma tumentes.

VENTOSITAS, atis, f. *Apul. Herb.* 126. Petroselinum medetur ventositati stomachi atque coli. *Coel. Aurel. Tard.* 4, 5. Ventositas ventris. P Translate pro jactantia posuit *Fulg. Myth.* 2, 17.

VENTOSUS, a, um, adj. *ἀνεμώδης*, vento plenus, ventis objectus. *Virg. A.* 8, 449. alii ventosis folliibus auras accipiunt, redduntque. *Petr. Sat.* 137. f. Iuanes, ac sine medulla ventosas nubes in summo humore consistere, graves et plenas ad ima deferri. *Hor. Od.* 3, 4, 45. ventosum mare. *Liv.* 36, 43. Ventosissima regio inter Cycladas, Delus. *Virg. A.* 12, 848. (et *Prop.* 2, 9, 5.) Ventosae alae. *Id. Ecl.* 9, 58. ventosi ceciderunt murmuris auras. *Plin.* 18, 35, 80. Ventosus autumnus, ventosa hiems. *Lucan.* 9, 349. de Tritone. ventosa perflantem murmura concha, h. e. tuba inspirata. *Ov. Am.* 2, 16, 19. Ventosae Alpes. *Val. Flacc.* 2, 269. Pampineamque quatit ventosis icibus hastam. P *Ventosa cucurbita*, et absolute *ventosa* est illud medicorum instrumentum, quod et *cucurbita*, et saepius *cucurbitula*, Italis *ventosa*, *coppetta* dicitur. *Isid. Or.* 4, 11. A Latinis a similitudine cucurbita, a *suspicio* ventosa vocatur, quae animata spiritu per igniculum, dehinc praeciso corpori superposita, omne quod intra cutem, vel altius aestuat, sive humorem, sive sanguinem evocat in superficiem. *Theod. Prisc.* 2, 2, 16. Frequenter etiam dorso, vel scapulis cucurbitas ventosas imponimus. *Id.* 3, 2. Ventosis quoque admotis inguinibus, vel femoribus, recursui, vel inclinationi matricis occurremus. V. CUCURBITA. P Translate est inflatus, tumidus, vanus, inanis, levis, mobilis, inconstans. *Virg. A.* 11, 390. an tibi Mavors Ventosa in lingua, pedibusque fugacibus istis Semper erit? et *ib.* 708. ventosa gloria: *περοδοξία*. Sic *Hor. Ep.* 2, 1, 177. Quem tulit ad scenam ventoso gloria curru. *Stat. Theb.* 10, 711. Haec pietas, hic verus honor: ibi gloria tantum, Ventosumque decus, titulique in morte latentis. *Plin. Pan.* 31. Superbiat ventosa et insolens natio, quod, etc. *Cic. Phil.* 11, 7. Extraordinarium imperium populare atque ventosum est, minime nostrae gravitatis, minime hujus ordinis. *Petr. Sat.* 2. Ventosa istaec et enormis loquacitas Athenas ex Asia commigravit, h. e. turgidum et inflatum dicendi genus. *Brut. ad Cic. Fam.* 11, 9. Lepidus, homo ventosissimus, h. e. levissimus, et maxime inconstans. *Liv.* 42, 30. Ventosum ingenium. *Hor. Ep.* 1, 19, 37. ventosae plebis suffragia venari. *Ov. Am.* 2, 9, 49. ad Cupidinem. Tu levis es, multoque tuis ventosior alis. P *Ventosi equi*, leves ac veloces, quasi vento geniti, aut ventos cursu aequantes. *Ov. Fast.* 4, 392. Primaque ventosis palma petetur equis, h. e. cursu quadrigaram in Circo.

VENTRALIS, is, n. V. in v. sq.

VENTRALIS, e, adj. ad ventrem pertinens. *Macrob. Sat.* 7, 8. *med.* Species acres et calidae si in ventrem receptae sint, solvitur vis earum ventralis humoris alluvione. P *Ventrale* absolute (subaudi *cingulum, vestimentum*, aut quippiam hujusmodi) est, quod Graece *κοιλιοδεσμος*, ventrem scilicet praecingens: differt a *campestri*, quia illud ventrem tantummodo, istud pudenda etiam velabat. Hujusmodi cingulum videre est in piscatoris effigie apud *Visc. Mus. Pio-Clem. T.* 5. *tab.* 32. et a. 6., de eodem vero accurate *Id. ib.* 146. *ed. Mediol.* agit. *Plin.* 8, 48, 73. Gausapa patris mei memoria coepere, amphialla nostra, sic ut villosa etiam ventralia. *Id.* 27, 7, 28. Absinthium inguinum tumorem arceat in ventrali habitum. P In his sudariola, aut nummos gestare solebant. *Ulp. Dig.* 48, 20, 6. Nec sibi vindicare debet vestem, qua is fuerit indutus, aut

nummulus in ventrali, quos victus sui causa in promptu habuerit. *Torrent.* habet in *ventralem*.

VENTRICOLA, ae, m. et f. ventrem colens, ventri et gulae deditus. *August. ep. ad Casulan.* 86. *med.* Qui ventricolas tanquam magnus jejunator accusat.

VENTRICULATIO, onis, f. morbus et tormina ventris ap. *Coel. Aurel. Acut.* 3, 17.

VENTRICULOSUS, a, um, adj. ad ventrem pertinens. *Coel. Aurel. Tard.* 4, 3. Ventriculosa passio.

VENTRICULUS, i, m. *γαστροῦδιον*, parvus venter, et ponitur aliquando pro ventre: ut in illo *Juven.* 3, 96. *de pudendo muliebri*: plana omnia dicas Infra ventriculum. P Sic appellantur et duae cavitates in corde. *Cic. N. D.* 2, 55. *med.* Pars animae redditur respirando, pars concipitur cordis parte quadam, quam ventriculum cordis appellant: cui similis alter adjunctus est, in quem sanguis a jecore per venam illam cavam influit. P Praecipue sic dicitur receptaculum cibi in corpore animalis, in quo conficitur, confectusque in intestina transmittitur quidquid comestum est. *Cels.* 4, 1. et 5, 26. n. 16. *Plin.* 11, 37, 78. et sq. et alibi saepe. *Cels. cit.* l. 4. Ventriculus, qui receptaculum cibi est, constat ex duobus tergoribus: isque inter lienem et jecur positus est, utroque ex his paulum super eum ingrediente.

VENTRIFLUUS, a, um, adj. qui ventrem solvit, ut *Ventrifluis* medicamenta, *Coel. Aurel. Tard.* 1, 4. *med.*

[VENTRIGO, is, n. 3. ventrem ago, idem ac ventrem facio. V. VENTER. *Plin. Val.* 1, 2. *med.* Res est saluberrima abstinere et a vino, et a clamore, balneis, et vento, et frigore, ita tamen ut post paucos dies (*agrotus*) ventriget. F.]

VENTRILLOQUUS, a, um, adj. *ἔγγαστροῦδιος*. *Ventriloquos Isid.* in *Gloss.* exponit praecantatores: sunt autem iidem, qui divini, seu harioli, qui daemonem in ventre se habere dicunt, et ex ejus inflatu futura praedicere. *Tert. adv. Marc.* 4, 25. et *adv. Prax.* 19. ex *Isa.* 44, 25. Quis alius disjicit signa ventriloorum, et divinationes eius corde? Verba *Isaiae in Vulgatae edition.* sunt: Irrita faciens signa divinatorum, et hariolos in furorem vertens. [*Hieron.* in *Isai.* 3, 8, 20. Quaerite ventrilooros, quos pythonas intelligimus, et qui de terra loquuntur, quod in evocatione animarum magi se facere pollicentur, et cetera maleficarum artium genera. V. PYTHON. F.]

[VENTRIO, onis, m. dimin. ventris. Est cogn. *R. Inscr.* ap. *Mur.* 839, 2. L. Ovidio L. F. Ser. Ventrioni, etc. F.]

VENTRIOSUS, a, um, adj. *γαστροῦδης*, qui magnum habet ventrem. *Pl. Merc.* 3, 4, 54. Canus, varus, ventriosus. *Id. As.* 2, 3, 20. Macilentis malis, rufulus, aliquantum ventriosus.

VENTROSUS, V. in v. sq.

VENTROUSUS, a, um, adj. ventriosus. Ut a *mons, tis*, fit *montuosus*, sic a *venter, tris*, *ventrosus*. *Plin.* 14, 21, 27. Dolia ventrosa ac patula minus utilia. Ita *Hard.* ex MSS., alii leg. *ventrosus*.

VENTULUS, i, m. *ἀνεμίδιον*, lenis ventus. *Ter. Eun.* 3, 5, 47. Cape hoc flabellum, et ventulum huic sic facito, dum lavamus. *Adde Pl. Curc.* 2, 3, 37. et *Cas.* 3, 5, 14.

VENTURUS, a, um, part. futuri verbi *venio*, *Ov. A. Am.* 2, 59. Memores venturae senectae. *Virg. A.* 8, 627. venturi inscius aevi. P *Ventura*, absolute, res in futuro positae. *Id. ib.* 2, 125. Ventura videre. *Sic. Id. ib.* 6, 66. Praecisa venturi vates.

VENTUS, a, um, part. V. in VENIO.

VENTUS, i, m. *ἀνεμος, πνεῦμα*, aeris concitati motus, fluxus aeris impetuosior. [a *venio* derivatur; veniens enim aer cum impetu ventus est: hinc recentiores Germani nunc *wind* appellant, et *winden* eisdem est *torcere* Italarum; quae tamen vox fortasse vetustissima est, et a Celtica lingua repetenda, unde Latini ventum derivaverunt. F.] *Cic. N. D.* 2, 39. a. f. *de aere*: Tum effluens huc et illuc ventus efficit. *Vitruv.* 1, 6. Ventus est aeris fluens unda, cum incerta motus redundancia. Nascitur, cum fervor offendit humorem, et impetus fervoris exprimit vim spiritus flantis. *Cic. Cluent.* 49. f. Ut mare, quod sua natura tranquillum sit, ventorum vi agitari atque turbari. *Id. Fam.* 7, 20. *extr.* Ventus increbrescit. *Sen. Med.* 627. Venti silent. *Sen. alter V. B.* 22. Ssecundus, et ferens ventus. *Nep. Ann.* 8. Dare vela ventis. [**Pl. Mil.* 4, 8, 7. ventus dum operam dat, i. e. secundus afflat; formula aliquoties ap. *Plaut.* obvia. Contrarium est: ventus navim deseruit. *Most.* 3, 2, 50. *Lindem.*] P Jungitur nominibus peculiarium ventorum. *Cic. Att.* 9, 6. Septentriones venti. *Caes. B. G.* 5, 7. Corus ventus. *Nep. Milit.* 1. Aquilo; et *ib.* 2. Boreas. Sic *Pl. Curc.* 5, 2, 47. Exoritur ventus turbo, spectacula ibi ruunt. *Adde Trin.* 4, 1, 16. P [Omnium antiquissimi duos tantum ventos habuere. *Isid. Or.* 13, 11. *med.* Ex omnibus autem ventis duo cardinales sunt: Septentrio, et Auster. Id ipsum affirmat *Strabo l. i.* p. 51. *ed. Amstel.* ex *Thrasylcis* sententia. P Deinde quatuor fuere cardinales, quia flant a quatuor mundi cardinalibus, septentrione, oriente, meridie, occidente. Hos, *Homerum Odys.* 5, 295. secutus, *Ov. Trist.* 1, 2, 27. et *l. Met.* 60. Borean, Eurum, Notum, Zephyrum Graecanicis nominibus appellat.

(Adde *Manil.* 4, 589.) Eosdem vero Latinis *Cels.* 2, 1. Septentrionem, Subsolanum, Austrum, Favonium. P Mox octo facti sunt. Hos *Plin.* 2, 47, 46. Graecanicis nominibus vocat Aparctian, Borean; Apelioten, Eurum; Notum, Liba; Zephyrum, Argesten: Latinis Septentrionem, Aquilonem; Subsolanum, Vulturum; Austrum, Africum; Favonium et Corum. P Circa Alexandri M. tempora venti duodecim fuerunt. Hos *Sen. Q. N.* 5, 16., *Veg. Mil.* 5, 8. et *Auct. epigr. in Anth. Lat. T.* 2, p. 381. *Burm.* nominibus Graecanicis appellant Aparctian, Borean, Caecian; Apelioten, Eurum, Euronotum; Notum, Libonotum, Liba; Zephyrum, Argesten, et Thrascian: Latinis Septentrionem, Aquilonem, Caecian; Subsolanum, Vulturum; Album Notum; Austrum, Austroafricum, Africum; Favonium, Corum et Circium. Sunt qui hos eosdem ventos aliis appellant nominibus, ac praesertim derivatis ex iis locis, unde ipsi flare solent, quae tamen omnia recensere, quia infinitum esset, ideo consulto omitto. P Tandem sub Augusti tempora venti quatuor et viginti evasere. Eos ita recenset *Vitruv.* 1, 6. Septentrionem, Gallicum, Supernatem, Aquilonem, Borean, Carban; Solanum, Ornithias, Caecian, Eurum, Vulturum, Euronotum; Austrum, Altanum, Libonotum, Africum, Subvesperum, Argesten; Favonium, Etesias, Circium, Caurum, Corum, et Thrascian. Haec sunt quintuplices ventorum divisiones apud veteres Romanos. P Recentiores Itali, qui mare mediterraneum navigant, sedecim ita numerant ventos. *Tramontana, Tramontana-Greco, Greco, Greco-Levante, Levante, Levante-Sirocco, Sirocco, Sirocco-Ostro, Ostro, Ostro-Garbin, Garbin, Garbin-Ponente, Ponente, Ponente-Maestro, Maestro, Maestro-Tramontana.* Haec porro nomina ideo apposuimus, quia Lexicographus noster eadem cum antiquis saepe comparat. Recentiores Europaei ventos duos et triginta numerant, compositis eorum nominibus ex quatuor vocabulis Germanis, *Nord, Ost seu Oest, Sid et West;* quae quatuor primarios seu cardinales ventos significant. P In fabulis est, Ventos filios fuisse Astraei, qui patrem Titanum habuit, et Aurorae, et fratres Astraeae; eos aliquando adversus Jovem proelatos esse; a Jove debellatos in terrae speluncis in Aeolide inclusos fuisse, iisque Aeolum regem datum esse, qui eos coereret. *Serv. ad Virg. A.* 1, 136. et *Hgg. praef.* Hinc pro Diis habiti sunt, et templa illis dicata, ut Circio ab Augusto, teste *Sen. Q. N.* 5, 17. f. et victimae caesae, ut ap. *Virg. A.* 3, 120. et *Hor. Epod.* 10 f. et vota facta, ut ap. *Lucr.* 5, 1228., *Or. Her.* 18, 37. et *Turpil. ap. Cic. Tusc.* 4, 34. P Translate *ventus* accipitur pro calamitate, adversa fortuna, perturbatione. *Cic. Pis.* 9. f. Alios ego vidi ventos, alias prospexi animo procellas. P Item pro secunda, seu prospera fortuna. *Cic. Att.* 2, 1. *med.* Quid si etiam Caesarem, cujus nunc venti valde sunt secundi, reddo meliorem? [*Adde *Fam.* 12, 25. quicumque venti erunt, ars certe nostra non aberit] P Item pro favore, plausu. *Id. Cluent.* 47. Verum omnes intelligimus in istis subscriptionibus ventum quandam popularem esse quaesitum. [*Cf. *Ernest. cl. Cic. s. h. v.*] P Item pro fama, rumore. *Id. ib.* 28. Qui omnes rumorum et concionum ventos colligere consuescit. [*Melius *Math. h. l.* ventos intelligit ea, quae in rumoribus et concionibus essent ad invidiam faciendam accommodata; coll. *Ern. cl. Cic. s. h. v. ubi,* quae haec de re dici posse videntur, largius praebentur. — Pro fama *ventus* dicitur ap. *Eund. Fam.* 8, 8. magna illico fama surrexit, et de damnatione ferventer loqui est coeptum, quo vento projectur Appius minor, ut indicet etc.] P *Ventis tradere* est oblivioni tradere. *Hor. Od.* 1, 26, 1. Tristitiam et metum Tradam pertervis in mare Creticum Portare ventis. Huc pertinet et illud *Virg. A.* 10, 652. nec ferre videt sua gaudia ventos, h. e. irrita esse, in nihilum abire. [*Adde *Catull.* 63, 142. Quae cuncta aere discerpunt irrita venti.] P *In vento et in aqua scribere* est operam perdere. *Catull.* 70, 4. Sic profundere verba ventis, h. e. frustra loqui, *Lucret.* 4, 929. Et, dare verba in ventos, *Or. Am.* 1, 6, 42. Idem quoque est *ventis loqui* ap. *Ammian.* 15, 5. [*Ap. *Or. Hor.* 2, 25. *Ventis verba dare* proverbialis locutio est, de eo, qui obliviscitur promissorum, fidem, quam dedit, fallit. V. *Ruhnck.*] P *Vento vivere* proverbiali locutione dicitur is, qui minimo sumptu victitat. *Imp. Alexand. Cod.* 5, 50, 2. f. P [*De dictione *ventis, remis,* i. e. omni contentione niti, cf. quae notata sunt in v. *remus;* coll. *Beier ad Cic. Off.* 2, 407. P Neque recte videtur omissum illud dicendi genus, nobis quoque usitatum, ap. *Lucr.* 6, 1110. Quatuor a venteis et coeli partibus esse, i. e. ex quatuor orbis terrarum regionibus, a quibus nomina accepere venti.] P *Ventis textilis* est vestis tenuissima, quae subtilitate videtur ventos aequare. *Laberius ap. Petr. Sat.* 55. V. NEBULA.

VENUCULUS, a, um, adj. ad Venusiam oppidum Apuliae pertinens, ut multi putant: ut *Venucula uva,* quae in ejus oppidi agro provenit, et in ollis condi et servari solet, ob id etiam *ollaris* dicta. *Hor. Sat.* 2, 4, 71, *venucula* convenit ollis: Rectius Albanam fumo duraveris uvam. (Quidam

scribunt *Venucula* duplici *nn,* ut commode prima syllaba producat, quae in *Venusia* brevis est.) *Colum.* 12, 43. *med.* Uvae *Venuculae,* quas antiqui in vasis condebant. *Plin.* 14, 2, 4. n. 6. *Venucula* inter optime dellorescentes, et ollis aptissima. *Hard.* legit *Venucula* eodem sensu: alii *venucula.* P Quidam rectius *venuculam* non a Venusio oppido, sed a *venum* derivant, ut sit idem, quod *venalis:* nam ideo in ollis servatur, ut vendi possit extra vindemiae tempora. Sic enim *Acro ad Hor. l. c.* *Venucula* uvae genus est, cujus botryones ollis servabantur. P *Colum.* 2, 6. far etiam *venuculum* nominat, et inter tarris varia genera refert. Alii leg. *vermiculum,* h. e. rutilum.

VENULA, ae, f. *φλέβιον.* *Cels.* 2, 6. Oculi illacrimant, atque in iisdem venulae pallent. P Translate. *Quint.* 12, 10. Quid est cur in iis, qui tenui venula per calculos fluunt, Atticum saporem putent?

VENULEJUS. Q. Claudius Venulejus Saturninus JCtus, unus ex discipulis Papiniani, fuit etiam unus ex familiaribus et sociis Alexandri Severi Imp., ut in ejus vitae fine tradit *Lampr.* Exstant multa ejus responsa in Pandectis.

VENULUS, a, um, adj. dimin. idem ac *venalis.* Est cogn. R. *Inscr. ap. Maff. Mus. Ver.* 476, 8. A. Firmius Venulus. F.] *VENULUS, i, m. Turni legatus ad Diomedem. *Virg. A.* 8, 9. Mittitur et magni Venulus Diomedis ad urbem. B. A.

VENUM, quod venale est. Quidam putant, esse supinum verbi *veneo;* sed potius *veneo* est a *venum,* quasi *venum eo.* Aliquando per casum inflexa legitur: itaque potius nomen esse, dicendum est, cujus in usu frequentissimo est *venum:* dicimus autem *venum ire,* h. e. vendi; et *venum dare,* aut *tradere,* h. e. vendere. *Gell.* 7, 4. Pileatos servos *venum* solitos ire, quorum nomine venditor nihil praestaret, Coelius Sabinus jurisperitus scriptum reliquit. *Liv.* 3, 55. Ut ejus familia ad aedem Cereris *venum* iret. *Lucan.* 4, 206. seque, et sua tradita *venum* Castra videt. *Claud. in Ruf.* 1, 178. *Venum* cuncta dari, h. e. omnia venalia esse. *Id. in Eutrop.* 1, 37. Omnes poenituit pretii: *venumque* redibat, Dum vendi potuit. P Reperiuntur etiam quidam hujus nominis casus, ut dictum est, ut *venui* datus, tanquam a *venu,* u: et *veno* in dat. et ablat. a *venum,* i. *Appul. Met.* 8. Eum rogavit unus e nostris, haberetne *venui* lacte? et *infra.* Cantherium *venui* subjicere. *Tac. A.* 13, 51. Militibus immunitas servaretur, nisi in iis, quae veno exererent; et *ib.* 14, 15. Posita veno irritamenta luxus. P Sunt qui scribunt cum diphthongo *ae,* sed V. VENEIO.

*VENUNDATIO, onis, f. *Gloss. Cyrill.* *πράσις.* B. A.

VENUNDATUS, a, um, part. a *venundo:* venditus. *Tac. Agr.* 28. Per commercia *venundati,* *Prop.* 3, 17, 22. Tuque o Minoa *venundata* Seylla figura.

VENUNDO, as, dedi, datum, a. 3. *ἀνεμπολέω,* *ἀποδίδωμι,* idem quod *vendo,* *venum do.* *Cic. Off.* 3, 16. Cum in *venundando* rem eam scisset. Alii leg. *vendendo.* [*Fr. *Heusing.* legendum censet in *venundo.* *Faciol.* vulg. hanc notam adjecit: usus est vetustate verbi ex formula. Quem secuti sunt *Gernh.* et *Beier.* ita tamen ut divisim *venum dando* scrib. quod antiquo dicendi modo magis convenit. Hinc non esse falsi videntur ii, qui formulam *venundare* ap. *Cic.* inveniri prorsus negant, quae imprimis sequioris aetatis scriptoribus usurpatur: nam etiam ap. *Sall. Jug.* 91. (al. 96.) divis. scribend. nobis videtur. P Vocabulum *solomne* est de captivis vendendis. *Voster laud. Flor.* 4, 12. *med.* Hos sub corona jure belli *venundedit.* Alia exempla sunt praeter *Sall.* 1. supra *Suet. Aug.* 21. *Curt.* 9, 8, 3. *Tac. A.* 14, 33. 13, 39. *H.* 1, 68. *Agr.* 28. P Nunc sequi poterant ea, in quibus *venundare* idem fere est, quod nostr. *verschachern.* Quo sensu positum est in his:] *Tac. A.* 11, 22. *extr.* Quaestura gratuito concedebatur, donec sententia Dolabellae velut *venundaretur.* *Fragm. juris civ. antejustin.* (ed. A. *Maio*) p. 71. Matre quoque filiae res *venundante,* nihil ei auferre posse, non ambigitur. [*Cf. *Doederl.* 4, 118. sq.] P Scribitur et *venundo.*

VENUS, eris, f. *Ἀφροδίτη, Κύπρις, Κυθήρεια,* filia Coeli et Diei, Dea amorum, pulchritudinis, gratiarum, deliciarum, voluptatum omnium. Poetae fabulantur, natam esse ex spuma maris, et Coeli testibus a Saturno excisis, et in mare projectis. Sed hoc de Venere secunda *Cic. N. D.* 3, 23. scribit. Quatuor enim ibi Veneres enumerat, ut dicitur §. 7. Dicta est a veniendo, quia se facilem petentibus praebet. *Id. ib.* 24. *Minerva,* quia minuit, aut quia minatur: *Venus,* quia venit ad omnia. [*Recte *Doederl.* 3, 31. *Cic.* conjecturam de utriusque v. *Venus* et *Minerva* origine frustra factam dicit; quamquam ad originem eruendam parum quidem facere videntur, quae de cognatione v. *Veneris* cum nostr. *Wonne* et *winschen,* et fortasse etiam *Minnen* etc. memorat ipse; coll. *Kann. Verw.* p. 220.] P Graecis est *Ἀφροδίτη,* ab *ἄφρος,* spuma, e qua nata fingitur: quod praeter multos scriptores etiam tradit *Arnob.* 4, 143. Numquid a nobis dicitur ex pelagi spuma,

et ex Coeli genitalibus amputatis Cythereae Veneris concretum coaluisse candorem? P Nata dicitur in Cypro ibique colebatur, et in Papho, in Gnido, in Cytheris, et plurimis aliis in locis. *Hor. Od.* 1, 30, 1. O Venus regina Gnidi, Paphique. Adde *ib.* 3, 1. Ejus sedem in Cypro late et luculenter describit *Claud. Nupt. Hon. et Mar.* 49. et sqq. P Ab ea Romulus mensem anni secundum Aprilem nominasse dicitur. *Or. Fast.* 4, 61. Sed Veneris mensem Grajo sermone notatum Auguror: a spumis est Dea dicta maris. Adde *Met.* 4, 537. P Fabulantur nupsisse Vulcano, et adulterio sese cum Marte miscuisse, unde Anteros natus sit. *Id. l. Met.* 4, 1. *Fast.* 4. et alibi: sed haec de tertia Venere narratur, quae filia fuit Jovis, et Dionis. *Cic. l. c.* P Dicitur etiam adulterium admisisse cum Mercurio, ex quo Cupidinem, sive Amorem peperit. Hoc de Venere secunda, et de Mercurio secundo *Cicero* scribit *ib.* Nam Cupido primus Mercurio, et Diana prima natus dicitur. Sed quidam volunt, Cupidinem ex sola Venere natum esse, ut est ap. *Serv. ad A.* 1, 668. P Veneres plures fuere, ut jam significavimus. *Cic. N. D.* 3, 23. Venus prima Coelo, et Die nata, cujus Elide delubrum videmus: altera spuma procreata, ex qua et Mercurio Cupidinem secundum natum accepimus: tertia Jove nata, et Dione, quae nupsit Vulcano, sed ex ea et Marte natus Anteros dicitur: quarta Syria, Tyroque concepta, quae Astarte vocatur, quam Adonidi nupsisse traditum est. P Poetae tamen has omnes Veneres confundunt, et uni tribuunt ea, quae trium propria sunt. P De Venere armata V. ARMATUS. P Cyprii signum Veneris habuerunt barbatur corpore, sed veste cum sceptro ac statura virili: et putant, eandem marem ac feminam esse. Sunt haec verba *Macrobbii Sat.* 3, 8. quorum similia habet *Serv. ad A.* 2, 632. P Sacra Veneri fiebant Paphi solo ture, et floribus. *Serv. ad ib.* 1, 339. P Non solum pro Dea amoris ponitur, sed etiam pro libidine, seu appetitu commixtionis cum altero corpore, et pro re ipsa Veneria, quam Graeci *ἀφροδιταεισίων* dicunt. *Ter. Eun.* 4, 5, 6. Sine Cerere, et Libero friget Venus. *Virg. A.* 3, 97. Frigidus in Venerem senior. *Prop.* 4, 7, 19. Saepae Veneris trivio commissa. *Plin.* 26, 10, 60. Illita radix genitalibus inhiabit non solum Venerem, sed affluentiam geniturae. *Virg. G.* 3, 137. Sed rapiat sitiens Venerem, interiusque recondat: *τὸ σπέρμα.* *Venus feminea* est, quae quis utitur in feminis; *aversa,* quae in pueris vitiandis. *Or. Met.* 10, 80. omnemque refugerat Orpheus Femineam Venerem. *Capitol. Alb.* 11. Mulierarius inter primos amatores, aversae Veneris semper ignarus, et talium persecutor. Quid sit *Venus pendula,* V. in PENDULUS. P Interdum ponitur pro gratia, quae apud alios pollemus. *Sen. Ben.* 2, 28. Ille non est par mihi virtutibus, nec officiis, sed habuit suam Venerem. *Plin.* 35, 10, 36. n. 10. de Apelle: Quorum (*pictorum*) opera cum admiratur, collaudatis omnibus, deesse iis unam Venerem dicebat, quam Graeci charita vocant. P Interdum etiam pro venustate, ornatu, elegantia. *Pl. Stich.* 2, 1, 5. Profecto amoenitates omnium Venerum et venustatum affero. *Quint.* 6, 3. *med.* Quod cum gratia quadam et Venere dicitur. *Id.* 10, 1. Isocrates omnes dicendi Veneres sectatus est. [*Cf. *Doederl.* 3, 31.] P Per blanditiam amatores amicas suas Veneres vocant. *Virg. Ecl.* 3, 68. parta meae Veneri sunt munera. P Neque amorum solum, sed et hortorum praeses habita est, et *Hortensis* appellata, quia hortum ad amoenitates et delicias pertinent, quae amorum comites sunt. Hinc *Naevius* ap. *Festum* in voce *Coquus.* Coquus edit Neptunum, Venerem, Cere rem. Ubi *Neptunus* pro piscibus ponitur, *Venus* pro oleribus, *Ceres* pro pane. *Varr. R. R.* 1, 1. Adveneror Minervam, et Venerem, quarum unius procuratio oliveti, alterius hortorum: quo nomine rustica Vinalia sunt instituta. P Est item *Venus* una errantium stellarum, inter Solis et Mercurii sphaeram sita, quae mane, cum antegreditur Solem, Graece *Φωσφόρος,* Latine *Lucifer* dicitur: vespere, cum Solem subsequitur, appellatur a Graecis *Ἑσπερος,* a Latinis *Vesper,* et *Vesperugo.* *Cic. N. D.* 2, 20. Infima est quinque errantium, terraeque proxima stella Veneris, quae *Φωσφόρος* Graece, *Lucifer* Latine dicitur, cum antegreditur Solem; cum subsequitur autem, *Hesperos.* Adde *Sonn. Scip.* 4. et 5. P [*Veneris dies* fuit appellatus ille dies, quem nunc Itali *Venerdi* vocant. V. DIES. *Inscr. ap. Grut.* 1053, 4. Depositus puer Helias argentarius septimum Kal. Novembres die Beneris (sic pro *Veneris*), ora (h. e. hora) quarta. *Alia* ap. *Donat.* 180, 4. Dionysius annorum plus minus XXV. decessit in pace pridie Non. Aprilis die Beneris, Sev. et Quin. *Coss. h. e. Severe* et Quintiano consulibus, nempe ann. a Chr. n. CCXXXV. F.] P *Venus* etiam dicebatur talorum jactus: nempe is qui talos omnes figura exhibebat diversa, hoc est, Cum steterit nullus vultu tibi talus eodem, ut loquitur *Mart.* 14, 14. Causa nominis est, quod is jactus propitia Venere fieri putaretur, unde et *Veneris* dicebatur: erat enim omnium jactuum felicissimus. *Prop.* 4, 8, 45. Me quoque per talos Venerem quaerente secundos, Semper damnosi subsilvere Canes. *Augustus* ap. *Suet.*

Fulg. Myth. 1. praef. Quidquid Helicon verbalibus horreis enthecatur possederat; et mox: Licet mulierum verbalibus undis et caudicibus cedant, h. e. verbositate. P Verbalia nomina, quae a verbis descendunt, apud grammaticos. Charis. 2, 128. et Diomed. 1, 310. Sunt etiam quae a Graecis ῥηματα dicuntur, nos non absurde verbalia diximus, ut a verbo lego lectio, et dico dictio, et oro oratio, etc. P Ap. Diomed. l. c. et Cleon. in Arte, p. p. 1892. legitur verbalia.

[VERBANUS, i, m. Lago maggiore, lacus Galliae Transpadanae ad Alpiam radices, ex quo Ticinus fluv. effluit. Plin. 3, 19, 23. Ut Adduam Larius, Ticinum Verbanus, Mincium Benacus (reddunt). P Est item cogn. R. Inscr. ap. Mur. 1578, 6. Cleo L. dat Saturnino Verbani: scil. vero. F.]

VERBASCUM, i, n. φλόκος, genus herbae. [*Königskezer, Wollkraut.] Plin. 25, 10, 73. Verbascum Graeci phlomon vocant: genera habet prima duo: album, in quo mas intelligitur: alterum nigrum, in quo femina: tertium genus non nisi in silvis invenitur. Sunt folia brassicae latiora, pilosa, caulis erectus cubitali amplior, semen nigrum inutile, radix una crassitudine digiti. Nascuntur et in campestribus. Silvestri folia eleliphaci, alta, ramis lignosis. Haec Plin.

[VERBEJÄ, ae, f. Dea a Britannis, et Gallis culta: haec videtur fuisse eadem ac Victoria, quae verbenam seu palmam manu praeferebat. V. Jo. Christ. Wernsdorffii Comment. in Nov. Act. Soc. Lat. Jenens. T. 1. p. 289. Inscr. ap. Grut. 89, 7. et 1017, 2. Verbejae sacrum Clodius Fronto Praef. Coh. II. Lingonum. F.]

VERBENÄ, ae, f. ἰσὰ βοτάνη, omnis herba ex puro loco decepta, item ramus, virga, frons omnis arborum sacrarum, ut lauri, olivae, myrti. Sere. ad illud A. 12, 120. verbera tempora vincit: Verbera, inquit, proprie est herba sacra, ros marinus, ut multi volunt, id est ἰσὰ βοτάνη, sumpta de loco sacro Capitolii, qua coronabantur fetales, et pater patratus foedera facturi, vel bella inducendi. Abusive tamen verbenas jam vocamus omnes frondes sacratas, ut est laurus, oliva, vel myrtus. Terentius (Andr. 4, 3, 11.) Ex ara mese hinc verbenas. Nam myrtum fuisse Menander testatur, de quo Terentius transtulit. Id. ad illud Virg. Ecl. 8, 65. verbenasque adole pingues: Verbenae, inquit, dicuntur virgulta, quae semper virent, jucundi odoris. Alii verbenas virgulta religioni apta. Alii proprie olivarum ramos. Nam ideo et pingues ait, quamvis hoc et de palma, et de lauro dici possit. Alii rorem marinum dicunt. Omnia tamen haec a viriditate verbenae appellantur. Hactenus Servius. Ex posteriore hoc loco discimus, veteres ipsos grammaticos maxime digladiatos esse super verbenae voce. Id non alia de causa factum est, quam quod viderent, vocem eam ab antiquis tribui rebus diversis. Sed re vera nullus inter eos est dissensus, quia late adeo vox haec patet, ut ramos, virgas, frondesque omnes sacrarum arborum, ut lauri, olivae, myrti, atque adeo herbas omnes ex puro loco deceptas complectatur. Quare etsi de myrti frondibus usurpet Terentius, non dubitat tamen Plinius dicere, id esse sacri graminis genus. Ita enim ille, 22, 2, 3. Non aliunde sagmina in remediis publicis fuerit, et in sacris, legationibusque verbenae. Certe utroque nomine idem significatur, hoc est gramen ex arce cum sua terra evulsum: ac semper e legatis, cum ad hostes, clarigatumque mitterentur, id est res raptas clare repetitum, unus utique verbenarius vocabatur. Haec Plin. P Ad etymon quod attinet, verbera dicta est, quasi herbera. Donat. ad Ter. l. c. Verbenae quasi herbenae, redimula sunt ararum. Acro ad Hor. Od. 4, 11, 7. Verbenae sunt omnes herbae, frondesque festae ad aras coronandas, dictae quasi herbenae. Nempe spiritus asper mutatur in r consonum, quomodo pro Henetis Venetos, et τὰ τοῦ ἐπιπέγου vesperum dicimus. Servius verbenas a viriditate sic dici ait, ut vidimus. P Verbenarum usus fuit in foederibus percutiendis, et in legationibus, quibus res repetebantur: item coronandis aris: Deorum mensis verrendis, purgandis, lustrandisque domibus, et in sacris domi faciendis. Testes habemus horum Liv. 1, 24., Hor. Od. 4, 11, 6. Plin. l. c., item 15, 29, 36, et 25, 9, 59, et Pl. Truc. 2, 5, f. Meminit et Cic. Verr. 2, 4, 5. Ennam cum venissem, praesto mihi sacerdotes Cereris cum infulis ac verbenis fuerunt. P In medicina inter ea, quae reprimunt et refrigerant, Cels. 2, 22, f. ponit verbenarum contusa cum teneris caulibus folia: ejus generis sunt olea, cupressus, myrtus, lentiscus, tamarix, ligustrum, rosa, rubus, laurus, hedera, punicum malum; et mox: Aqua calida, in qua verbenae coctae sunt, quas supra proposuit; et 8, 10, n. 7. med. Myrtus, hedera, aliave similes verbenae.

VERBENACÄ, ae, f. idem ac verbera: item herba pculiaris verbenae usum habens, de qua Plin. 25, 9, 59. V. HIERABOTANE.

VERBENARIUS, ii, m. qui verbenam fert. Plin. 22, 2, 3. Legati cum ad hostes, clarigatumque mitterentur, id est res raptas clare repetitum, unus

utique verbenarius vocabatur. V. Varronis l. c. in CADUCEUS.

VERBENATUS, a, um, adj. verbena coronatus. Suet. Cal. 27. Alterum, qui se periturum pro salute sua voverat, cunctantem pueris tradidit verbenatum, infulatumque.

VERBER, eris, n. μάστιξ, αἰχμη, instrumentum verberandi, qualis est virga, fustis, flagellum, ferula, et si quid est simile. [*Doederl. 3, 264. a ferire derivandum censet. Ceterum v. verber (pro quo in nomin. sing. etiam verbus dici posse putat Schneid. Gr. Lat. 2. p. 429. neg. Doderl. l. c.) proprie de flagello usurpatum videtur: alias enim non video, qui fieri poterit, ut de habena, seu funiculo fundae dictum fuerit.] Quint. decl. 19, 3. extr. l. gnes ex proximo raptos, verbera quae casus obtulerat. Ov. Met. 14, 820. ictu Verberis increpuit. Ter. Andr. 1, 2, 28. Verberibus caesum te in pistrinum, Dave, dedam usque ad necem. Virg. G. 3, 106. illi instant verberis torto. Cic. Leg. 3, 3. Coercere aliquem verberibus. Liv. 8, 28. Adolescentem nudari jubet, verberaque afferri; quibus lacera-tem juvenis cum se in publicum proripisset, etc. [*Praeter hunc Livii locum apud bonos prosae orationis scriptores nullum invenies, ubi verber pro instrumento verberandi positum sit. Ciceronis exemplum parum recte huc relatum videtur: nam verberibus aliquem coercere significat in universum, ictibus, plagis aliquem tractare.] P De habena, seu funiculo fundae. Virg. G. 1, 309. Stuppea torquentem Balearis verbera fundae. Adde Sil. 1, 314. P [*Usurpatur verber etiam de tormentis, quibus saxa aliaque id genus plura emitti contra moenia hostium solent. Luc. 3, 469. At saxum quoties ingenti verberis actu Excutitur, etc. ubi v. Cort. et Mart. Lag. in ed. Web.] P De ictu et plaga ferientium. Stat. Th. 2, 143, et 172. post verbera, h. e. post pugnam. Sen. Herc. Fur. 800. Victrice magnum dextra robur gerens, Huc nunc et illuc verberare assiduo rotat. Claud. Laud. Stil. 1, 288. Exiguo clavi flexu declinat aquarum Verbera. P De ictu remorum. Lucan. 3, 535. praetoria puppis Verberibus senis agitur. [*Sil. 11, 492. Centeno fractus spumabat verberare pontus. P Etiam de nantibus dicitur verbera dare Ponto ap. Ov. Her. 18, 23. ubi v. Ruhnck.] P Translate. Lucr. 5, 955. Verbera ventorum, h. e. impetus. Hor. Od. 3, 12, 2. aut exanimari metuentes Patruae verbera linguae, h. e. oburgationes. Prisc. Perieg. 1033. Psittacus hic viridis decoratus torque rubenti Nascitur, humanae simulat qui verbera linguae, h. e. ictus linguae palatum percussit, dum verba exprimit. Gell. 13, 17, f. Verbera fortunae, h. e. adversa fortuna. P In sing. num. primus, tertius, et quartus casus carent exemplis. [*Ablativus hujus vocis inter prosae orationis scriptores non occurrere videtur nisi ap. Sen. de constant. 12. pecora verberare domantur. Plin. H. N. 2, 8. med. adverso siderum verberare. — Genitivus legitur tantum ap. Lucan. ap. Phoc. p. 1709. et ap. Pall. Mart. 11, 3. hortamen clamoris ac verberis. Schneid. Gr. Lat. 2. p. 429.]

VERBERABILIS, e, adj. μαστιγίας, verberibus dignus. Pl. Aul. 4, 4, 6. Verberabilissime, etiam rogitas, non fur, sed trifer!

[VERBERABUNDUS, a, um, adj. qui verberibus castigat. Plaut. fragm. (ed. A. Maio) p. 30. Ut eum verberabundum adducam domum. F.]

VERBERATIO, onis, f. μαστιγία, ἰσὰ, actus verberandi. [Callistrat. Dig. 48, 19, 7. Veluti fustium admonitio, flagellorum castigatio vinculorum (al. nervorum, al. lororum) verberatio. F.] P Translate. Q. Cic. Tironi, Fam. 16, 27. Mirificam mihi verberationem cessationis epistola dedisti, h. e. reprehensionem.

VERBERATOR, oris, m. qui verberat. Prud. περὶ στεφ. 9, 38. Donetur ipsis verberator parvulus, [h. e. magister, qui discipulos verberare solet. F.]

VERBERATUS, a, um, part. a verbero: τυφθεῖς, ictus, converberatus. Mart. 7, 95. Quid possis graviusque saeviusque Percussus facere atque verberatus? Plin. 9, 18, 32. Piscis, qui nusquam percoqui potest, nisi ferula verberatus. Hor. Od. 3, 1, 29. Vineae verberatae grandine. Ulp. Dig. 47, 10, 5. Quod se pulsatum, verberatumve esse dicat. V. VERBERO, as §. 1. P Translate. Tac. Agr. 41. f. Quibus sermonibus satis constat Domitiani quoque aures verberatas. Petr. Sat. 132. Manifestis matrona contumeliis verberata.

VERBERATUS, us, m. verberatio. In sexto casu sing. Plin. 31, 3, 23. Ut aqua etiam tactu gelida sit, etiam arte contingit, si etiam expressa in altum, aut e sublimi dejecta, verberatu corripiat aera.

VERBEREUS, a, um, adj. μαστιγίας, verberibus dignus, verberabilis. Pl. Capt. 5, 1, 31. et Ps. 4, 1, 7. Sed eum video verberare statuum. Id. Pers. 2, 2, 2. Asin' vero verberare caput!

VERBERITO, as, a. 1. μαστιγίω, saepe verbero. Paul. ex Fest. Verberitare Cato frequentative ab eo, quod est verbero, dixit.

VERBERO, as, a. 1. μαστιγίω, τύπτω, verberare, pulso, percussio, ferio. Videtur esse discrimen aliquod (quamquam non perpetuum) inter ver-

bero, et pulso: nam, ut ait Ofilius ap. Ulp. Dig. 47, 10, 5., verberare est cum dolore caedere, pulsare sine dolore. Sed hoc falsum est. Alii ita distinguunt, ut verberare proprium sit virgarum, et flagrorum, pulsare generalius sit, et ad quodvis ictus genus significandum pertineat. [*V. in Verber.] Cic. Verr. 2, 5, 54. med. Sex lictores valentissimi, et ad pulsandos verberandosque homines exercitissimi. Id. ib. 2, 3, 26. f. Videtis pendere alios ex arbore, pulsari autem alios, et verberari. Id. ib. 2, 5, 43. med. Quae cum apud te diceret, virgis oculi verberabantur. Ov. Met. 4, 726. Verberare aliquem ense. Suet. Cal. 26. Veste detracta, subjectaque militum pedibus, quo firme verberari insisterent. P Accipitur etiam pro percussione quacumque ratione. Cic. Phil. 8, 7. Ante consules, oculosque legatorum tormentis Mutinam verberavit. Virg. A. 3, 423. Charybdis sidera verberat unda. Id. ib. 11, 756. aquila aethera verberat alis. Stat. Th. 5, 390. nive verberat agros Juppiter. Plin. 14, 21, 27. Defruta exposita sub dio in cadis verberari sole, luna, imbre, ventis. Colum. Arb. 16. med. Sulcum cum feceris, patiere duobus mensibus eum tempestatibus verberari. Cato R. R. 91. Locum coaequato, et paviculis verberato. Lucan. 2, 407. et Adriacas qui verberat Aufidus undas, h. e. impetu vasto influens et propellens mare Adriaticum pulsanti similis. Sen. Troad. 321. Levi canoram verberans plectro chelyn. Val. Fl. 1, 639. puppim verberat Euris. P Translate etiam de verbis dicitur pro oburgare, conviciari, lacerare. Pl. Truc. 1, 2, 17. Me illis quidem haec verberat verbis. Cic. Pis. 26. med. Os tuum ferreum senatus convicio verberari noluisti. Id. Or. 3, 21. Orator in dicendo exercitatus istos verberabit, neque se ab iis contentum sinet, h. e. dicendo obruet, longe vincet. P Alio sensu. Pl. Amph. 1, 1, 117. Mihi vox aures verberat, h. e. aures meas percellit. [*Agit de hoc dicendi genere Passerat. ad Prop. 1, 16, 27. et Cort. ad Luc. 7, 25. ubi tamen Mart. Lag. edd. quorund. lectionem auras pro aures praeferendam censet.] P Item Pl. Truc. 4, 3, 3. participium verberans usurpavit pro vapulans. Rogitavi, inquit, ego vos verberantes, et pendentes simul. Alii rectius leg. Rogitavi ego vos pendentes verberans ambas simul? P Verberare lapidem est operam perdere, et sibi nocere. Id. Curc. 1, 3, 41. Noli, amabo, verberare lapidem, ne perdas manum.

VERBERO, onis, m. μαστιγίας, verberare dignus. Pl. Amph. 1, 1, 128. Ain' vero verbero? Deos esse tui similes putas? Id. Ps. 4, 7, 63. Edepol hominem verberonem! Adde Ter. Ph. 4, 4, 3. Cic. Att. 14, 6. Diserucior, Sextilii fundum a verberone Curtilio possideri.

*VERBEROSUS, a, um, adj. Gloss. Cyrill. μαστιγίας, verberosus, flagellaticius. B. A.

VERBICIFATIO, onis, f. sermo de re aliqua. Caecil. ap. Donat. in Ter. Eun. 4, 4, 4. Quid tibi de meo amore verbificatio est patri?

VERBIGENÄ, ae, m. Verbum Filius Verbo Patre genitum. Siquidem Verbum persona de Verbo Patre, id est ratione vel intelligentia oritur, ut Petrus Dogm. Theol. l. 6. c. 3. n. 5. ait. Prud. Cath. 3, 1. O crucifer bone, lucisator, Omniparens, pie, verbigena, Edite corpore virgineo; Sed prius in Genitore potens, Astra, solum, mare quam fierent. Hirc. Id. ib. 11, 17. Ex ore quamlibet Patris Sis ortus, et verbo editus, Tamen paterno in pectore Sophia callebat prius. P Uterque hic locus ab aliis explicatur de Filii Dei generatione in tempore, qua Verbum caro factum est, vel quia hoc mysterium a Deo Patre per prophetas et per angelum praenuntiatum fuit; vel quia Verbum caro factum est per Verbum, per quod facta sunt omnia; vel quia Christus ex Virgine Maria sine virili semine, solaque divini Verbi potentia Verbum caro factum est. [*Hunc locum ita mutavit ex suis amplificavit F., ut totus ipsi jure possit adscribi.]

VERBIGERO, as, n. 1. διαλέγω, verba facio. Appul. Apol. Quamdiu, et quoties inter nos verbigeratum sit.

VERBILEVIS, e, adj. qui levis et iucundus in loquendo est. Vix unus aut alter est, qui ita legat ap. Prop. 2, 4, 28. Cynthia formipotens, Cynthia verbilevis. Nam alii Cynthia forma potens, Cynthia verba levis. [Alii pro verba levis leg. forma levis. Porro Id. 3, 18, 7. Est tibi forma potens. F.]

*VERBILOQUIUM, i, n. Fulg. Myth. 1. Aristotelis syllogis maticum verbilochium. Bail.]

*VERBINUM, i, n. oppidum Galliae Belgicae, in agro Veromanduorum, hodie Verouins in Picardia. Anton. Itin. B. A.

*VERBIVELITATIO, onis, f. verborum proelia, λογομαχία. Plaut. Asin. 2, 2, 41. Verbivelitationem fieri compendi volo. Vulgo Verbis velitationem. B. A.

VERBOSE, adv. πολυλόγως, multis verbis. Cic. Mur. 12. Satis verbose: cedo quid postea? Id. Fam. 7, 3. med. Haec ad te scripsi verbosius. [Varr. R. 2, 5. Paulo verbosius haec. F.]

VERBOSITAS, atis, f. verborum affluentia, loquacitas, πολυλογία. Prud. περὶ στεφ. 10, 551. Ver-

Pl. As. 5, 1, 6. Decet verecundum esse adolescentem. *Or. Met.* 14, 840. Illa verecundo vix tollens lumina vultu, etc. *Mart.* 8, 1. Discas verecundo sanctius ore loqui. *Quint.* 10, 1. in. Verba parum verecunda, i. e. turpia. P Metonymice est parvus, moderatus, modestus. *Cic. Or.* 24. med. Ille tenuis orator nec in faciendis verbis erit audax, et in transferendis verecundus, et parvus in priscis. *Id. Phil.* 12, 5. Verecundiorum esse in postulando. *Hor. Ep.* 1, 1, 37. Saepe verecundum laudasti. *Or. Trist.* 4, 4, 49. Nunc precor hinc alio jubeat discedere, si non Nostra verecundo vota pudore carent. *Id. Trist.* 2, 353. mores distant a carnine nostri: Vita verecunda est, Musa jocosa mihi. *Mart.* 8, 70. Cum siccare sacra largo Permissida posset Ore, verecundam maluit esse sitim. *Vell.* 2, 33. med. Pompejus in appetendis honoribus immodicus, in gerendis verecundissimus: ut qui eos ut libentissime iniret, ita finiret aequo animo. *Cic. Fam.* 7, 13. Interiores litterae, quibus saepe verecundiorum me in loquendo facis. P *Verecundus color*, rubor in vultu ex verecundia, vel ei similis. *Or. Met.* 1, 485. Illa verecundo suffunditur ora rubore. *Hor. Ep.* 17, 21. Fugit juvenas, et verecundus color Reliquit ora. P Hoc dicere est mihi verecundum, *Quint.* 7, 1. f. h. e. verecundiae est. [*V. Spald. ad h. l.] P *Partes verecundiores* ap. *Arnob.* 4, 133. verendae, obscenae. P *Verecundus*, reverendus, venerabilis. *Amian.* 14, 6. Patrum reverenda cum auctoritate canities, populique R. nomen circumspicuum et verecundum. Adde 21. f. 30, 8.

VEREDARIUS, ii, m. nuntius publicus, qui equis certo loco positus maxima quam celeritate itinera conficit. *Sidon. ep.* 5, 7. med. Hi sunt, qui invident tunicatis otia, stipendia paludatis, viatica veredariis, mercatoribus nudinas. *Firm. Math.* 3, 13. f. Sed Mercurius et Mars in Martis signis aut partibus constituti regum nuntios, veredariosque reddent. Hinc jocus *Paulini Nolani. ep.* 9. (al. 28.) in. Victor epistolarum nostrarum veredarius pedes, aut bipes veredus. P [Translate *veredarius urbis* dicitur ab *Hieron.* ep. 22. n. 28. presbyter quidam qui in hoc omne studium posuerat, ut matronarum nomina, domos, moresque cognosceret, et paene usque ad cubicula dormiantium senex importunus ingrederetur. F.]

VEREDUS, i, m. *ἄλος κέρδιμος*, equus cursus publici. Olim vehicularis fuit: unde et *veredo* nomen. Nam conflatum est ex Latino *veho*, et Gallico *reda*, sive *rhedas*: quomodo et *verhedus* cum spiritu in *Pand. Rhod.* 50, 4, 18. §. 21. *Festus*: Veredus antiqui dixerunt, quod veherent rhedas, id est ducerent. Quae *Festi* sententia etiam ex eo vera ostenditur, quod antiquis cursoribus cursus publicus erat vehicularis, ut constat ex *Suet. Aug.* 49. V. VEHICULARIUS. Hinc patet eorum error, qui putarunt, veredum fuisse equum sine vehiculo, eoque *veredum* non quasi *vehedum*, sed quasi *vehedum* dictum videri. Nempe in errore eos duxit, quod posteriore aevo, etiam equis singulis ad publicum cursum uti solerent: quae res fecit, ut his etiam veredorum nomen sit tributum. *Auson. ep.* 8, 7. Ut celerem manuum, vel ruptum terga veredum Conscendas, prope dummodo jam venias. *Id. ep.* 13, 13. Sed cisium, aut pigrum cautus conscende veredum: Non tibi sit rhedae, non amor acris equi. P [Veredi proprie erant equi cursum publicum facientes in viis rectis, ut *paraveredi*, qui in transversis. F.] *Imp. Jul. Cod.* 12, 51, 4. et *Imp. Valent.* *Valens et Grat.* ib. 7. P Usurpatur de quocumque equo cursus velocissimi, qualibus antiqui utebantur in venatione. *Mart.* 12, 14. Parcius utaris, moneo, rapiente veredo, Prisce, nec in lepores tam violentus eas. Saepesatisfecit praedae venator, et acri Decidit excussus, nec rediturus, equo. *Id.* 14, 86. Stragula succincti venator sume veredi. P [Procurator a *veredis* dicebatur in domo Augusta, qui veredorum Augusti curam habebat. *Inscr. ap. Mur.* 2012, 3. D. M. Aurelio Stephano Proc. a *veredis* Aug. F.]

VERENDUS, a, um, part. a *vereor*: *αἰδέσιμος, εὐλαβητός*. *Or. Met.* 4, 539. majestatemque verendam Imposuit. *Id. Pont.* 3, 1, 143. Curia cum patribus fuerit stipata verendis. *Id. Trist.* 5, 6, 31. et quos praetexta verendos, Virgaque cum verbis imperiosa facit; et *Her.* 3, 103. Per tamen ossa viri subito male tecta sepulcro, Semper iudicis ossa verenda meis. P *Verenda, orum, vā adōia*, obscenae et pudendae corporis partes. *Plin. ep.* 3, 14. Alius os verberat, alius pectus et ventrem, atque etiam (foedum dictu) verenda contundit. *Veg. Vet.* 1, 7. In lateribus (equorum) et in coxis, et in verendis partibus. P Item timendus, terribilis. *Lucan.* 10, 46. Alexander Partho verendus. *Id.* 5, 502. Fluctus verendi classibus.

VERENS, entis, part. a *vereor*, timens. *Cic. Sen.* 22. Vos tamen Deos verentes, qui hanc omnem pulcritudinem tument et regunt, memoriam nostri pie inviolateque servabitis. *Id. Fam.* 9, 16. Qui te ad scribendum incitavit, verentem, ne Silius suo nuntio aliquid mihi sollicitudinis attulisset. *Suet. Claud.* 24. Verens reprehensionem. P Cum gen. *Colum.* 6, 2. f. Mores hujus pecudis, qui sunt ve-

rentes plagarum, et acclamationum. *Auson. in prol. VII. Sap.* 18. nec verentes sumptuum.

VERENTER, adv. *Sedul.* 1, 8. sanctoque verenter Stare choro.

VEREOR, eris, itus sum, dep. 2. *εὐλαβέομαι, αἰδέομαι*, est cum observantia quadam, et ingenio pudore metuere. Differunt *vereri*, et *timere*. Est enim *vereri* proprie liberorum, qui honestatis gratia moventur, *timere* autem servorum, ut in VERECUNDIA dictum est. *Cic. Sen.* 11. Metuebant eum servi, verebantur liberi. *Id. Phil.* 12, 12. Quid? veteranos non veremur? nam timeri se ne ipsi quidem volunt. *Pl. Amph. prol.* 22. Quippe qui intellexerat vereri vos se, et metuere, ita ut aequum est, Jovem. *Vereri* ut patrem, *metuere* ut maximum et potentissimum. *Liv.* 39, 37. med. Veremur quidem vos, Romani, et, si ita vultis, etiam timemus. Sed plus veremur, et timemus Deos immortales. P Tamen haec differentia non ubique servatur, sed *vereor* frequentissime idem plane est, quod *timeo*, nec solum de hominibus, sed etiam de rebus usurpat. *Cic. Q. Fr.* 1, 3. Quem meus Cicero et amabat ut fratrem, et jam ut majorem fratrem verebatur. *Id. Or.* 1. Veretur reprehensionem doctorum atque prudentium. *Id. Att.* 14, 4. Vereor Gallica bella. *Id. Acad.* 4, 45. Vos autem mihi veremini, ne labor ad opinionem. *Caes. B. G.* 5, 9. Eo minus veritus navibus, quod in litore molli atque aperto deligatas ad ancoras relinquebat. *Ter. Andr.* 3, 4, 3. Ego dudum non nihil veritus sum, Dave, abs te, ne faceres idem, etc. *Auct. ad Her.* 2, 19. Ergo et metus periculi hortabatur eum interimere, a quo supplicium verebatur. *Cic. Sen.* 6. med. de *Carthagine*: De qua non ante vereri desinam, quam illam excisam esse cognovero. P Cum gen. *Afran.* ap. *Non* 9, 3. Optandum uxorem, quae non vereatur viri. *Ter. Phorm.* 5, 7, 78. Neque hujus sis veritus feminae primariae. *Aecius* ap. *Non. ib.* Si tui veretur progenitoris. *Pacuv.* *ib.* Nihilne te populi veretur, qui vociferare in via? *Cic. Att.* 8, 4. Ne tui quidem testimonii veritus. Alii leg. *tuum testimonium*. P Cum infinito. *Ter. Andr.* 2, 1, 23. Hei mihi! vereor dicere. *Cic. Leg.* 1, 13. Vereor committere, ut non bene provisat et diligenter explorata principia ponantur. Adde *Caes. B. G.* 5, 6. s. f. P Et passive impersonaliter. *Cic. Fin.* 2, 13. Cyrenaici, quos non est veritum in voluptate summum bonum ponere. P Pro dolere, moleste ferre. *Or. Her.* 16, 75. Vincere erant omnes dignae: jedexque verebar, Non omnes causam vincere posse suam. P Cum conjunctivo, sequente ut, aut *ne non*, in iis, quae vellemus fieri. *Cic. Fam.* 14, 14. Vereor, ut Dolabella ipse satis nobis prodesse possit. *Id. Or.* 1, 9. Illa duo, Crasse, vereor, ut tibi possim concedere. *Id. Fam.* 14, 5. Accepi tuas litteras, quibus intellexi, te vereri, ne superiores mihi reddita non essent. P Et sequente ut, in iis quae nollemus. *Id. Or.* 1, 55. Veritus es, nisi istam artem oratione exaggerasses, ne operam perdidisses. *Id. Sul.* 23. med. In ipsa rogatione ne quid per vim ageretur, quis nostrum Sullam aut Caecilium verebatur? *Caes. B. G.* 1, 42. Vereri se, ne per insidias ab eo circumveniretur. *Id. ib.* 19. Nam, ne ejus supplicio Divitiarum animum effunderet, verebatur. P Et omissio *ne. Nep. Pel.* 1. Vereor, si res explicare incipiam, non vitam ejus enarrare, sed historiam videam scribere. P *Vereor* ne pro *vereor* ut, in his quae vellemus. *Auct. ad Her.* 3, 6. med. Si laudabimus, vereri nos dicemus, ne illius facta verbis consequi possimus. Est qui leg. ut. [*Neque aliter recte quis legere poterit.] Adde *Cic. Fam.* 6, 1. et *Marc.* 4. quae loca in NE attulimus. P Non *vereor* ne, et non *vereor* ne non omnem timorem excludit, et significat certum esse, et securum non dubitare, quin. *Cic. Fam.* 2, 1. Non enim vereor, ne non scribendo te expleam; et *ib.* 5. Non quo verear, ne tua virtus opinioni hominum non respondeat, sed, etc. et *ib.* 6. Neque enim sum veritus, ne sustinere tua in me beneficia non possem. *Id. ib.* 2, 7. Non vereor, nequid timide, nequid stulte facias; et *ib.* 5, 12. med. Non vereor, ne assentianticula quadam aucupari tuam gratiam videar. *Matius* ad *Cic. ib.* 11, 28. f. Non vereor, ne meae vitae modestia parum valitura sit contra falsos rumores. P *Vereri* dubitationem saepe significat cum aliquo timore conjunctam: habetque post se particulas dubitandi. *Sall. in or. Lep. contr. Sull. med.* Neque jam, quid existimetis de illo, sed quantum vos audeatis, vereor. *Cic. Att.* 7, 7. Pontinum quod scribis in urbem introisse, vereor quid sit: nam id, nisi gravi de causa, non fecisset. *Coel. ad Cic. Fam.* 8, 10. Hoc quomodo acciperent homines, vereor etiam nunc. *Ter. Andr.* 1, 2, 4. Heri semper lenitas, verebar, quorsum evaderet. *Cujus Dig.* 20, 4, 11. Vereor, num hic aliud sit dicendum. P *Vereri*, absolute, verecundiam habere. *Pl. Bacch.* 1, 2, 50. Hic vereri perdidit. P Passive. *Afran.* ap. *Gell.* 15, 13. Ubi maluit metui, quam vereri se ab suis. P Part. *Verens* et *Verendus* V. supra suis locis.

VERETILLOPOTA, ae, m. vox hybrida ex Latino *veretillum*, et Graeco *νότις*, potor, facta, V. DRILOPOTA.

VERETILLUM, i, n. dimin. veretri. [Item genus piscis, ad quod alludere videtur *Appul. Appol.*, ubi

sermo est de piscibus idem nomen habentibus, quod in homine partes, quibus sexus distinguitur. En verba *ejusd.* At quacessisse me fingeretis ad illecebras magicas duo haec marina, veretillum et virginal. Alii *veretillam* legunt, ut sit a *veretilla*, ae, f. quod minime videtur probandum. F.]

[VERETINUS, a, um, adj. ad Veretum, *Οὐέτιον*, pertinens, Salentinorum oppidum, nunc S. Maria di Vereto. *Frontin. de colon.* p. 127. *Goes.* Ager Veretinus. P *Veretini, orum*, incolae illius oppidi. *Plin.* 3, 11, 16. f. Salentinorum, Neretini, Uxentini, Veretini. F.]

VERETRASINUS, i, m. is, [cujus penis ita protenditur, ut veretrum asinorum: a *veretrum* et *asinus*. Inde *onos* ab *ὄνος*, asinus, ap. *Lampr. Commod.* 10. extr. et *asellus* ap. *Juven.* 9, 92. impurus hujusmodi homo dicitur. (V. *Casaubon.* ad *Lampr. l. c.*) *Capitol. M. Aurel.* 12. Cum quendam veretrasinum famae detestandae, honorem petentem moneret. Ita legit *Casaub.*, alii *veretrasinum*, alii *Veretrasinum*, ut sit nomen proprium viri; sed fortasse rectius legendum *Vitrasium*, etenim *Vitrasius* est nomen gentilicium Romanum jam alibi memoratum. F.]

*VERETRICULUM, i, n. vasculum pudendum. *Petr. c.* 24. p. 82. *Bail. B. A.*

VERETRUM, i, n. *ἄλος, αἰδοῦν*, membrum virile, penis, mentula: a *vereor*, h. e. a supino *veritum*. Nempe penem ea ratione *veretrum* dixere, qua et *verenda* nominamus. *Suet. Tib.* 62. Excogitaverat autem inter genera cruciatus etiam, ut larga meri potione per fallaciam oneratos, repente veretris deligatis, ficularum simul, urinaeque tormento distenderet. Adde *Phaedr.* 4, 13. P [Sequioris Latinitatis tempore videtur, *veretrum* significasse pudendum tum virile, tum muliebre. Hinc *Arnob.* 5, 165. Amputationes virilium veretrorum. Item *Coel. Aurel. Tard.* 4, 9. *virile veretrum* dixit. *Id. vero ib.* 5, 10. med. habet muliebre *veretrum*. F.]

*VERGAE, arum, Italiae oppidum, in Bruttiiis. *Liv.* 30, 19. B. A.

*VERGELLUS, i, m, fluvius Apuliae. *Val. Max.* 9, 2. *Flor.* 2, 6. B. A.

VERGENS, entis, part. a *vergo*: *συντείνω*, inclinatus. *Cic. N. D.* 2, 45. Ut omnibus ejus partibus in medium vergentibus (id autem medium, infimum in sphaera est) nihil interrumpat. *Suet. Oth.* 7. Vergente jam die ingressus senatum. *Luc.* 2, 624. Illyris lonias vergens Epidaurus in undas. *Id.* 1, 130. Anni vergentes in senium. *Tac. Ann.* 13, 19. Vergens annis femina. *Id. ib.* 4, 41. Vergente jam se necta. *Plin.* 32, 10, 38. Aegri vergentes in lethargum. *Id.* 34, 2, 3. Aes suo colore pretiosum ad jocineris imaginem vergens. *Id.* 12, 12, 26. Nardus colore languido in candidum vergente.

*VERGENTUM, i, n. oppidum Hispaniae Baeticae, Juli Genii cognominatum. *Plin.* 3, 1. B. A.

VERGILIAE, arum, f. plur. septem stellae ante genua Tauri, Graece *Ἰστιάδες*. V. PLEJADES. A vere nomen habent. *Festus*: Vergiliae dictae, quia earum ortu ver finitur, et aestas incipit. *Isid.* Or. 3, 70. Has Latini Vergilias dicunt a temporis significatione, quod vere exoriuntur. *Cic. in Arat. N. D.* 2, 44. Vergilias tenui cum luce videbis. P Alii scrib. *Virgiliac*, quod virgulae modo porrigantur, ut est ap. *Voss.* in *Etym.*

[VERGILIENSIS, et Virgiliensis, e, adj. ad Vergiliam (*Ὀυέγγιλια* habet *Ptolem.* 2, 6.) pertinens, Hispaniae Tarraconensis urbem in Bastitanis. *Inscr.* ap. *Grut.* 324. 5. M. Cornelio Marcio M. F. Quir. Severo Vergiliensi. *Virgilienses, ium*, ejus urbis incolae memorantur a *Plin.* 3, 3, 4. F.]

*VERGIUM, i, n. oppidum cum castello, in Hispania Tarraconensi. *Liv.* 34, 21. B. A.

VERGO, is, a. 3. *ἄνω, ἄνωμαι, σντείνω*, propendo, inclino, declino, specto. *Caes. B. G.* 1, 1. Vergit ad Septentriones. *Id. B. C.* 1, 45. med. Ab oppido declivis locus tenui fastigio vergebat in longitudinem passuum circiter quadringentorum. *Cic. Q. Fr.* 3, 1, 4. Id nunc honeste vergit in tectum inferioris porticus. *Id. Phil.* 11, 11. Nisi Bruti auxilium ad Italiam vergere, quam ad Asiam, maluissemus. [*Cum hoc loco poterit conferri *Tac. Ann.* 1, 3. illuc (in Tiberium) cuncta vergere; filius, collega imperii — adsumere.] *Liv.* 37, 31. f. Portus, qui in Meridiem vergit. P Passive. *Lucan.* 1, 54. Et polus aversi calidus qua vergitur Austri. *Lucr.* 2, 212. In terras igitur solis quoque vergitur ardor. P In sacris ponitur pro fundere, infundere, spargere. *Serv.* ad illud *Virg. A.* 6, 244. frontique invergit vina sacerdos. Fundere, inquit, est supina manu libare, quod fit in sacris supernis: vergere autem est conversa in sinistram partem manu ita fundere, ut patera convertatur, quod in infernis sacris fit. Hinc *Stat. Theb.* 6, 211. Spumantesque mero paterae verguntur. P Extra sacra pro fundere, seu miscere posuit etiam *Lucr.* 5, 1008. Illi imprudentes ipsi sibi saepe venena Vergabant. P Translate. *Tac. Ann.* 2, 43. Nam suam aetatem vergere, Germanici nondum satis adolevisse. *Curt.* 4, 7. med. Nox vergit ad lucem. V. etiam VERGENS. P Praeteritum *versi* quidam probatum putant illo *Ovidii* carmine, 1. *Pont.* 9, 52. in gelidos versi

amoma sinus. Sed alii *fudit*, alii *vergit*, alii *vertit* reponunt. *Dioned.* 1, 366. tribuit *verxi*, sed sine exemplis.

VERGOANUM, i, n. oppidum in insula Lerina. *Plin.* 3, 5. *B. A.*

VERGOBRETUS, i, m. *Βεργόβρετος*, nomen supremi magistratus apud veteres Gallos. Nonnulli derivant a *virga*, quae vox purpuram Gallice sonat, ut ait *Serv.* ad *Virg. A.* 8, 660., et *breit*, quae Celtice pictum significat, *h. e. purpura indutus*; alii vero a Celtice vocibus *sear-go-breith*, *h. e. vir ad iudicium, nempe iudex.* *Caes. B. C.* 1, 16. Liscus summo magistratui praeerat, quem vergobretum appellat Aedui, qui creatur annuus, et vitae necisque in suos habet potestatem. *Gesnerus* in suo *The-saur. ling. et erudit. Rom.* paenultimam producit, sed Graecus Metaphrastes brevem habet, scribit enim per *ε. F.*

VERGONNI, orum, populi Alpini, de quibus *Plin.* 3, 20. *B. A.*

VERIA, ae, f. eadem ac sors: a *vero, as*, vera dico. *Inscr. ap. R. Venet. Osserv. sopra il fiume Clitunno* p. 38. Post verias Fel. H. D. L. M. h. e. felices hoc (signum) dedicavit lubens merito. Clitunno enim sacrae erant sortes, ut constat ex *Plin.* ep. 8, 8. Praesens nomen, atque etiam fatidicum, indicant sortes. *V. CLITUMNUS, i. F.*

VERIANUS, a, um, adj. ad Verum pertinens, [nempe ad L. Aurelium Verum Aug., qui cum M. Aurelio Antonino imperavit. *Inscr. ap. Grut.* 457, 2. M. Pontio M. F. Pup. L. Aetiano (lege Laeliano) Cos. pontifici, sodali Antoniniano Veriano, etc. Etenim *Capitol. M. Aurel.* 15. Flaminem, et Antoninianos sodales, et omnes honores, qui Divis habentur, eidem (L. Veri.) dedicavit. *F.*]

VERICOLA, ae, adj. comm. gen. qui, vel quae verum colit. *Tert. Carm. ad senat.* 43. At cum vericulae penetraveris ostia legis.

VERICULATUS. *V. VERUCULATUS.*

VERICULUM. *V. VERUCULUM.*

VERIDICE, adv. *Ammian.* 31, 1. Veridice praedicere. *August. ep.* 17. (al. 44.) Rhetorice potius, quam veridice agere existimer.

VERIDICENTIA, ae, f. veriloquium: opponitur autem falsidicentiae. *Jul. Valer. res gest. Alex. M.* (ed. A. Maio) 1, 14. Equidem, inquit, veridicentiae isti testis accedo. *Id. ib.* 2, 2. Aliud testimonium vati ad veridicentiam forte tale provenerat. *F.*

VERIDICUS, a, um, adj. *ἀληθινός*, qui vera dicit, verus. *Lucr.* 6, 6. Omnia veridico qui quondam ex ore profudit. *Cic. Flacc.* 32. Veridicas adjungis causas inimicitiarum. *Mart.* 5, 1. Seu tua veridicae discunt responsa sorores. *Plin.* 18, 4, 6. Oracula a maxime veridico usu profecta, *h. e. ab experientia, quae maxime verum docet.* *Id.* 7, 16, 15. Veridico exitu consecuto, *h. e. qui vaticinium veridicum fuisse monstravit.* *Inscr. ap. De-Vita in Antiqu. Benev.* cl. 1. n. 7. Junoni Veridicae.

VERILOQUAX, acis, adj. veriloquus. *Gloss. Gr. Lat. Αληθινός, veriloquax. B. A.*

VERILOQUIUM, ii, n. sumitur pro etymologia, seu origine vocis. *Cic. Top.* 8. Quam *ετυμολογία* vocant, id est verbum ex verbo, veriloquium; nos autem novitatem verbi non satis apti fugientes, genus hoc notationem appellamus.

VERILOQUUS, a, um, adj. veridicus. [*M. Aurel.* inter opera *Front. ad M. Caes.* 3. (ed. A. Maio) ep. 12. Nullum tam veriloquum oraculum est, quin aliquid accipitis, vel obliqui, vel impediti habeat, quo imprudenter irretiatur. *F.*] *Hieron. adv. Ruf.* 3, 42. Quia veritatem non poterant audire, et linguam veriloquum.

VERIMONIA, ae, f. idem ac veritas. *Pl. Truc.* 1, 2, 63. Istunc ad amicam verius verimonia referre. Ita quidem referunt nonnulli Lexicographi: sed sanior probatioque lectio sic se habet: *istunc ad amicam meras querimonias referre.*

VERINUS, a, um, adj. derivativ. a *verus*. Est cogn. *R. Inscr. ap. Mur.* 7, 11. L. Vinicius Verinus. *F.*

VERISIMILIS, e, adj. *πιθανός, εικώς*, qui veri similitudinem habet, probabilis. *Cic. Acad.* 4, 10. *f.* Volunt probabile aliquid esse, et quasi verisimile. *Id. Or.* 2, 19. Narrationem jubent verisimilem esse, at apertam, et brevem. *Id. Inv.* 1, 3. Verisimillimum mihi videtur, quodam tempore, etc. *Plin.* 15, 22, 24. Quod est verisimilius, quam quod, etc. *f.* Frequenter usurpatur substantive, et in genere neutro, ut multa adjectiva. *Cic. Rosc. Am.* 20. *med.* Etiam tum, cum verisimile erit, aliquem commisisse, in suspicione latratote. *Id. ib.* 41. Non est verisimile, ut Chrysochonus horum litteras adamarit. *Id. Brut.* 17. *extr.* Non verisimile est, quam sit in utroque genere et creber, et distinctus Cato. *Ter. Andr.* 1, 3, 20. Mihi quidem non fit verisimile. *f.* Usurpatur etiam divisim. *Cic. N. D.* 1, 24. Haec ego nunc physicorum oracula fundo, vera, an falsa, nescio, sed veri tamen similia, quam vestra. *Id. Inv.* 1, 21. Narratio veri quidem similis ex his rationibus esse poterit. *Id. Tusc.* 5, 4. *med.* Ut in omni disputatione, quid esset simillimum veri, quaeremus. *f.* Quod secunda syllaba producat in illo *Auson. epist.* 24, 8. Concinnat verisimilis sus-

picio culpam: scribendum potius divisim *veri similis* videtur. *V. VERISIMILITUDO.*

VERISIMILITER, adv. *πιθανώς*, cum aliqua similitudine veritatis. *Appul. Apol.* Verisimiliter fingere. *Id. ib.* Verisimilius confingere. *Tert. Apol.* Alii verisimilius solem credunt Deum nostrum.

VERISIMILITUDO, inis, f. *Cic. Acad.* 4, 33. Sine assensione ipsam verisimilitudinem non impeditam sequi. *Sen. Ben.* 4, 33. Ea ire, qua ducit verisimilitudo. Adde *Plin.* 34, 7, 17. *f.* In quibusdam optimis exemplaribus horum trium scriptorum legitur divisim *veri similitudo*: quin ipse *Cic. Part.* 11. *f.* et *Univ.* 3. transpositis verbis *similitudinem veri* dixit: ex quo patet, rectius divisim usurpari: neque enim Latina lingua, praesertim aureae aetatis, istiusmodi duarum vocum *σμιλλοκός* magnopere amat.

VERITAS, atis, f. *ἀλήθεια*, vera ratio, res vera, verum. [*De notione vocis veritas, quam parum accurate disposuit Forc. v. quae longa eaque doctissima disputatione notavit Ern. in cl. Cic. s. h. v.*] *Cic. Coel.* 26. *extr.* O magna vis veritatis, quae contra hominum ingenia, calliditatem, solertiam, facile se per se ipsam defendat! *Id. Or.* 1, 17. *med.* Ne plus ei tribuas, quam res et veritas ipsa concedat; et *ib.* 3, 57. In omni re vincit imitationem veritas; et *ib.* 1, 53. *med.* Ne ornatus quidem cautus dici suam voluit, quam simplex ratio veritatis ferebat. *Id. Am.* 25. Ad voluptatem loqui omnia, nihil ad veritatem. *Id. Rosc. Com.* 10. *f.* Vulgus ex veritate pauca, ex opinione multa aestimat. *Id. Q. Fr.* 1, 2, 1. Salus omnium nostrum non veritate solum, sed etiam fama nititur. *Id. Dic.* 1, 13. Quidquam potest casu esse factum, quod omnes habet in se numeros veritatis? *Id. Or.* 1, 34. *med.* Proferre aliquid in lucem veritatis. *Phaedr.* 3, 10. Explorare veritatem. *Cic. Off.* 2, 10. in disputatione limare. *Id. Sull.* 16. mendacio contaminare. *Quint.* 4, 2. obscurare. *f.* In plur. num. *Gell.* 18, 7. *med.* Scitote tamen, intemperiam istam, quae *μελαγχολία* dicitur, veritates foriter dicere, sed respectum non habere *μη τε κωφού, μη τε μέτρον.* *f.* Item habitus vera dicendi, sinceritas, simplicitas. *Cic. Inv.* 2, 53. *extr.* Veritas est, per quam immutata ea, quae sunt, aut ante fuerunt, aut futura sunt, dicuntur. *Plin. Pan.* 84. Soror tua ut se sororem esse meminit! ut in illa tua simplicitas, tua veritas, tuus candor agnoscitur! *Mart.* 10, 72. Siccis rusticis veritas capillis. *Ter. Andr.* 1, 1, 41. Obsequium amicos, veritas odium parit: *παθήσοις.* *f.* Ut *verus* justus, aequus, ita *veritas* nonnunquam justitia, aequitas est. *Cic. Quint.* 2. *f.* Tot tantisque difficultatibus affectus atque afflictus, in tuam, C. Aquili, fidem, veritatem, misericordiam P. Quintius confugit. *Id. Deiot.* 2. Quae mihi ad spem obtinendae veritatis gravissima sunt. *f.* Idem est ac veriloquium, seu etymologia. *Cic. Or.* 48. Quibus in verbis eae primae litterae sunt, quae in sapiente, atque felice, producte dicitur *in*, in ceteris omnibus breviter. Consule veritatem, reprehendet: refer ad aures, probabunt. *f.* Singaris est loquendi modus ap. *Auct. ad Her.* 4, 22. *extr.* Haec tria genera proxima exornationum perraro sumenda sunt, cum in veritate dicemus, propterea quod non haec videntur reperiri posse sine elaboratione et consumptione operae. *In veritate dicere*, est veram causam agere in foro, non in schola fictam exercitii gratia. Etenim fictis causis quaedam exquisitiores deliciae convenire possunt, non item veris, in quibus affectatior ornatus suspicionem habet falsitatis.

VERITUS, a, um, part. a *vereor*, qui veritus est. *Ter. Phorm.* 2, 2, 1. Veritus conspectum patris. *Caes. B. G.* 5, 45. *med.* Veritus, ut hostium impetus sustinere non posset.

VERIVERBIUM, ii, n. *ἀληθολογία*, verus sermo. *Pl. Capt.* 3, 4, 36. Tu repertus, Philocratem qui superes veriverbio.

VERJUGODUMNUS, i, m. Gallorum Deus. *Inscr. ap. Spon. Miscell. antiqu.* p. 109. Pro salute et victoria EXXG. (al. LXXG.) (*h. e. exercituum Galliae, vel, si sculptum revera est LXXG., legio- nis vicesimae geminae*) Apollini et Verjugodumno tribunalia dua Setuboggus Esuggi F. D. S. D. *h. e. filius de suo dedit.* *F.*

VERMICULATE, adv. vermiculos imitando, vermiculato opere. *Quint.* 9, 4. *med.* Tesserulas, ut ait Lucilius, struet, et vermiculate inter se lexeis committet.

VERMICULATIO, onis, f. *σκοληκωσις*, morbus plantarum et pomorum, cum vermiculis innascentibus infestantur. *Plin.* 17, 24, 37. n. 2. Arborum communis morbus vermiculatio, sideratio, etc. et *ib.* n. 7. Vermiculationem et poma ipsa per se quibusdam annis sentiunt, mala, pira, mespila, Punica; et *ib.* 11, 16. Ficus si in scilla seratur, ocisime ferre traditur pomum, neque vermiculationi obnoxium.

VERMICULATUS, a, um, part. a *vermiculor*: *σκοληκωθής, σκοληκωειδής*, quandam habens vermiculorum effigiem. Hinc *vermiculata* dicuntur opera ex minutis tessellis ita variegata et distincta, ut vermiculos referant. *Lucil. ap. Cic. Or.* 43. Quam lepide lexeis compostae, ut tesserulae arte Endo pa-

vimento, atque emblemate vermiculato! [**Cf. Ernest. cl. Cic. s. h. v.*] *Plin.* 35, 1, 1. Vermiculatis ad effigies rerum, et animalium crustis. *Id.* 13, 11, 20. Gummi vermiculatum, colore glauco.

VERMICULOR, aris, dep. 1. *περὶ δονδρομα, σκοληκωθίαι*, vermiculos gigno, vermiculis infestor: quod vitium non modo lignis, et arboribus, verum et aliis plantis, et pomis solet accidere. *Plin.* 17, 24, 37. n. 2. Vermiculantur magis minutae quaedam arbores, omnes tamen fere, idque aves cavi corticis sono experiuntur.

VERMICULOSUS, a, um, adj. *σκοληκωδής*, vermicibus plenus. *Pall.* 12, 7. *med.* de pruno: Ne poma caduca, et vermiculosa nascentur.

VERMICULUS, a, um, adj. *σκοληκωειδής*, rubicundus, rubeus. Hanc vocem antiquis Latinis vulgo usitatam fuisse, satis ostendit recentiorum Italorum *vermiglio*, Gallorum *vermeil*, Hispanorum *bermejo*, cujus etiam vestigium apparet ap. *Colum.* 3, 2. *in* ubi pro *vae venuculae* nonnulli codices *vermiculae* habent; adde *eund.* 11, 2., ubi pro *far vernaculum* sunt qui legendum putant *vermiculum*, atque ap. *eund.* 2, 6. quatuor enumerantur farris genera, nempe quod appellatur Clusinum candoris nitidi; quod vocatur venuculum (*plures Codd. habent vermiculum*); atque alterum candidum, sed utrumque majoris ponderis, quam Clusinum; tandem semen trimestre, quod dicitur halicastrum. *F.*

VERMICULUS, i, m. dimin. *σκοληκίον*, exiguus vermibus. *Lucr.* 2, 898. Et tamen haec cum sunt quasi putrefacta, per imbres Vermiculos pariunt. *Plin.* 10, 65, 85. Jam obituris muribus vermiculum in capite gigni tradunt. *f.* [*Vermiculus* est etiam idem ac coccum. *Isid. Or.* 10, 28. *Κόκκον* Graeci, nos rubrum seu vermiculum dicimus. Est enim vermiculus ex silvestribus frondibus. *Plin.* 24, 4, 4. Est autem genus ex eo (*cocco*) in Attica fere et Asia nascens, celerrime in vermiculum se mutans, quod ideo scolecion vocant. *Hieron. ep.* 64. n. 19. Pro cocco juxta Latinum eloquium ap. Hebraeos *תולאת* (*toláhat*), id est vermiculus, scribitur. Hinc etiam in *Vulg. Interpr.*, ut *Exod.* 35, 25. et alibi, eadem significatione vermiculus usurpatur. *F.*] *f.* Est et morbus canum, quo aguntur in rabiem. *Grat. Cyn.* 386. Namque subit, nodis qua lingua tenacibus haeret, (*Vermiculum* dixere) mala atque incondita pestis. *V. LYTIA.* *f.* Item opus vermiculatum in pavimentis. *Inscr. mendosa ap. Mur.* 314, 2., emendata ap. *Fea Fast. cons.* p. 69. P. Rubrius Trophimus, et P. Rubrius Agatho solarium refece- runt, et vermiculum straverunt, etc. [*Haec Inscr. pertinet ad ann. a Chr. n. XCIV. F.*]

VERMIFLUUS, a, um, adj. fluens et scatus vermibus. *Paul. Nol. Carm.* 22, 134. de Herode: Vulnere vermifluo foetidus interiit.

VERMIGERATUS, a, um, adj. idem videtur esse ac vermina patiens. *Pelag. Vet.* 19. Si equus lassus, si calcatus, si vermigeratus, si vulneratus, etc. *F.*

VERMINA, um, n. plur. *στροφός*, tormina. *Fest.* Vermina dicuntur dolores corporis cum quodam minuto motu, quasi a vermibus scindantur. Hic dolor Graece *στροφός* dicitur. *Lucr.* 5, 995. Donicum eos vita privarant vermina saeva. *f.* Translate. *Arnob.* 1. p. 30. Ubi (*Apostoli*) verbo compescuerunt furialium vermina passionum. *f.* Videtur *Festus* ducere a *vermibus*: sed cum Graece *στροφός* dicatur, a *στροφώ*, verito, et ab Ital. *volvolo*, Latine quoque a *verto* ducunt alii: a quo *vermen*, *vermina*: ut a *sterno* stramen, etc.

VERMINATIO, onis, f. *σκοληκωσις*, vitium in jumentis, cum a verme infestantur. *Plin.* 28, 11, 49. Iisdem sanari demissis in fauces jumentorum verminationes notum est. Adde 30, 15, 50. *f.* Sumitur etiam generativ. pro cruciati, tormento, vexatione. *Sen. ep.* 78. Sic podagra, et chiragra, et omnis vertebrarum dolor, nervorumque interquiescit, cum illa, quae torquebat, hebetavit; omnium istorum prima verminatio vexat, impetus mora extinguitur, et finis dolendi est obtorpuisse. *Id. ep.* 95. *med.* Cerebri aestuantis verminationes.

VERMINO, as, n. 1. *σκοληκίσις*, vermibus infestor. *Sen. Q. N.* 2, 31. *extr.* In venenatis corporibus vermibus non nascitur. Fulmine icta intra paucos dies verminant. *f.* Interdum accipitur generativ. pro torqueri, ac cruciari, ut in *VERMINA* dictum est: *στροφοδοθίαι*, ventris torminibus vexari. *Pomp. ap. Non.* 1, 189. Decimo mense demum turgens verminatur, parturit, *h. e. dolores parturientium patitur.* *Sen. V. B.* 17. Delinimenta podagrae meae compono, contentus, si rarius accedit, et si minus verminatur, *h. e. prurit et vellicat*, quasi movendo se inter articulos instar vermium rodentium. Sic *Mart.* 14, 23. Si tibi morosa prurigena verminat auris. *f.* Part. *Verminans*, vermibus putrescens, et torquens. *Arnob.* 1. p. 30. Christus verbo compescuit verminantium membrorum cruces.

VERMINOSUS, a, um, adj. *σκοληκωδής*, vermes habens. *Plin.* 20, 14, 52. Succus auribus verminosus instillatur. *Id.* 26, 14, 87. Verminosa ulcera. *Id.* 17, 28, 47. Verminosae fici.

VERMIS, is, m. *σκόληξ*, genus insecti, quod in

animalium corpore, et in stercore gignitur. [*Ety-
m. est a serpo. V. Doederl. 1, 37.] Lucr. 2, 870.
Quippe videre licet vivos existere vermes Stercore
de tetro. Plin. 18, 17, 45. Si vermes radicibus in-
haereant, remedium est amurca pura. Id. 24, 5,
11. Cedri succum vermibus aurium instillare. Id.
30, 13, 39. Ulcera, quae vermibus periclitantur.

VERNĀ, ae, comm. gen. οἰκόντις, οἰκονομίας,
servus domi nostrae, vel etiam in terra nostra natus.
Festus: Vernae, qui in villis vere nati, quod tem-
pus, duce natura, feturae est. (V. infra.) Pl. Mil.
3, 1, 103. Quid, nutrici non missurus quicquam,
quae vernas alit? Coel. ad Cic. Fam. 8, 15. Bellie-
nus verna Demetrii, qui ibi cum praesidio erat, etc.
Inscr. ap. Don. cl. 7, n. 169. Olympus domini Do-
mitiani Aug. Ser. Ver. Rom. Nat. h. e. servus verna
Romae natus. P Deterior autem vernae conditio
est, quam servi, quia verna nascitur servus. Pl.
Amph. 1, 1, 23. Satius est me queri illo modo ser-
vitutem: hodie qui fuerim liber, eum nunc potivt
pater servitutis: hic, qui verna natus est, queritur.
Just. 38, 6. f. Aut exsules Corinthiorum, aut ser-
vos, vernasque Tuscorum. Val. Max. 3, 4, n. 3.

Vernam huic urbi natum regem dando. P Vernarum
nomen pro convivio habebatur, quod, ut quidam
dicunt (inter quos Non. 1, 206) eo nomine primum
dicti fuerint ii, qui sacro vere nati essent. Pl.
Amph. 4, 2, 13. Cum cruciatu tuo istaec hodie,
verna, verba funditis. P Servos vernas ad con-
tumeliosas argutias erudiebant. Sen. Prov. 1, f.
Cogita filiorum nos modestia delectari, vernularum
licentia: illos tristiori disciplina contineri, horum
ali audaciam. Mart. 1, 42. Urbanus tibi, Caecili,
videris: Non es, crede mihi; quid ergo? verna es,
h. e. scurra impudens et procaex. V. VERNILITAS.
P In fem. gen. Inscr. ap. Grut. 654, 3. Antia Ti-
bulla vernae suae dulciss. fecit. Alia ap. Don. cl.
10, n. 97. A. Julio A. F. Pal. Zosimo, et Onesimeni
vernae suae, etc. P Adjective ponitur pro vernacu-
lo. Mart. 1, 50. vernas apros, Leporemque forti
callidum rumpes equo. Id. 13, 43. Lecta subur-
banis mittuntur apyrina ramis, Et vernae tuberes:
quid tibi cum Libycis? Id. 10, 30. Piscina rhombos
pascit, et lupos vernas. Id. 3, 1. Verna liber, h. e.
Romae scriptus. P Jungi potest etiam nominibus
neutr. gen., ut docet Valer. Prob. in Cath. p. 1440.
et 1445. Sic advena mancipium. V. ADVENA. P
De libero homine, Romae nato. Mart. 10, 76. Sed
de plebe Remi, Numaeque verna, Jucundus, probus,
innocens, amicus. Festus: Romanos vernas
appellabant, id est ibidem natos. V. Inscr. supra
allatam.

VERNĀCŪLUS, a, um, adj. οἰκονομίας, ἐπιχώριος,
αὐτόθιων, domi nostrae, item in nostra urbe aut re-
gione natus, nostrae regionis proprius. Varr. L.
L. 4, 12. Aquatilium vocabula partim sunt vernacu-
la, partim peregrina. Id. R. R. 3, 5. Vernaculae
volucres. Plin. 14, 2, 4, n. 3. Vites peculiares
atque vernaculae Italiae. Id. 37, 13, 77. Vernaculi
equi. Id. 17, 23, 35, n. 25. Vernacula putatio, h.
e. quae in nostris regionibus fieri consuevit. Cic.
Fam. 9, 15. med. Imago antiquae, et vernaculae
festivitatis. Id. Verr. 2, 3, 61. med. Crimen do-
mesticum ac vernaculum, h. e. domi ab accusatore
confictum. Pl. Poen. 4, 2, 105. Illud inserviendum
est consilium vernaculum, h. e. domi et a nobis ex-
cogitatum et initum. P Vernacula multitudo ap.
Tac. A. 1, 31. med. est, quae vernis libertinis, et
simili plebe urbana constat. Hinc Tert. Apol. 25.
Ipsos Quirites, ipsamque vernaculam septem collium
plebem convenio, an alicui Caesaris suo parcat illa
lingua Romana? [*Adde Tac. H. 2, 88. vernacula
utebantur urbanitate. Ceterum hoc bene notandum
hanc propriam esse vocis significationem.] P Ver-
naculi, vernae. Mart. 10, 3. Vernaculorum dicta,
h. e. dicta procacia, contumeliosa, scurrilia vernarum.
V. VERNACULUS. P [Eadem significatione
vernaculus, a, um, per syncope. Inscr. ap. Fab-
brett. p. 613. n. 109. Cascia Capriola Silvano suo,
nitrito et vernaco suo B. M. P. Alia ap. Mur. 1540,
6. Isauricae vernaculae suae, quae vixit annis III.
dieb. XXIII. Ti. Claudius Fortunatus fecit. F.]

VERNĀLIS, e, adj. ad vernam pertinens. V.
VERNILIS. P Item ad ver pertinens, vernus. Ma-
nil. 3, 258. Tunc angusta dies vernales fertur in
horas.

VERNĀLITER, adj. vernae more. Hor. Sat. 2,
6, 108. necnon vernaliter ipsis Fungitur officiis.
Alii leg. verniliter. [*V. Heindf.] P Item urbane,
non quidem urbanitate ingenua, sed affectata, et
servo digna. Sen. Ben. 2, 11. med. Et haec ipsa
non vernaliter, nec ea figura, qua, etc. V. inter-
gram Senecae locum, ubi alii leg. verniliter, alii
rectius venaliter. Caecil. ap. Non. 1, 203. Credo,
nimis tandem hoc fit vernaliter, h. e. adulatorie.
Alii leg. verniliter.

VERNANS, antis, part. a verno, veris tempore
germinans, pullulans. Plin. 22, 22, 46. Vernans
arbores. Sen. Herc. Oct. 380. silvae. Rursus
Plin. 7, 2, 2. Salubri coelo, semperque vernante,
h. e. tam grata temperie aeris, et loci amoenitate,
ac si semper ver esset. P Translate. Claud. Laud.
Stil. 1, 316. senioque iterum vernante resumpsit

Gallia bis fractas Alpino vulnere vires. V. VER-
NO.
[VERNĀTILIS, e, adj. Cassiod. Var. 3, 53.
Aquilaegus, qui aridis locis aquas possit dare vernatiles,
ut beneficio suo habitare faciat loca nimia
sterilitate siccata, h. e. quae vernare faciant viridi-
a. Alii leg. venatiles, scil. e vena perpetuo fluen-
tes. F.]

VERNĀTĪO, onis, f. actus serpentis corium vere
novo (interdum et autumnno, ut Aristoteles testatur)
exsuentis. Plin. 29, 5, 30. Membrana, sive sene-
ctus anguim vernatione exsuta, cum cancro mas-
culo trita. Id. 30, 3, 8. Anguinae vernationis mem-
brana cum oleo, taedaque resina calefacta. P Su-
mitur etiam pro ipso corio serpentis, quod alias se-
nectus, Graecis λεπίδις, et σκῆμα dicitur. Plin. 29,
6, 35. Lendes tolluntur adipe canino, vel anguibus
in cibum sumptis anguillarum modo, aut vernatione,
quam exsunt, pota.

VERNĒMĒTES, is, n. vox Celtica, quae signi-
ficat fanum ingens. Hujusmodi nomen habuit Ec-
clesia S. Vincentii in urbe Burdigalensi, quae nunc
S. Crucis dicata est. Venant. carm. 1, 9, 5. Ecce
beata nitent Vincenti culmina summi, Munere mar-
tyrii qui colit astra poli. Nominem Vernemetis vo-
luit vocitare vetustas. Quod quasi fanum ingens Gal-
lica lingua refert. F.]

VERNĒMETUM, i, n. oppidum Britanniae. An-
ton. Itin. P Dicitur et Verometum, sed mendose.
Id. B. A.
VERNĪCŌMUS, a, um, adj. Vernicoma oliva a
Capell. 6. in. dicitur vernans, seu vere frondes
emittens.

VERNĪFER, ra, rum, adj. vernus, vernalis.
Capell. 1. in. Comere verniferis floreatia limina
sertis.
[*VERNĪLAGO, inis, f. Appul. de Herb. c. 109.
Bail.]

VERNĪLIS, e, adj. οἰκονομίας, servilis: a verna.
Quint. decl. 7, 7. Verniles excutiuntur artus. Tac.
H. 2, 59. Quamvis odium Vitellius vernilibus blan-
ditis velaret, h. e. servilibus, et adulatoriis, libe-
roque homine indignis. Est qui legit vernalis: sed
vernilis usitatus est. [*Non solum usitatus sed
etiam rectus: nam vernalis idem est quod vernus.]
P Metaleptice sumitur pro scurrili, quia servos ver-
nas ad contumeliosas argutias erudiebant. Tac. H.
3, 32. f. Vernile dictum omnem invidiam in eum
vertit, tanquam signum incendendae Cremonae de-
disset, quae jam flagrabat. V. v. sq.

VERNĪLITAS, atis, urbanitas quaedam affectata,
et non ingenua, nec libero homine digna. Sen. ep.
95. Interdum obnix petimus id, quod recusaremus,
si quis offerret: haec sive levitas, sive vernilitas,
punienda est promittendi facilitate. P Hoc nomine
significatur etiam faceta procacitas, et dictorum im-
pudens sales, qui in vernis maxime placebant: nam
hujusmodi praediti dicacitate quaerebantur, quia si
carent, dabatur a dominis opera, ut docerentur,
qua gratiores eaderent, dictisque etiam contumeliosis
dominum oblectarent. Sen. Const. Sap. 11. f.
Eadem causa est, cur nos mancipiorum nostrorum
urbanitas in dominos contumeliosa delectet, quorum
audacia ita demum sibi in convivas jus facit, si coe-
pit a domino. Pueros quidam in hoc mercantur pro-
caeces, et eorum impudentiam accunt, et sub magis-
tro habent, qui probra meditate effundant: nec eas
contumelias vocamus, sed argutias. Quint. 1, 11. Nec
vitia ebrietatis effingit, nec servili vernilitate im-
buatur. Plin. 34, 8, 19, n. 17. Puer subdoliae ac
fucatae vernilitalis. P [Translate dicitur etiam de
garrulitate avium. V. Fulgentii l. c. in ORGANU-
LUM. F.]

VERNĪLITER, adv. οἰκονομίας, serviliter, scur-
riliter, adulatorie. V. VERNALITER.
[VERNĪO, onis, m. dimin. verni, vel vernae.
Est cogn. R. Inscr. ap. Mur. 2088, 10. M. Vibius M.
L. L. Vernio. F.]
[*VERNĪROSEUS, a, um, adj. Tert. de judicio Dom.
c. 2. Et verniroseis titulabit floribus auras. Bail.]
VERNĪSERĀ, inquit Paul. ex Festo, mensalia
anguria. Plin. 28, 2, 5. varia recenset anguria men-
sarum: sed ex his quae sint vernisera, aut quid
omnino sit haec vox, non facile dixerim.

VERNO, as, n. 1. λαός, ἀναβλασκίον, verno
tempore flores, frondesve emitto, pullulo, germino.
Ov. Met. 7, 284. Vernat humus, floresque, et mol-
lia pabula surgunt. Flor. 1, 16. Nihil mollius coe-
lo: denique bis floribus vernat. Mart. 9, 55. argu-
to passere vernat ager. V. VERNANS. P Ver-
nare etiam dicuntur angues, cum vere exsuvias pon-
unt, et cutem renovant. Plin. 8, 27, 41. Anguis
hiberno situ, membrana corpori obducta, foeniculi
succo impedimentum illud exsunt, nitidusque vernat.
V. VERNATIO. P Aves quoque, quae primo vere
canere incipiunt, itemque apes parientes novos fetus,
et mellis opus tunc instituentes, vernare dicitur.
Ov. Trist. 3, 12, 8. Indocilique loquax gut-
ture vernat avis. Colum. 9, 9. Aves curam postu-
lant diligentiorum, cum vernant, et exundant novis
fetibus. P Translate. Mart. 2, 61. Cum tibi ven-
narent dubia lanugine malae, h. e. pilos emittere
inciperent, et tenera lanugine aetatis ver prae se fer-

rent. Prop. 4, 5, 57. Dum vernat sanguis, dum
rugis integer annus. P Vernat, ver affert. Plin.
2, 50, 51. In Italia mobilior aer mitiore hieme, et
aestate nimbose, semper quodammodo vernat, vel
autumnat.

*VERNODUBRUS vel Vernodubrum, i, fluvius
Galliae Narbonensis. Plin. 3, 4. Flumina (nominat.)
Tecum, Vernodubrum. B. A.

VERNŪLĀ, ae, comm. gen. dimin. vernae. Ju-
ven. 10, 117. Quem sequitur custos angustae vernu-
la capsae. Plin. 22, 17, 20. Vernula carus Pericli
Atheniensium principi. Salo. Gub. D. 7, 4. Hi ve-
re, ut emissarii equi, paene ad omnes vernulas suas,
id est quasi ad greges proprios, hinciebant. P
Translate. Juven. 5, 104. Tiberinus (scil. lupus)
et ipse, Vernula riparum, h. e. quasi indigena ri-
parum, quique circa ripas Tiberis haerere solet. P
Adjective. Petr. Sat. 24. O hominem acutum, et
urbanitatis vernulae fontem. Alii leg. vernaculae.
Mart. 5, 18. Praeter libellos vernulas nihil misi,
h. e. domi meae natos; vel procaces aequae ac ver-
nas. Rut. Itin. 1, 112. Vernula qua vario carmine
ludit avis, h. e. intra domus septum nata. Sidon.
ep. 9, 16. vernulas Mitylenaei oppidi vocat carmina
Sapphica ad exemplum poetriae Sapphus, quae Les-
bia fuit, in qua insula est Mitylene.

*VERNŪLĪTAS, atis, f. i. q. vernilitas. Fulgent.
Mythol. 1. post init. p. 10. Nam me avium quaedam
vernulitas adlexerat. B. A.

VERNUM, i, n. idem ac ver: vox cadentis Lati-
nitatis. Tert. Res. carn. 12. med. Revolvuntur hie-
mes, et aestates, et verna, et autumnna cum suis
viribus, moribus, fructibus. Id. Spectac. 9. Albus
color hiemi ob nives candidas; russeus aestati ob so-
lis ruborem voti erant; prasinus terrae matri, vel
verno; venetus coelo et mari, vel autumnno. Cas-
siod. Var. 3, 51. Prasinus color virenti verno, ve-
netus nubiliae hiemi, roseus (lege russeus) aestati
flammae, albus pruinoso autumnno dicitur est. Id.
ib. 4, 51. Frons theatri scena dicitur ab umbra luci
densissima, ubi a pastoribus, inchoante verno, di-
versis sonis carmina cantabant. F.]

VERNUS, a, um, adj. λαγρός, ad ver pertinens.
Cic. Sen. 19. med. Verni temporis suavitas. Lucr.
1, 10. Nam simul ac species patefacta est verna diei,
etc. Hor. Od. 2, 11, 9. Verni flores. Prop. 3, 3,
22. Et caput in verna semper habere rosa. Colum.
9, 14. Vernum aequinoctium. Sen. Tro. 228. Ver-
nae aquae. Ov. Trist. 3, 12, 27. nix verno sole
soluta. Id. Her. 6, 109. Mobilis Aesonide, vernae
que incertior aura. Plin. 8, 47, 72. Multi hibernos
agnos praefereunt vernis; et 18, 26, 65. n. 3. Verna
opera, h. e. quae vere faciendae sunt. Petr. Sat.
120. non verno persona cantu Mollia discordi stre-
pitu virgulta loquuntur, h. e. quo vere ludunt avicu-
lae. P Verno absolute ipso vere. Plin. 19, 5, 30.
Imas radices crescere hieme, verno autem, cum
apparuerit viola, minui et contrahi; et ib. 3, 13.
Tubera tenerrima verno esse. Adde Caton. R. R.
52. et 54., Colum. 4, 10. et Pall. 2, 15, 4, 10. et
alibi saepe. P Vernus est etiam cognomen R. V.
Inscr. in BOCCHORITANUS.

VERO, adverbium affirmandi, ἴστω, certe, sane,
quidem. Cic. Marc. 1. f. Est vero fortunatus
ille, cujus ex salute non minor paene ad omnes,
quam ad illum ventura sit, laetitia pervenerit. Ter.
Heaut. 4, 5, 17. Vah, gloriare evenisse ex senten-
tia? Syr. non herege vero. Id. Andr. 5, 2, 13. Imo
vero indignum facinus faxo ex me audias; et 5, 4,
23. Itane vero obturbat? Cic. Coel. 30. Cui neque
propriam questionis crimen objicitur, nec vero ali-
quid ejusmodi, quod, etc. Id. Sen. 9. Non vero tam
isti, quam tu ipse, nugator. Id. Mur. 22. Qui et
per se, et per suos, et vero etiam per alienos de-
fendatur. Liv. 27, 19. f. Vocatum cum interrogat,
velletne ad Massinissam verti? cum effusis gaudio
lacrimis cupere vero, diceret tum, etc. P Servit
et ironiae. Virg. A. 4, 93. Egregiam vero laudem,
et spolia ampla refertis Tuque, puerque tuus. Ter.
Eun. 1, 2, 9. Sane, quia vero haec mihi patent sem-
per fores. Cic. Verr. 2, 5, 47. Multum vero haec
his jura profuerunt in istius imperio ac potestate.
Adde Phil. 13, 11. P In responsionibus [*est
concedentis, item affirmantis.] Cic. Tusc. 2, 41.
Fuisti saepe, credo in scholis philosophorum. A.
Vero, ac libenter quidem. Id. Brut. 87. f. Sed tu
orationes nobis veteres explicabis? Vero, inquam,
Brute. Id. ib. 85. Nunc, inquit, dicam, opinor,
quod sentio. Tu vero, inquam, Tite. Id. Div. 1,
46. Puellam defatigatam petiisse a matertera, ut sibi
concederet paulisper, ut in ejus sella requiesce-
ret: illam autem dixisse, Vero mea puella, tibi con-
cedo meas sedes; et Off. 3, 6. med. Nonne igitur
sapiens, si fame ipse conficiatur, abstulerit cibum
alteri homini ad nullam rem utili? minime vero.
Adde Ter. Eun. 3, 1, 12. P Est interdum in-
stantis et urgentis. Pl. Bacch. 4, 9, 136. Nic.
Cape hoc aurum. Chry. non equidem accipiam.
Nic. Cape vero: odiose facis; et Pl. Ep. 1, 1, 3.
Respice vero, Thesprio; et 5, 2, 57. Per. Cedo tu,
ut exsolvam, manus. Ep. ne attigas. Per. ostende
vero. Ep. nolo. P Pro vere. Id. Most. 1, 3, 21.

106

Eho, mavis vituperari falso, quam vero extolli? *Id. Capt. 3, 4, 35.* Eum sese ait, qui non est, esse: et qui vero est, negat. Adde *Merc. 4, 1, 19.* et *Truc. 2, 2, 47.* P Saepe conjunctionis adversantis vim habet, ut *autem, sed.* *Cic. Caec. 2, med.* Quod reprehendendum fortasse minus, quaerendum vero magis etiam atque etiam videtur. *Id. Brut. 77, med.* Ne T. quidem Postumius contemnendus in dicendo; de republica vero non minus vehementer orator, quam bellator fuit. *Caes. B. G. 1, 12.* Tres copiarum partes Helvetios id flumen traduxisse, quartam vero partem citra flumen reliquam esse. *Cels. 4, 6, f.* Ubi aeger paulum se remisit, alimenta pleniora dari possunt. Si in refectioe vero manserit tussis, intermittere oportebit. *Nep. Alc. 4.* Postulabat, ut si quid de se agi vellent, potius de praesenti quaestio haberetur, quam absens invidiae crimine accusaretur. Inimici vero ejus quiescendum in praesentia decreverunt. *Val. Flacc. 5, 321.* Adhuc ipse, reor: neque inexorable certe Quod petimus: sin vero preces et dicta superbus Respuerit, jam nunc animos firmate repulsa. *Stat. Theb. 2, 187.* et quae Tu potior, Thebane, queri, nos vero volentes, Expositique animis. P Servit transitionibus. *Nep. Ep. 4, med.* Neque vero id satis habuit, sed, etc. *Cic. Manil. 14.* Age vero ceteris in rebus quali sit temperantia, considerate. *Id. Phil. 2, 8, f.* Nec vero tibi de versibus respondebo. *Id. Marc. 4, med.* At vero haec tua justitia et lenitas animi florescet quotidie magis. P *Jam vero, eminvero,* quae huc pertinent. V. suis locis.

VERO, as, n. 1. ἀληθῆς, vera dico. *Enn. ap. Gell. 18, 2, f.* Satin vates verant in aetate agunda? VERO, onis, m. idem ac verum, h. e. telum. *Ap. Aurel. Vict. Caes. 17.* verones plumbei dicuntur, quibus utebantur gladiatores cum Commodo imperatore pugna ludicra batuentes, ne eum ictu vulnerarent, qui contra acuto ferro congregiebatur, multosque etiam per summam feritatem conficiebat.

*VEROLAMIUM vel Verolamum, i, n. oppidum Britanniae, cujus ruinae hodieque exstant, cum reliquo nomine *Verulam,* prope Fanum S. Albani. *Anton. Itin.* P *Verulamium* audit *Tac. H. 14, 33, B. A.*

*VEROMANDI. V. voc. seq. *B. A.* VEROMANDUI, orum, Ῥωμανδῆες, populi Galliae Belgicae, in Picardia, in agro, qui hodie appellatur *le Vermandois.* *Caes. B. G. 2, 4 et 16. Plin. 2, 17, Ep. Liv. 104.* P *Veromandi* audiunt *Anton. Itin.* P Eorum caput Augusta Veromanduorum, hodie *St. Quentin.* *Anton. Itin. B. A.*

VERONA, ae, f. *Verona,* urbs ampla, munita, et nobilis Venetiae, ad Athesim fluvium, colonia Romanorum, et in tribu Publicia seu Publicia. Patria fuit Catulli, Aemilii Maetri, et Vitruvii. *Ov. Am. 3, 15, 7.* Mantua Virgilio gaudet, Verona Catullo. Adde *Mart. 1, 8, et 62, 10, 103, et 14, 195, Plin. 3, 19, 23, et 35, 4, 7, Catull. non semel, Tac. l. 2, et 3. H. et Claud. VI. cons. Hon. 201, et ep. 2, 7.*

VERONENSIS, adj. ad Veronam pertinens. *Plin. 9, 22, 38.* Veronensis ager. *Id. 36, 6, 7.* Catullus Veronensis. *Aurel. Vict. Ep. 38.* Veronenses campi. *Id. Caes. 7.* Veronense proelium. *Catull. 100, 2.* Flos Veronensium depereunt juvenum. P *Veronenses, inu,* ejus urbis cives. *Tac. H. 3, 8, et 9.*

[VEROSUS, a, um, adj. verus, verax. *Capell. 4, 96.* Illa autem quae in argumentum verosae assertionis acrimonieque detulerat, tradere eam jubet. *F. J.*

VERPÄ, ae, f. φερπή, veretrum, mentula: videtur esse ab ἔρπαι, serpo, quia ἔρποντος, vermis, similitudinem habet. *Mazoch. derivat ab Hebr. פֶּרְפֵּרָה herpā, opprobrium. Mart. 11, 46.* Jam nisi per somnum non arrigis, et tibi, Maevi, Incipit in medios mejere verpa pedes. Adde *Auct. Priap. 35, et Catull. 28, 12.*

[VERPULUS, i, m. 2. dimin. verpi. Est nomen propr. puerile. *Inscr. in Giorn. de' letter. di Pisa T. 6, p. 39.* Verpulo bene merenti: vixit an. VIII. *F. J.*

VERPUS, i, m. φερπός, qui verpam nudata glande ex libidinis usu praefert. *Catull. 47, 3.* Vos Verannioli meo, et Fabullo Verpus praeposuit Priapus ille? *h. e. Piso salacissimus homo.* P Est etiam idem ac recutitus, Judaeus, cui praeputium deest. *Juven. 14, 101.* Quaesitum ad fontem solos deducere verpos. *Mart. 7, 82.* Delapsa est misero fibula, verpus erat. Adde *11, 94.*

VERRES, is, m. χοίρος, porcus non castratus; nam postquam castratus est, majalis dicitur: videtur esse a *verro,* quatenus significat volvere (V. VERRO): etenim verres, ut ait *Colum. 7, 9, med.,* limosum pabulum consecatur, paludemque rimatur, ut effodiatur lumbricos atque in luto volutetur. *Varr. R. R. 2, 4, f.* Castrantur verres commodissime aniculi, utique ne minores, quam semestres: quo facto nomen mutant, atque e verribus dicuntur majales. *Hor. Od. 3, 22, 7.* Quam per exactos ego laetus annos Verris obliquum meditantis ictum sanguine donem. P Translate etiam de homine masculino dicitur. *Pl. Mil. 4, 2, 67.* Nisi huic verri affertur

merces. V. PORCULA. P In recto sing. *verris* pro *verres* legitur a multis ap. *Varr. R. R. 2, 4, med.* P Fuit hoc cognomine C. Cornelius C. F. Verres civis R., qui post praeturam urbanam sortitus Siciliensem, avareque, crudeliter, et libidine in ea versatus, postquam decessit inde, repetundarum a Siculis accusatus est, actore M. Tullio Cicerone, qui septem in eum actiones scripsit, quae *Verrinae* dicuntur. Cum videret se damnatum iri, sponte ante diem iudicii solum vertit. *Ascon. in argum. Divin. et action. primae Verr.* P *Valer. Prob. in Cath. p. 1473.* scribit, *Cic. dixisse filiumque Verri, pro Verris, eo modo, quo Virg. A. 1, 34, immitis Achilli; et ib. 3, 613.* infelicis Ulixi.

VERREUS, a, um, adj. ad Verrem Siciliae praetorem pertinens, ut *Verrea* lex, *Cic. Verr. 2, 3, 49.* P *Verrea, orum,* n. festa ab eodem Verre in Sicilia instituta. *Id. ib. 4, 21, et 46.*

VERRICULATUS. V. VERUCULATUS. VERRICULUM, i, n. σαγγήνη, γαγγάνη, genus retis piscatorii. *Serv. ad illud A. 1, 63.* verrantque per auras. *Verrere,* inquit, est trahere, a rete, quod verriculum dicitur. *Val. Max. 4, 1, extr. n. 1.* A piscatoribus in Milesia regione verriculum trahentibus quidam jactum emerat.

VERRINUS, a, um, adj. χοίρειος, ad verrem pertinens. *Plin. 28, 10, 42.* Verrinum jecur; et *ib. fel;* et *ib. 9, 37.* Verrinus adeps; et *8, 51, 78.* Sincipita verrina. P *Verrinae* dicuntur actiones *Ciceronis* in Verrem. *Prisc. 6, 7, et 17, etc.* P Ambigue *Cic. Verr. 2, 46, f.* Negabant, mirandum esse, jus tam nequam esse verrinum, *h. e. jurisdictionem Verris,* cum allusione ad jus illud, quod in culina paratur.

VERRIUS FLACCUS (Marcus praenominis, si fides habenda *Hieronym. in Chron. ad ann. MMXXIV.* ab Abraham,) nobilis grammaticus, sub Augusto floruit, ejusque nepotibus praeceptor electus est, uti narrat *Suet. Gramm. 17.* Tanta autem fuit fama doctrinae, ut Praeneste statua ei in foro posita fuerit. Scripsit multa, inter quae de verborum significatione libros XX. quos in epitomen redegit *Festus:* cetera perierunt, praeter nonnulla fragmenta a veteribus grammaticis servata, ac praecipue *Fragm. Kalend. Praenestini,* quae ann. MDCCCLXXIX. Romae edidit *Petr. Fr. Fogginius.*

VERRO, is, a. 3. ὄρω, proprie est trahere, raptare, ut cum aliis docet *Servius* ad illud *Virg. A. 1, 62.* de ventis: maria ac terras, coelumque profundum Quippe ferant rapidi secum, verrantque per auras. *Ov. Met. 13, 961.* Caesariemque meam, quam longa per aequora verro; et *ib. 492.* Cantientique suam concreto in sanguine verrens. P Item purgo, tergeo, everro: quod fit humi scopas trahendo, et ipsas sordes et purgamenta, *οὐλο.* *Cic. Par. 5, 2.* Qui tergunt, qui unguunt, qui verrunt, qui spargunt. *Juven. 14, 60.* Verre pavimentum, nitidas ostende columnas. *Lucil. ap. Non. 4, 491, et Pl. Merc. 2, 3, 63.* Lignum caedat, pensum faciat, aedes verrat, ac vapulet. *Petr. Sat. 34.* Leticarius argentum inter reliqua purgamenta coepit verrere: ἀνιλέσθαι, verrendo sublegere. *Hor. Od. 1, 1, 10.* Quidquid de Libycis verritur areis. *Ov. Fast. 2, 523.* Nam modo verrebant nigras pro farre favillas. P Translate. *Virg. A. 8, 674.* delphines Aequora verrebant caudis, aestumque secabant. *Ov. Met. 10, 701.* summae cauda verruntur arenae. *Liv. 3, 7, extr. et 26, 9.* Stratae passim matres, crinibus templa verrentes. Adde *Sil. 6, 561, et Claud. Laud. Seren. 225.* P Item volvo. *Lucr. 1, 278.* venti nubila coeli verrunt. *Lucan. 5, 572.* Cori verrent mare. *Virg. A. 3, 208.* nautae Adnixi torquent spumas, et caerulea verrunt; et *ib. 6, 320.* remis vada livida verrunt. *Catull. 64, 7.* Caerulea verrentes abiegnis aequora palmis. *Claud. Rapt. Pros. 2, 295.* Quidquid alit tellus, quidquid salis aequora verrunt, *h. e. continent, et volvunt. Prop. 4, 12, 44.* Nec nostra Actiacum verret ossa mare, *h. e. distraheret, agitaret.* In his et similib. loc. *verro* in *verto* facili mutatione transit. P *Verrere* mare poetice est navigare. *Ov. Am. 1, 9, 14.* Aptare verrendis sidera quaeret aquis. *Stat. Th. 5, 309.* non arva viri, non aequora verrunt. P *Verrere aequor* retibus, piscari. *Sil. 14, 262.* Seu silvis sectere feras, seu retibus aequor Verrere, seu coelo libeat traxisse volucrum. Sic *Manil. 4, 285.* Et placidum inductis everere retibus aequor. P *Verrere* dicuntur, quae longo tractu tegunt. *Claud. Laud. Stilich. 2, 248,* cujus vestigia verrit Caerulus, Oceanique aestum mentitur amictus. *Id. Nupt. Honor. et Mar. 145.* de Tritone: undosi verrebant brachia crines. *Stat. Achill. 1, 262.* Si decet aurata Bacchum vestigia palla Verrere. P Pro auferre, asportare, expilare. *Pl. Truc. 2, 7, 7.* Domi quidquid habet, verritur ἔξω. *Mart. 2, 37.* Quidquid ponitur, hinc et inde verris. *Cic. ap. Quint. 6, 3, med.* Futurum, ut omnia vererent Verres. P Praeteritum *verri* ponunt *Charis. 3, 218, et Prisc. 10, 900;* unde *Licin. Macer.* dixit *avererunt,* *Publius* autem *converri,* et *Hieron. in Helo. n. 20.* *verrerint.* At *Servius* ad *A. 1, 63.* tribuit *versi:* unde part. *versus,* quod V. suo loco.

VERROCA, ae, f. ἀροχορδών, tuberculum cutis, in manibus praecipue nascens, et fere sine dolore.

Plin. 20, 12, 48. Ocimum verrucas misto atramento sutorio tollit. P Translate dicitur de tuberculis, quae in lapillis conspiciuntur. *Id. 37, 12, 74.* Illud modo meminisse conveniet, increscentibus varie maculis ac verrucis, linearumque interveniente multiplici ductu et colore, mutata saepius nomina in eadem plerumque materia. P Item de loco edito, et aspero in monte. *Cato in Orig. ap. Gell. 3, 7, et Non. 2, 909.* Maturum censeo, si rem servare vis, faciendum, ut quadringentos aliquos milites ad verrucam illam ire jubeas, eamque uti occupent, imperum horterisque. *Quint.* hanc metaphoram damnat. Sic enim habet *8, 3, med.* Deformitati proximum est humilitatis vitium, *καταλοσφ* vocant, quae rei magnitudo vel dignitas minuitur, ut Saxea est verruca in summo montis vertice. Adde *ib. 6, med.* [*V *Spalding.* ad *8, 3.* Ceterum melius Nostr. hanc vocis notionem primo loco posuisset, cum *verruca,* fortasse e Gall. *beruc, veruc,* proprie locum editum significasse videatur, a qua significatione reliquas derivarunt.] P De vitiis animi. *Hor. Sat. 1, 3, 73.* Qui, ne tubericibus propriis offendat amicum, Postulat, ignoscat verrucis illius.

VERRUCARIA, ae, f. ἡλιοσκοπίον, genus herbae ita dictum, quod succo ejus verrucae tollantur. *Plin. 22, 21, 29.* de helioscopio: Verrucas cum sale tollit succus e folio: unde nostri verrucariam herbam appellaverunt, aliis cognominari effectibus digniore. [*Adde *Marcell. Empir. 19, f. Bail.*]

*VERRUCINI, orum, populi Galliae Narbonensis. *Plin. 3, 4, ed. Hard. ubi ed. Elzev. Verucini. B. A.*

VERRUCOSUS, a, um, adj. οζθοειδής, verrucis abundans. Verrucosus cognominatus est Q. Fabius Max. Cunctator, a verruca in labris sita, ut ait *Aurel. Vict. Vir. illustr. 43.* *Plutarch.* dicit in libro superiore. Meminerunt etiam *Seren. Sammon. 1100.* et *Cic. Brut. 14, extr. Ap. Plutarch. est Βερούκοσος,* unde et *Verrucosus* legitur in *Fast. Capitolin. triumphal. ap. Grut. 297, col. 2.* P Translate dicitur de re dura, aspera, impolita, inculta: quia verrucae talem reddunt cutem. *Pers. 1, 77.* Sunt, quos *Pacuvius,* et *verrucosa* moretur *Antiopea, h. e. tragodia,* quae inscribitur *Antiopea, a Pacuvio* duro et inculto poeta scripta.

VERRUCULÄ, ae, f. exigua verruca. *Cels. 5, 28, n. 14.* At *θύμιον* nominatur quod super corpus, quasi verrucula, eminet. *Colum. 7, 6.* Caper, cui sub maxillis binae verruculae collo dependent, optimus habetur. *Arnob. 2, 77.* Quid si dicas, esse auream terram, quod in verrucula collis unius insint exiguae miculae, quibus nascitur colliquefactus aurum?

*VERRUGO, inis, oppidum Volscorum. *Liv. 4, 1, 55, et 58.* Adde *5, 28. Val. Max. 3, 2, B. A.*

VERRUNCO, as, a. 1. τρέπω, στρέφω, verito, ut *Festus,* et *Nonius* exponunt. *Accius* ap. *Non. 2, 895.* Te sancte, venerans precibus, invicte, invoco, Portenta ut populo patriae verruncent bene. *Pacuv. ib. Precor,* veniam petens, ut quae egi, ago, axim, verruncent bene. *Accius* ap. *Cic. Div. 1, 22.* Populo commutationem rerum portendit (sol) fore perpropinquam: haec bene verruncent populo. *Liv. 29, 27.* Ut ea mihi, populoque R. Dii bene verruncent. [*V. *Gronov. ad h. l.*] P *Ap. Fest.* legitur vetustiore orthographia *veruncunt* unico r, ita litterarum ordine postulante: praecedat enim *Verticulas,* sequitur *Veruta.*

*VERRUTUS, i, m. nomen fictum a Verre, sub quo ipse latebat. *Cic. Verr. 2, 76, seqq. B. A.*

VERSABILIS, e, adj. σιταπρός, qui versari, mutari, transferri potest, versatilis. *Sen. Q. N. 6, 16, extr.* Nihil est tam versabile, est agitatione gaudens, quam aer. P Translate. *Id. Tranq. 11, med.* Scito, omnem conditionem versabilem esse, et quidquid in ullum incurrit, posse in te quoque incurere. *Ammian. 16, 8.* Versabilem feminam in fraudem illexit. *Curt. 5, 8, f.* Quam versabilis fortuna sit, documentum ipse sum. V. VERSATILIS.

*VERSABILITAS, atis, f. *versability, versableness.* *Sarish. 3, 12.* Versabilitate ingenii Protea vincere. *Meir. Versibilitate. B. A.*

VERSABUNDUS, a, um, adj. qui in gyrum vertitur. *Lucr. 6, 437.* Versabundus enim turbo descendit. *Vitruv. 9, 7, med.* Circa meridianum cardinem, qui est propter inclinationem mundi subjectus terrae, sidera versabunda, latentiaque non habent egressus orientes supra terram.

VERSÄTILIS, e, adj. σιταπρός, qui versari, circumagi, moveri facile potest. *Lucr. 5, 1435.* mundi magnum et versatile templum Sol et Luna suo lustrantem lumine circum. *Sen. ep. 90, med.* Versatilia coenationum laequearia ita coagmentat, ut subinde alia facies atque alia succedat, et toties tecta, quoties fercula, mutantur. *Suet. Ner. 31.* Coenationes laequeariae tabulis eburneis versatilibus. *Lampr. Elag. 21.* Oppressit in tricliniis versatilibus parasitos suos violis et floribus. *Plin. 36, 15, 24, n. 8.* Theatra duo e ligno, cardinum singulorum versatili suspensa libramento; et *ib. 18, 29.* Molae versatiles. *Curt. 4, 13, med.* Adeoque aciem versatitem posuit, ut qui ultimi stabant, in frontem circumagi possent. P Translate. *Liv. 39, 40.* de Cato: Huic versatile ingenium sic pariter ad omnia

fuit, ut natum ad id unum diceret, quodcumque ageret. Alii leg. *versabile*.

VERSATIO, onis, f. ἀνέλιξις, δίνησις, actus versandi et volvendi, rotatio, versio. Saepè usurpatur a *Vitr.* l. 10. ubi de machinis tractoriis agit, ut c. 1. 6. 8. 10. 11. et *Sen. Tranq.* 11. f. In tanta rerum sursum ac deorsum euntium versatione. *Plin.* 8, 33, 51. Nec pupillae motu, sed totius oculi versatione circumspicit. Alii leg. *versione*. [Quod frustra defendit *Friedemannus* in *Ruhnk. Opusc.* T. 1. p. 122. Caret enim auctoritate. Ceterum nota, quae *Matth.* verissime in *Eloq. Lat. Exempt.* p. 307. de hac v. habet: *Versio* pro translatione, qua ex alio in alium sermonem vertitur, non est latinum, quamvis scholastici magistri omnes a discipulis suis versiones exigant.]

VERSATUS, a, um, part. a *verso*: δινωθίσις, in gyrum actus, circumactus, versus. *Ov. Met.* 4, 221. Levia versato ducentem stamina fuso. *Id. ib.* 8, 667. Ovaeque in acri leviter versata favilla; et *Fast.* 3, 373. Ecce levi scutum versatum leniter aura Decidit. *Id. Am.* 1, 2, 4. Lassaque versati corporis ossa dolent. *Id. R. Am.* 173. Obrue versata Cerealia semina terra, h. e. arata et subacta. P Est et part. a *versor*, et significat eum, qui diu in aliquo loco aut re moratus est: peritus, doctus. *Nep. Cat.* 1. Adolescentulus versatus est in Sabinis. *Id. Milt.* 8. Multum in imperiis magistratibusque versatus. *Cic. Quint.* 1. Homo et in aliis causis exercitatus, et in hac multum et saepe versatus. *Fell.* 1, 13. med. Semper inter arma, ac studia versatus. *Tac. Agr.* 7. Integre strenueque versatus; et *Cic. Arch.* 9. Bellum magnum atque difficile, et in multa varietate terra marique versatum.

VERSE. V. ARSE VERSE.

VERSICOLOR, oris, adj. διαποικίλος, qui versando varios colores ostendit. [Hinc differt *varius*, quod etiam sine versatione per se diversos colores monstrat. *Versicolor* proprie est Gr. αἰόλος.] *Cic. Fin.* 3, 5. med. Cauda a natura donata pavoni, plumae versicolores columbis. *Tert. Pall.* 3. Pavo pluma multicolor, et discolor, et versicolor, [toties mutanda, quoties movenda. P Hinc *versicolor* praecipue vocatur purpura, quia colore illo vario et instabili praedita erat, ut *Pasqu. Anatus* in *Lib. de restit. purpurar.* c. 27. ostendit. *Liv.* legem Oppiam referens 34, 1. Ne qua mulier vestimento versicolori uteretur, h. e. purpureo; *Id. enim ib.* 3. et 7. de eadem lege verba faciens purpuram, et *Val. Max.* 9, 1. n. 3. *varii coloris vestem* appellant. F.] P Translate. *Quint.* 8. *prooem. med.* Translucida et versicolor elocutio res ipsas effeminat, quae illo verborum habitu vestiuntur. P Est etiam varios colores habens, pictus. *Virg. A.* 10, 181. Astur equo fidens, et versicoloribus armis, h. e. e. diversis metallis. *Ov. Fast.* 5, 356. Sic est haec (*Flora*) cultu versicolore decens. *Liv.* 7, 10. Versicolori veste, pictisque, et auro caelatis refulgens armis. *Colum.* 3, 21. Undique versicoloribus pomis gravidus autumnus. *Plin.* 9, 17, 30. Mullum expirantem versicolori quadam et numerosa varietate spectari. Explicat hoc fuscus *Sen. Q. N.* 3, 17. et 18. P Item qui tinctu aut pictura nativum colorem vertit, et alium imbibit. *Ulp. Dig.* 32, 1, 70. med. Arbitror, ea, quae tincta non sunt, versicoloribus non adnumerari: et ideo nec album naturaliter, neque nigrum contineri, nec alterius coloris naturalis. Purpuram et coccum, quoniam nihil nativi coloris habent, contineri arbitror. V. v. sq.

VERSICOLORIUS, et

VERSICOLORUS, a, um, adj. versicolor. *Prud. adv. Sym.* 2, 56. Idque etiam paries tibi versicolorus adumbret, h. e. varie pictus. P *Versicoloria lana*, seu *vestis* est ea, quae tincta nativum colorem mutavit. V. COLOREUS. *Ulp. Dig.* 32, 1, 70. med. Constat, apud veteres lanae appellatione versicoloria non contineri.

VERSICULUS, i, m. σικυλῖον, diminut. versus, brevis scripturae linea. *Cic. ad Brut.* 1, 14. Breves tuae litterae: breves dico? immo nullae. Tribusne versiculis his temporibus Brutus ad me? *Id. Att.* 5, 1. Nunc venio ad transversum illum extremae epistolae tuae versiculum. *Id. Dom.* 17. Hoc ferre civitas potest, ut singuli cives singulis versiculis e civitate tollantur? *Id. Mil.* 26. Cum senatus ei commiserit, ut videret, ne quid republ. detrimenti caperet: quo uno versiculo satis armati semper consules fuerunt. P De versibus poeticis. *Hor. Sat.* 1, 10, 57. num rerum dura negarit Versiculos natura magis factos, et euntes Mollius? Adde *Plin. ep.* 3, 21., *Colum.* 9, 2., *Ov. Her.* 20, 238., *Catull.* 16, 3. et 6., *Mart.* 3, 9. et 50. etc.

VERSIFICATIO, onis, f. ἐπιποίησις, versusum, seu carminum factio. *Colum.* 11, 1. Tibi expetenti versificationis nostrae gustum, negare non sustinebam. *Quint.* 9, 4. med. Quem in poemate locum habet versificatio, cum in oratione compositio.

VERSIFICATOR, oris, m. ἐπιποιήσις, qui versus facit, is nempe qui quocumque modo verba metro ligat: at poeta poeticum insuper addit spiritum, et fingere pulcre novit. *Quint.* 10, 1. med. Cornelius Severus versificator, quam poeta, melior. P Poeta. *Just.* 6, 9. Frequentius scenam, quam castra,

visentes, versificatoresque meliores, quam duces, laudantes.

VERSIFICATUS, a, um, part. a *versifico*: in carmina redactus. *Lucil.* ap. *Non.* 13, 2. Multa homines portenta in Homero versificata, Monstra putant.

*VERSIFICE, adv. *Sarish.* in *Metalog.* 1, 3. Versifice dicere. B. A.

VERSIFICO, as, n. 1. ἐπιποιέω, versus facio. *Quint.* 9, 4. f. Nam et versificandi genus est, omnibus sermonibus unam legem dare. *Ammian.* 21, 16. in. Ad versificandum transgressus. P Item active est in versus redigere. *Appul. de Deo Socrat. med.* Neque enim pro majestate Deum coelestium fuerit, ut eorum quisquam vel Annibali somnium pingat, vel Sibyllae fatiloquia versificet.

VERSIFICUS, a, um, adj. ad versus spectans. *Solin.* 11. Cum Idaei Dactyli modulos crepitum ac tinnitum aeris deprehensos in versificum ordinem translulissent.

VERSIFORMIS, e, adj. qui formam suam versat, seu mutat. *Tert. Pall.* 2. Nostra certe metatio (quod clausis vel in totum Homericis oculis liquet) totum versiforme est: dies et nox invicem vertunt, sol stationibus annuis, luna modulationibus mensuris variat, etc.

VERSILIS, e, adj. περιλακκος, facilis ad vertendum, ut *Versilis* profunditas, ap. *Capell.* 4. f. Sic *Serv.* ad *G.* 3, 24. Scena aut versilis erat, aut ductilis. *Versilis* erat, cum subito tota machinis quibusdam convertebatur, et aliam picturae faciem ostendebat: ductilis tunc, cum tractis tabulatis hac atque illac, species picturae nudabatur interior.

VERSIO. V. VERSATIO.

VERSIPELLIS, e, adj. ἀλλοπρόβαλλος, qui facile vertit pellem, faciem, vultum; apparentiam. *Pl. Amph. prol.* 121. Eccum Juppiter, in Amphitruonis vertit sese imaginem, omnesque eum censent esse servi, qui vident; ita versipellem se facit, quando lubet. *Id. Pers.* 2, 2, 48. Capillus versipellis, h. e. qui colorem mutat et canescit. P *Versipelles* praecipue dicti, qui in lupos verti credebantur. *Plin.* 8, 22, 34. Homines in lupos verti, rursumque restitui sibi, falsum esse existimare debemus. Unde tamen ista vulgo infixa sit fama, in tantum ut in maledictis versipelles habeat, indicabitur, etc. *Petr. fragm. Trag.* 62. *Burm. f.* Intellexi, illum versipellem esse, nec postea cum illo panem gustare potui. P Translate sumitur pro versuto, astuto, simulandi et dissimulandi artifice, qui modo unum, modo aliud ostendit. *Pl. Bacch.* 4, 4, 12. Versipellem frugi convenit esse hominem, pectus, cui sapit: bonus sit bonis, malus sit malis; utcumque res sit, ita animum habeat. *Lucil.* ap. *Non.* 1, 173. Quicum versipellis fio, et quicum commuto omnia. *Prud. Cath.* 9, 91. Quid tibi, profane serpens, profuit rebus novis Plasma primum perculsis versipelli hortamine? *Porc. Latro in Catil.* 9. f. Nihil fuit isto monstro versipellius, aut mutabilius hominum memoria.

VERSO, as, avi, atum, a. 1. στρέφω, περιάγω, saepe verito, volvo, circumago: frequent. verbi *verto*. *Vet. Poeta* ap. *Cic. Tusc.* 1, 5. Sisyphus versat Saxum sudans nitendo, neque proficit hilum. *Ennius* ap. *Maer. Sat.* 6, 1. Qui coelum versat stellis ardentibus aptum. *Tibull.* 1, 5, 3. Namque agor, ut per plana citus sola verbera turbo, Quem celer assuetus versat ab arte puer. *Hor. Sat.* 1, 5, 72. maceros turbos dum versat in igne. *Id. Od.* 3, 6, 38. Ligonibus versare glebas. *Prop.* 4, 1, 129. tua cum multi versarent rura juveni. *Cic. Verr.* 2, 2, 30. Versabat se in utramque partem non solum mente, verum etiam corpore; et *ib.* 76. f. Haerere homo, versari, rubere. *Id. N. D.* 1, 20. Mundum versari circum axem coeli admirabili celeritate. *Sen. Ira* 3, 6. Pars superior mundi non versatur in turbinem. *Tibull.* 1, 6, 24. Versatur celeri Fors levis orbe rotata. P Item ago, agito huc illuc. *Virg. A.* 12, 664. tu currum deserto in gramine versas. *Id. Ecl.* 10, 68. Aethiopum versemus oves sub sidere Cancri. Ubi *Servius*: pascamus: quoniam qui pascit, huc et illuc agit pecus: quod est versare. *Prop.* 2, 1, 45. Nos contra angusto versamus proelia lecto. P Translate est muto, verito, flecto. *Cic. Coel.* 6. Versare suam naturam, et regere ad tempus, atque huc et illuc torquere et flectere. *Id. Cluent.* 26. Ad omnem malitiam et fraudem versare mentem suam coepit. P Item tracto. *Id. Or.* 9. med. Non ut in iudiciis versaret causam, sed ut in historiis bella narraret. [Hoc loco dictum est de oratore, qui vario et multiplici copioseque dicendi genere agere causas potest. Opp. enim historico, qui res gestas narrat, non ornat et auget; unde autem sic dicatur, docet locus. Adde *Or.* 40. versare saepe multis modis eandem rem.] *Quint.* 7, 3. Finitio iisdem legibus, quibus conjectura, versatur. *Suet. Galb.* 9. Nummulario non ex fide versanti pecunias manus amputavit. P Item examino, perpendo. *Quint.* 5, 7. med. Testes multum domi ante versandi, ac variis percontationibus, quales haberi ab adversario possunt, explorandi sunt. *Pl. Trin.* 2, 1, 11. Multas res simitu in meo corde verso. *Prop.* 2, 3, 8. Quae mea non decies somnia versat anus. P Item cogito, meditor. *Virg.*

A. 4, 563. Illa dolos dirumque nefas in pectore versat, Certa mori. *Hor. A. P.* 39. versate diu, quid ferre recusent, Quid valeant humeri. *Liv.* 3, 34. Versarent in animis secum unamque rem, agitent deinde sermonibus. P Item agito, exerceo. *Caes. B. G.* 5, 43. f. Sic Fortuna in contentione et certamine utrumque versavit, ut alter alteri inimicus auxilio salutisque esset. *Liv.* 1, 58. Tum Tarquinius fateri amorem, orare, miscere precibus minas, versare in omnes partes muliebrem animum; et *ib.* 17. Patrum animos certamen regni, ac cupido versabat. *Id.* 2, 45. Multitudinis nunc indignatio, nunc pudor pectora versare. *Prop.* 3, 15, 12. Spesque timorque animum versat utroque meum. P Item vexo, male habeo. *Pl. Bacch.* 4, 5, 6. Versabo ego illum hodie, si vivo, probe. *Sen. ep.* 9. med. Sollicitudo nos in nostra purpura versat. *Prop.* 3, 3, 19. Non est certa fides, quam non injuria versat; et *ib.* 9, 1. Quid mirare, meam si versat femina vitam? In his et similib. facile *versare* in *vexare* mutari potest. P Item muto, verito, misceo. *Virg. Ecl.* 9, 5. Fors omnia versat. *Cic. Fin.* 4, 20. Homo igitur acutus causam non obtinens, repugnante natura, verba versare coepit. *Ov. Am.* 2, 2, 29. Ille (*servus conscius*) placet, versatque domum, nec verbera sentit, h. e. miscet, pro arbitrio imperat, et veluti regnat. P Item everto. *Virg. A.* 2, 61. in utrumque paratus, Aut versare dolo, sea certae occumbere morti. Ubi *Servius*: dolo evertere; et subaudis Trojanos. Alii leg. *versare dolos*, h. e. exerce, exsequi, perficere. P [Item decipere. *Cic. Lael.* 26. Hodie me versaris atque emunxeris lautissime. V. *Graec.* ad h. l. De *emunxeris* v. *Bentl.* ad *Hor. T.* 2. p. 141.]

VERSOR, aris, atus sum, passiv. 1. διατρέφω, διάγω, frequens sum alicubi, dego, moram traho, maneo, sum: passivum verbi praeced., nam qui in aliquo loco, aut re immoratur, quodammodo in ea huc et illuc sese versat, et quasi volutatur aut corpore, aut mente. *Pl. Amph. prol.* 128. Versari crebro hic cum viderent me domi. *Id. Cas. a.* 1. v. 52. Tum tu, furcifer, quas mus, in medio pariete versabere, h. e. conclusus in fenestra. *Cic. Quint.* 18. f. Non ad solarium, non in campo, non in conviviis versatus est. *Id. Mil.* 20. Quo in fundo, propter insanas illas substructiones, facile mille hominum versabatur valentium. [**Suet. Tib.* 44. ut natanti sibi inter femina versarentur: Gr. ἀναστρέφουσα.] P Item vivo, consuesco, conversor. *Cic. Cat.* 1, 5. Nobiscum versari jam diutius non potes. *Id. Att.* 10, 8. Nec versari inter eos sine dedecore potero. *Nep. Con.* 2. extr. Apud praefectos regis versabatur. P Pro esse *Ter. Andr.* 4, 1, 25. Nescis, quantis in malis serser miser. *Cic. Or.* 2, 13. In clarissima luce versari. *Id. Or.* 35. Ipsae res in perfacili cognitione versantur. *Id. Phil.* 8, 2. Ergo illi nunc in pace versantur. *Id. Planc.* 10. med. Minturnenses aeterna in laude versantur. P Item exercere, agere. *Cic. Off.* 1, 42. Opificesque omnes in sordida arte versantur. P Item studere, operam dare. *Id. Fam.* 4, 3. f. Servius quidem tuus in omnibus ingenuis artibus, in primisque in hac, in qua ego me scripsi acquiescere, ita versatur, ut excellat. P Item se gerere. *Quint.* 1. *prooem.* Praeclarissime in consiliis ac administratione reipublicae versari. P Item occurrere, apparere. *Cic. Verr.* 2, 5, 55. f. Nunquam tibi populi Romani absentis dignitas, nunquam species ipsa huiusmodi multitudinis in oculis animoque versata est? *Id. Fam.* 14, 2. med. Nam mihi ante oculos dies noctesque versaris. *Id. Sext.* 21. Mors, exsilium mihi ob oculos versabantur. P Item considerare, contemplari, occupatum esse. *Id. Off.* 1, 6. Quae omnes artes in veri investigatione versantur. *Quint.* 2, 15. med. Versatur circa res omnes rhetorice. P Item inhaerere, adhaerere. *Cic. Caecin.* 18. In verborum errore versari, rem et causam, et utilitatem communem relinquere. P Item dicendo in aliqua re immorari, agere, tractare. *Id. Off.* 1, 5. Huic quasi materia, quam tractet, et in qua versetur, subjecta est veritas. *Id. Leg.* 3, 15. Dicam, Tite, et versabor in re difficili, ac multum et saepe quaesita. P De iis, quae usurpantur, adhibentur. *Pomp. Dig.* 1, 2, 2. Nec versantur omnino scripta eorum inter manus hominum.

VERSORIA vel Vorsoria, ae, f. pes veli, hoc est funiculus, quo extremus veli angulus religatur. Vox est adjectiva, et subauditur *funis*. *Versoriam* dixere, quia prout haec manu tenetur, ita velum profertur, vertiturque. Alii *versoriam* dicunt simpliciter esse conversionem, τροπήν. Sed utcumque sit de vera vocis origine, quae non satis nota est, certum est translate dici *versoriam capere* pro reverti, sententiam mutare, ab aliqua re desistere. *Pl. Merc.* 5, 2, 34. Huc ventus secundus est; cape modo versoriam. *Id. Trin.* 4, 3, 19. Quin tu quod periit, periisse ducis? cape vorsoriam, recipe te ad herum.

VERSUM, et Vorsum, praepos. idem ac versus. *Pl. Epid.* 2, 2, 63. Coepi sursum versum illas pauxillatim accedere. P Et addita alia praepositione. *Sall. Jug.* 62. Fugam ad se versum fieri; et *ib.* 72. Ubi animadvertere ad se vorsum exercitum pergere.

Pl. *Capt.* 2, 3, 8. Utrouque vortum rectum est ingenium meum.
VERSURA, ae, f. ἀρχή, conversio: a vertendo. *Varr. R. R.* 1, 46. Quod ex quibusdam foliis propter eorum versuram, quod sit anni tempus, dici possit, ut olea, et populus, et salix: horum enim folia cum convertunt se, solstitium dicitur fuisse. Adde *eund.* *L. L.* 6, 3, f. cujus verba V. in **CERASTIBOLA**. P Item pro versione et mutatione. *Arnob.* 5, 187. Si fabulas has voltis more allegorico scriptas, quid ceteris fiet, quas non videmus posse versuras in hujusmodi cogi? P Item locus, ad quem cum quis pervenerit, revertitur. Sic in agricultura *versura* vocatur, ubi sulcus unus desinit, alterque incipit, a boum conversione, βουροστροφή. *Colum.* 2, 2, f. Cum ventum erit ad versuram, in priorem partem jugum propellat, et boves inhibeat. P In architectura est interior, aut exterior angulum in parietibus flexus. Graeci περιμήν vocant. Usus est *Vitruv.* 3, 1, med. et 5, 6, f. et *ib.* 12. P *Versura* praecipue usurpatur de pecunia mutua ab aliquo sumpta vel gratuito, vel cum fenore reddenda: est a vertendo, ut mutua a mutando. *Paulus ex Fest.* Versuram facere, mutua conversione sumere, ex eo dictum est, quod initio, qui mutuabantur ab aliis, non ut domum ferrent, sed ut aliis solverent, velut verterent creditorem. *Cic. Tusc.* 1, 42. Ego vero illi (*Lycurgo*) maximam gratiam habeo, qui me ea poena multaverit, quam sine mutatione, et sine versura possem dissolvere, h. e. sine mutuo gratuito, et sine usura. *Id. Att.* 5, 21, med. Salaminii cum Romae versuram facere vellent, non poterant, quia e syngrapha jus dici lex Gabinia vetabat. *Id. ib.* 15, 20. Versuram scribis esse faciendam mensium quinque, id est ad Kal. Novemb., in eam diem cadere nummos, qui a Quinto debentur. *Id. ib.* 16, 15. Iniquissimo fenore versuram facere Aurelius coactus est. *Id. Font.* 1. A quibus versuras tantarum pecuniarum factas esse dicunt. *Id. Flacc.* 20. Negavit, sese omnino versuram ullam fecisse Romae. *Nep. Att.* 2. Cum versuram facere publice necesse esset, neque ejus conditionem aequam (*Athenienses*) haberent, semper se interposuit, atque ita, ut neque usuram unquam ab iis acceperit. *Id. ib.* 9. Cum Fulvia fundum secunda fortuna emisset in diem, neque post calamitatem versuram facere potuisset; ille se interposuit, pecuniamque sine fenore, sine ulla stipulatione ei credidit. *Tac. Ann.* 6, 16. Sane vetus Urbi fenore reddidit. Nam primo XII. Tabulis sanctum, ne quis unciario fenore amplius exerceat (*V. Liv.* 7, 16.), cum antea ex libidine locupletium ageretur, deinde rogatione tribunicia ad semuncias redacta (*V. eund.* *ib.* 27.); postremo vetita versura (*V. eund.* *ib.* 42.). *Hieron.* *ep.* 108, n. 15. Liberalitas sola excedebat modum, et usuras (*Paula*) tribuens versuram quoque saepius faciebat, ut nulli stipem rogantium denegaret. P Translate. *Sen. ep.* 19, med. Ab Epicuro versura facienda est, h. e. mutuo quasi accipienda sententia est. *Id. Ben.* 5, 8. Ut concedam, aliquem dare sibi beneficium; dum dat, et recipit: ut concedam, aliquem a se accipere beneficium; dum accipit, et reddit. Domi, quod ajunt, versura fit, et velut lusorium nomen statim transit. *Plin.* 19, 4, 19, n. 3. Pars hortensiorum ad condimenta pertinens fatetur, domi versuram fieri solitam, h. e. ab horto domestico, non aliunde condimenta sumebant prisci. P *Versuram*, et rectius *versura*, *solvere*, est pecuniam fenori accipere, ut aliud aes alienum dissolvatur: sic creditor quidem vertitur, seu mutatur, sed debitor eadem haeret difficultate. *Cic. Att.* 5, 1. Quae quidem DCCC. HS. ego utique vel versura solvi volo, ne extrema exactio nostrorum nominum expectetur, h. e. malo solvi, quae debeo, pecunia mutuo sumpta, quam expectare, donec omnia, quae mihi ab aliis debentur, exigam. *Id. ib.* 15. Vereor, ne illud, quod tecum permutavi, versura mihi solvendum sit. *Id. ib.* 16, 2. Quamquam reliqua satis apta sunt ad solvendum, tamen fit saepe, ut ii, qui debent, non respondeant ad tempus. Si quid ejusmodi acciderit, ne quid tibi sit fama mea potius. Non modo versura, verum etiam venditione, si ita res coeget, nos vindicabis. P Translate. *Ter. Phorm.* 5, 2, 15. In eodem luto haesitas, versuram (*al. versura*) solvis, Geta; praesens quod fuerat malum, in diem abiit, plagae crescent, nisi prospicias, h. e. debitas tandem poenas dabis etiam cum fenore: simili conditione, atque ii solent, qui ut syngrapham dissolvant, et una cautione se liberent, pecuniam mutua majore etiam fenore iterum accipiunt. In dies enim deteriorum conditionem suam faciunt. Hinc recte *Donat.* ad hunc *Terentii* locum habet: *Creditorem mutas*: sed minus recte addit: *Versuram facere dicitur, qui aes alienum ex aere alieno solvit*: nam dicitur sane is quoque *versuram facere*, quatenus mutuum sumit, non quatenus illo mutuo aliud mutuum dissolvit. Idem fere dicendum de eo, quod *Id. ib.* addit: *Dicitur etiam versuram facere, cum minore fenore acceptam quis pecuniam majore occupat*. Ingeniose ita *Terentii l. c.* sibi accommodat *Lactant.* 2, 8, med. Deus ipsa natura est. Cum igitur ortum rerum tribuis naturae, ac detrahis Deo, in eodem luto

haesitas versura solvis. A quo enim fieri negas, ab eodem plane fieri, mutato nomine, confiteris.
VERSUS, ὑπὸς, praep. accusativo inserviens, et suo casui fere postponitur. *Cic. Fam.* 11, 27. Cum *Brundisium* versus ires ad Caesarem. *Cato R. R.* 156. Postea ubi deorsum versus ibit. *Cic. Or.* 39, med. Cum gradatim sursum versus reditur. *Id. Part.* 7. Et idem quasi sursum versus retroque dicitur. *Caes. B. G.* 7, 4. Dimitti quoque versus legationes. *Gell.* 5, 12. Ut quaedam vocabula, quibus particula ista praepositur, ambigua sint, et utroque versus dicantur, h. e. in utramque partem. *Id.* 12, 13, med. Cum vero omnes terras omnifariam, et undique versus circumfluat, nihil citra eum est. P Habet etiam quandoque adjunctam aliam praepositionem. *Caes. B. G.* 6, 52. Labienum ad Oceanum versus in eas partes, quae Menapios attingunt, proficisci jubet. *Sulpic.* ad *Cic. Fam.* 4, 12. Ille in Italiam versus navigaturus erat. *Sall. Jug.* 62. Animadvortit, fugam ad se vortum fieri. *Auct. B. Hisp.* 11. Equites nostri ad Cordubam versus prosecuti sunt eos. *Sall. Cat.* 59. Ad urbem modo, modo in Galliam versus castra movere. *Fest.* in *Septimontio*: Ea pars Esquiliarum, quae jacet ad vicum Patritium versus. Adde *Varr. R. R.* 3, 5, med. et *Traj.* ad *Plin.* *ep.* 10, 82, extr. V. **VERSUS**. [*De hac dicendi forma, qua praepos. versus cum praepos. ad vel in jungi solet, *Kritz.* ad *Sall. Cat.* 1, modo l. rectissime habet ista: versus cum ad vel in junctum non abundare, quod perperam a *Ruhnck.* ad *Ter. Adelph.* 4, 2, 36. et *Ern.* ad *Tac. G. I.* praeceptum legatur, sed praepositione versus. ad et in accuratius definiuntur easque corrigi. Ita autem differre versus praepositionem a participio, ut hoc semper ad substantivum appositionis instar referatur, nunquam a verbo pendeat, praepositio vero semper a verbo motus apta sit; quod nisi tenueris, vix possis interdum ab errore tibi cavere.]*
VERSUS, a, um, part. a *verto*: ἐστροφένος, conversus, inversus, mutatus in aliam partem. *Hor. Od.* 3, 29, 2. Non ante verso lene merum cado *Jandum* apud me est. *Lucan.* 3, 649. congesto pondere puppis *Versa*: et *Virg. A.* 1, 482. et versa pulvis inscribitur hasta. (*Servius et Diomed.* 1, 373. huc ducunt a passivo *verror*, et exponunt tracta: quia *vertere* est trahere.) *Or. Met.* 14, 782. Nec strepitum verso *Saturnia* cardine fecit. *Id. ib.* 1, 425. *Versae* glebae, h. e. aratae, subactae. *Id. Trist.* 4, 5, 6. *Versaque* avocitiae terga dedere meae. *Tac. H.* 2, 26. *Versi* in fugam hostes. *Hor. Od.* 3, 4, 26. *Philippis* versa acies retro. *Id. ib.* 1, 19, 11. *Parthus* versis animosus equis. *Virg. A.* 5, 141. adductis spumant freta versa lacertis, h. e. remis inversa et agitata. *Sall.* in *Or. Lepid. contra Sull. med.* 36. *Arma* ab externis in nosmet versa. *Pl. Cas.* 2, 5, 36. Necessum est vortis gladiis depugnari, h. e. mutatis. V. **GLADIATOR**. P Item eversus *Sen. Ag.* 190. Et post tropaea Troica, ac versus *Ilium*. *Id. Tro.* 911. prostratum *Ilium* est, *versi* Penates. *Id. Hipp.* 562. *Versa* ab imo regna. P Item conversus et spectans in aliquam partem. *Liv.* 1, 41. *Fenestrae* in viam versa. *Id.* 36, 15, med. Mare ad occidentem versus. *Or. Met.* 8, 165. de *Maeandro*: Et nunc ad fontes, nunc in mare versus apertum, incertas exercet aquas. *Plin.* 28, 8, 30. Squamarum series a cauda ad caput versa. P Item mutatus, transformatus. *Lucr.* 5, 279. Omnia jam resoluta forent, et in aera versa. *Or. Met.* 10, 242. *Propaetides* in rigidum silicem versa: et *ib.* 13, 905. *Nuper* in *Euboica* versis *Antheone* membris *Glaucus* adest. P Translate est quocumque modo mutatus. *Cic. Rosc. Am.* 36. Videte nunc, quam versa et mutata in pejorem partem sint omnia. *Tac. Ann.* 1, 4. *Versus* civitatis status. *Id. H.* 2, 54. *Caesi* victores, versa partium fortuna. *Just.* 12, 6. Eodem furore in poenitentiam, quo pridem in iram, versus, mori voluit. *Or. Her.* 16, 89. versus ad prospera factis. *Liv.* 22, 51, extr. Miles ira in rabiem versus. P Cum gen. *Tac. H.* 4, 81. Qui versus animi modo numen pavescere, modo minis populi terreri, saepe donis flectebatur, h. e. mobilis animo. Alii plerique leg. *diversus*. P Item inclinatus, propensus, favens. *Liv.* 40, 5, med. *Philippus* totus in *Persea* versus, cum eo cogitationes ejus rei dies ac noctes agitabat. P In rem versus dicitur a *Jctis*, quidquid in rem seu facultates alicujus conversum est, et augendae rei familiari adjectum. *Cajus, Paul. Ulpian.* et alii *Dig. toto tit.* 15, 3. qui *De in rem verso* inscribitur: ubi actio de in rem verso, et de in rem verso teneri, et condemnari de in rem verso, etc. P *Versa*, et comicorum more *versa*, oratio, metro ligata: cui respondet *prorsa*, soluta. *Appul. Flor.* n. 18. V. **PRORSUS**, a, um. P *Versus* a *verro*, is. *Pl. Ps.* 1, 2, 31. *Vorsa*, praesterga, strata, lauta, coactaque omnia ut sient. *Sen. fragm.* ap. *Diomed.* 1, 375. *Versa* templa. *Prop.* 3, 11, 42. *Dique*, *Deaeque* etc. Praebant versus verba secunda foci. Alii aliter leg. sed *versis* a *Scal.*, *Broukus.* et *Vulpio* defenditur.
VERSUS, us, m. ὄλγος, ἔνος, ἰέρων, linea illa, quam in scribendo ducimus, et speciatim carmen poeticum. Nam versus nomen natura sua non minus solutae, quam ligatae orationi convenit. Est a *verto*. *Cujus* ratio ex agricultura optime intelligi-

tur. Quemadmodum enim agricolae vomere vertunt terram, ac sulcum faciunt: ita in ceris quoque stilo sulcabant scribentes: ac ut ille in terra sulco uno absoluto, vertit aratrum, aliumque sulcum efficit; sic qui scribit, stilo sinistrorsum verso, prolatoque novum in cera sulcum ducit. Sed quia poetae versus suos certo absolvent pedum numero, hinc factum, ut hi sibi versus nomen prope fecerint peculiare. Primum itaque versus generatim accipitur pro illo ductu vortum, qui fit a sinistra in dexteram, vel a dextera in sinistram, vel a summo ad imum, secundum diversam diversarum gentium scribendi rationem. *Cic. Att.* 2, 16, med. Nam ita deplorat primis versibus mansionem suam, ut quemvis movere possit. *Plin. ep.* 4, 11, extr. Non paginas tantum epistolae, sed etiam versus, syllabasque numerabo. Tangit hic *Plin.* antiquum morem, quo solebant versus inire numerum, ut de libri magnitudine constaret. *Nep. Ep.* 4, f. Uno hoc volumine vitas excellentium virorum concludere statimus, quorum separatim multis millibus versus complures scriptores ante nos explicarunt. Adde *Quint.* 7, 1, med. [**Suet. Aug.* 87. nec ab extrema parte versus abundantes litteras in alterum transfert. V. *Schaeff.* ad *Plin. ep.* 3, 5, 12. *Liv.* 41, 24. Litterae paucorum versusum.]* P Pro carmine. [*Dicendum erat linea ad carminis rhythmum composita.]* *Cic. Arch.* 10. Nam siquis minore fructum gloriae putat ex Graecis versibus percipi, quam ex Latinis, vehementer errat. *Id. Or.* 3, 50. In versus se mente ac voluntate conjicere: et *ib.* Versus hexametros fundere ex tempore. *Hor. Ep.* 2, 2, 52. Versus facere. *Virg. Ecl.* 5, 2. Dicere versus. P Interdum pro cantu. *Plin.* 10, 29, 43. de *lusciniis*: Meditantur aliae juniores, versusque, quos imitentur, accipiunt. P Quandoque etiam pro titulo sepulcri. *Inscr.* ap. *Grut.* 703, 2. D. M. L. Publicii Primi, Q. V. Ann. XII. M. II., versus superpositus P. Successus pater infelicissimus. P Notat etiam ductum in arando, sive sulcum; quae notio principalis est, et magis propria, ut in §. 1. dictum est. *Colum.* 2, 2, f. *Bulbulum* autem per proscissum ingredi oportet, alternisque versibus obliquum tenere aratrum. *Plin.* 18, 19, 49, n. 2. In arando versus peragi, nec strigare in actu spiritus. P Item mensuram agri. *Varr. R. R.* 1, 10. In Hispania ulteriore metiuntur jugis, in Campania versibus, apud nos in agro Romano ac Latino jugeris. Jugum vocant, quod juncti boves uno die exarare possunt. Versum dicunt centum pedes quoque versus quadratum. Jugerum, quod quadratum duos actus habet. P Item significat ordinem, rectam seriem, seu tractum. *Virg. G.* 4, 144. Ille etiam seras in versus distulit ulmos. *Id. A.* 5, 119. triplici pubes quam *Dardana* versus impellunt, h. e. triplici ordine remorum. *Sic Liv.* 33, 30, f. *Navis* inhabilis prope magnitudinis, quam sexdecim versus remorum agebant. *Sil.* 7, 657. laxa monilia crebro versus, h. e. crebra serie catenularum, vel gemmarum, margaritarumve. *Plin.* 15, 29, 37. *Myrtus* exotica senis foliorum versibus. *Solin.* 2. Rostro scrobes excavant, deinde surculis in versus superpositis imitantur texta cratium. P Item speciem quandam motus, sive saltus. *Pl. Stich.* 5, 7, 2. Si istoc vortu me viceris, alio me provocato: versus pro versus antiquo scribendi more. P Olim et versus, i, dixere. *Laev.* ap. *Prisc.* 6, 712. Omnes sunt denis syllabis versi. *Valerius ib.* Quid hic cum tragicis versis et syrma facis? *Laber. ib.* Versorum numerus.
VERSUTE, adv. παρούτως, astute, callide. *Cic. Brut.* 9. Nihil, ut ita dicam, subdole, nihil versute, quod ille non viderit. *Id. Or.* 7. Videmus fuisse quosdam, qui iidem ornate ac graviter, iidem versute et subtiliter dicerent. *August. Trin.* 15, 20. Acute respondit haeretico versutissime interroganti.
VERSUTIA, ae, f. παρούγλια, calliditas, vafritia, astutia. *Appul. Appol.* Non est sua ista in accusando versutia; et *ib.* Versutia tam insidiosa, tam admirabili scelere conflata. *Juven.* 1, 371. nec desuit aegro (*daemoni*) Tentandi interea *Christum* versutia fallax.
VERSUTILOQUUS, a, um, adj. παρούλογος, qui versute loquitur. *Cic. Or.* 3, 38. Vel conjungendis verbis, ut haec (*ex Ennio*) Tum pavor sapientiam mihi omnem ex animo expectat: (*ex Pacuv.* aut *Acc.*, aut *Enn.*) Num non vis hujus me versutiloquas malitias? Videtis enim et versutiloquas, et expectat ex conjunctione facta esse verba, non nata. *Id. Or.* 49. Imo vero ista sequamur, asperitatemque fugiamus. *Habeo istam ego perterritam.* Itemque: *Versutiloquas malitias*.
VERSUTUS, a, um, adj. παρούγος, ingeniosus, sagax, promptus, qui facile mentem in quamlibet partem versat, recte peritus, multiplex. *Cic. N. D.* 3, 10. *Chrysippus* tibi acute dicere videbatur, homo sine dubio versutus et callidus. Versutos eos appello, quorum celeriter mens versatur: callidos autem, quorum, tanquam manus opere, sic animus usu concalluit. *Id. Brut.* 67. Habuit a natura genus quoddam acuminis, quod erat in reprehendis verbis versutum et solers. *Id. Or.* 2, 20. Animus acer et praesens, et acutus idem, atque versutus invictos viros efficit. *Id. Off.* 1, 30, f. Versutissimum et pa-

tientissimum Lacedaemonium Lysandrum accepimus. P Saepe in malam partem accipitur pro eo, qui facile mentem ad malitiam vertit, qui ingenio est dolo- so, et decipiendi artifice, vaser, malitiosus, sub- dolus, fallax, ενδολος. Festus: Versuti dicuntur, quorum mentes crebro ad malitiam vertuntur. Pl. As. 1, 1, 105. Non esse servus peior hoc quisquam potest, nec magis versutus, nec quo ab caveas aegrius. Cic. Off. 2, 3. Hi saepe versutos homines, et callidos admirantes, malitiam sapientiam judicant: et ib. 3, 13. f. Hoc est hominis non aperti, non simplicis, non ingenui, non justis, non viri boni, versuti potius, obscuri, astuti, fallacis, callidi, veteratoris, vafri. Id. Fin. 2, 16. med. Omnia calide referens ad utilitatem, acutus, versutus, veterator, facile ut excogitet, quomodo occulte fal- lat; et ib. 17. Qui occultus, et tectus dicitur, tan- tum abest, ut se indicet, perficit etiam, ut dolere alterius improbe facto videatur: quid est enim aliud esse versutum? Ov. Am. 2, 19, 9. Viderat hoc in me vitium versuta Corinna: Quaque capi possem, callida norat opem. Pl. Epid. 3, 2, 35. Versutior es, quam rota figularis. Vell. 2, 118. Illi in summa feritate versutissimi, natumque mendacio genus. P Cum gen. Plin. 7, 12, 10. Respondit versutus in- genii mango, ob id ipsum se tanti vendidisse, Quo- niam, habet. [* P Quae Noster de notatione hujus vocis habet, ea, licet Ciceronis verba sequantur, recte Doederl. 3, 220. minus probantur. Versutus aut frequentativum est v. versus, aut non nisi forma differt a versutus, ut nostr. gewandt et gewendet, Gr. πολυτροπος.]

VERTACOMACORI, orum, populi Galliae Nar- bonensis, Vocentiorum pars. Plin. 3, 17. B. A.

VERTAGUS, i, et Vertraga, et Veltagra, m. canis venaticus mirae velocitatis: cujusmodi sunt, qui planis et apertis campis non odore, sed cursu lepores captant. Vox est peregrina, et cujus nota- tionem frustra quaeras in Latina lingua. Sunt ta- men, qui a verto et traho derivant: alii, qui quasi fertraha a feris trahendis: alii alia comminiscuntur. Videtur esse vox Celtica seu Gallica, hinc etiam est, quod Ov. Met. 1, 533. et Mart. 3, 47. vocant Gallicum canem, qui lepores venatur. Firm. Math. 5, 8. med. Nutritores canum, molossorum, verta- gorum, et qui sunt ad venationes accommodati. Mart. 14, 200. Non sibi, sed domino venatur ver- tagus acer, Illaesum leporem qui tibi dente feret. Grat. Cyn. 203. Et pictum macula vertagram delige fatsa. Alii leg. vertragam. Not. Tir. p. 176. Canis, veltagra.

VERTEBRAE, arum, f. plur. σπονδυλοι, περιονα, spinae ossa in crassiore fusoq. nodos conglobata, et in medio sui concava, ut spinali medullae tran- situm praebant, firmissimis autem vinculis colligata, quorum beneficio interiores nodi cohaerescunt. Harum munus est, ut corpori flectendi se, incur- vandique praebant facultatem, quod sine illis prorsus rigidum esset, et inflexibile. Igitur dictae sunt a vertendo, quia earum beneficio homo se vertere, flectereque potest. Cels. 8, 1. med. Spina constat ex vertebra quatuor et viginti. P Translate per quamdam similitudinem in insectis vertebrae appel- lantur eae partes, quae circa ipsam sitae incurram, corpori flexum praebent. Plin. 11, 1, 1. Imbricatis flexili incisura vertebrae. P In sing. num. Cels. l. c. Jam vertebra tertia tubercula, quae inferiori inseran- tur, exigit. Plin. 11, 46, 106. Talus rectus est in arti- culo pedis, ventre eminent concavo, in vertebra ligatus, h. e. in flexura: nam latiore significatione significat etiam quemcumque articulum, et nodum seu juncturam corporis. Sen. ep. 78. med. Podagra, et chiragra, et omnis vertebrae dolor, nervor- que interquiescit, cum illa, quae torquebat, hebetavit.

VERTEBRATUS, a, um, adj. σπονδυλοειδης, in modum vertebrae factus. Plin. 11, 37, 67. Quibus cervix e multis, vertebraeque orbiculatim ossibus, flexilis ad circumspicuum, articularum nodis jungi- tur. Id. 34, 8, 19. n. 14. Vertebrato dente, h. e. mobili et flexili facto.

[VERTEBROTENUS, adv. idem ac divisim ver- tebrarum tenus. Coel. Aurel. Acut. 1, 11. Erit ad- hibenda cucurbita nunc praecordiis, atque pubetenus, praerasa capillatura, nunc capiti, nunc clunibus ac vertebrotenus, quod Graeci γαχον vocant. Hinc apparet non improbandos esse, qui conjunctum pube- tenus, verbotenus pro pube tenus, verbo tenus scribant. V. TENUS. F.]

VERTENS, entis, part. a verto, ελασων. Virg. A. 8, 438. Gorgona desecto vertentem lumina collo. P Annus vertens, mensis vertens, est totius anni, vel mensis vertentis, seu procedentis, et delabentis cur- sus. Cic. Quint. 12. Si debuisset, Sexte, petisses statim; si non statim, paulo quidem post; si non paulo post, at aliquando: sex quidem illis mensibus profecto; anno vertente sine controversia. Nep. Ag. 4. Tanta usus est celeritate, ut quod Xerxes anno vertente confecerat, hic transierit triginta diebus. Pl. Pers. 4, 4, 76. Nunquam hercle hunc mensem vertentem servibit tibi. P Alia ratione vertens an- nus dicitur a Cic. Somn. Scip. 7.; ibi enim annum illum intelligit, qui a Macr. Somn. Scip. 2, 11. vo- catur annus mundanus, et a Platone dictus est mag-

nus, h. e. spatium multorum annorum, quorum cur- su expleto sidera stellaeque omnes ad eam coeli po- sitionem redeant, in qua initio mundi fuerunt; quae quidem positio post quindecim millia annorum con- tingere putabatur, ut l. c. Macr. docet: et jure annus vertens dictus est, quia, ut Macr. verbis utar, con- versione pl-nae universalitatis efficitur. Homines, in- quit Cic. l. c. populariter annum tantummodo solis, id est unius astri reditu metiuntur: cum autem ad idem, unde semel profecta sunt, astra redierint, eandemque totius coeli descriptionem longis inter- vallis retulerint, tum ille vere vertens annus appel- lari potest. V. plura ap. Macrob. l. c.

*VERTERIS, is, oppidum Britanniae. Anton. Itin. P Camdeno est Brugh - under - Stanemore (Brough). B. A.

VERTEX, icis, m. id quod vertitur, itemque id, circa quod aliquid vertitur. Quint. 8, 2. Secundo modo dicitur proprium inter plura, quae sunt ejus- dem nominis, id, unde cetera ducta sunt: ut vertex est contorta in se aqua, vel quidquid aliud similiter vertitur: inde propter flexum capillorum, pars est summa capitis: et ex hoc, quod est in montibus eminentissimum. Recte, inquam, dixeris haec omnia vertices: proprie tamen, unde initium est. Haec Quint. Itaque primo dicitur de aqua, quae in se vertitur: item de vento in gyrum flante, qui et turbo, aut typhon dicitur. Habemus in hac significatione passim exempla ap. Virg., Hor., Ov., Stat. etc. sed quia vortex in libris plerumque legitur, in ea voce ponentur. P Vertices sunt etiam in coelo car- dines seu poli, circa quos coelum ipsum verti dicitur, πόλοι. Cic. vertens Arati carmina N. D. 2, 41. Extremusque adeo duplici de cardine vertex dicitur esse polus. Virg. G. 1, 242. Hic vertex (Arcticus) nobis saepe sublimis, at illum (Antarcticum) Sub pedibus Styx atra videt, Manesque profundi. P De capillis, qui in summo capite in circum volvuntur, deque ipso summo capite, κορυφή. Isid. Or. 11, 1. Vertex est ea pars, qua capilli capitis colliguntur, et in qua caesaries vertitur. Plin. 11, 37, 48. Ver- tices bini hominum tantum aliquibus. Cic. Rosc. Com. 7. Nonne ab imis unguibus usque ad verticem summum ex fraude, fallaciis, mendacis constare totus videtur? Ov. Pont. 3, 8, 12. Suppositoque gravem vertice portat aquam. P Per synecdochen est ipsum caput. Id. Met. 5, 84. Et resupinus hu- mum moribundo vertice pulsat. Id. ib. 10, 425. alba- que toto Vertice canities rigidis stetit hirta ca- pillis. Petr. Sat. 137. tremulo deduxit vertice canos, Consequitque genas. Stat. Theb. 6, 607. Flavus ab intonso pendebat vertice crinis. Virg. A. 11, 612. nudo cui vertice fulva Caesaries. Mart. 12, 7. Toto vertice quod gerit capillos, Annos si tot habet Li- gia, trima est. Val. Flacc. 4, 307. sonat omni vul- nere vertex Inclinis. Catull. 64, 309. Ambrosio ni- veae residebant vertice vittae. Hor. Od. 1, 1, 36. Sublimi feriam sidera vertice. Id. Ep. 2, 2, 4. talos a vertice pulcher ad imos: et Virg. A. 7, 783. Ipse inter primos praestanti corpore Turnus Vertitur arma tenens, et toto vertice supra est. P Transfer- tur ad summitatem, cacumen, culmen cujuscumque rei. Cic. Verr. 2, 4, 48. Ignes, qui ex Aetnae ver- tice erumpunt. Tibull. 1, 8, 15. aetherio contingens vertice nubes Taurus. Petr. Sat. 122. rupta tonabant, Verticibus lapsis, montis juga; et ib. 134. extr. his ego callens Artibus (magis) Idaeos frutices in gur- gate sistam, Et rursus fluvius in summo vertice po- nam. Hor. Od. 4, 11, 11. Sordidum flammae trepi- dant rotantes vertice fumum. Val. Flacc. 6, 604. Ora sub excelso jandudum vertice coni Saeva mi- cant. Id. 3, 487. illum ubi Juno videt poli summo de vertice: et 2, 88. praerupti Vulcanum vertice coeli Devolvit; et 1, 700. inimicaeque vertice ab alto Vela videt; et Ov. Met. 10, 103. Et succincta co- mas, hirsutaque vertice pinus. Virg. A. 3, 679. vertice calso Aeriae quercus, aut conferae cyparis- si. Lucr. 6, 749. Athenaeis in moenibus, arcis in ipso Vertice. Mart. 10, 19. Vertex theatri; et 8, 36. domus. P Vertex terrae ap. eund. 13, 50. est ejus superficies. P Absolute de monte, aut colle. Sen. Herc. Fur. 80. Siculi verticis laxa specum. Lucan. 2, 397. nullo qua vertice tellus Altius intum- mit; et 9, 972. quo vertice Nais Luserit Aenone. P A vertice, a parte superiore, ab alto. Virg. G. 2, 310. si tempestas a vertice silvis Incubuit. (Ubi Servius: ab Aquilone, ut (G. 1, 242.) Hic vertex nobis semper sublimis.) Id. A. 1, 118. ingens a ver- tice pontus In puppim ferit. (Ubi Serv. aut a pup- pi, quae vertex navis est: aut ab Aquilone, qui flat a mundi vertice. Quidam verticem hic procellam accipiunt.) Id. ib. 5, 443. Ostendit dextram insur- gens Entellus, et alte Extulit: ille ictum venientem a vertice velox Praevitit. P Ut caput, sic vertex principem significat in aliquo ordine. Modest. Dig. 27, 1, 13. med. Scaevola, et Paulus, et Ulpianus vertices legum prudentum: κορυφαίον, proceres. Haec tamen non sunt Modestini, sed interpretis, qui e Graeco transtulit. Amnian. 15, 5. med. Sensim cum principiorum verticibus secretus collocutus. Cic. vertens carmina Sophocli. Tusc. 2, 9. Nunc, nunc dolorum anxiferi torquent vertices, Nunc ser- pit ardor, h. e. summi dolorem quasi apices.

VERTIBULUM, i, n. verticulus, junctura, nodus, vertebra. Lact. Op. D. 5. med. Crura non aequali- ter porrecta finivit, sed summas eorum partes cras- sioribus nodis conglobavit, ut et substringi nervis facilius, et verti tutius possent: unde sunt vertibu- la nominata.

VERTICILLATUS, a, um, adj. a verticillus. Ad- struxere quidam ex Cels. 8, 1. med. Verticillatis scapularum ossibus inseritur. Sed legendum omnino Vertici lati scapularum ossis. V. Morgagn. epist. 2. et 3. in Cels.

VERTICILLUS, i, m. στρογγύλιον, instrumentum, quod fuso adhibetur, ut facilius vertatur. Plin. 37, 2, 11. n. 1. In Syria quoque feminas verticillos inde facere. [Appul. Herb. 9. Radix batrachii verticillo est similis. F. et Bail.]

VERTICORDIA, ae, f. Veneris cognomen, de quo ita Ov. Fast. 4, 157. Roma pudicitia proavo- rum tempore lapsa est. Cumaeam, veteres, consu- listis anum. Templa jubet fieri Veneri: quibus or- dine factis, Inde Venus verso nomina corde tenet. Val. Max. 8, 15. n. 12. Ut Veneris Verticordiae simulacrum consecraretur, quo facilius virginum, mulierumque mentes a libidine ad pudicitiam con- verterentur. Jul. Obseq. tempus assignat, quo Veneri Verticordiae aedes facta est, de prodig. 97. M. Acilio Balbo, C. Porcio Catone Coss. h. e. ann. U. C. DCXL.

VERTICOSUS, et Vorticosus, a, um, adj. ἐμυ- μώδης, contortus, complicatus. Liv. 21, 5. Quidam verticoso anni delati in hostes, ab elephantis ob- triti sunt. Alii leg. vorticoso. V. VORTEX.

VERTICULAE, arum, f. plur. articuli: a verto. Fest. Verticulas cum dixit Lucilius, articulos in- telligi voluit. P Non tamen soli ita articuli dican- tur, sed etiam spondyli spinae, h. e. vertebrae. Luc. ap. Non. 3, 103. Haeret verticulis adfixum in po- steriore Parte, atque articulis, ut nobis talu, genus- que. P Item verticulae in machinis dicuntur vin- cula quaedam lignea, vel ferrea, vel ex quavis alia materia, quibus pars una machinae alteri adungi- tur, ita tamen ut flecti, et verti possit. Vitruv. 10, 13. P In masc. gen. Solin. 4. de belua marina: Verticuli spinae ipsius latitudine semipedem sunt supergressi, h. e. articuli. P In neutro. Coel. Au- rel. Acut. 3, 17. Intestinorum verticula distentis cutibus apparent, h. e. flexus curvaturae. P In num. sing. et gen. masc. Id. Tard. 4, 3. med. Apponen- da podici fistula dextera manu, usque ad ejus ver- ticulum, quem Graeci ἀσπίδιοκον vocant, h. e. par- tem latiore, quae quasi nodum facit, et verticillum fuso inditum refert. [*Emendavit hunc locum F.]

VERTICULUM, et Verticulus. V. in v. praec.

VERTIGINO, as, n. l. circumferor: a vertigo. Tert. Pall. 3. de chamaeleonte: Capitulum statim a dorso: nam deficit cervix; itaque durum reflecti, sed circumspicuum emissicii ocelli, imo luminis puncta vertiginant.

VERTIGINOSUS, a, um, adj. στροματιστός. Plin. 23, 2, 28. Acetum vertiginosis perquam utile.

VERTIGO, ginis, f. ἕλιξις, περιστροφή, conver- sio in gyrum, versatio, rotatio: a verto. Sen. Q. N. 5, 13. med. Ventus circumactus, et se ipsa verti- gine concitans, turbo est. Ov. Met. 2, 70. assidua rapitur vertigine coelum; et ib. 11, 518. Verum ubi sit nescit: tanta vertigine pontus Fervet. Plin. 8, 40, 61. Assidua vertigine rotare aliquid. Prud. Psych. 414. Vertigo rotarum. Lucan. 6, 460. torti magica vertigine fili, h. e. rhombo, turbine circum- acto. Solin. 11. Creta equestres turmas prima do- cuit lascivas vertigines implicare. Pers. 5, 76. qui- bus una Quiritem Vertigo facit, h. e. e servo libe- rum. Mos enim fuit in manumittendo per vindictam, alapa servum percutere, deinde dextera ejus appre- hensa circumagere, ac suae veluti potestati dimittendo relinquere. P Translate. Lucan. 8, 16. Oc- cursu stupere ducis, vertigine rerum Attoniti. P Morbus est hoc nomine, στρομα, quo affectis vi- dentur omnia circumagi, et stare perfidicile est. Liv. 44, 6. Rupes utrinque ita abscissae sunt, ut de- spici vix sine vertigine quadam simul oculorum ani- mique possit. Plin. 25, 9, 70. Capite et naribus ro- sacae perunctis, ne vertigo sentiat. Id. 23, 1, 16. Vertigine laborare. Id. 20, 17, 73. Vertigines dis- cutere. Id. 36, 21, 40. sedare. Id. 23, 1, 21. Prodest paralyticis, tremulis, vertigini, torminibus. Id. 20, 15, 57. Cuminum datur ad vertiginem. Juven. 6, 303. de ebriis: Cum bibitur concha, cum jam verti- gine tectum Ambulat, et geminis exsurgit mensa lucernis. Macr. Sat. 7, 9. Qui ita se vertunt, ut saepe in orbem rotentur, et vertiginem capitis, et obscuritatem patiuntur oculorum. P Est etiam pila versatilis. Jul. Valer. res gest. Alex. M. (ed. J. Maio) 3, 86. Impendebat autem sellam istam ver- tigo quaedam ad modum mundi figurata etc. F.]

[VERTILABUNDUS, a, um, adj. qui hac illac vertitur. Varr. fragm. ap. Non. 4, 329. Sic ad vos citius opinione vertilabundus miser decidi. Alii leg. ventilabundus. F.]

[VERTILAGO, inis, f. herba eadem, quae car- dus silvaticus. Appul. Herb. 109. F.]

[VERTIPEDIUM, ii, n. ita vocatur herba hiera- botane, ap. Appul. Herb. 3. F.]

VERTO, is, rti, rsum, a. 3. *τρέπω, στρέφω*, in aliam partem converto, torqueo. *Tibull. 1, 7, 12.* Cardine tacito vertere fores. *Prop. 4, 1, 53.* Vertite equum Danaï; male vincitis. *Iliad tellus Vivet. Id. 2, 19, 6.* Ille tuus pennas tam cito vertit amor, h. e. avolvit. *Virg. A. 2, 250.* Vertitur interea coelum, et ruit Oceano nox. *Caes. B. C. 3, 51.* Pompeiani impetum nostrorum non tulerunt; primisque dejectis, reliqui se verterunt, et loco cesserunt. *Cic. Att. 16, 10.* Verti me a Minturnis Arpinum versus. *Plaut. Ps. 1, 3, 21.* Verte hac te, puere. *Liv. 28, 3.* Vertere iter retro. *Hor. Epod. 2, 51.* rhombus, aut scari, Si quos Eois intonata fluctibus Hiems ad hoc vertat mare. *Prop. 1, 16, 43.* Ante tuos quoties verti me, perfida, postes! *Pl. Merc. 1, 2, 15.* Animam nequeo vertere, i. e. spiritum ducere, et emittere. *P. Vertere terga*, terga dare, convertere se in fugam. *Caes. B. G. 3, 21.* Confecti vulneribus hostes terga vertere. *Id. B. C. 3, 63. extr.* Nostros ex utraque munitione dejectos terga vertere coegerunt. *Adde Liv. 1, 13.* *P. Vertere in fugam*, fugare. *Id. 30, 33 f.* Ipsos Carthaginiensium equites in fugam verterunt. *P. Est etiam aro, subigo. Colum. 4, 5.* Vertere solum bidentibus. *Id. 3, 13. med.* Praeruptior collis in quatuor pedes vertendus. *Id. 11, 2. med.* Lupinum nisi in florem verteris, nihil agrum stercoreveris, h. e. inaraveris, dum floret. *Hor. Sat. 1, 1, 28.* gravem duro terram vertere aratro. *Prop. 3, 5, 67.* patrio bove agros. *P. Item evertio. Cic. Off. 1, 24. med.* Callieratidas cum multa fecisset egregie, vertit ad extremum omnia. *Oc. Met. 12, 138.* Quem super impulsu resupino pectore Cyncum Vi multa vertit, terraeque afflixit Achilles. *Virg. A. 10, 88.* fluxas Phrygiae res vertere fundo. *Hor. Od. 3, 3, 18.* Ilium Fatalis incestusque iudex, Et mulier peregrina vertit; et *ib. 25, 15.* Bacchae valentes Proceras manibus vertere fraxinos. *Adde Manil. 4, 80.* [**Taciti* locos collegit *Böttich. in Lex. Tac. p. 487.* — Insolentius dictum ap. *Tac. est H. 1, 2.* agerent verterent cuncta: ubi idem *Böttich. l. l.* recte monuit, non ideo *ferrent* legendum esse.] *P. Translate est mutare. Cic. N. D. 3, 31. f.* Terra in aquam se vertit. *Caes. B. C. 3, 26. f.* Auster qui per biduum flaverat, in Africum se vertit. *Pl. Truc. 2, 1, 10.* Nos divitem eum meminimus, atque iste pauperes nos; verterunt se memoriae. *Virg. A. 12, 891.* Verte omnes te te in facies. *Pl. Most. 1, 3, 61.* In anginam nunc me velim verti, ut veneficae illi fauces prehendam. *Prop. 2, 21, 34.* Et decus, et durus vertitur ipse dies; et *ib. 7, 31.* Omnia vertuntur: certe vertuntur amores. *Virg. A. 1, 241.* quae te, genitor, sententia vertit? et *ib. 10, 34.* cur nunc tua quisquam Vertere jussa potest? *Hor. Ep. 2, 1, 148.* saevus apertam In rabiem coepit verti jocus. *Tibull. 3, 4, 95.* Haec Deus in melius crudelia somnia vertat. *P. Vertere solum*, sedem ac locum mutare, migrare: quod ab his praesertim fit, qui vitare poenam volunt legibus in patria indictam. *Cic. Dom. 30.* Qui erant rerum capitalium condemnati, non prius hanc civitatem amittebant, quam erant in eam recepti, quo vertendi, hoc est mutandi soli causa venerant. *Juven. 11, 49.* Qui vertere solum (*metu creditorum*), Bajae, et ad Ostia currunt. *V. SOLUM, i.* *P. Item transferre ex una in aliam linguam. Cic. Fin. 1, 3.* Si sic verterem Platonem, ut verterent nostri poetae fabulas. *Id. Tusc. 2, 11. med.* Verti enim multa de Graecis. *Liv. 25, 39.* Annales Acilianos ex Graeco in Latinum sermonem vertit. *Pl. Trin. prol. 19.* Philemo scripsit, Plautus vertit barbare. *P. Ponitur et pro tribuere. Cic. Fam. 7, 6.* Ne sibi illae vitio verterent, quod abesset a patria. *Liv. 28, 11.* Cum omnium secundorum adversorumque causas in Deos verterent. *P. Item pro convertere, trahere. Cic. Div. Verr. 17. f.* Ex illa pecunia magnam partem ad se vertit. *Liv. 3, 72.* Vertere litem in rem suam. *Plin. 15, 4, 5.* Usam olei ad luxuriam vertere Graeci. [**Huc pertinet etiam illud: Tac. Ann. 2, 64.* vertere in se Cotyi data, i. e. sibi vindicare.] *Ter. Hec. 1, 2. f.* Dii vertant bene quod agas. [**P. Interdum notioem interpretandi vindicat. Ita intelligendum verbum est ap. Tac. Ann. 15, 14.* ad omnia sui exitus vertebatur.] *P. Vertere se aliquo*, confugere, amplexi. *Cic. Phil. 2, 29. f.* Haerebat nebulo: quo se verteret, non habebat. *Id. Div. 2, 72.* Superstitio instat, et urget, et quo te cumque verteris, persequitur. *Ter. Hec. 4, 1, 1.* Perii: quid agam? quo me vertam? *Id. Heaut. 5, 1, 73.* Redigam, ut, quo se vertat, nesciat. *P. Pro versare, h. e. considerare, volvere, agitare, disceptare. Sall. fragm. ap. Serv. ad A. 5, 408.* Exercitum more majorum vertere. *Ita Serv. Liv. 39, 48.* Vertebatur, utrum manerent in Achaico concilio Lacedaemonii, an secretum ejus unius in Peloponneso civitatis jus esset. *Pl. Most. 5, 1, 10.* Ubi ego video rem verti in meo foro, etc. *P. Verti, versari, esse. Id. Merc. 1, 2, 12.* Res in periculo vertitur. *Liv. 6, 36.* In majori discrimine domi res vertebatur. *Pl. Most. 3, 1, 109.* Jam homo in mercatura vortitur, i. e. dat mercaturae operam. [**Cic. Brut. 39, 145.* In jure, in quo illa causa vertebatur: ubi *Ellendt.* hanc dicendi formam in jure verti praecise positum dicit pro in-

jure interpretando verti, i. e. si iudicium inde pendeat. *Versari in jure* de ea causa dici, quae jus alide quo modo attingat, quod necesse, fieri in causis privatis omnibus.] *P. Verti in aliqua re*, summam rei in ea esse. *Virg. A. 10, 528.* non hic victoria Teucrum Vertitur. *Liv. 37, 7.* Iter, quod insistis, ego quoque approbo: sed totum id vertitur in voluntate Philippi. *Cic. Verr. 1, 7. extr.* Quid iudices? non crimina, non testes, non existimationem populi R. sequentur? non: omnia in unius potestate ac moderatione vertentur. *Liv. 4, 31.* In dictatore verti spes civitatis. *P. Saepae absolute usurpatur, ita tamen ut accusativus se facile subintelligatur. Caes. B. C. 3, 73. f.* Detrimentum in bonum verteret. *Liv. 26, 6. f.* Ea iudicatio veri et ipsa in verum vertit. *Prop. 1, 16, 27.* O utinam trajecta cava mea vocula rima Percussas dominae vertat in auriculas! *Virg. G. 3, 365.* Et totae solidam in glaciem vertere lacunae. *Tac. Ann. 11, 37.* Verterat pernicia in accusatorem. *Liv. 5, 49.* Jam verterat fortuna; et 38, 26. Si legionum signa ostendisset, versus extemplo in fugam omnes, ratus. *Id. 2, 3.* Libertatem aliorum in suam vertisse servitute conquirebantur. [**Ingentem maxime e Tacito collectam exemplorum nubem habet Boettich. in Lex. Tac. p. 486.* laudatis simul viris doctis, qui hac de constructione scripserunt.] *P. Bene, aut male vertere* (subaudi se) bene, aut male evenire, succedere. *Pl. Pers. 4, 1, 5.* Si malus est, male res vertunt, quas agit: si autem frugi est, eveniunt frugaliter. *Liv. 1, 28.* Quod bene vertat, castra Albanos Romanis castris junge jubet. *Virg. Ecl. 10, 6.* Hos illi (quod nec bene vertat) mittimus haedos. *Ter. Adolph. 2, 1, 37.* Minis viginti tu illam emisti: quae res tibi vertat male. *P. Praeterit. versi pro verti* (unde *versurus* et *versus*) sunt qui leg. ap. *Or. Pont. 1, 9, 52.* et in gelidos versit amoma rogos. Sed perique alii *vertit*, aut *vergit*. *V. VERGO.* *P. Vorto pro vorto* antiquorum est, et comitorum; et ita in familiari sermone dixisse videntur Latini. *V. VORTEX.*

VERTRAGA. V. VERTAGUS.
VERTUMNALIA seu Vortumnalia, orum, vel ium, n. plur. 2. vel 3. Vertumni festa, quae fiebant mense Octobri. *Varr. L. L. 5, 3. med.*

VERTUMNUS et Vortumnus, i, m. Deus apud Romanos, qui in omnigenas se se formas vertebat, ut Proteus apud Graecos. Quidam tradunt, habitum esse Deum, in cujus tutela arborum fructus essent, ceteraque, quae autumni tempore maturescunt: ita dictum, quod anni vertentis poma perciperent. Alii docent, praefuisse rebus contrahendis ac permutandis: dictum autem a *verto*, qua mercatorum verbum est. *Varr. L. L. 4, 8.* Ab eis (*Tuscis*) dictus vicus Tuscus; et ideo ibi Vortumnus stare, quod is Deus Etruriae. *Ascon. in Verr. 2, 1, 59.* Vertumnus, Deus invertendarum rerum, id est mercaturae. Alii ajunt, fuisse Deum humanarum cogitationum praesidem, ideoque multiformem fingi, et inconstantem, quemadmodum et illae variae sunt et mutabiles: hinc iniquo Vertumno natos esse dici, qui cogitationes suas regere non possint. *Acron. in illud Hor. Sat. 2, 7, 14.* Vertumnis, quotquot sunt, natus iniquis. Nec desunt, qui inde Vertumnus dictum putent, quod Tiberim fl. a foro Romano longe verterit. Alii scribunt, quod Curtium lacum in Tiberim averterit. Nam hic lacus fuit, ubi postea forum Romanum. Haec omnia habes ap. *Prop. eleg. 4, 2. et Or. Fast. 6, 401. et Met. 14. a v. 623.* *P. Pomonam Nympham fertur adamasse, et ut sibi ejus saltem conspectu frui liceret, in nullas non formas se transmutasse. Or. Met. 14. cit.* *P. Simulacrum habuit in foro, in ultimo vico turario, sub basilicae angulo flectentibus se ad postremam dexteram partem, teste Ascon. in illud Cic. Verr. 2, 1, 59.* Qui a signo Vertumni in Circum maximum venit. *Hor. Ep. 1, 20, 1.* Vertumnus Janumque, liber, spectare videris, h. e. forum, et homines, ut ab illis tracteris et legaris. *P. Vortumni meminit etiam Colum. 10, 308., et sic scriptum est etiam in Inscr. ap. Grut. 96, 3.* *P. Herba heliotropium vocata dicitur etiam vertumnus ap. Apul. Herb. 49.* *P. [Sunt qui scrib. Vertunnus a vorto et annus. F.]*

VERU, u, n. *ὄργανον*, instrumentum ferreum aut ligneum oblongum cuspidatum, cui infinguntur carnes igni torrendae: videtur esse a *verigo*, transfigo, vel ab *εἶργω*, necto. *Varr. L. L. 4, 27. extr.* a *versando* deducit. *Id. ib. 19.* Exta in olla, non in veru coquuntur. *Sen. Thyest. 1063.* gracili trajectas veru Mugire fibras vidi. *Virg. A. 1, 216.* Pars in frusta secant, veribusque tremantia figunt; et *ib. 5, 103.* Subjiciunt veribus prunas, et viscera torrent. *Plin. 30, 10, 27.* Stello in ligneis verubus inassatus. *Virg. G. 2, 396.* Pinguiaque in veribus torrebimus exta colurnis. *Or. Fast. 2, 363.* sacerdotes verubus transuta salignis Exta parant. *Acc. ap. Non. 3, 121.* Concoquit partem vapore flammae: tribuit verubus lacerta in focos. *P. A similitudine sic dicitur brevis hasta, aut jaculum, aut gladius tenuis. Virg. A. 7, 665.* Et tereti pugnans mucrone, veruque Sabello. Quidam ap. *Serv.* hic volunt pilum significari: sed pilum est jaculum grave. *Ti-*

bull. 1, 7, 55. Statque latus praefixa veru, stat saucia pectus. *Sidon. Carm. 5, 413.* equo ruit acli-de fossus Ille, veruque alius. *P. De columellis etiam vel ferreis vel lapideis, quibus munebantur sepulcra, et arae Deorum. Inscr. ap. Fabr. p. 681. n. 85.* Haec area intra hanc definitionem cipporum clausa verubus, etc. *P. De obelo, quo notantur loca dubia in libris. Hieron. ep. 106. n. 7.* Ubi autem quod in Hebraeo non est, in Graecis codicibus invenitur, obelon, id est jacentem praeposuit virgulam, quam nos Latine veru possumus dicere; quo ostenditur, jugulandum esse et confodiendum, quod in authenticis libris non invenitur. *Hinc August. C. D. 18, 43. med.* Quae non habent Hebraei, habent autem Septuaginta, ad capita versuum jacentibus virgulis, sicut scribuntur unciae, signaverunt. *P. Verua* in plur. dici negat *Charis. 1, 59. et 118.,* admittit *Prisc. 5, 672.,* at genitivum *veruum* ait non esse in usu. *Scrib. tamen Comp. 16. f.* Praeterea habet in brachio verua eborea, h. e. verucula ex ebore: *Fest. in Veruta:* Veruta pila dicuntur, quod veluti verua habent praefixa. *P. Paenultima in dativo plur. modo per i legitur, modo per u, ut posuimus. Pier. ad cit. l. et A. 5. praefert i.* Neque enim amphibologiam parit, ut in *artibus, arcibus, partibus*, quae ita efferuntur, quia *artibus, arcibus, partibus* aliud significant. Plura habes ap. *Voss. de Grammat. 4, 18.* *P. Verum* in recto sing. dixit *Pl. Rud. 5, 2, 15. et 17.*

[*VERVA*, ae, f. lapideum caput vervecis, quod olim, ut etiamnum fieri solet, in aedificiorum zophoris insculpebatur. *Inscr. optimaet notae, Patavii reperta ann. MDCXCVI.,* quaeque ibidem exstat, mendosa ap. *Fabr. p. 485. n. 160.* *M. Junius Sablnus III.* Vir aedificiae potestat. e lege Julia municipalis patronus collegi centonariorum frontem templi vervis et herms marmoreis pecunia sua ornavit, et tuition. dedit HS. ∞ ∞ N. CCXXXII. F.]
VERVACTOR, oris, m. qui vervagit. *V. IMPORCITOR.*

VERVACTUM, i, n. *vervaco, veraco*, ager vere proscissus, deindeque quiescens usque ad sequentem autumnum, quo sementis fit: quasi *vere actum*: cui opponitur ager *restibilis*. *Plin. 18, 19, 49. n. 2.* Quidam utique ab aequinoctio verno proscindi volunt. Quod vere semel aratum est, a temporis argumento vervactum vocatur. Hoc in novali aequae necessarium est. *Varr. R. R. 1, 44.* Illud quoque multum interest in rudi terra, an in ea seras, quae quotannis obsita sit, quae vocatur restibilis; an in vervacto, quae interdum requirit. *Colum. 11, 2. med.* Quae mense Januario vervacta fecimus, nunc ultima parte Martii sunt iteranda. Ex his *Colum. verbis* sunt qui notationem *Plinii* improbant modo allatam: quia mensis Januarii ad ver non pertinet. Sed dici potest *Plinium* posuisse *ver* lata significatione pro initio anni, quo labores suos resumunt agricolae. *Vervactum* habet etiam *Cato R. R. 27. et Pall. 4, 2.* Ap. *Colum. 2, 10.* bis legitur *vervactum* in quibusdam editionibus, sed ibi legendum esse *veteretum*, ad hanc vocem monebimus.

VERVAGO, is, egi, actum, a. 3. vere ago, seu vere terram vorto, proscindo, subigo. *Colum. 11, 2. in.* Agri uliginosi, et medioeris habitus sub aestate vervagendi sunt: macerrimi vero, et aridi post aestatem primo autumnio arandi.

[*VERVASSES*, ium, m. plur. incolae pagi, qui nunc dicitur *Vervò*, vallis Anaunia, nunc *Valle di Non*, in ditone Tridentina. *Inscr. ap. Maff. Mus. Ver. 91, 3.* Dls Deabusque omnibus pro salute Castellanonum Vervassium, etc. F.]

VERUCULATUS, a, um, adj. veruculo instructus, ut *Veruculatae falces* sunt, quae Graece *δογμωδάρια*, Italice *falci da lungo manico* appellantur; veruculo enim seu hastili sunt munitae, quibus vulgo utuntur non foenisecae modo, sed etiam avenae et brevioris cujuscumque culmi messorae, qui praeterea in frumentacea messe rastellum quoddam, si ve pectinem adjunctum habent falci, cujus ope ita sternunt ordinate culmos, quasi manu comprehensos manipulos deposuissent. *Colum. 2, 21.* Multi falcibus veruculatis, atque iis vel rostratis vel denticulatis, medium culmum secant. Alii perperam leg. *vericulatis*, alii *vericulatis*.

VERUCULUM, i, n. *ὄργανον*, exiguum veru. Speciatim sic dicitur instrumentum ferreum, quo metallorum expurgatores spumam eximunt a reliqua materia. *Plin. 33, 6, 35.* Spuma e superiori catino defluens in inferiorem, et ex eo sublata veruculis ferreis, atque in ipsa flamma convoluta veruculo, ut sit modici ponderis. Alii leg. *vericulum*: ut a *genu geniculum*, ab *artu articulus*, a *vultu vulticulus*. *P. [Veruculum est etiam genus instrumenti missilis, quo utebantur milites. Veg. Mil. 2, 15.* Aliud missile minus, ferro triangulo unciarum quinque, hastili trium pedum semis, quod tunc veruculum, nunc verutum dicitur. Alii pro *veruculum* leg. *vericulum. F.]*

VERVECEUS et Vervecius, a, um, adj. factus ad similitudinem vervecis, ut *Verveceus Juppiter*, ap. *Arnob. 5, 171.* h. e. Jovis signum vervecis forma cultum sub Ammonis nomine. *P. [Vervecius est*

etiam cogn. R. Inscr. ap. Mur. 1043, 3. Q. Sollo-

nius Vervecius. F.] VERVECINUS, a, um, adj. qui ex vervece est.

Lampr. Com. 1. Vervecina pellis. Arnob. 5, 157. Capite vervecino, an suillo. P [Vervecina, ae, absolute. V. VERVINUS. F.]

VERVEX, ecis, m. xpois ἐπτεμημένος, mas inter oves, cui inversi, sive adempti sunt testiculi.

VERVINA, ae, f. idem ac verutum, a veru. Unde patet, vocem eam quatuor, non tribus syllabis enuntiari debere.

VERULANUS, a, um, adj. ad Verulas perti-

VERULANUS, a, um, adj. ad Verulas perti-

VERUM, adv. μάλιστα, ἀληθῶς, vere, vero: et usurpatum in responsionibus affirmando.

VERUM, adv. μάλιστα, ἀληθῶς, vere, vero: et usurpatum in responsionibus affirmando.

VERUM, adv. μάλιστα, ἀληθῶς, vere, vero: et usurpatum in responsionibus affirmando.

VERUM, adv. μάλιστα, ἀληθῶς, vere, vero: et usurpatum in responsionibus affirmando.

VERUM, adv. μάλιστα, ἀληθῶς, vere, vero: et usurpatum in responsionibus affirmando.

VERUM, adv. μάλιστα, ἀληθῶς, vere, vero: et usurpatum in responsionibus affirmando.

VERUM, adv. μάλιστα, ἀληθῶς, vere, vero: et usurpatum in responsionibus affirmando.

VERUM, adv. μάλιστα, ἀληθῶς, vere, vero: et usurpatum in responsionibus affirmando.

VERUM, adv. μάλιστα, ἀληθῶς, vere, vero: et usurpatum in responsionibus affirmando.

VERUM, adv. μάλιστα, ἀληθῶς, vere, vero: et usurpatum in responsionibus affirmando.

VERUM, adv. μάλιστα, ἀληθῶς, vere, vero: et usurpatum in responsionibus affirmando.

VERUM, adv. μάλιστα, ἀληθῶς, vere, vero: et usurpatum in responsionibus affirmando.

VERUM, adv. μάλιστα, ἀληθῶς, vere, vero: et usurpatum in responsionibus affirmando.

VERUM, adv. μάλιστα, ἀληθῶς, vere, vero: et usurpatum in responsionibus affirmando.

VERUM, adv. μάλιστα, ἀληθῶς, vere, vero: et usurpatum in responsionibus affirmando.

VERUM, adv. μάλιστα, ἀληθῶς, vere, vero: et usurpatum in responsionibus affirmando.

VERUM, adv. μάλιστα, ἀληθῶς, vere, vero: et usurpatum in responsionibus affirmando.

non adulterinis. [*Adde Suet. Cal. 19. in verum nepotem prouiri. Cf. Ruhnck. ad Ter. Heaut. 5, 2, 36.]

Mart. 6, 30. Vis dicam tibi veriora veris? et 8, 76. Vero verius ergo quid sit, audi. Cic. Acad. 4, 4. Causa mihi videtur esse verissima.

Cic. Acad. 4, 20. Qui enim possum non cupere verum invenire, cum gaudeam, si simile veri quid invenerim? et ib. 11. f. A vero longissime abesse.

Id. ad Brut. 1, 15. med. Si verum fateri volumus. Id. Att. 12, 41. f. Si verum scire vis. Id. Q. Fr. 2, 16. f. Dic mihi verum: num aut res eum, aut χαρῶντις non delectat?

Id. Or. 34. f. Res facit controversiam aut de vero, aut de recto, aut de nomine; et Ov. Trist. 5, 6, 27. Nec procul a vero est, quod, etc. Id. Fast. 2, 859. Ex vero positum permansit Equiria nomen.

Lactant. 1, 11. Illud in vero est, quod, etc. h. e. illud verum est. Pers. 1, 107. teneras aures mordaci radere vero, h. e. veritate libera, acri, pungenti.

Id. Verum est, agrum habere eos, quorum sanguine, ac sudore partus sit. Id. 35, 8. Verius esse Ti. Sempronio imperium habenti tradi exercitum, quam legato.

Hor. Ep. 1, 7, 98. Metiri se quemque suo modulo ac pede, verum est. Virg. A. 12, 691. Quaecumque est Fortuna, mea est: me verius unum Pro vobis foedus luere, et decernere ferro.

Id. Plura addi possent testimonia scriptorum, praesertim Livii, in quibus sicubi aequum legitur, fere interpretatio v. verum censi debet. Veteres enim verum dicebant, quod rectum et bonum esset, ut Serv. ad Virg. l. c. docet.

Sall. fragm. ib. Ea paucis, quibus peritia et verum ingenium est, abnuentibus. Cic. Leg. 3, 15. Cum aliquod verum et rectum esse dicitur, sed obtineri, id est obsisti posse populo, negatur; et ib. 2, 4. extr. Lex vera atque princeps, apta ad jubendum et ad vitandum, ratio est recta summi Jovis; et ib. 5. Assentior, frater, ut quod est rectum, verum quoque sit.

[*Notandum hic etiam constructionis genus, quo post verum est non infin. c. accus, sed ut sequitur. Nep. Hann. 1, 1. Si verum est, — ut populus Romanus omnes gentes virtute superarit: ubi v. Brem. — Cf. Zumpt. Gr. Lat. §. 623. p. 488. P Verum significat etiam id, quod oppositum est rebus fictis, simulatis, nostr. Wirklichkeit. Ita recte expl. Heindf. ad Hor. Sat. 1, 3, 97. Quis paria esse fere placuit peccata, laborant, cum ventum ad verum est. Saepissime ita Veritas usurpatur.

Id. Plura hac de re si cupias, lege Ruhnck. ad Rut. Lup. p. 27. 149. 218. ed. Fr., ubi laudantur viri docti, quorum cura hoc dicendi genus uberius expositum.] P Aliquando verus est, qui vera dicit, veridicus, verax, candidus. Ter. Andr. 2, 5, 12. Sum verus? Ov. Her. 16, 123. Vera fuit vates: dictos invenimus ignes. Id. Met. 10, 209. Talia dum vero memorantur Apollinis ore. Plin. ep. 2, 9. med. Habet avunculum C. Septimium, quo nihil verius, nihil simplicius, nihil candidius, nihil fidelius novi. Id. ep. 4, 22. Quo viro nihil firmius, nihil verius. Id. ep. 9, 25. Post iudicium tuum viri gravissimi, eruditissimi, ac super ista verissimi. Hirt. in epist. praefixa l. 8. B. G. f. Erat autem in Caesare cum facultas atque elegantia summa scribendi, tum verissima suorum scientia consiliorum explicandorum. P [Verus est etiam cogn. R., ut L. Aelius Aurelius Verus, L. Aelii Caesaris filius, qui una cum M. Aurelio Antonino imperavit, cujusque mentio frequens est in nummis et lapidibus vetustis. F.] P [*Confund. verum et venturum. V. Brem. ad Suet. Tit. 9.]

VERUTUM, i, n. αὐρίον, ὀφθαλμῶς, genus jaculi, id est hastile, quod veru praefixum habet, et etiam veru dicitur. Sall. fragm. ap. Non. 18, 16. Axibus eminebant in modum ericii militaris veruta binum pedum. Sil. 3, 363. tenui pugnax instare veruto. Caes. B. G. 5, 43. Transfigitur scutum Pulfioni, et verutum in balteo defigitur. Virg. G. 2, 168. Assuetumque malo Ligurem, Volcosque veruto. Alii leg. verutos, h. e. veru armatos, ut sit adjectivum. Sic Grat. Cyn. 110. tum stricta verutis Dentibus, et geminas subiere hastilia furcas, mucronibus oblongis, et instar veru prominentibus, additaeque furcae geminae, quibus duplex feris vulnus inferri posset. Festus: Veruta pila dicitur, quod veluti verua habent praefixa, Enn. 1. 10. . . . cursus quingentos saepe veruti. P Verutum militare sui temporis definit Veg. Mil. 2, 15., cujus loc. cit. V. in VERUCULUM.

VERUTUS, a, um, V. in v. praec. VESANIA, ae, f. παραφροσύνη, μανία, vecordia, amentia, stultitia. Hor. Sat. 2, 3, 174. Extimui, ne vos ageret vesania discors. Plin. 35, 11, 40. n. 26. Ulysses simulata vesania bovem cum equo jungens. VESANIENS, entis, part. ab inusit. vesanio: insanians, furens. Catull. 25, 13. velut minuta magno Deprensa navis in mari, vesaniante vento. VESANUS, a, um, adj. παράφρων, male sanus, insanus, demens: a ve particula minuente, et sa-

nus. Cic. Dom. 2. Illud a te, homine vesano ac furioso, requiro, quae te tanta poena scelerum tuorum vexet, ut, etc. et ib. 21. Haec furiosa vis vesani tribuni pleb. facile superari frangique potuit.

Lucan. 8, 401. epulis vesana, meroque Regia. Liv. 7, 33. f. Oculos sibi Romanorum ardere visos aiebant, vesanosque vultus, et furentia ora, h. e. turbatos, torvos, terribiles, quales dementium esse solent. Id. 9, 13. Omnia ira militaris prope vesano impetu egit. Ov. Am. 1, 7, 25. In mea vesanas habui dispensia vires. Prop. 2, 7, 48. Candida vesana verberat ora manu. Manil. 5, 543. Vesanus mare, h. e. furentibus ventis agitatum. Sic Prop. 1, 8, 5. vesani murmura ponti; et Virg. Ecl. 9, 43. insani feriant sine litora fluctus. P Metonymice. Id. A. 9, 340. vesana fames, h. e. malesuada, et vesanos faciens. Catull. 100, 7. Cum vesana meas torreret flamma medullas.

VESBINUS. V. VESVINUS. VESBIUS. V. VESVIUS. *VESCELLIA, ae, oppidum Hispaniae. Liv. 35, 22. B. A.

*VESCELLANI, orum, populi Italiae inferioris, a Vesella quodam oppido sic dicto nomen forte trahentes. Plin. 3, 1, 1. B. A.

[VESCINUS, a, um, adj. ad Vesciam pertinens, excisam Ausoniae urbem, ad sinistram Liris fluv., prope Sinuessam, de qua ap. Liv. 8, 11. mentio est. Id. 10: 21. Placuit, ut duae coloniae circa Vescinum, et Falernum agrum deducerentur: una ad ostium Liris fluvii, quae Minturnae appellata, altera in saltu Vescino Falernum contingente agrum, ubi Sinope dicitur Graeca urbs fuisse, Sinuessa deinde ab colonis appellata. Plin. 11, 42, 97. Proximus urbi Vescinus casus, isque e Caedicio campo laudatissimus. Mart. 14, 31., cujus lemma Casus Vescinus. Si sine carne voles jentacula sumere frugi, Haec tibi Vescino de grege massa venit. Lucan. 2, 425. de Liri. Vescinus impulsus aquis. Ap. Plin., Mart., Lucan. l. c. vulgo perperam legitur Vestinus pro Vescinus. F.]

*VESCITANIA, ae, f. regio Hispaniae Tarracensis, cis Iberum flumen, in qua Osca urbs. Plin. 3. B. A.

VESCOR, eris, dep. 3. σιτοῦμαι, cibo utor, comedo, pascor. Sall. Cat. 13. Vescendi causa terra marique omnia exquirere. Id. Jug. 91. f. Numidae plerumque lacte, et ferina carne vescuntur. Cic. N. D. 2, 23. Dii nec escis, nec potionibus vescuntur. Plin. 9, 8, 8. Delphinus ex hominum manu vescens, praebensque se tractandum. [*Absolute positum legitur v. vescendi etiam ap. Tac. A. 1, 49. Quos simul vescendis dies, simul quidem nox habuerat. Adde Liv. 9, 30. restitutumque in aede vescendi jus iis, qui sacris praecinerent. Suet. Aug. 76. vescabantur et ante coenam. Dom. 4. initium vescendi primus fecit: coll. Cal. 18. et Claud. 32.] P Cum accus. Acc. ap. Non. 4, 478. Aut eandem vescatur dapem. Plin. 8, 50, 76. Si caprinum jecur vescantur. Tac. Agr. 28. Ut infirmos suorum sorte ductos vescerentur. Phaedr. 1, 31. Illae (columbae) credentes, tradunt sese miluo, Qui regnum negotiis orbatu possit paratissimis vesci voluptatibus. Pacuv. ap. Non. l. c. Qui viget, vescatur armis, ut percipiat praemium. Id. ib. Fugimus, qui arce hac vescimur. Acc. ib. Num pariter videor patris vesci praemiis? Lucr. 5, 73. Quove modo genus humanum variante loquela Cooperit inter se vesci per nomina rerum. P Pro haurire oculis, visu usurpare, videre. Acc. ap. Non. l. c. Priusquam infans esses, facinus oculi vescuntur tui. Ita leg. Lips. et Turneb. V. INFANS. P Vescio positione activa. Tertull. Jejun. 5. ex Num. 11, 4. Quis nos vescet carne? Vulgata habet: Quis dabit nobis ad vescendum carnes? Isid. Or. 20, 2. Pulpa dicta, quod cum pulte olim mixta vescabatur.

VESCULUS, a, um, adj. diminut. vesci, λεπτός, ὀσπρός, μονόσκαμος, aliquantum gracilis, macilentus, male curatus. Fest. Vesculi, male curati, et graciles homines. Ve enim syllabam rei parvae praeponebant, unde Vejovem parvum Jovem, et ve-grandem fabam, minutam dicebant. Haec Festus.

VESCUS, a, um, adj. ex ve et esca conflatum, ambiguum habet significationem, ut ait Gell. 5, 12. et 16, 5. Aliter enim, inquit, Lucretius (1, 326.) vescum salem dicit, ex edendi intentione; aliter Lucilius (ap. Non. 2, 904.) vescum appellat cum edendi fastidio. Haec Gell. Sic Paul. ex Festo: Vescus, fastidiosus: ve enim pro pusillo utebantur. Lucretius vescum dixit edacem, cum ait, etc. Itaque modo significat edacem. Lucr. l. c. Nec mare

107 *

quae impendent vesco saepe saxa peresa. P Et modo edendi fastidio laborantem: atque adeo minutum, gracilem, parvum: quia qui cibum fastidit, junceus, macer, exilisque fit. *Gloss. Philox.* Vesca, ὀλιγόστροφος. *Lucil. l. c.* Quam fastidiosum ac vescum cum fastidio edendi vivere. *Plin. 7, 20, 19.* Corpore vesco, sed eximii viribus Tritannus in gladiatorio ludo. *Afran. ap. Non. ib.* At puer est vesca imbecillus viribus. *On. Fast. 3, 445.* ve grandia farra coloni, Quae male creverunt, vescaque, parva vocant. Huc trahit *Servius* illud *Virg. G. 3, 175.* Nec vesca salicum frondes, ulvamque palustrem, h. e. siccas et teneras, inquit *Servius*, ubi pro siccas quidam putant legendum *vietas*. Addit *Servius*, et telas aranearum *vescas* vocari. At in illo ejusdem 4, 131. verbenasque premeas, vescumque papaver, *vescum* interpretatur edule: quo sensu etiam *vescae* frondes intelligi posse videntur. [Longe aliam hujus vocis derivationem habet *Doederl. 4, 167. sq.* Nempe ut *vescus* a *vacare*, ita a *vagari* deducendum putat *vescus*, ita ut proprie vagum, id quod vacillat, significet. Unde etiam longe aliam eorum locorum, quos Noster laudavit atque exposuit, interpretationem dedit, quam v. ap. ipsum.]

*VESENTINI, orum, populi Hetruriae, quorum caput Vesentium vel Visentium, nunc Bisentio. *Plin. 3, 5.* P *Visentini* dicti in *Vet. lap. ibi reperto*: Virtuti Visent. *Sacr. B. A.*

*VESERIS, is, Campaniae fluvius. *Cic. de Off. 3, 31. extr. et de Fin. 1, 7. Liv. 8. extr. Val. Max. 7, 4. et imprimis Aur. Vict. de vir. illustr. 26. et 28., ubi fluvius plane audit.* P Item locus in Campania, sub monte Vesuvio. Sunt qui de eo intelligunt exempla ex *Cic., Liv. et Val. Max.* supra allata. *B. A.*

VESEVUS, i, m. Vesuvius ap. poetas. *Val. Fl. 4, 507.* praeuupti tonuit cum forte Vesevi Hesperiae letalis apex. *Stat. Sil. 4, 8, 5.* insani solatur damna Vesevi. P Adjective. *Virg. G. 2, 224.* Capua, et vicina Vesuvo Ora jugo. Adde *Claud. Rapt. Pros. 3, 184.* P Etiam *Suetonius* historicus *Vesuvum* dixit, *Tit. et Vit. Plinii 8.* P Dicitur primam producere *Sil. 12, 152.* Monstrantur Veseva juga, atque in vertice summo Depasti flammis scopuli. Sed meliores critici *Vesvina*, vel *Vesvina* legunt. Produxit sine dubio *Paul. Nol. Carm. 26, 541.*, ubi et *Besecus* legitur ex affinitate litterarum B, et V. P *Servius* ad *l. Virg. c. in §. 2.* Vesuvum diversum putat a Vesuvio: illum esse in Liguria, hunc in Campania. Sed fallitur: nam in Liguria est *Vesulus*, non *Vesecus*.

*VESI, orum, *Sidon. Carm. 7, 399.* P Singularem *Vesus* habet *Id. Carm. 5, 476. et Carm. 7, 431. B. A.*

VESICA, ae, f. κύστις, κύστη, urinae receptaculum in corpore animalis: folliculus, in quo urina colligitur infra alvum a priore parte. *Cic. Fin. 2, 30.* Tanti autem morbi aderant vesicae, et viscerum. *Hor. Sat. 1, 8, 46.* diplosa sonat quantum vesica, pepedi. *Appul. Met. 1.* Vesicam exonerare. *Plin. 30, 8, 21.* Vesicae difficultates. P Ponitur et pro muliebri inguine. *Juen. 1, 38.* qui testamenta merentur Noctibus in coelum quos exebit optima summi Nunc via processus, vetulae vesica beatae. Adde 6, 64. P Item pro podice. *Pl. Cas. 2, 8, 21.* Ecfodere hercle hic volt credo vesicam villico. P Et pro pelle vesicae tenui et pellucida. *Mart. 14, 62.,* cujus lemma *Laterna ex vesica*: Cornea si non sum, numquid sum fuscior? aut me Vesicam, contra qui venit, esse putat? *Id. 8, 33.* Fortior intortos servat vesica capillos: scilicet qua utebantur natantes, ne capilli madefierent. *Plin. 33, 7, 40.* Qui minium poliunt, faciem laxis vesicis illigant, ne in respirando pernicialem pulverem trahant. P Et pro crumena ex vesica. *Varr. R. R. 3, 17.* Illae autem piscinae nobilium magis ad oculos pertinent, quam ad vesicam, et potius marsupium domini exinaniant, quam implent. P Et pro tumore instar vesicae. *Plin. 20, 6, 23.* Allium illinitur attritis corporum partibus, vel si in vesicis intumuerint. P Translate. *Mart. 4, 49.* A nostris procul est omnis vesica libellis: Musa nec insano syrmate nostra tumet. P [Vesica queritur, proverbium est, quo significatur illud, quod Itali dicunt *sompisciarsi dalle risa.* Utitur eodem *Tert. Apol. 48.* At enim Christianus si de homine hominem, ipsumque de Cajo Cajum reducem repromittat, statim illic vesica queritur, h. e. quisque sibi manu vesicam premit, ut solent pueri, qui mingendi necessitatem ulterius ferre nequeant. F.]

VESICARIA, ae, f. ὀλιγόστροφος, herba quae vesicae medetur. *Plin. 21, 31, 105.* de strychno: Halicacabum vocant, et alii callion: nostri autem vesicariam, quoniam vesicae, et calculis prosit.

VESICARIUS, a, um, adj. ad vesicam pertinens, ut Vesicaria aqua in Tuscia, *Marc. Emp. 26. in.* quae scilicet vesicae medetur. [*Adde *Scribon. 146.*]

[VESICO, as, avi, n. l. in vesicam exresco. *Theod. Prisc. 1, 28.* Quibus vero perniones jam vesicaverint, raphanos tundes, et ex eorum succo bene proderunt linimenta. F.]

VESICULA, ae, f. κυστίδιον, parva vesica. *Lu-*

cret. 6, 129. cum plena animae vesicula parva Saepa ita dat pariter sonitum displosa repente. P In herbis quibusdam vesiculae dicuntur folliculi, quibus semen includitur. *Cic. Div. 2, 14.* Et pulejum aridum florescere brumali ipso die, et inflatas rumpi vesiculas, et semina malorum, quae in his mediis inclusa sint, in contrarias partes sese vertere.

VESICULOSUS, a, um, adj. vesiculis, bullis, seu tuberculis plenus. *Coel. Aurel. Acut. 3, 17.*

*VESIDIA, ae, Etruriae fluvius, inter Lunam ac Pisas, in mare Tyrrhenum se exonerans. *Tab. Peutling. B. A.*

*VESIONICATES, ium, populi Umbriae. *Plin. 3, 14. B. A.*

*VESONNA, ae, oppidum Aquitaniae, in Petrocoriorum agro. *Tab. Peutling.* P *Vesunna* audit *Anton. Itin.* itemque *Inscr. ap. Grut. 105, 1.* *Ptolomaeo* est *Ὀυέσωννα*. In *Notit. civit. περιγραφοῦς* nominatur *civitas Petrocoriorum*. Hodie est *Perigueux*. P Incolae *Vesunnici* dicti a *Sidon. ep. 8, 11. in. B. A.*

*VESONTIO, onis, oppidum Galliae Belgicae, in Sequanorum agro. *Caes. B. G. 1, 38. et 39.* P *Vesontio* audit *Anton. Itin. et Auson. Grat. act. ad Gratian. 13.* *Bisontii* autem *Ammian. 15, 11.* (al. 27.) *Dioni* est *Ὀυέσωντιον*, *Ptolomaeo* *Ὀυέσωντιον*. Hodie, nomine aliqua ex parte retento, vocatur *Besancion*. *B. A.*

VESPA, ae, f. ἀνθήκη, insectum volucre aculeatum, apis simile. *Varr. R. R. 3, 16. med.* Est lato ventre vespa, quae similitudinem habet apis, neque socia est operis, et nocere solet morsu, quam apes a se secernunt. *Plin. 11, 21, 24.* Vespae in sublimi e luto nidos faciunt, et in his ceras: crabrones in cavernis, aut sub terra. Et horum omnium sexangulae cellae, etc. *Id. 20, 13, 51.* Folia rutae valent contra vesparum aculeos. *Phaedr. 3, 13.* Lis (*apum et fucorum*) ad forum deducta est, vespa judice. P *Paul. ex Festo*: Vespae et vespillones dicuntur, qui funerandis corporibus officium gerunt: non a minutis illis volucris, sed quia vespertino tempore eos efferunt, qui funebri pompa duci propter inopiam nequeunt. P [Vespa fuit etiam cogn. R., ut *Terentius* *Vespa* ap. *Cic. Or. 2, 62. F.*]

*VESPASIA, ae, f. nomen proprium mulierum R., v. g. *Vespasia Polla*, *Vespasiani* Imperatoris mater. *Sueton. Vesp. 1. B. A.*

*VESPASIANUS, i, m. Ὀυέσπασιανός, Βεσπασιανός, cognomen a matre *Vespasia* ductum T. Flavii Imperatoris Romani, qui, victo Vitellio, potius imperio est. V. *Sueton. in vita Vespasiani.* P Secundam corripit *Sidon. Carm. 5, 327.* *Vespasianus* erat: Sed me fortasse latrones, etc. *B. A.*

*VESPASIVS, i, m. nomen Romanum. *Vespasius* Pollio, tribunus militaris et praefectus castrorum, pater *Vespasiae*, matris *Vespasiani*. *Sueton. Vesp. 1. B. A.*

VESPER, eris, m. et Vesperus, i, m. Ἑσπερος, una stellarum errantium, eadem quae Venus, quae etiam Graeco nomine *Hesperus* dicitur, medium inter Solis et Mercurii sphaeras situm obtinens; a Graeco nomine allato, converso spiritu aspero in consonum. *Plin. 2, 8, 6.* Infra solem ambit ingens sidus, appellatum *Veneris*, alterno meatu vagum, ipsisque cognominibus aemulum Solis ac Lunae. Praeveniens quippe, et ante matutinum exoriens, *Luciferi* nomen accipit, ut Sol alter, diem maturans: contra ab occasu refulgens nuncupatur *Vesper*, ut prorogans lucem, vicemque Lunae reddens. *Virg. G. 1, 251.* Illic sera rubens accendit lumina *Vesper*. *Hor. Od. 2, 9, 10.* *Vespero* surgente. P Pro ipso vespertino tempore. *Caes. B. C. 2, 43.* Magistris imperat navium, ut primo vesperie omnes scaphas ad litus appulas habeant. *Cic. Phil. 2, 31.* Atque ibi se occultans perpotavit usque ad vesperum. *Virg. G. 3, 336.* Solis ad occasum cum frigidus aera vesper Temperat, et saltus reficit jam rosida Luna. *Sall. Jug. 56 et 114.* Et jam diei vesper erat. P *Nescis, quid Vesper serus vehat*, titulus, quo a *Varrone* inscripta fuit una ex satyris *Menippeis*, ut auctor est *Gell. 13, 11.* et ex eo *Macr. Sat. 1, 7.* Proverbialis est, sicut sunt et alii plerique, quo salubriter admonemur, ne praesentium successuum prosperitate sublati futuri curam abiciamus, neque ulla de re securi simus, prius quam exitum viderimus. Nec dubium, quin eodem respexerit *Virg. cum G. 1, 461.* de Solis prognosticis tractans ait: Denique quid *Vesper serus vehat*; et *Liv. 45, 8. f.* qui scripsit, In secundis rebus nihil in quenquam superbe ac violenter consulere decet, nec praesenti credere fortunae, cum quid *Vesper* ferat, incertum sit. P *De vesperi suo vivere*, aliud proverb. ap. *Pl. Mil. 4, 2, 5.* h. e. de suo vivere, domicilio apud se uti, non indigere coena foris parta, vesper enim coenae olim fuit tempus. Porro qui re familiari abundant, nec opus habent aliorum mensas captare, otiosiores esse solent iis, quos res angusta domi cogit apud alios quaerere, unde saturi fiant. Simile est illud *ejusd. Rud. 1, 2, 91.* Si tu de illarum coenaturus vesperi es, illis curandum censeo: si apud me esurus es, mihi dari operam volo. P De ipsa coena, quae et *vesperna* dicitur. *Id. Most. 1, 1, 63.* Ego ire in Piraeum volo, in vesperum parare piscatum mihi. P *Vesper*, pars coeli, qua sol occidit. *Or. Trist. 1, 2, 27.* modo purpureo vires capit *Eurus* ab ortu: Nunc *Zephyrus* sero vesper missus aest. P Et qui terram occidentis incolunt. *Sil. 3, 325.* Necnon totus adest vesper, populique reposti. P Duplex ablativi positio in e, et i in usu est: sed in i frequentior, cum tempus diei significatur. *Cic. Att. 13, 47.* Lepidus ad me heri vesperi litteras misit. *Id. Or. 2, 3. med.* Cum ad me in Tusculanum heri vesperi venisset *Caesar* de Tusculano suo; et *Acad. 1, 1.* Venisse eum Roma pridie vesperi. *Ter. Heaut. 1, 1, 15.* Nunquam tam mane egredior, neque tam vesperi domum revertor, quin, etc. et *Cic. Att. 11, 12.* Mihi a te litteras reddidit a. d. VIII. Id. *Mart. vesperie.* P [Vesper fuit etiam cogn. R. *Inscr. ap. Reines. cl. 11. n. 34. Q. Coelius Q. L. Vesper. F.*]

VESPERA, ae, f. ἑσπερά, extrema diei pars: a Graeca voce allata. *Cic. Cat. 2, 4.* Si accelerare volent, ad vesperam consequentur. *Id. Fin. 3, 2. med.* Heri, inquam, ludis commissis ex Urbe profectus veni ad vesperam. *Tac. H. 3, 19.* Innumbrante vespera universum *Flavianii* exercitus robur advenit. *Caes. B. C. 1, 3. et Just. 18, 4. f.* Milites prima vespera secessionem faciunt. *Id. B. G. 1, 26.* Cum ab hora septima ad vesperam pugnatum sit. *Plin. 19, 12, 60.* His horae rigandi matutina, atque vespera. Apud *Caes.* alii leg. *vesperum*: ut et in loc. *Cic. allatis.* Ap. *Plin.* sunt qui adjective accipiunt. P *Vespera* absolute, vesperi. *Plin. 32, 4, 14.* Haec singula et matutina et vespertina dantur, dein post aliquot dies, bina, vespera. *Id. 13, 18, 32.* Tradunt, florem vespera mergi usque ad mediam noctem. *Aurel. Caes. ap. Charis. 2, 198.* *Vespera* fatigatus, luce dormitans. *Fronto ib.* Ad eum vespera in triduum mittant.

VESPERALIS, e, adj. vespertinus, occidentalis. *Solin. 9.* Macedoniae praecipit *Thracius* limes: meridiana *Thessaliae* *Epirotae* tenent: a vespertali plaga *Dardani* sunt, et *Illyrii*. *Vesperascens*, entis, part. a *vesperascit*. *Nep. Pel. f.* Ut vesperascens coelo *Thebas* possent pervenire. *Tac. A. 16, 34.* *Vesperascens* jam die. *Vesperascit*, ebat, imp. 3. ἑσπεράζει, serum diei fit. *Ter. Heaut. 2, 3, 7.* Et vesperascit, et non noverunt viam.

VESPERAT, abat, imp. 1. ἑσπεράζει, vespera fit. *Gell. 17, 8.* *Taurus* philosophus accipiebat nos *Athenis* coena plerumque ad id diei, ubi jam vesperaverat.

VESPERATUS, a, um, part. ab inusit. *vespero*: ad vesperam perductus. *Solin. 11. med.* Die jam vesperato.

VEPPERE, et VESPERI, V. in VESPER.

*VESPERIES, oppidum Hispaniae *Tarraconensis*, cis *Iberum* flumen, in regione *Vardulorum*. *Plin. 4, 20. B. A.*

VESPERNA ab antiquis dicebatur, quae postea coena dicta est, quia vesperi eam sumere mos erat. *Fest. in Scenas*, et in *Caena* (sic enim scribit) et *Paul. ex Festo* suo loco, ubi et *Plautum* usurpasse affirmat. Videtur esse contracta ex *vespertina coena*.

VESPERTILIO, onis, m. νυκτερίς, animal volatile, incertae naturae. Est enim mediae cujusdam inter avem et murem speciei, ut mus alatus dici possit. Volat enim pellitis alis, sed inter volucres non est habendus, quod quatuor pedibus graditur, pullosque parit, non ova, quos et lacte nutrit. Ita *Macr. Sat. 7, 16.* Sic *Plin. 10, 61, 81.* Volucrum animal parit vespertilio tantum: cui et membranaeae pinnae uni. Eadem sola volucrum lacte nutrit, ubera amovet. Parens geminos volitat amplexa infantes, etc. Haec *Plin.*, qui 11, 37, 62. uni volucrum dentes esse affirmat. *Varro ap. Non. 1, 228.* Factus sum vespertilio, neque in moribus plane, neque in volucris sum. *Plin. 29, 4, 26.* Si vespertilio ter circumlatus domui vivus per fenestram inverso capite infigitur, amuletum est. *Auct. Carm. de Philomel. 39.* Strix nocturna sonans, et vespertilio stridunt. P Nomen habet a vesperie, quod vesperie se ad volatum proferat. *Or. Met. 4, 407.* parvos membrana per artus Porrigitur, tenuique inducit brachia penna, etc. non illas pluma levavit, Sustinuere tamen se perlucetibus alis: Conataeque loqui, minimam pro corpore vocem Emittunt, peraguntque levi stridore querelas: Tectaque, non silvas, celebrant, lucemque perosae Nocte volant, seroque tenent a vesperie nomen. P *Vespertilionis* ab *Jctis* translate vocantur, qui *Senecae*, et *Apulejo*, lucifugae, hoc est qui noctu demum vespertilionum more prodeunt in publicum, ne forte in dominos, notosve incidant. Hujusmodi sunt etiam, qui aere alieno obruti interdiu domi delitescunt, metu creditorum. *Ulp. Dig. 21, 2, 31.*, ubi alii pro vespertilionibus legunt vespillones, alii vespillones, at rectius plerique vespillones. V. BISPELLIO.

VESPERTINUS, a, um, adj. ἑσπερινός, ad vesperam pertinens: et qui vesperie fit. *Cic. N. D. 2, 20.* Stella *Saturni* tum vespertine temporibus delitescens, tum matutinis rursus se aperiendo. *Id. Att. 13, 23.* Antemeridianis tuis litteris rescripsi,

nunc respondeo vespertinis. Id. Phil. 3, 10. Vespertina senatusconsulta. Plin. 30, 10, 24. Qui a nocturnis Diis agitentur, draconis felle perunctos matutinis vespertinisque liberari: subaudi horis. Id. 8, 50, 76. Si caprinum jecur vescatur, restitui vespertinam aciem his, quos nyctalopas vocant, h. e. quae vesperi minus videt. P Vespertinus, qui vesperi aliquid facit. Hor. Ep. 16, 51. Nec vespertinus circumgemit ursus ovile. Id. Sat. 2, 4, 17. Si vespertinus subito te oppresserit hospes. Id. ib. 1, 6, 113. Fallacem circum, vespertinumque pererro Saepe forum, h. e. homines vesperi in forum convenientes. Prud. Psych. 374. Angelicusne cibus prima in tentoria vestris Fluxit avis? quem nunc sero feliciter aevo Vespertinus edit populus de corpore Christi, h. e. qui tarde et post Hebraeos veri Dei religionem suscepit. P Item ad vesperum situs. Hor. Sat. 1, 4, 29. Hic mutat merces surgente a sole ad eum, quo Vespertina tepet regio.

VESPÉRUGO, inis, f. Ἐσπερός, stella eadem quae Vesper, Hesperus, Lucifer, Venus. Ex Quint. 1, 7. videtur vesperu antiquitus pro vesperi scriptum fuisse, deinde g adjecta factum vesperug, mox vesperugo. Vitr. 9, 4. med. Veneris stella, post occasum solis apparens in coelo, Vesperugo vocatur, aliis aut temporibus eum antecurrens, et oriens ante lucem Lucifer appellatur. Pl. Amph. 1, 1, 119. Nec Jugula, neque Vesperugo, neque Vergiliae occidunt. P Usurpatur etiam pro vespertione. Tert. Anim. 32. Item contraria lumini, quae caeca in totum, vel solis tenebris habent oculos, talpas, vesperugines, noctuas.

VESPÉRUS. V. VESPER.

VESPICES dicuntur fruteta densa a similitudine vestis. Paul. ap. Fest.

VESPILLO, onis, m. ἠεσπιδάτης, qui pauperiorum cadavera effert: a vesper, ut in VESPA dictum est. Mart. 1, 48. Nuper erat medicus, nunc est vespillo Dianus. Quod vespillo facit, fecerat et medicus. Suet. Dom. 17. f. Cadaver ejus populari sandapila per vespillones exportatum. V. BAJULUS. P Vespillo per jocum cognominatus est Lucretius aedilis (ejusque posterii Vespillones), quod Ti. Gracchi in turba occisi cadaver sua manu in Tiberim impulit, et sepultura privavit. Aurel. Vict. Vir. illustr. 64. P Cum non satis honestum putaretur hoc officium per se, tum infamatum nomen est, quod illud etiam tribueretur effossoribus sepulcrorum, et furibus rerum sepulcrum. Fulgent. de prisc. serm. n. 2. Vespillones dicti sunt bajuli. Quamvis Antidamus Heracleopolites vespillones dixerit cadaverum nudatores, sicut in historia Alexandri Magni scripsit: Plusquam trecentos cadaverum vespillones reperiens crucibus affixit: Mnaseas tamen tertio Europae libro scripsit: Apollinem, postquam a Jove ictus atque interfectus est, a vespillonibus ad sepulturam elatum esse. Haec Fulgentius. Videntur igitur hoc nomen amaro quodam lusu accepisse, quod est ipsi vesperi circa sepulcra versarentur. Vet. Gloss. Gr. Lat. ἠεσπιδάτης, sepulcri violator, vespiliator. Ut igitur maximum et servile convicium est apud Graecos ἠεσπιδάτης s. effossor sepulcrorum, sic inter servilia dedecora a Jctis referrí videas vespillonem: quamquam vox varie in MSS. corrupta est. Dabimus loca, ut a Gothofredo edita sunt. Ulp. 31. de eviction. Si ita quis stipulanti spondeat, Sanum esse, furem non esse, vespillonem non esse etc. Maecianus l. 7. ad Sc. Trebellian. Sed et salutis ac dignitatis ratio habenda erit. Quid enim si morbo applicitus Alexandriae jussus fuit adire (haereditatem) vel nomen vespillonis testatoris ferre? Igitur adeo infamis (Gesnerum cito) vespillo, ut aliquis salva dignitate, etiam haeres ab eo scriptus, non possit nomen illius ferre, qui vespillio s. vespillo fuerit. Tandem Marcellus 72, 5. De solutionibus, Num ergo si bispellionem, aut alias turpem dederit hominem, idem sit? In his itaque locis (pergit Gesnerus) omnibus satius est vespillonem ἠεσπιδάτην accipere, quam bispellem vel bipellionem commissi, qui sit idem, qui vespillio s. ἠεσπιδάτης. Affinis huic est opinio Fr. Junii ad Tert. de Pallio 4. p. 15. qui bispelliones vel bispellones dictos putat a binis palliis, quod lugubrem vestem suae superinjicerent. Vet. Gloss. Bispelliones, ἠεσπιδάτης, ζοπίαια. Bispello, ἠεσπιδάτης. V. Bispello. B. A.

VESTA, ae, f. Ἐστία, filia Demogorgonis, uxor Coeli, mater Saturni, quae aliis nominibus Ops, Terra, Cybele, Berecynthia, Rhea, Mater Magna, Mater Deorum, Mater Idaea, Mater Phrygia appellatur. Cic. N. D. 2, 27. Nam Vestae nomen a Graecis. Ea est enim, quae ab illis Ἐστία dicitur. Nempé terra et ipsa immobilis est, et ceteris causa est στάσις, καὶ μόνις, id est status, mansionisque. Ov. Fast. 6, 299. Stat vi terra sua, vi stando Vesta vocatur. P Vesta altera, neptis Vestae superioris, filia Saturni ex Ope. Nam Ope duae nominantur, quarum prima mater fuit Saturni, eadem quae Terra, secunda uxor dicitur fuisse. Secundam hanc Vestam ajunt esse ignem. Sed Cicero, et Ovidius duas has Vestas confundunt. Cic. l. c. Nam Vestae nomen a Graecis. Ea est enim, quae ab illis Ἐστία dicitur. Vis autem ejus ad aras et focos

pertinet. Itaque in ea Dea, quae est rerum custos intimarum, omnis et precatio et sacrificatio externa est. Alii legunt extrema: quod postremum quidem rectius est, nam Marin. Frat. Arv. p. 378. et sqq., adductis Cic., Oc., Virg., Vell. Pat. et Juvenalis locis, ut Janum omnium primum, ita Vestam in Deorum invocationibus omnium ultimam appellatam fuisse, ostendit. Ov. Fast. 6, 267. Vesta eadem est, quae terra: subest vigil ignis utriusque: Significant sedem terra, focusque suam. Dion. Hal. Rom. ant. l. 2. ait, Vestam terram esse, ei autem ignem dicatum esse, quia terra ex se ignem aetherium gignit. P Vesta fingitur virgo permanisse, quia Vesta ignis est, ignis autem nihil gignit. Et quoniam erat virgo, ei etiam serviebant virgines, quae Vestales vocabantur, quarum munus erat sempiternum ignis publici focus in urbe custodire, ut ex Ovidio l. c. perspicuum est, quod etiam ap. Dionysium legas l. c. P Hanc Deam prius Trojani coluere, ut est ap. Virg. A. 2, 296. de Hectore: Sic ait, et manibus vittas, Vestamque potentem, Aeternumque adytis effert penetrabilis ignem. Inde ejusdem cultum secum attulit Aeneas, nam in Sicilia moratus, ut narrat Id. ib. 5, 744., Pergameumque Larem, et canae penetralia Vestae Farre pio et plena supplex veneratur acerra. In Italiam deinde perveniens, conditoque Lavinio, ibi aedem sacrasse eidem dicitur, hinc in ea urbe postea consules Penatibus pariter et Vestae rem divinam facere solitos fuisse, cum adirent magistratum, constat ex Macr. Sat. 3, 5. At Ascanius Aeneae filius, abundante Lavinii multitudine, urbem opulentam reliquit, novamque sub Albano monte condidit, quae Alba Longa est appellata. Ab eodem autem illuc Vestae sacra translata fuisse patet: nam in montis Albani parte, cui suberat lucus, Ilia seu Rhea Silvia virgo Vestalis vi compressa a Marte, Romulum et Remum geminos fratres peperit, ut narrat Liv. 1, 3. Mox a Romulo Roma condita, Numa ejusdem in regno successor sacerdotibus creandis animum adiecit, virginesque Vestales legit, Alba oriundum sacerdotium, et genti conditoris haud alienum, ut ait Id. ib. 20. V. Ov. Fast. 4. f. et l. c. P Hoc templum fuit in eo spatio, quod est medium inter Palatium, et Capitolium, in foro. Cic. Div. 1, 45. Nam non multo ante urbem captam exaudita vox est a luco Vestae, qui a Palatii radice in novam viam devexus est, etc. P In eo templo servabatur perpetuus ignis, quia Vesta nihil aliud est, quam purus ignis. Sunt etiam, qui dicant, praeter illum ignem alia quaedam sacra in Deae fano fuisse, solis pontificibus, et virginibus nota, vulgo incognita. P Vestalia sacra die IX. Junii celebrabantur. Eo die virgines Vestales Vestae sacrificabant, asini floribus coronati per urbem circumducebantur, molae etiam sertis et floribus ornabantur. Ov. Fast. 6, 311. P Kalendis Martii nova lauro Vesta ornabatur. Id. ib. 3, 141. P Die XV. Junii stercus ex aede Vestae in Tiberim deferebatur. Id. ib. 6, 713. P Ut Ceres pro pane, Bacchus pro vino, sic Vesta pro igne μεταρρηματικός ponitur. Virg. G. 4, 334. Ter liquido ardentem perfudit nectare Vestam.

VESTALIS, e, adj. ad Vestam pertinens. Ov. Fast. 6, 395. Vestalia sacra. Lucan. 1, 549. Vestalis ara; et ib. 597. chorus; et ib. 199. (et Tibull. 2, 5, 51.) Vestales foci. Id. Trist. 2, 311. oculi, h. e. virginum Vestalium. P Vestalis virgo, et Vestalis absolute, virgo Vestae dicata, ignis perpetui custos apud Trojanos, Albanos, et Romanos (V. VESTA) memoratur a Cic. Leg. 2, 8. P Etiam Tibure, praeterquam Albae et Romae, fuisse virgines Vestales, ostendunt vetera monumenta. Inscr. ap. Marin. Frat. Arv. p. 654. Pingere effigiem Ma..... Severinae virginis Albae maxime sororis suae, etc. Adde aliam ap. eund. ib. p. 663. Alia ap. Grut. 1088, 2. Saufejae Alexandriae V. V. Tiburtium captatores Tiburtes. Alia ap. Fabrett. p. 436. n. 25. C. Sextilius V. V. Tiburtium Lib. Ephebus. P Romae initio sub Numa quatuor fuerunt, postea sub Tarquinio Prisco duae additae, ut ait Fest. in Sex. Eligebantur a pontifice max. nobilissimae quaeque, patrimae et matrimae, et nullo corporis vitio deformes, aut debiles: aetatibus inter sextum et decimum annum: jubebanturque virginitatem servare integros triginta annos, quorum decem primis mysteria et sacra discabant, decem sequentibus sacra faciabant, reliquis alias docebant. Expleto illo tempore, licebat illis nubere, si libuisset. Magna illis privilegia et honores habiti sunt, liberatio a patria potestate, jus testamenti faciendi, decessio in via etiam a magistratibus, summa auctoritas in deprecationibus. Graves etiam poenae inflictae, si earum incuria ignis esset extinctus, aut si virginitatem stupro polluisent. Prioris delicti rea flagris ad necem cadebatur: alterius viva sepeliebatur. In Ep. Liv. 63., ap. Val. Max. 1, l. n. 6. et 7., Liv. 8, 15. et 22, 57. et Plin. ep. 4, 11. horum exempla habentur. V. Gell. 1, 12., ubi multa de ritu Vestalis capiendae. Plin. 28, 4, 7. Fascinus, imperatorum quoque, non solum infantium custos: qui Deus inter sacra Romana a Vestalibus colitur. P Vestalis, ium, dies, ut virgines Vestales Vestae sacrificent. Varr. L. L. 5, 3. med. P In abl.

Charis. 1, 119. vult in e desinere, quia non personam, inquit, sed rem significat. Nep. fragm. ib. A virgine Vestale. Sed et in i positionem habet. Gell. l. c. Qui de Vestali virgine capienda scripserunt.

VESTER, stra, strum. pronom. possess. ἰκέτερος, qui ad vos pertinet: a vos: unde et voster dicitur, praesertim a comicis. Pl. Stich. 5, 2, 15. Apud nos est convivium: ibi voster coenat, h. e. herus vester. Id. Poen. 3, 3, 18. Si bene dicetis, vestra ripa vos sequar: si male dicetis, vestro gradiar limite. Id. Amph. prol. 58. Teneo, quid animi vestri super hac resiet. Cic. Manil. 5. Majores vestri saepe bella gesserunt. P In gen. plur. est vestrorum, ἰκετέρων: nam vestrum est a recto vos, ἰκτώ. Illud est adjectivum, hoc pronomen. V. dicta in NOSTER. Reperitur tamen vestrorum pro vestrum. Pacuv. ap. Non. 2, 122. Is vestrorum uter sit, cui signum datum est, cete. Ter. Heaut. 2, 4, 5. Cum mecum in animo vitam tuam considero, omniumque adeo vestrarum. Pl. Most. 1, 3, 123. Maxima pars vestrorum intelligit.

VESTIARIUS, a, um, adj. ἰματιστός, ad vestes pertinens. Cato R. R. 11. Mensas duas, abacum unum, arcam vestiariam unam. P Vestiarius negotiator, et vestiarius absolute, qui vestes facit, aut vendit. Ulp. Dig. 14, 3, 5. Etiam eos institores dicendos placuit, quibus vestiarii, vel lintearii dant vestem circumferendam et distrahendam. Scaevola ib. 38, 1, 45. Libertus negotiatoris vestiarii an eandem negotiationem exercere possit. Inscr. ap. Mur. 950, 7. C. Nonius C. L. Hilario vestiarius. Alia 944, 5. et 984, 9. Vestiarius tenuarius; et 939, 6. Vestiarius tenuarius molochinarius; P Vestiarius, ii, vestitus. Sen. Ben. 3, 21. Est aliquid, quod dominus praestare servo debeat, ut cibaria, et vestiarius. Colum. 1, 8. f. Ne servi aut in vestiariis, aut in ceteris praebitis injuriose tractentur. Adde Ulp. Dig. 35, 3, 3. et Scaev. ib. 34. tit. 15, 16, 17. etc. P Item locus, in quo vestimenta servantur. Plin. 15, 8, 8. Vestiarius contra teredines ac noxia animalia, amurea aspergi, h. e. arcam vestiariam. Cato R. R. 98. Vestimenta ne tineae tangant, amurca unguito fundum arcae, etc. [Cassiod. Var. 1, 2. f. Eoa Tyros est Hydron Italica, aulicum profecto vestiarius, h. e. ubi purpura in usum aulae regiae tingitur. P.]

VESTIBULUM, i, n. πρόδρομος, πρόδρομος, πρόδρομος, locus ante aedium januam, inter aedes ipsas et viam relictus, eum in usum, ut qui aedium dominum salutatum venissent, neque in via starent, neque in ipsis essent aedibus. Gell. 16, 5. Animadverti, quosdam haudquaquam indoctos viros opinari, vestibulum esse partem domus primorem, quam vulgus atrium vocat. C. Aelius (al. Caecilius) Gallus in lib. de significatione verborum, quae ad jus civile pertinent, secundo, vestibulum esse dicit, non in ipsis aedibus, neque partem aedium, sed locum ante januam domus vacuum, per quem a via aditus, accessusque ad aedes est, cum dextra, sinistraque inter januam tectaque, quae sunt viae juncta, spatium relinquunt, atque ipsa janua procul a via est, area vacanti intersita. Mox ex Sulp. Apollinari doctet, dictum esse a ve particula augente, et stabulum, quia grande spatium, et lata stabulatio erat ante aedes relicta. Aliud etymon dat Ovid. mox afferendus. P Diversum fuit ab atrio, ut clare satis patet ex loco Gellii adducto, et manifeste distinguit Vitr. 6, 8. His, qui communi sunt fortuna, non necessaria magnifica vestibula, nec tablina, neque atria, quod hi aliis officia praestant ambiundo, quae ab aliis ambiuntur. P Dictum est a Vesta, quod ignis, qui est in Vestae potestate, in vestibulo antiquitus accenderetur. Ov. Fast. 6, 301. At focus a flammis, et quod fovet omnia, dictus: Qui tamen in primis aedibus ante fuit. Hinc quoque vestibulum dici reor: inde precando Affamur Vestam, quae loca prima tenes. Pl. Most. 3, 2, 130. Videntur vestibulum ante aedes hoc, et ambulatorium ejusmodi? Cic. Ferr. 2, 2, 66. Ante ipsum Serapim, in primo aditu vestibuloque templi. Id. Coel. 26. Si essent in vestibulo balnearum, non laterent. Id. Caecin. 12. med. Si te domum tuam redeuntem non modo limine tectoque aedium tuarum, sed primo aditu vestibuloque prohibuerint. Juven. 7, 125. hujus enim stat currus abeneus, alti Quadrijuges in vestibulis. P Dicitur etiam de aditu aliorum locorum. Gell. l. c. f. Vestibulum non semper a veteribus proprie, sed per quasdam translationes est dictum; sicut illud in sexto Virgillii (v. 273.) Vestibulum ante ipsum, primisque in faucibus Orci, etc., non enim vestibulum priorem partem domus infernae esse dicit; sed loca duo demonstrat extra Orci fores: ex quibus vestibulum appellat ante ipsam quasi domum, et ante ipsa Orci penetralia; fauces autem vocat iter angustum, per quod ad vestibulum adiretur. Cic. Leg. 2, 24. Forum, id est vestibulum sepulcri usucapi vetat. Varr. R. R. 3, 7. med. de columbario: Sub ordines singulos tabulae fictae ut sint bipalmes, quae columbae utantur vestibulo. Colum. 8, 3. med. de gallinatio; et ib. 8. Parietibus cavatis, sine qualis vimineis praeponenda erunt vestibula, per quae matricis ad cubilia vel pariendi, vel incubandi causa

perveniant; et *ib.* 9, 12. Cum sic apis evadit vestibulum, ut nulla intro revolet. *Cic. Verr.* 2, 5, 67. *extr.* In conspectu Italiae vestibulo Siciliae, *h. e.* in prima Sicilia, scilicet extra urbem Messanam, qua fretum Siculum spectat, ut paulo supra dixit. Itaque hoc loco vestibulum non locum extra Siciliam (ut in aedibus extra domum), sed in ipsis Siciliae finibus significat. *Id. Or.* 15. *f.* Vestibula nimirum honesta, aditusque ad causam faciet illustres.

VESTICEPS, ipis, adj. *ῥητιῶν*, qui ad pubertatem pervenit, hoc est qui major est XIV. annis, quod pube vestiri incipiat: cui *investis*, *h. e.* impubes, opponitur. *Gell.* 5, 19. Sed arrogari non potest, nisi jam vesticeps. *Tert. Anim.* 56. Puta nunc puer investis, puta vesticeps. *Auson. Idyll.* 4, 73. Idem vesticipes motu jam puberis aevi ad mores artesque bonas produxi. *P.* Metonymice significat corruptum. *App. Apol.* Investem a nobis accepisti, vesticipem illico reddidisti.

VESTICONTUBERNIUM, ii, n. concubitus eorum, qui sub eadem veste cubant. *Petr. Sat.* 11. Quid vesticontubernium facis?

VESTICULA, ae, f. *ἰσχυρίων*, parva vestis. *Paul. Dig.* 33, 7, 18. *f.* Cum in diem mortis ibi libros, et vitreamina, et vesticulam habuerit. Ita *Torrent.* et *Gothofred.*, at *Haloander* minus recte *vestispicam* habet. *Pelag. Vet.* 7. *med.* Pedunculos tres humanos, sublatis de aliqua vesticula, in aurem dexteram equi mittito.

VESTIFEX, icis, m. idem ac vestificus *Inscr.* in *Effemer. letter. Rom.* T. 11. p. 44. Dipirus (sic pro *Dipyrus*) Antigoni vicar, (*h. e.* vicarius) beneficio Heliconis Scriboniae Caesaris vestificis An. XIX. *h. e.* Heliconis vestificis Scriboniae uxoris Augusti. *F.*

VESTIFICĀ, ae, f. quae vestes conficit. *Inscr.* ap. *Reines. cl.* 9. n. 70. et alia ap. *Grut.* 578, 6.

VESTIFICINĀ, ae, f. vestium confectio, vel conficiendarum vestium ars. *Tert. Pall.* 3. *f.* Tantam igitur paraturam materiarum ingenia quoque vestificinae prosecuta, etc.

VESTIFICIUM, i, n. *ἰσχυρία* *Gloss. Lat. Gr.* B. A.

VESTIFICUS, i, m. qui vestes conficit. *Inscr.* ap. *Grut.* 578, 7. Vestificus Caesaris a veste scenica.

VESTIFLŪUS, a, um, adj. qui fluentibus laxisque vestibus utitur. *Petr. Sat.* 133. quem Lydus adorat Vestifluus. Alii perperam leg. Nilus adorat Septifluus. *Auson. Technopaegn. de histor.* 24. Vellera depectit memoralia vestifluus Ser.

VESTIGATIO, onis, f. investigatio, inquisitio. *Cic. Off.* 1, 6. Quae omnes artes in veri investigatione versantur. Alii leg. *investigatione*, et quidem rectius. *App. Met.* 6. in Psyche dies noctesque mariti investigationibus inquieta.

VESTIGATOR, oris, m. qui vestigat et venatur. *Varr. L. L.* 4, 18. Vestigator a vestigiis ferarum, quas indagatur. *Colum.* 9, 8. *med.* de apib. capiend. Nam statim sono territum (*examen*) vel in frutice, vel in editore silvae fronde considet, et a vestigatore preparato vase reconditur. *Sen. Ben.* 3, 26. *med.* Quod factum simul et Maro ex notis illius temporis vestigatoribus notavit, *h. e.* delatoribus, qui vestigabant dicta et facta quaecumque, ut accusatos perderent.

VESTIGIUM, ii, n. *ἕρως, οὐλίθος*, pedis impressio, id est signum, quod a pede relinquitur. *Quint.* 9, 4. *med.* Currentium pes, etiamsi non moratur, tamen vestigium facit. *Stat. Theb.* 2, 153. quibus ipse per imbres Has meus usque domos vestigia fecit Apollo; et *Cic. Rab. Post. f.* Ut sibi in hoc foro vestigium facere liceat. *P.* Videtur esse a *vestis*. Nam olim non feminae modo, sed viri etiam longis utebantur vestibus, eoque non modo pedum, sed vestis etiam indicium relinquebatur ab incedentibus. Haec causa, cur, etsi imprimis pedum relinqueretur signum, rei tamen a vestibus nomen daretur. *Pl. Cist.* 4, 2, 29. Sed is hac it: hac socci video vestigium in pulvere. *Cic. Phil.* 3, 12. *f.* Ille autem ex mirmillone dux, ex gladiatore imperator, quas fecit strages, ubicumque posuit vestigia! *Auct. ad Her.* 3, 15. Stare in vestigio; et *Liv.* 27, 4. Negans e republica esse, vestigium abscedi ab Annibale; et *Cic. Caecin.* 14. Facere vestigium in possessionem, *h. e.* ingredi. *Id. Or.* 1, 23. Persequi alicujus vestigia: quod proprie et translate dicitur. *Id. Brut.* 90. Ipsius vestigiis persequi aliquem: *cod. sensu.* Sic, alicujus vestigiis ingredi, *h. e.* eo modo procedere, quo ipse, et translate imitari ap. *Cic. Somn. Scip.* 8. Sic *Liv.* 9, 45. *f.* Vestigiis sequi hostem; et 27, 12. Instare vestigiis; et *Sen. Controv.* 5, 30. *in.* Alicujus vestigia calcare: *cod. sensu.* *P.* Metonymice ponitur pro ima parte pedis. *Virg. A.* 5, 566. vestigia primi Alba pedis, frontemque ostentans arduus albam. *Cic. Acad.* 4, 39. Qui adversis vestigiis stent contra nostra vestigia, quos Antipodas vocatis. *Id. Verr.* 2, 4, 24. Leviter presso vestigio alicum persequi. *P.* Et pro ipsis pedibus. *Catull.* 64, 162. Candida permulcens liquidis vestigia lymphis. *Stat. Silv.* 5, 2, 28. Primaque patricia clausit vestigia luna. Adde *Sen. Thyest.* 1039. et *Oed.* 812. *P.* Item pro terra pede impressa. *Plin.* 8, 4,

5. Elephas vestigio hominis animadverso, intremiscere, erutum proximo tradere, etc. *P.* Et pro odore vestigii. *Id. ib.* 32, 50. Cervi latratu canum aure duto fugiunt secunda semper aura, ut vestigia cum ipsis abeant. *P.* Item pro solea ferrea equi. *Id.* 28, 20, 81. Vestigium equi excussum ungula, ut solet plerumque, siquis collectum reponat, singultus remedium esse, recordantibus, quoniam loco id reposuerunt. *P.* Per synecdochen usurpatur pro quacumque impressione corporis, vel partis corporis. *Cic. Verr.* 2, 3, 34. *med.* Praesertim cum in lectulo decumanae mulieris vestigia viderent recentia. *Id. Or.* 3, 2. Post ejus interitum veniebamus in curiam, ut vestigium illud ipsum, in quo ille postremum institisset, contueremur. *P.* Et pro impressione, quae ferro fit, dum caedimus. *Colum.* 4, 25. Ea plaga, quae ductum efficitur, uno vestigio allea. *P.* Translate ponitur pro quocumque rei gestae monumento, indicio, signo. *Cic. Font.* 1. Unae tabulae significet pecuniam Fontejo datam. *Id. Mur.* 9. Relinquere vestigium avaritiae. *Id. Rosc. Am.* 22. *f.* Exstant vestigia sceleris. *Virg. Ecl.* 4, 13. si qua manent sceleris vestigia nostri; et 31. Pauca tamen suberunt priscae vestigia fraudis. *P.* Item pro momento, seu puncto temporis, translatione sumpta a vestigium facientis celeritate, quod scilicet nihil paene citius fiat, quam vestigium. *Caes. B. C.* 2, 26. Eodemque tempore vis magna pulveris cerebatur, et vestigio temporis primum agmen erat in conspectu. *Cic. Pis.* 9. *f.* Atque eodem in templo, eodem et loci vestigio et temporis, arbitria non mei solum, sed patriae funeris abstulisti. *P.* Hinc *vestigio*, et *vestigio*, est confestim, extemplo, maxima celeritate. *Id. Dir. Verr.* 27. *f.* Repente et vestigio ex homine, tanquam aliquo Circaeo poculo, factus est verres. *Sulpic. ad Cic. Fam.* 4, 12. E vestigio eo sum profectus prima luce. *Caes. B. C.* 2, 25. *f.* Pronuntiari jubet, se in hostium habiturum loco, qui non e vestigio ad castra Cornelianam vela direxisset. *Varr. ap. Non.* 2, 514. Sigilla in mento impressa amoris digitulo, Vestigio demonstrant mollitudinem. *P.* *Nec vola, nec vestigium*, proverb. est, quod habet *Varr. ap. Non.* 4, 480., et de quo V. VOLA.

VESTIGO, as, a. *ἕρως*, est quasi per vestigia inquirere. *Virg. A.* 6, 145. Ergo alte vestigia oculis, et rite repertum Carpe manu. *Cic. in Sen.* 6. *f.* Hi voluptates omnes vestigant atque odorantur. *Id. Or.* 2, 39. *f.* Nam et conjuncta quaeremus, et causas rerum vestigabimus. *Enn. ap. Cic. Div.* 1, 20. Vestigare, et quaerere aliquem. *Sen. Thyest.* 497. Canis vestigat feras. *Plin.* 8, 18, 25. Tigris feta fertur praecipit, odore vestigans. *P.* Metonymice est invenire. *Liv.* 31, 19. Perfugas et fugitivos, quos inquirendo vestigare potuerint, reddidisse.

VESTIMENTARIUS, a, um, adj. ad vestimentum pertinens. *Not. Tir.* p. 69. Vestimentum, vestimentarius. *F.*

VESTIMENTUM, i, n. *ἐπιβλημα*, vestis, vestitus: nomen generale ad omne vestium genus significandum. *Ulp. Dig.* 34, 2, 24. Vestis, an vestimenta legentur. Vestimentorum sunt omnia lanea, lineaque, vel serica, vel bombycina, quae induendi, praeciugendi, amiciendi, insternendi, injiciendi, incubandive causa parata sunt. *Cic. Mil.* 10. Domum venit, calceos et vestimenta mutavit. *Hor. Ep.* 1, 18, 31. cuicumque nocere volebat, Vestimenta dabat pretiosa. *Hirt. B. Afr.* 47. *med.* Tentoriola facta ex vestimentis. *Auct. B. Hisp.* 33. Pyram sibi extruxit, coenam afferri quam opimam imperavit, item optimis insternendam vestimentis, *h. e.* veste stragula. *Sen. ep.* 67. *in.* Major pars (*temporis*) in vestimentis degitur. Ago gratias senectuti, quod me lectulo affixit, *h. e.* sub veste stragula, lodice. *Sic ep.* 78. *med.* Est virtuti etiam in lectulo locus: et in vestimentis vir fortis apparet. *Ter. Heaut.* 5, 1, 29. Est mihi in ultimis conclave aedibus; huc est intro latus lectus: vestimentis stratus est. *P.* Ex his patet, nihil dicere *Paulum ex Festo*, cum ait: Vestis generaliter dicitur, ut stragula forensis, muliebris: vestimentum pars aliqua, ut pallium, tunica, paenula. *P.* *Nudo vestimenta detrahere*, proverb. de re, quae fieri non potest, ap. *Pl. As.* 1, 1, 79. Sententiam habet eandem Italorum, *cavar della rapa sanguine.*

VESTINUS, a, um, adj. ad Vestinos pertinens: qui sunt populi Italiae ad mare superum inter Picentes, Pelignos, Marrucinos, et Marsos: quorum regionis caput nunc *Aquila* urbs est. *Enn. ap. Charis.* 4, 251. Marsa manus, Peligna cohors, Vestina virum vir. *Sil.* 8, 517. Vestina juvenus. V. VESCI-NUS. *P.* *Vestinus* est etiam cognomen R., ut C. Julius Atticus Vestinus. *Cos. ann. a Chr. n. LXV.*, cujus mentio est ap. *Tac. A.* 15, 68. et *Suet. Ner.* 35.

VESTIO, is, ivi, itum, a. *ἕρως, ἰσχυρία*, veste tego, induo, amicio. *Cic. Att.* 2, 9. Vatinii strumam sacerdotii *δερμάριον* vestiant. *Plin.* 12, 11, 22. Indos suae arbores vestiunt. *Id.* 34, 7, 16. Hercules in foro boario per triumphos vestitur habitu triumphali. *Quint.* 2, 16. *med.* Pleraque animalia contra frigus ex suo corpore vestiuntur. *Id.*

11, 3. *med.* Fasciae, quibus crura vestiuntur. *Cato ap. Gell.* 11, 2. Vestiri in foro honeste, mos erat; se domi quod satis erat. *Virg. Ecl.* 4, 45. Sponte sua sandyx pascentes vestiet agnos. *Hor. Od.* 2, 16, 35. te bis Afro Murice tinctae Vestiunt lanae. *Juven.* 11, 155. Quales esse decet, quos ardens purpura vestit. *Id.* 6, 515. et Phrygia vestitur buccatiara. *Mart.* 2, 46. unam vestire tribum tua vellera possunt. *Pl. Capt.* 4, 4, 4. Vir te vestiat, tu virum despolies. *P.* Item obduco, contego, velo. *Plin.* 9, 11, 13. Testudinum putamina secare in laminas, lectosque et repositoria his vestire. *Cic. Verr.* 2, 4, 55. His tabulis interiores templi parietes vestiebantur. *Lucan.* 10, 119. ebur atria vestit. *Virg. G.* 2, 219. terra viridi se gramine vestit. *Id. A.* 6, 640. Largior hic campos aether, et lumine vestit Purpureo. *Val. Fl.* 4, 665. effluit imber Spumeus, et magno puppim procul aequore vestit. *Stat. Theb.* 5, 51. ingenti tellurem proximus umbra Vestit Athos. *Cic. N. D.* 2, 57. Natura oculos membranis tenuissimis vestivit et sepsit. *Id. Univ.* 6. *f.* Deus animum circumdedit corpore, et vestivit extrinsecus. *Lucr.* 5, 887. juvenas molli vestit lanugine malas. *Virg. G.* 2, 38. Ismara Baccho Conserere, atque olea magnum vestire Taburnum; et *Colum.* 5, 6. *med.* Binae vites, quo celerius alium vestiant, pedem inter se distantes scrobibus depuendae. *Id.* 4, 27. Ubi se vites frondibus et uvis vestierint. *Caes. B. G.* 7, 23. Trabes in solo collocantur: eae revinciuntur introrsus, et multo aggre vestiuntur. *Stat. Theb.* 6, 817. Postquam oleo gavisa cutis, petit aequor uterque Procurus medium, atque hausta vestitur arena. *Lucan.* 7, 538. Hic numerus totos tibi vestiat ossibus agros, *h. e.* operiat, consternat, impleat. *Tert. Virg. vel.* 11. de virgine: Pudor ubique vestitur, et menses tributa dependunt, *h. e.* pube pudendum contegitur. *P.* Transferuntur ad orationem. *Cic. Or.* 1, 31. *med.* Inventa vestire atque ornare oratione. *Id. Brut.* 79. Reconditas exquisitasque sententias mollis et pellucens vestiebat oratio. *P.* Et ad alia. *Hor. Ep.* 1, 18, 22. Gloria quem supra vires et vestit, et unguis. *P.* Vestire, veste uti. *Appul. Apol.* Tu mihi vitio dabis, quod parcius pasco, levius vestio, minus obsono? *Tert. Pall.* 1. Sic et in proximo soror civitas vestiebat. *P.* *Vestibam*, et *vestibio*, pro *vestiebam*, et *vestiam* in 4. conjugat. frequentia sunt. *Virg. A.* 8, 160. Tum mihi prima genas vestiebat flore juvena. Adde *Juven.* 3, 330. *P.* *Vestirier* pro *vestiri*, paragoge. *Prud. Psych.* 39.

VESTIPILEX, icis, m. qui vestes plicat, idem ac vestiplicus. *Not. Tir.* p. 69. Vestis, vestiplex. *F.*

VESTIPLICĀ, ae, f. ancilla, quae vestes plicat et servat. *Quint. decl.* 363. in lemmate: Vestiplicam dominae habitu misit; et *ib.* in *serm.* Adulter cum uxore locutus per vestiplicam. [*Inscr.* ap. *Marin. Iscriz. Alb.* p. 91. Jucunda Pexsa vestiplica. *F.*]

VESTIPLICUS, i, m. famullus, qui vestes plicat et custodit. *Inscr.* ap. *Reines. cl.* 9. n. 64. Bathylus Imp. Cajii Caesaris Germanici vestiplicus. Adde *cl.* 11. n. 90.

VESTIS, is, f. *ἕσθης, ἕσθημα, ἰμάτιον*, id quo corpus vestitur. Est generale nomen, quodvis significans vestimentum tam virile, quam muliebre, laneum, lineum, sericum, etc. item pannum, telam, ex qua fit indumentum, aut stragulum, velum. Videtur esse a prima Graeca voce allata. [*Doederl.* 3, 236. a *velere* derivandum censet.] Quid ab antiquo differat, in AMICIUS, a, um. dictum est. *Pl. Curc.* 2, 3, 69. Mulierem a lenone cum auro, et veste abducere. *Id. Most.* 1, 3, 10. Contempla, satin' haec me vestis deceat. *Ter. Adelph.* 1, 2, 40. Discidit vestem? resarciatur. *Id. Heaut.* 2, 3, 45. Ipsam offendimus mediocriter vestitam veste lugubri. *Id. Eun.* 5, 2, 13. Ubi vestem illam esse cum induit vidit; et 3, 5, 24. Vestem mutare cum aliquo. *Nep. Thras.* 2. *f.* Jacentem veste spoliare. *Id. Dat.* 3. Optima veste contegere aliquem, i. e. optimo ornatu induere. *Cic. Phil.* 2, 27. Maximus vini numerus fuit, permagnum optimi pondus argenti, pretiosa vestis, multa et lauta supellex. *Id. Or.* 1, 35. Tanquam in aliquam locupletem ac refertam domum venerim, non explicata veste, neque proposito argento, etc. *P.* *Mutare vestem*, *h. e.* obsoletam togam induere, intonsa barba, et demisso capillo, mos erat in magna calamitate, et gravi periculo, cum aliquis v. gr. capitalis criminis reus agebatur, tunc enim non is modo, sed propinqui omnes, amicie illo habitu in publicum prodibant ad misericordiam movendam; et *sordidati* dicebantur. Exempla habes ap. *Cic. ad Quir.* 5. et in *Sen.* 5., *Planc.* 12., *Sext.* 11. et 14. et 2. *Q. Fr.* 3. et *Liv.* 6, 20. *P.* *Vestis* de stragulo. *Lucr.* 2, 36. plebeja in veste cubandum. *Hor. Sat.* 2, 6, 102. rubro ubi cocco tincta super lectos canderet vestis eburnos. *Op. Met.* 8, 657. Vestibus hunc (*lectum coenatorium*) velant, quas non nisi tempore festo Sternere consueverant: sed et haec vilisque vetusque Vestis erat, lecto non indignanda saligno. *P.* De panno, aut tela. *Id. ib.* 6, 131. Et rupit pictam, coelestia crimina, vestem, *h. e.* telam ab Arachne contextam. *Ulp. Dig.* 34,

2, 23. Si quis vestem legaverit, neque stamen, neque subtemen legato continebitur. Cic. Verr. 2, 5, 56. f. Ad deprecandum periculum proferebant alii purpuram Tyriam, tus alii, atque odores, vestemque lineam; et Stat. Th. 7, 244. Antigone teneras defenditur atra Veste genas. Ap. Lucr. 3, 387. vieta vestis aranei; et ib. 614. vestemque relinquere, ut anguis. P. Servus a veste, Et ad vestem fuit inter officia domus Augustae, idem qui vestispex, et vestispicus. Inscr. ap. Grut. 587, 4. L. Trophimus Aug. Lib. a veste, item a lacuna. Alia ib. 2. T. Stalilius Malchio ad vestem; et ib. 7. Ti. Claudius Divi Claudii Lib. Dipterus vestificus Caesaris a veste scenica; et 577, 7. a veste regia; et ib. 9. a veste imperatoria. Alia ap. Mur. 925, 2. a veste Imp. privata; et 901, 5. a veste cubicularia; et 903, 2. a veste castrensi; et 919, 6. a veste venatoria. P. Translate est lanugo, pubes. Lucr. 5, 671. Nec minus in certo dentes cadere imperat aetas Tempore, et impubem molli pubescere veste. Hinc investis, impubes. Sic in illo Virg. A. 8, 659. Aurea caesaries ollis, atque aurea vestis: Virgatis lucent sagulis, Servius, et Non. 1, 220. barbam intelligunt; [at improbat Heynius ad Virg. l. e., et vestem intelligit illa ipsa sagula virgata: nam de ead. re Sil. 4, 155. Auro virgatae vestes. F.]

VESTISPEX, icis, m. [qui vestes inspicit, idem ac vestispicus. Inscr. ap. Mur. 949, 7. Dianae sanctae Damocles vestispex. F.]

VESTISPICA, ae, f. ancilla vestis custodiae addita. Varr. ap. Non. 1, 41. Vestispica, quod vestes spiciat. Afran. ap. eund. ib. Novi non inscutulam ancillulam vestipicam, et vestispicam.

VESTISPICUS, i, m. ἱμασιπικῆς, qui vestem curat. Non. 1, 41. Vestispici appellatur vestium custodes servi, quod frequenti diligentia vestes inspiciant. Pl. Trin. 2, 1, 21. Ducitur familia tota: vestispici, unctor, auri custos, flabelliferas, sandaligerulae, etc. Inscr. ap. Reines. cl. II. n. 95. Philodamus C. Sulpicii Vestispi. H. S. E. Alia ap. Mur. 972, 1. P. Pomposio P. F. Januarii Vestisp. Hic legi etiam potest vestispici, a recto vestispex.

VESTITOR, oris, m. qui facit vestes, sartor. Lampr. Alex. Sev. 41. Dignitates acciperent fullores, et vestitores. Inscr. ap. Grut. 1111, 3. Phaedimo vestitori Aug. Alia ap. Mur. 1842, 2. Hic depositus est Benemeritus vestitor imperatorum. Firm. Math. 3, 11. n. 9. Prophetas, aut vestitores divinorum simulacrorum faciet. Adde ib. 14. n. 3.

VESTITRAHUS, a, um, adj. vestem trahens. Laber. ap. Tert. Pall. 1. de ariete: Reciprocorais, lanicus, vestitrahus. V. TESTITRAHUS.

VESTITURA, ae, f. Inscr. ap. Grut. 98, 8., quam retulimus in CARPISULUS, habet vestituras basium, h. e. anaglypta et sculpturas ornandis basibus.

VESTITUS, a, um, part. a vestio: ἱσοθημένος, veste tectus, indutus, amictus. Nep. Cim. 4. Cum aliquem offensum fortuna videret minus bene vestitum, suum amiculum dedit. Cic. Pis. 25. med. Ipse cum hominibus quindecim male vestitis ad portam Coelimitanam sitiens pervenerim. Plin. 18, 6, 8. n. 2. Adduxit familiam validam, bene curatam ac vestitam. Pl. Rud. 1, 5, 7. Puellae moestiter vestitae. Id. Cas. 4, 1, 10. Villicus candide vestitus, laute exornatusque ambulat. Appul. Apol. Neque una pelle vestitor fuit, neque uno baculo comitator. P. Item tectus, operatus, ornatus. Cic. N. D. 2, 47. Animantes aliae coriis tectae sunt, aliae villis vestitae. Colum. 7, 3. med. de ovib. Id. pecus quamvis ex omnibus animalibus vestitissimum, frigoribus tamen impatientissimum est. Cic. Tusc. 5, 23. Sepulcrum septum undique et vestitum vepribus et dumetis. Liv. 32, 13. Montes vestiti frequentibus silvis sunt. Cic. absolute eod. sensu N. D. 2, 53. Montes vestiti atque silvestres; et ib. 39. Terra vestita floribus, herbis, arboribus, frugibus. Or. Fast. 1, 402. Gramine vestitis accubere toris. Petr. Sat. 135. Vestita putaminibus grana. Prop. 3, 11, 31. Et portare suis vestitas frondibus uvas. Sen. Herc. Oct. 213. Toxeu nondum teneras vestite genas, h. e. nondum barbatae. Tert. Anim. 38. Ab his autem annis (quarto decimo nempe) et suffusior, et vestitor sexus est, h. e. pube magis vestitus. Plin. 19, 6, 34. Allium in universum velatur membranibus, mox pluribus coagmentatur nucleis, et his separatim vestitis. Id. 13, 4, 9. Lignum pluribus vestitum tunicis; et ib. 15, 29. Mensa operimento laminae vestita. Or. Fast. 4, 707. incendit vestitos messibus agros. Sic Cic. vertens carmina Homeri, Dio. 2, 30. Argolicis primum ut vestita est classibus Aulis. Simile est illud Lucan. 7, 538. Hic numerus totos tibi vestiat ossibus agros.

VESTITUS, us, m. ἱσοθής, ἱμασιπός, vestimentum, vestis. Pl. Ep. 4, 2, 8. Vestitum atque ornatum immutabilem habet haec. Liv. 29, 17. In hoc legato vestro nec hominis quidquam est, praeter figuram et speciem; neque Romani civis, praeter habitum vestitumque, et sonum Latinae linguae. Caes. B. G. 7, 88. Caesaris adventu ex colore vestitu cognito. Cic. Att. 1, 13. Venisse eo mulieris vestitu virum. Id. Rosc. Am. 49. f. Vestitum, quo ipse tectus erat, tibi tradidit. Id. Quint. 15. med.

Cujus non modo amplissimae fortunae, sed etiam victus, vestitusque necessarius sub praecone subjectus est. Id. Agr. 2, 5. Rullus vestitu obsolete, corpore inculato et horrido, capillator quam ante, etc. Nep. Ag. 8. Agesilaus et comites vestitu humili atque obsolete. Cic. Sext. 14. Vestitum mutare; (V. VESTIS.) et ib. Ad suum vestitum redire. Ter. Adolph. 1, 1, 38. Vestitu nimio indulges, (pro vestitu. V. ASPECTUS.) h. e. nimis sumptuosa veste filium ornas. Pl. Capt. 2, 2, 72. Me saturum seruire apud te sumptu et vestitu tuo, h. e. te praebente vestitum. P. Translate. Cic. Brut. 95. Concinnitas illa, crebritasque sententiarum pristina manebat, sed ea vestitu illo orationis, quo consueverat, ornata non erat. Id. N. D. 2, 29. Adde huc liquores perlicidos annium, riparum vestitus viridissimos, h. e. herbas; et ib. 64. f. Cernes vestitus densissimos montium, h. e. silvas.

*VESTORIANUS, a, um, adj. ad Vestorum spectans. Plin. 33, 13. Vestorianum caeruleum pigmentum. Sic ed. Hard. ubi antea legebatur Nestorianum. Neque aliter Isid. Or. 19, 17. B. A.

*VESTORIUS, i, m. artifex quidam, de quo Vitr. 7, 11. in. P. Alius, Puteolanus, argentarius. Coet. in Cic. Fam. 8, 8. Adde Att. 4, 6. extr. 16. med. et 6, 2. med. et extr. B. A.

VESTRAS, atis, pronomen patrium omn. gen. qui spectat ad vestram gentem, patriam, etc., ab antiquo vestratis: quod a vos, ut cujas, nostras, Arpinas, Sarsinas ex cujatis, nostratis, Arpinatis, Sarsinatis. Agnoscitur a Charis. 2, 133. a Diomed. 1, 317. et Prisc. 17, 1095.

VESVIUS, et Vesbius, ii, m. Βέσβιος, idem quod Vesuvius, apud poetas, per syncopen. Val. Fl. 3, 208. Ut magis Inarime, magis ut mugitor anhelat Vesvius. Stat. Silo. 4, 4, 19. fractas ubi Vesvius egerit iras. Alii leg. Vesbius. Sil. 8, 653. Aetnaeus contorquens e cautibus ignes Vesbius intonuit. Id. 17, 594. Evomuit pastos per saecula Vesbius ignes. Alii leg. Vesvius. Mart. 3, 44. Hic est pampineis viridis modo Vesvius umbris. P. Adjective idem ac Vesuvius. Colum. 10, 133. Fontibus et Stabiae celebres, et Vesvia rura.

VESULUS, i, m. Monsivo, Βέσβλος, mons Liguriae, pars Alpium Cottiarum, inter Galliam et Italiam, unde Padus, et Druentia fl. manant. Virg. A. 10, 707. Ac velut ille canum morsa de montibus altis Actus aper, multos Vesulus quem pinnifer annos Defendit. P. [Est et nomen viri ap. Sil. 10, 145. Tum Vesulum, calido lapsantem in sanguine fratrum, Ense metit rapido. F.]

*VESUNI, orum, populi Liciae interioris, Aethiopiae versus. Plin. 5, 2. ubi quidam codd. apud Harduinum habent Nesuni. B. A.

VESUVIUS, a, um, adj. ad Vesuvium pertinens. Stat. Silo. 5, 72. Non adeo Vesuvius apex, et flammae diri Montis hiems. Id. ib. 5, 3, 205. Jamque et flere pio Vesuvina incendia cantu, Meas erat. Alii leg. Vesvius, aut Vesbinus. Adde ib. 2, 6, 62. et Sil. 12, 152. P. [Vesbinus est etiam cogn. R., ut M. Ulpus Aug. l. Vesbinus in Inscr. ap. Grut. 214., et in alia ap. Maff. Mus. Ver. 284, 4. Volusia Besbina, h. e. Vesbina. F.]

VESUVIUS, ii, m. monte di Somma, Οἰεσοῦβιος, Οἰεσοῦβιος, poetas etiam Vesuvus, et Vesvius, mons Campaniae prope Neapolim, ignivomus, certisque temporibus immensus ignis, exesorum pumicum, et cineris vim eructans, quae late circa diffusa, adjacentes agros maxime infestat: idem tamen, quae vacat a tali calamitate, in subjectis collibus et agro nobilissimarum vitium, et optimi vini ferax. Lege Plin. ep. 6, 16., in qua Plinii avunculi sui mortem narrat, cum studio prope visendi ad eum ignes vomentem nimis prope accessisset. Plin. 14, 2, 4. n. 6. In Vesuvio monte Sorrentinense collibus. Colum. 3, 2. med. Campaniae celeberrimos Vesuvii colles. Lucr. 6, 747. Is lacus est Cumas apud, et Vesuvius per montem. Alii leg. et Vesuvius prope montem. Alii aliter. Sunt etiam qui spurium esse putant. P. Qui primam et secundam produci posse putant, afferunt illud Mart. 4, 44. Hic est pampineis viridis Vesuvius umbris. [Alii leg. modo Vesvius. V. h. v. P. Est etiam cognomen Jovis, qui in eodem monte colebatur. Inscr. Capuana ap. Mur. 10, 11. Jovi Vesuvio Sac. D. D. h. e. sacrum decreto decurionum. F.]

VETERA, sc. castra, oppidum Galliae Belgicae. Tac. A. 1, 45. et Anton. Itin. P. In Tac. H. 4, 18 et 21. in castra plane exprimitur. B. A.

VETERAMENTARIUS, sutor, παλαιόμαχος, qui veteres calceos reficit. Suet. Vit. 2. Eundem et suturem veteramentarium prodiderunt.

VETERANUS, a, um, adj. παροδότης, vetus, vetustus, antiquus: a vetus. Veterani milites, παλαιόμαχοι, sunt qui legitima stipendia confecerant. Haec autem erant sub republica annorum XXV., ut constat ex Sere. ad Virg. A. 2, 157.; ab Augusto, ut narrat Tac. A. 1, 36. et 78., ad annos XX. redacta. Iis opponuntur tirones. Nam tirones sunt, qui nuper militare coeperunt, veterani, qui multis annis stipendia fecerunt, et diuturno usu in re militari sunt exercitati. Caes. B. G. 1, 24. Triplicem a-

ciem instruxit legionum quatuor veteranarum. Cic. Phil. 3, 2. Comparare firmissimum exercitum ex invicto genere veteranorum militum. Sall. Cat. 63. Veterani pristinae virtutis memores cominus acriter instare. Vell. 2, 61. Augustus veteranos excivit paternos. Lucan. 1, 345. Quae sedes erit emeritis? quae rura dabuntur, Quae noster veteranus aret? P. Tribuitur etiam aliis rebus, ut Veterana vitis, Colum. 3, 15. Veteranum pecus, Id. 6, 2. Veterani boves, Varr. R. R. 1, 20. Veteranus hostis, Liv. 21, 16. Sic veterana mancipia dicuntur a Mart. Dig. 39, 4, 16. quae anno continuo in urbe servierunt, sicut novitia, quae annum servitutis nondum compleverunt. Veteranae gallinae ap. Colum. 8, 5. med. quae saepius excubant: ut novellae, quae semel. V. PUERUS. P. Veteranum, absolute, locus, ubi quid in vetustatem reponitur: v. gr. apothecae, ubi vina vetera reponuntur, vel ut veterascant. Sen. ep. 114. f. Aspice veterana nostra, et plena multorum saeculorum vindemisi horrea. Alii leg. veteraria.

VETERARIUM, V. v. praec.

VETERASCO et Veteresco, is, n. 3. παλαιόμαχος, vetus fio, vetustatem contraho. Colum. 2, 15. Aptior est tamen surculus hominis urina, quam sex mensibus passus fueris veterascere. Jul. Obseq. 16. Carnes veterascentes. Cic. fragm. ap. Non. 5, 63. In eo quem veterascentem videat ad gloriam. P. Etiam veteresco usurpatur. Not. Tir. p. 89. Vetus, vetustus, veteranus, veterescit. P. Nigid. ib. discrimen ponit inter veterascere et vetustescere, seu vetustescere, ut hoc de iis dicatur, quae vetustate deteriora fiunt: illud de iis, quae meliora. Sed in usu non servatur, ut patet ex loco Colum. afferendo in VETUSTESCO. [Hujus loci ordinem adjectis quibusdam meliorem fecit F.]

VETERATOR, oris, m. παροδότης, παλιτρετής, τριβακός, ἀπειθός, qui in aliqua re callidus est: quasi veter in astutia, ut scribunt Festus, et Donatus ad Ter. Andr. 2, 6. f., nempe a multarum rerum gerendarum vetustate; et usurpatur tam in bonam, quam in malam partem. Ter. ib. Quid hic vult veterator sibi? Cic. Fin. 2, 16. med. Acutum, verutum, veteratorem facile ut excogitet, quomodo occulte sine teste, sine ullo conscio fallat. Gell. 3, 1. Videbatur esse in litteris veterator, h. e. multa lectione exercitus, cui pleraque omnia veterum litterarum quaesita, meditata, evigilataque erant, ut ipse loquitur 1, 7. Rursus Cic. Brut. 48. Ejus aequalis P. Cethegus in causis publicis nihil, in privatis satis veterator videbatur. P. Speciatim dicitur de servo, qui diuturna servitute, ac saepius fortassis commutata, astutus ac vafer evasit. Itaque veteratores, et novitii opponuntur, ut ostendunt verba Venuleji Dig. 21, 1, 65. Servum tam veteratorem, quam novitium dici posse: novitium autem non tirocinium animi, sed conditione servitutis intelligi: ac veteratorem item non spatio serviendi, sed genere et causa aestimandum. Hoc genus servorum olim minore erat in pretio, quam novitiorum. Unde ab aedilibus praecipuum erat, ne veterator pro novitio veniret. Ulp. ib. 37. Praecipiant aediles, ne veterator pro novitio veneat.

VETERATORIE, adv. παροδότης, astute, callide. Cic. Or. 28. Ille enim summissus, quod acute et veteratorie dicit, sapiens jam, etc.

VETERATORIUS, a, um, adj. παροδοτικός, subdolos, astutus, vafer. Cic. Verr. 2, 1, 54. med. Nihil ab isto tectum, nihil veteratorum expectaveritis: omnia aperta, omnia perspicua reperientur. Ubi Ascon. astutum, callidum. Id. Brut. 75. de Caesare: Splendidam quandam, minimeque veteratoriam rationem dicendi tenet, voce, motu, forma etiam magnifica, et generosa quodammodo.

VETERATRIX, icis, f. παροδογος, femina in astutiis et fraudibus exercitatissima. Appul. Met. 9. Veteratrix quaedam femina, quae devotionibus et maleficiis quidvis efficere posse credebatur. Alii leg. veteratrem.

VETERATUS, a, um, part. a vetero: vetus factus. [De discrimine utriusque vocabuli veteratus et vetustus Doederl. 4, 86. haec habet: Vetustus spectare aetatem propectam, quatenus venerabilem, moribus probis excellentem se praebet; veteratus significare gravitatem quandam aetatis productae, quae annis comparari solet.] Plin. 32, 10, 52. Medetur alopecis, et ulceribus veteratis. Scrib. Comp. 140. Veteratum caseum mollem edere.

*VETERENSIS, is, m. cognomen Romanum, ut Paridius Veterensis, de quo Colum. 4, 3. B. A.

VETERES, V. VETUS.

VETERETUM, i, n. legitur bis ap. Colum. 2, 10. in quibusdam probatae antiquitatis libris: in aliis in veteratum mutatum est. Retinendum censet Pontedera, Antiquit. Lat. et Graec. p. 477., ad stipulante Scalig. in not. ad Varr. R. E. 1, 44. qui in MSS. Columellae ita legi testatur. Itaque ap. Colum. statuit Pontedera, dici veteretum, non arvom vere aratum, quod est veteratum; neque anno praecedenti per autumnum aut sub hiemem satum, quod est restibile; sed terram, quae a fructu diu cessavit, vel in pratium submissam, vel coloni socordia neglectam, et quodammodo senio confectam et incultu veteratam. Itaque quod ait Varro R. R. 1,

44. Illud quoque multum interest, in rudi terra, an in ea seras, quae quotannis obsita sit, quae vocatur restibilis; an in veruacto, quae interdum requirit: rudi terra dicendus est veterum significasse. Haec opinio, quae valde placet, validis rationibus firmat Ponted., quem legisse erit pretium operae.

VETERINARIUS, a, um, adj. ad veterina animalia pertinens. *Colum. 7, 3. med.* Veterinariae medicinae prudens esse debet pecoris magister. **P** Veterinarius absolute, qui veterina curat, et medicinam veterinariam exercet, *Isidorus*. Haec etiam ad oves pertinet, ut ex *Colum. l. c.* colligitur. *Id. 6, 8. in.* Solent fastidia cibo afferre vitiosa incrementa linguae, quas ranas veterinarii vocant. *Id. 7, 5. med.* Orem pulmonariam curare, inserta per auriculam, quam veterinarii consiliginem vocant. *Adde 11, 1. med.* **P** Veterinarius, absolute locus in castris, in quo veterina saucia, vel aegrotantia curantur. *Hyg. Gromat. p. 12. col. 1.* Fit numerus cum pedatura valetudinarii, veterinarii et fabricae, quae in unum ad sexcentos homines computantur. **V. VALETUDINARIUS.**

VETERINUS, a, um, adj. *ὑποζυγίος*, dicitur de iumentis ad portandum idoneis, ut equis, mulis, asinis. *Paul. ex Festo:* Veterinam bestiam Cato appellavit a vehendo. Opilius veterinam dicitur, quasi veterinam, vel uterinam, quod ad ventrem onus religatum gerat. *Varr. R. R. 1, 38.* Stercus equinum in prata vel optimum, ut ceterarum veterinorum, quae hordeo pascuntur. *Lucr. 5, 888.* Ne forte ex homine, et veterino semine equorum Conferri credas Centauros posse neque esse. *Plin. 11, 37, 61.* Aetas veterinorum dentibus indicatur; et *ib. 50, 111.* Caudae caulis asinis longior, quam equis, se setosus veterinis, *h. e.* equis mulisque.

VETERNOSITAS, atis, f. veterni vitium, seu morbus. *Fulg. Myth. 3, 4. extr.* Torpidae veternositas senio algere,

VETERNOSUS, a, um, adj. *ληθαργικός*, qui veterno laborat, lethargicus. *Plin. 28, 17, 67.* Secur aprinum veternosus datur. *Id. 20, 4, 13.* Veternosus (*prodest*) quam acerrimos (*raphanos*) mandere. **P** Dicitur etiam de hydropico. *Gloss. Philox.* Veternosus, *ῥηθιακός, ὑδροπικός.* *Paul. ex Festo.* Veternosus dicitur, qui gravi premitur somno. Cato veternosum, hydropicum intelligi voluit, cum ait: Veternosus quam plurimum bibit, tam maxime sitit. *Cato ap. Gell. 1, 15.* Nunquam tacet, quem morbus tenet loquendi, tanquam veternosum bibendi, atque dormiendi. *Ter. Eun. 4, 4, 21.* Hic est vetus, vietus, veternosus, senex, colore mustelino. Ubi *Donatus:* Morbo vetero confectus, idest veterno: quales sunt, qui hydropem patiuntur. Et recte: nam saepe eunuchi in senecta veternosus fiunt, et cito hoc laborant morbo. *Varr. ap. Non. 16, 10.* Ut arquat et veternosus lutea quae non sunt, aequae et lutea videntur. **P** Translate est languens, lentus, segnis, piger. *Sen. Ira 1, 16. med.* Mihi videtur veternosus, et infelicis animi, imbecillitatis sibi conscii, saepe indolescere. *Id. ep. 82. med.* Non redigo ista ad legem dialecticam, et ad illos veternosissimi artificii nodos, *h. e.* inanis, debilis, et nihil conficientis. *Sidon. ep. 1, 1.* Veternosum dicens gens imitari. *August. ep. 48. ad Vincent. in.* Veternosa consuetudo.

VETERNUS, i, m. *ληθαργός, καταρροή*, morbus ex iis, qui cerebrum infestant, qui memoriam simul et rationem tollit, inevitabilemque dormiendi necessitatem inducit: a *vetus*, juxta *Prisc. 2. f.* et *Donat. in Ter. Eun. 4, 4, 21.*, quia labes est inveterata. *Pl. Men. 5, 4, 3.* Num eum veternus, aut aqua intercus tenet? **P** Quandoque pro nimia dormitione accipitur. *Plin. 8, 36, 54.* Primis diebus bis septenis tam gravi somno ursi premuntur, ut ne vulneribus quidem excitari queant: tunc mirum in modum veterno pinguescunt. **P** Et quia hic morbus pigros homines facit, et ad negotia inutiles, quemadmodum senectus, ideo quandoque pro pigrizia, socordia, ignavia ponitur. *Virg. G. 1, 124.* Nec torpere gravi passus sua regna veterno. *Coel. ad Cic. Fam. 8, 6. med.* Nisi ego cum tabernariis et avariis pugnam, veternus civitatem occupasset. *Cic. ib. 2, 13. med.* Erat in illa epistola veternus civitatis. *Catull. 17, 24.* stolidum excitare veternum. *Colum. 7, 5.* Pecudes mediocriter exercere, et quasi torpentes excitare, nec pati veterno consenscere atque exstingui. **P** De situ et sordibus diu collectis ac veteratis. *Id. 4, 24. med.* Muscus, qui more compedis crura vitium devincta comprimit, sitque et veterno macerat, ferro destringendus est. **P** Pro antiquitate, vetustate. *Stat. Th. 6, 93.* de silva: stat sacra senectae Numine, nec solos hominum transgressa veterno Fertur avos, Nymphas etiam mutasse superstes. **P** Adjective antiquus, vetus. *Fulg. Myth. 1. praef. in carmine:* Quidquid Asraeus veterna Rupe pastor praecinit. *Prud. Cathemer. 9, 68.* Lingua fatur, quam veterna vixerant silentia. *Apul. Met. 9.* de mulis senib.: Totum corium veterna atque scabiosa macie exasperati, *h. e.* veterata. **P** *Veternus* et *vetustus* ita differunt, ut hoc debilitatem, *vetustus* dignitatem, probitatem quandam senectutis significet. Ceterum parum recte Noster hujus voca-

buli notiones ita ordinavit, ut exempla quibus adject. usus hujus vocis demonstratur, quae primum locum vindicant, ultimo loco poneret. Licet enim inde ab Appulejo demum haec vox adjectivam formam prae se ferat, proprie adjectivum est *veternus*, a, um, et de rebus dicitur, quae aetate sunt provectae, unde reliquae notiones derivatae videntur.]

VETERO, as, avi, n. 1. veterasco. [*Cels. 3, 12.* Cum febres veteraverunt, utilis fames non est. *Sen. Consol. ad Marc. 1. f.* Vulnera ubi corrupta in malum ulcus veterantur, difficiliter curantur. Alii aliter leg. *F.*]

[**VETERULUS**, a, um, adj. dimin. veteris. *Ruf. Insectiv. in Hieron. 2. n. 7.* Doleo te suspiciones alieni perjurii in antiquis et veterulis chartulis perscrutari. *F.*]

VETITUS, a, um, part. a *veto*: *περὶ κλημένως*, negatus, prohibitus. *Ter. Ph. 5, 6, 25.* Ait, esse vetitum intro ad heram accedere. *Hor. Od. 3, 24, 58.* Ludere vetita legibus alea. *Virg. A. 6, 623.* Hic thalamum invasit natae, vetitosque hymenaeos. *Sen. Herc. Oet. 1584.* Ante descendit glacialis Ursae Sidus, et ponto vetito fruatur. *Plin. ep. 4, 9. med.* Factum vetitum quidem, non tamen inusitatum. *Or. Fast. 4, 751.* nemo vetitum intrare. *Id. Trist. 1, 4, 21.* Desinat in vetitas, quaeso, contendere terras. *Lucan. 7, 371.* vetitusque aetate senatus Arma sequi; et *ib. 316.* agmina vetita virtute moveri; et *6, 470.* aequor vetitum sentire procellas. *Tac. A. 2, 59.* Senatores vetiti ingredi Aegyptum. *Lucan. 3, 661.* Robora cum vetitis prensarent altius ulnis, *h. e.* cum prohiberentur pressare ulnis spondas navis. **P** *Vetitum*, absolute, interdictum. *Cic. Leg. 2, 4. med.* (et *ib. 3, 3. extr.*) Jussa ac vetita populorum vim habere ad recte facta vocandi, et a peccatis avocandi. *Virg. A. 10, 8.* Abnueram bello Italiam concurrere Teucris: Quae contra vetitum discordia? **P** Item res vetita. *Or. Fast. 5, 282.* Sed jam de vetito quisque parabat opes. *Id. Am. 3, 4, 17.* Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata. **P** *Votitus* etiam dictum est, ut *voster* pro *vester*, etc. *Non. 1, 215.* Votitum veteres religione aliqua prohibuit, vel interdictum dicitur voluerunt. *V. v. sq. Pl. As. 4, 1, 44.* Nolo habere illam causam, et votitam dicere, *h. e.* vetitam moveri.

VETO, as, ui, et raro avi, itum, a. 1. *κωλύω*, impero ne fiat, prohibeo, absterreo. Proprie est dicitis interdicere, ut *arce*, *prohibere* factis. Sed hoc discrimen non semper servatur. Fere infinitum regit: raro conjunctivum. *Mart. 6, 91.* Sancta ducis summi prohibet censura, vetatque Moechari. *Caes. B. G. 7, 33. f.* Cum leges duos ex una familia non solum magistratus creari vetarent, sed etiam in senatu esse prohiberent; et *ib. 2, 20. extr.* Ab opere legatos Caesar discedere vetuerat. *Id. B. C. 1, 41. med.* Castra vallo muniri vetuit. *Nep. Eun. 12. f.* Vetuit ad eum quemquam admitti. *Cic. Fam. 5, 13. med.* Rationes a te collectae vetabant, me reipublicae penitus diffidere. *Hor. Sat. 1, 10, 31.* Cum Graecos facerem Versiculos, vetuit tali me voce Quirinus: In silvam ne ligna feras. *Id. ib. 2, 3, 187.* Ne quis humasse velit Ajacem, Atrida, vetas cur? *Id. Or. 3, 2, 26.* vetabo, qui Cereris sacrum Vulgarit arcanae, sub isdem Sit trabibus. *Tibull. 2, 7, 18.* Illius ut verbis, sis mihi lenta, veto. *Or. Rem. Am. 133.* Quin etiam accendas vitia, irritesque vetando. **P** *Vetor*, mihi interdicitur. *Nep. Amilc. 3.* Ut a praefecto morum Hasdrubal cum eo vetaretur esse. *Cic. Am. 22. f.* Acta agimus: quod vetamur veteri proverbio. *Virg. A. 1, 39.* Quippe veter fatis. *Tac. A. 3, 26.* Vetustissimi mortalium nihil per metum vetabantur. *Id. H. 1, 22.* Mathematici, genus hominum, quod in civitate nostra et vetabitur semper, et retinebitur. *Lucan. 4, 646.* standum est tibi, dixit (*Alcides Antaeo*) et ultra Non credere solo, sternique vetabere terra. **P** Cum accus. *Or. Fast. 2, 541.* Nec majora veto: sed et his placabilis umbra est. *Virg. A. 2, 84.* quia bella vetabat, Demisere neci. *Sen. Herc. Oet. 1624.* Stat vasta late quercus, et Phoebum vetat, *h. e.* solis radios arceat; et *ib. 150.* Et solem vetuit Delia tardior, *h. e.* solem morata est, ne suo tempore oriretur. *Lucan. 9, 301.* iter mediis natura vetabat Syrtibus. *Stat. Th. 12, 558.* Quos vetat igne Creon, *h. e.* rogis et igne supremo interdicit. **P** Fuit verbum proprium praetoris. *Cic. Caecin. 13.* Praetor, qui dies totos aut vim fieri vetat, aut restitui factam jubet, aut, etc. *Adde Cels. Dig. 42, 1, 14. etc.* Item tribunorum pleb. *Lin. 3, 13, 6, 35., Suet. Tib. 2. extr., Gell. 13, 12. V. INTERCEDO.* **P** Item in re augurali. *Ter. Ph. 4, 4, 32.* Haruspex vetuit. *Cic. Div. 2, 38.* Volucres tum vent agere, tum jubeant. *Or. Fast. 6, 764.* Si vetet auspicium. **P** Est etiam prohibeo, arceo, impedio, ne quippiam fiat. *Val. Fl. 8, 303.* nec longius inter, Quam quod tela vetet, superest mare. *Tac. A. 11, 20.* Fossam praeduxit, qua incerta Oceani varentur. *Stat. Silv. 3, 1, 173.* Avertam luctus, et tristia damna vetabo. *Virg. Ecl. 10, 56.* non me ulla vetabunt Frigora Parthenios canibus circumdare saltus. *Prop. 2, 22, 4.* hos vetuit me numerare timor. *Or. Her. 13, 131.* Quo ruitis, Danaï? ventos audite vetantes, *h. e.* adversos. Sic *ib. 128.*

pelago vetante. **P** Passive. *Sen. ep. 9. ab in.* Sapientia, quae artem vitae professa est, nulla re, quo minus se exerceat, vetari potest, *h. e.* impediri. **P** *Quid vetat?* formula, qua utimur in re concessa, aut facili. *Hor. Sat. 1, 10, 56.* Quid vetat et nosmet quaerere, cur, etc.? *Ov. Am. 3, 7, 35.* Quid vetat et nervos magicas torpere per artes? *Id. Fast. 1, 295.* Quid vetat et stellas, ut quaeque oriturque, caditque, Dicere? Sic *Pers. 6, 49.* Quis vetat? **P** De altero praeterito *vetavi* auctorem habes *Pers. 5, 90.* Excepto si quid Masuri rubrica vetavit. *Planc. ad Cic. Fam. 10, 23. med.* Legatos in conspectum venire veteravim. Ita multae edit. *Victori* quoque: et antiqua. *Vindelini 1469.* et *Aldi 1533.* veteravim.

***VETONIANA**, sc. castra, oppidum Vindeliciae. *Tab. Peut. Peuting.* **P** Aliud, in Norico. *Id. B. A. VETONICA* et *Vettonica*. **V. BETONICA.**

[VETTIANUS, a, um, adj. ad Vettonem pertinens, et *F.*]

[VETTILLĀ, ae, f. dimin. Vettonis. **V. VETTONES. F.**]

***VETTIUS**, i, m. nomen Romanum, ut *Cyrus Vettius*, architectus, unde *Vettius* dictus ap. *Cic. Att. 2, 4.* quo in loco Chrysippum Vettium significatum vult *Manutius*. Fuit autem ille Cyri architecti libertus. *Cic. Fam. 7, 14. B. A.*

[VETTONENSIS, e, adj. ad Vettonam pertinens, dirutam Umbriae urbem, nunc *Bettona*, vicum octo millib. pass. a Perusia distantem, cujus mentio est in *Tab. Peut.* inter Perusiam et Tuder. *Inscr. ap. Mur. 1094. 1. L. Tullio L. F. Clu. Vero Vettonensi, etc.* **P** *Vettonenses, ium*, absolute sunt incolae illius urbis, a *Plin. 3, 14, 19.* memorati. *Inscr. ap. Grut. 487, 2. C. Vibio C. F. L. N. Tro. Gallo Proculano patrono Perusinorum, patrono et oratori R. P. Vettonensium, etc. F.]*

VETTONES. V. VECTONES. **P** Et in num. sing. est cogn. R., ut ex *Inscr. Hispana ap. Grut. 357, 8. Q. Sergius Vetto.* In alia Florentina ap. *Fabr. p. 167. n. 315.* T. Flavio Vettoni patri indulgentissimo, T. Flavio Vettiano Flavia Vettilla (*lege Vettilla*) fecit.

[VETTONIA, ae, f. Lusitaniae provinciae inter Durium et Tagum fluvios. **V. VECTONES. Inscr. ap. Grut. 591, 7. P. Aelio Vitali Aug. Lib. Tabul. Provinc. Lusitan. et Vettoniae, etc. Alia ap. *cund. 383, 7. M. Calpurnio M. F. Gal. Senecae Fabio Turpionis Proc. provinciae Lusitan. et Vettoniae.* **P** Antepaenultima licenter corripuit *Prud. περὶ σιερ. 3, 186.* Nunc locus Emerita est thalamo Clara colonia Vettoniae. *F.]***

VETULA. V. VETULUS.

[VETULINUS, a, um, adj. derivativum, et *F.]*

[VETULIO, onis, m. dimin. vetuli. Priore cognomine usus est is Vitulinus, qui a triumviris reip. constituendae proscribitus est, de quo *Appian. B. C. l. 4. c. 25.* meminit; altero Sentius Saturninus et ipse proscribitus ab iisdem, quem memorat *Val. Max. 7, 3. n. 9. F.]*

VETULONIENSIS, e, adj. ad Vetuloniam pertinens, quae fuit antiquum Etruriae oppidum prope Populonium: ejus meminit *Sil. 8, 583.* Maeoniaeque decus quondam Vetulonia gentis. Hinc *Vetulonienses, ium*, ejus urbis incolae, ap. *Plin. 3, 5, 8.*, et in *Inscr. ap. Grut. 1029, 7.*

VETULONII, orum, m. plur. Vetulonenses cives. *Plin. 2, 103, 106.*

VETULUS, a, um, adj. antiquus, vetustus, senex, diminutiv. veteris: quare proprie de eo dicitur, qui senium et vetustatem ingressus est: tametsi et pro veteri et senex passim accipitur: diciturque tum de personis, tum de rebus. *Catull. 27, 1.* Minister vetuli puer Falerni. *Mart. 13, 112.* Vetuli cadi; et *ib. 55.* Vetulus petaso. *Cic. Amic. 19.* Equis vetulis teneros anteponere solemus. *Id. Fin. 5, 14.* Arbor novella, et vetula. *Pl. Merc. 2, 2, 43.* Vetulus, decrepitis senex. *Hor. Od. 4, 13, 25.* Vetula cornix. *Cic. Quint. 8.* Vetulus gladiator. *Id. Att. 13, 29.* Filia vetula sane, et multarum nuptiarum. **P** *Vetulus*, absolute, senex. *Pl. Epid. 2, 2, 4.* Conspicor quales volo, vetulos duo. **P** *Vetula*, anus, anicula. *Juven. 6, 240.* utile porro Filiolam turpi vetulae producere turpem. *Mart. 8, 79.* Omnes aut vetulas habes amicas, Aut turpes, vetulisque foediores. [***Adscribamus**, quae *Doederl. 4, 92.* de discrimine inter *anus* et *vetula* habet: Vox *vetula* significat feminam, quae ultra florem aetatis transgressa est, eoque plus pretii sui amisit, quam vir pari casu affectus. *Anus* significat matronam, quae pro juventutis candore diu amisso vel gravitatem vel imbecillitatem habet.] **P** *Lepidus* est jocus, quo utitur Cicero dum C. Trebatium Testam, multo illo juniorem, vetulum compellat; alludit enim ad ipsius nominis gentilicii significationem, quod senem et veteratorem indicat. **V. TREBAX. Cic. Fam. 7, 16. Tu tamen, mi vetule, non sero (*sapis*).**

***VETURIA**, ae, f. mater Coriolani. *Liv. 2, 40.* **P** *Veturia*, centuriae nomen ap. *Liv. 26, 22.* ubi *V. Gronovium. B. A.*

***VETURIUS**, i, m. nomen Romanum, ut *L. Veturius Philo*, Consul bello Punico cum *Q. Metello. Cic. Brut. 14. extr.* T. Veturium, Consulem una

cum Sp. Postumo, meminit Id. Cic. de Off. 3, 30. ac Liv. 9, 5. sqq. Porro T. Veturium Gracchum Sempronianum memorat Liv. 41, 26. T. Veturium Geminum Id. 3, 8. T. Veterium Calvium Id. 8, 16. P. Mamurium Veturium. V. Mamurium. B. A.

VĒTUS, eris, adj. omni gen. παλαιός, qui est multi temporis, antiquus, priscus: videtur esse ab ἔτος, annus. Ter. Heaut. prol. 22. Vetus poeta. Pl. Merc. 2, 2, 20. Acherunticus senex, vetus, decrepitus. Id. ib. 5, 4, 15. Novus amator, vetus puer. Id. Truc. 1, 2, 50. Vetus maceria. Cic. Or. 1, 37. Vetus, atque usitata exceptio. Sall. Cat. 21. Vetus consuetudo. Id. Jug. 87. nobilitas. Pl. Pers. 1, 2, 1. Vetus atque antiquus quaestus. Id. Most. 2, 2, 45. Scelus antiquum et vetus. P. Etiam veteri dixere: unde obliqui casus et gradus. Ennius ap. Prisc. 3, 607. Cum veter occubuit Priamus sub Marte Pelasgo. Accius ib. 6, 716. Veter fatorum terminus sic jusserat. Cato ib. Antemna veteri est, quam Roma. [Hic solus locus est, qui comparativam hujus vocis formam habet. V. Doederl. 4, 86.] Pl. Bacch. 5, 2, 30. Senem illum tibi dedo veteriorem, etc. Ita Prisc. l. c., alii leg. ulteriores; et Truc. 1, 2, 71. Quam veteris homini optimus est amicus. Cic. Am. 19. Veterima quaeque (ut ea vana, quae vetustatem ferunt) esse debent suavissima. [Ap. argent. aetatis scriptores ne superlativum quidem, nisi paucis in locis occurrit, quippe quem a vetustus potius derivarent.] Phaedr. 1, 21. Vindicare veterem injuriam. Cic. ad Planc. post ep. 1, 16. l. 16. ad Att. Paternae magnae, et veteres, et justae necessitudines. Id. Uno. 11. Credendum est veteribus et priscis, ut ajunt, viris. Id. Phil. 5, 17. med. Majores nostri, veteres illi admodum antiqui, leges annales non habebant: veteres ad tempus refertur, antiqui et prisci ad mores simplices et integerrimos. Pl. Ps. 1, 3, 129. Vetera vaticinamini, i. e. saepe jam dicta, vulgata, omnibus nota. Id. Mil. 3, 1, 153. Quin tu istanc orationem hinc veterem atque antiquam amoves? antiquam obsoletam, translaticiam, pervulgatam. Sic Trin. 2, 2, 100. Historiam veterem atque antiquam haec mea senectus sustinet; et Amph. prol. 118. Veterem atque antiquam rem, novam ad vos proferam. (V. ANTIQUUS.) Cic. Tusc. 2, 16. med. Videmus ex acie afferri saepe saucios: et quidem rudem illum et inexercitatum, quamvis levi ictu, ploratus turpissimos edere: at vero ille exercitatus et vetus, ob eamque rem fortior, etc. P. Cum gen. Tac. H. 4, 20. Illi veteres militiae in cuneos congregantur, densi undique, etc. Sic Ann. 1, 20. Vetus operis ac laboris; et Sil. 4, 532. gnarus belli, veteresque laborum. Tac. A. 6, 44. regnandi; et ib. 12. scientiae et caerimiarum. Adde Sil. 6, 616. et 17, 293. P. Cum infinito. Id. 5, 565. Hinc Fadum petit, et veterem bellare Labicum. P. In ablativo duplicem positionem habet. Stat. Th. 1, 360. et veteri spumavit Lerna veneno. Claud. in Eutrop. 2, 11. veteri obruta morbo Corpora. Nep. Att. 7. extr. Sic veteri instituto vitae effugit nova pericula. P. Veteres sunt majores, et qui longo ante nos tempore vixerunt, sive senes fuerint, sive non. Plin. 36, 7, 12. Onychen in Arabiae montibus, nec usquam aliubi, nasci putavere nostri veteres. P. Item senes, qui diu vixerunt. [Doederl. 4, 89. discrimen statuit inter veter homo et senex, hoc, ut Gr. γῆρας, designare non nisi virum annis provecutum; senex vero simul ad ea respicere, quae, ut gravitas et imbecillitas, cum senili aetate conjuncta esse solent.] Sall. fragm. ap. Macr. Sat. 2, 9. Quae rebus aliquantam partem gloriae demperat, maxime apud veteres et sanctos viros. Liv. 42, 47. Haec magna pars senatus approbabat: veteres et moris antiqui memores negabant, se, etc. Varr. R. R. 2, 11. in. Lac melius est a valentibus (pecudibus) et ab iis, quae nondum veteres sunt, quam si est contra. P. Veteres etiam in aliquibus coloniis dicuntur ii cives, qui ante coloniam deductam ibidem morabantur, et novis seu novanis opponuntur, qui sunt coloni in easdem urbes deducti. Cic. Verr. 2, 2, 50. Agrigentorum duo genera sunt, unum veterum, alterum colonorum, quos T. Manlius praetor ex S. C. de oppidis Siculorum dedit Agrigentum; et mox: Legesque similes de numero veterum ac novorum dedit. V. FABRATER-NUS. P. Vetera ea quoque appellantur, quae paulo ante fuerunt. Nep. Eum. 11. Veniebant ad Eumeneum, qui propter veterem amicitiam consolari cupere. Suet. Vesp. 8. Consulatus octo veteri addidit. Op. Met. 1, 236. Fit lupus, et veteris servat vestigia formae. P. [Singularis est ratio, qua Tacitus v. vetus usurpat, qui saepissime h. v. de liberae reipublicae aetate, usque ad Actiacam pugnam dicit. Bene de hac re exposuit Walch. ad Agr. 2. vetus aetas vidit, quid ultimum esset in libertate. Boettich. in Lex. Tac. Walchii adnotationem repetit.] P. In Romano foro duplex fuit tabernarum genus, veteres et novae: illarum situm sub veteribus designatur; harum sub novis. Pl. Curc. 4, 1, 19. Sub veteribus ibi sunt qui dant, quique accipiunt fenore. Varr. L. L. 5, 7. med. Sub novis dicta pars in foro aedificiorum: quod vocabulum ejus pervertutum, ut novae viae, quae via jandiu vetus. Adde Liv. 3, 48., 26, 27. et 41, 16. f. et Cic. Or. 2, Tom. IV.

66. P. Est etiam cogn. R. ut Q. Antistius Vetus ap. Val. Max. 6, 3. n. 7.

*VETUSANUM, i, n. oppidum Pannoniae inferioris. Tab. Peut. B. A.

[VĒTUSCŪLUS, a, um, adj. dimin. veteris. Front. de eloqu. (ed. A. Maio) p. 232. Ut figuram injiceret, prisco verbo adornares, colorem vetusculum, adpingeres. F.]

*VETUSSALINA, ae, oppidum Pannoniae inferioris. Anton. Itin. B. A.

VĒTUSTAS, atis, f. ἀρχαιότης, παλαιότης, antiquitas, longum decursi temporis spatium. Cic. Phil. 3, 6. med. Municipium vetustate antiquissimum. Id. Or. 2, 9. Historia nuntia vetustatis. Liv. 2, 21. Ut nec qui consules, nec quid quoque anno actum sit, in tanta vetustate non rerum modo, sed etiam auctorum digerere possis. [Cic. de rep. (ed. A. Maio) 1, 31. Quae familiarum vetustatibus, et pecuniis ponderantur. F.] Quint. 12, 10. Pictores, quorum opera vetustatis gratia visenda sunt. Cic. Agr. 2, 21. med. Qui agrum recentiorum possident, vetustate possessionis se, non jure defendunt. Sil. 1, 26. sic credit alta vetustas. Caes. B. C. 1, 6. Lictores habent in Urbe privati contra omnia vetustatis exempla. Op. Met. 12, 182. Tum senior: quamvis obstat mihi tarda vetustas, Multaque me fugiant, etc. i. e. senectus. Inscr., quae pertinet ad ann. a Chr. n. CCCL., ap. Fabr. p. 434. n. 14. Victoriae Augustae sacrum restituta post antiquissimam vetustatem ordo Vejentium. P. Item longinquitas temporis sive praeteriti, sive futuri, diuturnitas. Virg. A. 3, 415. Tantum aevi longinqua valet mutare vetustas. Op. Trist. 5, 2, 11. exiguus prodest annosa vetustas: Grandibus accedunt tempore damna malis. Id. Met. 15, 871. Jamque opus exegi, quod nec Jovis ira, nec ignes, Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas. Cic. Sen. 18. f. Ut non omne vinum, sic non omnis aetas vetustate coacescit. Id. Div. 2, 33. med. Errabat multis in rebus antiquitas, quam vel usu jam, vel doctrina, vel vetustate immutatam videmus. Id. Att. 14, 9. med. Quae mihi videntur habitura etiam vetustatem, h. e. diu esse duratura. Quint. 10, 1. med. Auctores qui vetustatem pertulerunt, h. e. aetatem tulerunt, ut de vinis dicitur. Op. Trist. 5, 9, 8. Scripta vetustatem si modo nostra ferent. Colum. 3, 2. med. Vinum vetustatem patitur, h. e. diu durat; et 12, 44. f. Poma in vetustatem reponere. Id. ib. 28. et Cato R. R. 114. Vinum in vetustatem servare. Plin. 13, 6, 12. Terebinthi materies admodum lenta, ac fidelis ad vetustatem. P. De longa notitia et consuetudine amicorum inter se. Cic. Fam. 13, 32. Velim existimes, hos mihi maxime esse conjunctos vetustate, officiis, benivolentia; et ib. 11, 16. L. Lamia utor uno omnium plurimum: magna vetustas, magna consuetudo intercedit. Adde ib. 10, 10. extr. et Q. Cic. Pet. cons. 5. P. Vetustas ulcus occupare dicitur a Celso 5, 26. n. 31., cum vulneri inducitur callus, et circum orae crassae livent: post quae quidquid medicamentorum ingeritur, parum proficit. Plin. 21, 19, 75. Lillii flos et folia illinuntur ulcerum vetustati.

VĒTUSTE, adv. more veterum. Ascon. in Verr. 13. med. Quem commodum erat: Vetuste posuit pro eo, quem volebat; et in ib. 3, 47. An vetuste bonos pro magnis, honestos pro divitibus posuit? P. Item ex longo tempore. Plin. 27, 7, 28. Vetustissime in usu est.

VĒTUSTESCO, is, n. 3. παλαιόομαι, inveterasco, vetustatem acquirere. Colum. 1, 6. med. Quoniam vina celerius vetustescunt, quae fumi quodam tenore praecocem maturitatem trahunt.

[VĒTUSTILLA, ae, f. dimin. vetustae. Est nomen propr. R. ap. Mart. 3, 93. Cum tibi trecenti consules, Vetustilla, Et tres capilli, quatuorque sint dentes. F.]

[VĒTUSTINUS, a, um, adj. ad vetustum pertinens. Est cogn. R. Inscr. ap. Grut. 518, 6. P. Aelius Vetustinus. F.]

VĒTUSTISCO, i, n. 3. idem quod vetustesco. Nigid. ap. Non. 5, 63. V. VETERASCO.

[VĒTUSTŪLUS, a, um, adj. diminut. vetusti, idem ac vetusculus. Sidon. ep. 8, 16. Siquidem maturo, ut es ipse, lectori vetustula, torosa, et quasi mascula dictio placet. F.]

VĒTUSTUS, a, um, adj. ἀρχαῖος, παλαιός, vetus, antiquus. Lucr. 2, 1171. spatio aetatis defessa vetusto. Juven. 6, 161. vetustos Porticibus disponat avos. Virg. A. 2, 713. tumulus, templumque vetustum Desertae Cereris. Hor. Epod. 2, 43. Vetustus lignis focum exstroere; et Od. 3, 17, 1. Vetustum oppidum. Op. Met. 11, 360. templa luco umbrosa vetusto. Colum. 12, 23. Pix quanto facta est vetustior, eo melior in usu est; et ib. 38. Vetustissimae vineae. Id. 8, 5. Aptissima ova ad excludendum recentissima quaeque: possunt tamen etiam requieta supponi, dum ne vetustiora sint, quam dierum decem. Pl. Curc. 1, 2, 4. Veteris vetusti vini cupida sum. Juven. 8, 34. canes pigri, scabieque vetusta Laeves; et Virg. A. 9, 284. genitrix Priami de gente vetusta Est mihi; et Pont. 3, 3, 11. vetusta Paene puer puero junctus amicitia. Cic. Fam. 13, 36. Cum Demetrio mihi vetustum hospi-

tium est. Tac. A. 5, 10. Vetustum commilitium. [Ita saepissime Tacitus hoc vocabulo utitur. Nubem exemplorum collegit Boettich. in Lex. Tac. p. 488.] Liv. 2, 23. extr. Vetustiores scriptores. Plin. 13, 16, 30. extr. Vetustior memoria. Suet. Vesp. 8. extr. Instrumentum imperii pulcherrimum, ac vetustissimum confecit, h. e. commentarium, in quo continebantur vetustissima quaeque imperii acta paene ab exordio Urbis. P. Refertur ad annos aetatis. Liv. 23, 22. f. Qui vetustissimus ex eis, qui viverent, censoris esset. Tac. A. 2, 2. Venerunt legati, qui vetustissimum liberorum ejus accirent. Adde ib. 43. [Plura etiam hujus generis exempla habes ap. Boettich. l. modo l.] P. Translate. Cic. Brut. 21. Laelius vetustior, et horridior quam Scipio: et cum sint in dicendo variae voluntates, delectari mihi magis antiquitate videtur.

VĒXABILIS, e, adj. qui molestiam affert. Coel. Aurel. Acut. 1, 11. et ib. 2, 9.

VĒXABILITER, adv. molestiam afferendo. Coel. Aurel. Acut. 2, 9. med.

VĒXAMEN, inis, n. vexatio, molestia, concussio. Lucr. 5, 341. Aut cecidisse urbes magno vexamine mundi.

VĒXATIO, onis, f. ἐνόχλησις, concussio, quassatio, jactatio, quae fit v. gr. dum aliquid sine cura portatur. Colum. 1, 3. Vexationem viae non reformidare. Liv. 44, 5. med. Minimum pedibus itineris confectum, plerumque provolventes se simul cum armis, aliisque oneribus, cum omni genere vexationis processerunt. Plin. 28, 19, 77. Sterilitatem ob partus vexationem fieri, certum est. Petr. fragm. Trag. 60. Burn. Omnes placentiae, omnia poma, etiam minima vexatione contacta, coeperunt effundere crocum. P. Item universim molestia, κακωσις, magna et infesta agitatio, jactatio, molestia. Plin. 17, 23, 35. n. 26. Putatae vites alligentur alio loco: namque orbitas vinculi sentiunt vexatione non dubia. Id. 32, 7, 26. Dentes sine vexatione extrahere. Id. 31, 6, 35. Sine vexatione stomachi. Suet. Tib. 61. med. Partim se domi vulneraverunt, ad vexationem et ignominiam vitandam. Cic. Tusc. 4, 8. med. Afflictio est aegritudo cum vexatione corporis. Id. Cat. 4, 1. med. Ut virgines Vestales ex acerbissima vexatione eriperem; et ib. 1, 7. med. Vexatio direptioque sociorum. Liv. 38, 59. f. Quod ex bonis redigi non possit, ex corpore et tergo pro vexationem et contumelias L. Scipionis petiuros inimicos. Mart. 10, 82. Si quid nostra tuis adicit vexatio rebus, Mane, vel a media nocte togatus ero; et Liv. 7, 10. f. Jacentis corpus ab omni alia vexatione intactum uno torque spoliavit.

VĒXATIVUS, a, um, adj. κακοποιός, qui vexat et affligit. Coel. Aurel. Acut. 2, 29. et Tard. 3, 4. n. 63.

VĒXATOR, oris, m. ἐπηρησιαστικός, qui vexat, infestator. Cic. Har. resp. 22. f. Tam crudelis mei, tam sceleratus reipublicae vexator esse potuisset? Id. Sext. 8. Veteres vexatores aetatae suae despiciens. Id. Phil. 3, 11. Custosne urbis, an direptor et vexator esset Antonius.

VĒXATRIX, icis, f. quae vexat, et molestiam affert. Lactant. 3, 29. med. Fortuna generis hominum vexatrix perpetua. Prud. Psych. 58. Libido vexatrix hominum.

VĒXATUS, a, um, part. a vexo: ἐνοχληθείς, κακωθείς, agitated, jactatus, concussus. Just. 17, 1. Regiones terrae motu vexatae. Vell. 2, 79. Classis vexata tempestate. Lucr. 6, 429. Navigia in summum veniunt vexata periculum. Suet. Aug. 53. f. Nec prius dies cujusque solemnes frequentare desist, quam grandior jam natu, et in turba quodam sponsaliorum die vexatus. Id. Cal. 50. Puer comitali morbo vexatus. Op. Trist. 5, 2, 3. valeo, corpusque, quod ante laborum Impatiens nobis invalidumque fuit, Sufficit, atque ipso vexatum induruit usu. Id. Am. 1, 14, 24. Heu male vexatae quanta tuleret comae! Quam se praebuerunt ferro patienter, et igni! Ut fieret torto flexilis orbe sinus. Petr. Sat. 128. Excussit vexatam solo vestem; et Mart. 11, 89. Intactas quare mittis mihi, Polla, coronas? A te vexatas malo tenere rosas; et Juven. 6, 288. vellere Tusco Vexatae, duraeque manus, h. e. lana trahenda attritae. Plin. 28, 11, 49. Dentes percussu vexati, i. e. labefacti. Id. 17, 21, 37. n. 1. Vexatis frigore vitibus cacumina prima inarescunt. P. Vexata in corpore sunt, quae externa injuria laeduntur, ut contusa, collisa, sugillata, convulsa; aut interno vitioso humore infestantur, ut in abscessibus: sed sine vulnere. In his enim, ut ait Cels. 7. praef. f., vulnus facit medicus, non accipit. Id. ib. 1. Vexata in quacumque parte corporis sint, quamprimum sic curari debent. Plin. 8, 27, 41. Chelidonium visui saluberrimam hirundines monstraverit, vexatis pullorum oculis illa medentes. Adde Scrib. Comp. 101. P. Est etiam vetustate corruptus. Inscr. ap. Grut. 1070, 8. Item Silvanum anticum vexatum de suo refecit. P. Universim est male habitus, exagitatus, afflicto. Cic. Verr. 2, 3, 52. f. Agros vectigales vexatos atque exinanitos a Verre, populatam, vexatamque provinciam. Ascon. in Dio. Verr. 1. Populati avaritia, vexati libidine et crudelitate. Cic. Quint. 31. Multis vexatus contumeliis,

plurimis jactatus injuriis. *Id. Phil. 3, 9. med.* Honestissimis contentionibus et saepe, et jure vexatus. *Val. Max. 7, 3. n. 6.* Clamore infesto, et crebris totius concionis sibilis vexatus. *Nep. Timol. 1.* Sicilia multos annos bello vexata. *Just. 28, 3.* Populi intestina discordia vexati. *Id. 12, 14.* Variis criminacionibus vexatus. *Prop. 2, 21, 17.* Sed tibi vexatae per multa pericula vitae Extremo veniet mollior hora die. *Juven. 1, 2.* Vexatus toties rauci Theseide Codri, *h. e.* toties audiendo Codrum recitantem traegediam Thesei, obtusus et fatigatus.

VEXILLARIUS, ii, m. *στυλοφόρος*, signifer, qui vexillum fert. *Liv. 8, 8.* Ordo sexagenos milites et duos, centurionem, et vexillarium unum habet. *Adde Tac. H. 1, 41.* P [Translate vexillarius dicitur antesignanus latronum. *Appul. Met. 4.* Tunc sublimis ille vexillarii dicti sunt milites, [qui plerumque veterani et emeriti erant, quique sumpti lectique ex legionibus, ab iisque divisi, aliis jungebantur, ut res postulabat, legionibus, et cum iisdem militabant: quod factum videtur vel invidiae vitandae causa, quia exactorati numerum vacationem habebant; vel ne ob stipendiorum diuturnitatem nimia prae aliis auctoritate pollerent; vel denique, si juniores, non veterani, erant, ut vigore ac levitate corporis velociorem legionem, cujus pars erant, relictis post se signis, sub vexillo antecederent, et paulo longius, ubi opus erat, progredi possent. Ita porro videntur appellati, quia separatim a legionum aquilis, et cohortium signis, sub proprio vexillo erant, quam ob causam vexilla a cohortibus, quae in legionibus erant, *Tac. H. 1, 70.* aperte distinguit. *Id. ib. 2, 83.* Legio sexta, et tredecim vexillariorum millia ingenti agmine sequebantur. *Id. ib. 100.* Postremo agmine unaetvicesima legio Rapax, et prima Italica incessere cum vexillariis trium Britannicarum legionum, et electis auxiliis. *Veg. 2, 110. f.* Magnus vexillariorum numerus ad interuentionem caesus. *Inscr. ap. Fea, Framm de fasti cons. p. 86. L. Roscio M. F. Qui. Aeliano, Maecio Celeri Trib. Mil. Leg. IX. Hispan., vexillarior. ejusdem, etc. V. VEXILLUM. F. Cf. Boettich. lex. Tac. p. 489. sqq. ubi omnes virorum doctorum de hoc genere militum sententias uberius expositas invenies.]*

VEXILLATIO, onis, f. ala equitum. *Veg. Mil. 2, 1.* Equitum alae dicuntur ab eo, quod ad similitudinem alarum ab utraque parte protegant acies: quae nunc vexillationes vocantur, a velo, quia velis, hoc est flammulis utuntur. P Ita etiam appellatur manus militum, qui ab legionibus suis sejuncti sub vexillo, non sub aquilis legionum, aut cohortium signis militabant. *V. v. praec. Suet. Galb. 20.* Illud mirum admodum fuerit, neque praesentium quemquam opem imperatori ferre conatum, et omnes, qui accesserentur, sprevisse nuntium, excepta Germanicorum vexillatione. *Inscr. ap. Grut. 441, 1. L. Neratio C. F. Vel. Proculo misso ab Imp. Antonino Pio ad deducendas vexillationes in Syriam ob bellum Parthicum. Alia ap. eund. 407, 1. L. Fabio M. F. Gal. Ciloni Septimino duci Vexill. per Italiam, praeposito Vexillation. Perinthi pergentibus, etc. Alia ap. Mur. 237, 2. Vexillatio Leg. VI. Vict. P. F. Alia ap. Donat. 281, 4. Vexillatio Leg. XX. Val. Vic.*

VEXILLIFER, ra, rum, adj. vexillum ferens. *Prud. Psych. 419.* Hunc vexilliferae quoniam fors obtulit ictum: de Sobrietate loquitur crucis vexillum ferente.

VEXILLUM, i, n. *στυλιον*, signum militare: a *velo*, *vexi*. A vexillo autem factum est *velum*, ut *Cic. Or. 45. med.* docet, contra id, quod tradunt *Festus*, *Serius* ad *A. 8, 1.* et *Prisc. 3, 615.* qui volunt esse diminut. a *velum*. [*Rectissime. *V. Velum.*] Nos a *Cic. stamus. Id. Phil. 2, 40.* Ut vexillum tollerent, et aratrum circumducentes. *Tac. Ann. 1, 20.* Manipuli postquam turbatum in castris accepere, vexilla convellunt. *Flor. 3, 20.* Servis ad vexillum vocatis, *h. e.* ut nomina militum darent. *Cic. Phil. 5, 11. med.* Numquid perditis civibus vexillum, quo concurrant, defuturum putatis? *h. e.* auctor turbatum et seditionum in republica. *Sic Att. 10, 15.* Vexillo opus est; convolabunt. P Submittere vexilla. *Translate. Stat. Silc. 4, 2, 41.* Submittere vexilla fortunae suae, *h. e.* humiliter se gerere, de majestate sua aliquid demere civilitatis causa: ducta est translatio a militia, in qua victi vexilla sua ante victores demittere solent. P Per antonomasiam *vexillum* dicitur velum illud russi coloris (ut ait *Macr. Stat. 1, 16.*), quod imperator proponi supra praetorium (teste *Pl. in Fabio c. 15.*) jubet, cum certaminis tempus imminet. *Caes. B. G. 2, 20.* Caesari omnia uno tempore erant agenda: vexillum proponendum, quod erat insigne, cum ad arma concurrere oporteret; signum tuba dandum; ab opere revocandi milites, etc. *Auct. B. Hisp. 28.* Renuntiatum est ab speculatoribus, Pompejum in acie stetit: hoc nuncio allato, vexillum proposuit. *Hirt. B. Alex. 45.* Vexillo sublato, quo pugnandi dabat signum. P Ponitur interdum pro manu militum sub uno vexillo. *Stat. Theb. 12, 782.* Accedunt utrinque pio vexilla tumultu, Permissentque manus. P Est speciatim pro manu vexillariorum.

Tac. H. 1, 70. Praemissis Gallorum, Lusitanorum, Britannorumque cohortibus, et Germanorum vexillis. *Inscr. ap. Or. Col. Inscr. Lat. n. 2008.* Herculi Saxano, et Imp. Vespasiano Aug., et Tito Imp., et Domitiano Caesari M. Vibius Martialis 7. *Leg. X. Gem., et commilitones vexilli Leg. ejusd., qui sunt sub cura ejus, V. S. L. M. (V. VEXILLARIUS.)* P Etiam collegia artificum sua habuerunt vexilla, apud nostrates *gli stendardi delle fraglie* vocantur. *Trebell. Gall. 8.* Praeter ea vexilla, quae collegiorum erant, dracones et signa templorum omniumque legionum ibant. *Vopisc. Aurel. 34.* Jam vexilla collegiorum, atque castrorum multum pompae addiderant. P Est idem ac supparum. *Suet. Cal. 15.* Praefixo in biremis puppe vexillo. *F.]*

VEXO, as, avi, atum, a. *1. τροχέω, κωξώω*, agito, concutio, jacto, quatefacio. *Gell. 2, 6.* ad illud *Virg. Ecl. 6, 76.* Dulichias vexasse rates: *Vexasse*, grave verbum est: factumque ab eo videtur, quod est *vehere*, in quo inest jam vis quaedam alieni arbitrii: non enim sui potens est, qui vehitur. *Vexare* autem, quod ex eo inclinatum est, vi atque motu procul dubio vastiore est: nam qui fertur et raptatur, atque huc illud distrahitur, is vexari proprie dicitur. Haec eadem ex *Gell. exserpsit Macr. Stat. 6, 7.* quibus similia a *Servio ad Virg. l. c.* habemus. [**Cf. Doederl. 4, 415 sq.* ubi de discrimine inter *solicitare* et *vexare* haec fere leguntur: *solicitare* significat in universum carpere, pungendo, feriendo aliquid e statu quieto excitare, ita ut, ratione imprimis animi et mentis habita, vel metum ei vel spem injicias: *vexare* dicitur de iis, qui non nisi perturbandi, caedendi, nocendi causa quietem alicujus turbant, totumque hominem et animum et corpus, comprehendit.] *Lucr. 1, 274. de vi venti:* montesque supremos Silvifragis vexat flabris: et *ib. 1022.* Sed quia multa modis multis mutata per omne Ex infinito vexantur percita plagis. *Op. Met. 11, 435.* venti vexant nubila coeli. V. VEXATUS. P Turpi sensu. *Mart. 8, 46.* Felix quae tenerum vexabit sponsa maritum. *Id. 11, 81.* Cum sene comunem vexat spado Dindymus Aeglen. *Adde Auson. epigr. 108. et Petr. Sat. 139.* P Item laedo corpus, dolorem affero. *Plin. 20, 8, 32.* Herba stomacho utilissima, praecipue quem humor vexat. *Petr. Sat. 136.* Anser non dubitavit crus meum serrato vexare morsu. *Mart. 11, 87.* Leniat ut fauces medicus, quas aspera vexat Assidue tussis. P Item universim graviter infesto, molesto: praesertim cum de belli injuriis, et vastationibus sermo est. *Liv. 42, 67.* Vexantibus eos Coronaeis. *Cat. ap. Gell. 2, 6.* Cum Annibal terram Italiam laceraret atque vexaret. *Cic. Fam. 2, 10. med.* Interea cum meis copiis omnibus vexavi Amanienses hostes sempiternos: multi occisi, capti, reliqui dissipati. *Caes. B. G. 4, 15. extr.* Supplicia Gallorum veriti, quorum agros vexaverant; et *ib. 6, 43.* Caesar ad vexandos hostes profectus. *Adde Cic. Cat. 1, 11, f. et Verr. 2, 3, 54. Nep. Dat. 4. et Eum. 5. et Hirt. B. Afr. 25. med.* P Et de aliis rebus. *Cic. Verr. 1, 4. f.* Siciliam iste per triennium ita vexavit ac perdidit, ut, etc. Ubi *Asconius:* vexavit ingentis calamitatis usum significat. *Juven. 1, 126.* noli vexare: quiescit; et *Nep. Att. 9.* Cum Fulvia litibus distineretur, magnisque terroribus vexaretur. *Cic. Dom. 23.* Quid vos uxor mea misera violat? quam vexavistis, raptavistis, omni crudelitate laceravistis. *Id. Flacc. 20. f.* Vexare aliquem probris omnibus et maledictis. *Id. Sext. 1.* Qui omnia divina et humana violant, vexant, perturbant, everterint. *Id. Mil. 9.* Omni scelere vexare rempublicam. P Translate. *Id. Tusc. 5, 9.* Vexatur Theophrastus et libri et scholis omnium philosophorum, quod, etc. *h. e.* incusatur, reprehenditur. *Id. Sext. 28. med.* Cato iis Pisonem verbis vexavit, ut, etc. *Petr. Sat. 132. med.* Hac fere oratione contumacem vexavi. *Plin. ep. 4, 2. f.* Vexat ergo civitatem insaluberrimo tempore, et quod vexat, solatium putat. *V. integr. loc. Cic. Dom. 2.* Illud a te homine vesano ac furioso requiro, quanta poena tuorum scelorum flagitiorumque vexet, ut arbitrere, etc. *h. e.* transversum agit, a recta mente declinare facit. *Juven. 6, 610.* philtres mentem vexare mariti, *h. e.* dementare. *Sall. Cat. 5. med.* Civitatis mores luxuria atque avaritia vexabant. *Cic. Leg. 1, 14.* Sollicitudo vexat impios, *h. e.* exagitat, male habet angore conscientiae. *Sall. Cat. 15.* Ita conscientia mentem excitam vexabat; et *ib. 3, extr.* Me honoris cupido eadem, quae ceteros, fama atque invidia vexabat.

UF

UFENTINĀ. V. OUFENTINA.
*UFFUGUM, i, oppidum Italiae inferioris, in Bruttiiis. *Liv. l. c. 30, 19. B. A.*

UG

*UGERNUM, i, n. oppidum Galliae Narbonensis. *Tab. Peut. B. A.*
*UGIA, ae, oppidum Hispaniae Baeticae. *Anton. Hin. B. A.*

VI

VIA, ae, f. *ὁδός*, locus, qua vehiculum ire pot-

est: a vehendo, quasi *vehia*. [**Doederl. 3, 4. et 4, 63. sq.* ab *ire* hujus vocabuli ortum repetit, quod ipsi probatur iis cum *v. ire* cognatis formis, in quibus Digamma locum vindicat, ut, *betere, bitere, petere.*] *Varr. R. R. 1, 2. med.* Villicus agri colendi causa constitutus, atque appellatus a villa: villa ab eo, quod in eam convehuntur fructus, et evchuntur, cum veneunt: a quo rustici etiam nunc quoque viam, veham appellant, propter vecturas. *Id. L. L. 4, 4. med.* Ut quo agebant, actus, sic qua vehebant, viae dictae. P Differunt *iter, actus, via*, quod *iter* hominis est; *actus* hominis, et jumentum; *via* hominis, jumentum, et vehiculi. Unde consequitur, iter esse angustius actu, actum via. Nam angustiore spatio it homo, quam armentum, ac armentum angustius spatium requirit, quam vehiculum. Iter duorum pedum latitudine definitur, quantum requiritur, ut transire possint occurrentes: actus est iter quatuor pedes latum, ut *Festus* scribit in voce *Actus*: at viae latitudo lege XII. Tab. in porrectum pedes habet octo, in anfractum, idest ubi flexum est, pedes sedecim, in *Cajus Dig. 8, 3, 8. docet.* Haec trium harumce vocum proprietates est, quando de servitute agrorum loquimur. Nam alias *via* accipitur pro quovis loco, per quem ire omnibus licet. Nativam vocem vim spectavit quoque *Pomponius cum Dig. 8, 1, 13.* ait, si tam angusti loci demonstratione facta, via concessa fuerit, ut neque vehiculum, neque jumentum ea inire possit, iter magis, quam via, aut actus acquisitus vi debetur. Sed si jumentum ea duci poterit, non etiam vehiculum, actus videbitur acquisitus. Ad quem locum provocamus, si quis nobis opponere velit verba *Ulp.*, qui *ib. 3, 1. ait*, Actus est jus agendi vel jumentum, vel vehiculum. Ubi si proprietatem vocis spectasset, scribere debuisset. Actus est jus agendi jumentum, non etiam vehiculum. Sed popularem loquendi consuetudinem, non nativam vocabuli vim, spectavit *Ulpianus*: uti et *Paulus*, cum *ib. 7. ait*: Qui actum habet, et plastrum ducere, et jumenta agere potest: item *Modest. ib. 12.* Actus est, ubi et armenta trajicere, et vehiculum ducere liceat. Qua ratione nihil inter viam actumque interesset, quia utrumque tum agendi pecoris, tum vehiculi ducendi jus contineret. Sed haec lis ita facile componi posse videtur, si totus *Pauli* loc. citatus adducatur: Qui actum habet, et plastrum ducere, et jumenta agere potest; sed trahendi lapidem, aut tignum ei jus non est. Haec *Paul.* Patet igitur licuisse per actum agere tum jumenta, tum plastrum seu vehicula, dummodo ne onusta fuerint, sed vacua [**Cf. Doederl. 4, 63. sqq.*] P Ceterum frequentissime *via* latiore significatione usurpatur pro quovis loco, per quem ire licet, ut dictum est. *Pl. Epid. 2, 2, 24.* Ego ire vidi milites plenis viis. *Ter. Eun. 3, 2, 42.* Haud convenit una ire cum amica imperatore in via. *Cic. Phil. 12, 9.* Tres ergo viae, a supremo mari Flaminia, ab infero Aurelia, media Cassia. *Hor. Sat. 1, 9, 1.* Ibam forte via sacra, sicut meus est mos. (V. SACER.) *Tac. H. 3, 82. med.* Per angusta et lubrica viam flexerant. *Cic. Att. 9, 9. med.* Cursare huc illuc via deterrima; et *ib. 5, 14.* Iter conficiebamus aestuosa et pulverulenta via. *Id. Fam. 14, 12.* In viam se dare; et *ib. 16, 4.* Viae se committere. *Id. Fin. 5, 2. med.* Declinare de via ad dexteram; et *Caes. B. G. 5, 19.* Ex via excedere. *Cic. Div. 1, 15.* Revertit ex itinere, cum jam progressus esset multorum dierum viam. *Id. Caecin. 10.* Dare alicui viam per fundum suum. *Caes. B. G. 1, 9.* Qua via, Sequanis invitit, propter angustias ire non poterant. *Pl. Rud. 4, 3, 88.* tu abi tuam viam. *Liv. 25, 9.* Milites monuit, via omnes irent, nec diverti quemquam paterent, *h. e.* qua via esset. *Sen. Ben. 6, 6.* Lex legi non miscetur: utraque sua via it; et *Caes. B. G. 6, 8. extr.* Perquirere aditus viasque in aliquam regionem. *Tac. Ann. 1, 32.* Viam ferro patefacere; et *H. 4, 20.* invenire; et *Ann. 2, 21.* aperire; et *ib. 1, 66.* claudere. *Hor. Sat. 2, 6, 93.* viam carpere. *Sen. Herc. Fur. 318.* habere ad Superos. *Virg. A. 6, 122. ire,* redire. *Op. Met. 11, 515.* Rima patet (in navi), praebetque viam letalibus undis. P *Viam facere*, est aperire, parare. *Sic Tibull. 1, 5, 24.* Subjicietque manus, efficietque viam, *h. e.* subter brachia manus ponet, et populi turbam amovebit. *Op. Met. 5, 423.* ieta viam tellus in Tartara fecit. P Significat etiam iter facere, proficisci. *Id. Her. 16, 21.* Nigeo dubias a litore feci Longa Phereclea per freta puppe vias. [**V. Ruhnck. ad h. l.*] *Phaedr. prol. 3.* Ego porro illius semita feci viam. P *Dicimus cum Liv. 41, 27.* sternere viam silice. (V. INTEGRO.) *Inscr. ap. Grut. 150, 8.* Viam ornare ac reficere; et *alia 153, 4.* corruptam munire ac restituere; et *alia 153, 3.* et *6.* reficere et restituere; et *Ulp. Dig. 43, 10, 1.* purgare. P *Decedere de via* est aberrare. *Suet. Caes. 31.* Et cum luminibus extinctis decessisset via, diu errabundus, etc. *Translate Cic. Coel. 16.* Se nulla cupiditate inductum de via decessisse, *h. e.* ab honestatis et virtutis tramite declinasse. P Praeterea *decedere de via* est alicui obviam venienti honoris causa locum dare. *Suet. Tib. 31.* Cum palam esset, ipsum quoque eis assurgere, et decedere via. *Hoc sensu Sen. ep. 64. f.*

dixit semita cedere. P Tota errare via est vehementer errare. Ter. Eun. 2, 2, 14. P Viarum aliae privatae sunt, aliae publicae, aliae vicinae. Et privatae quidem sunt, quae per privatorum agros ducuntur, et agrariae etiam appellantur: publicae vero, per quas omnibus, et in quemcumque publicum locum ire licet; quae sunt in solo publico, publice muniuntur, et curatores habent: vicinae sunt, quae per vicos, aut in vicos ferunt, quae et ipsae publicae sunt, si non ex collatione privatorum sunt constitutae: nam si ex privatorum collatione reficiantur, utique sunt privatae, ut docet Ulp. Dig. 43, 8, 2. med. P Publicae viae nunc militares, nunc consulares, nunc praetoriae vocantur; et a publica auctoritate, et usu nomen sortuntur. Id. l. c. Publicas vias dicimus, quas Graeci βασιλικὰς, nostri praetorias, alii consulares vias appellant. Id. ib. 7, 3. Viae militares exitum ad mare, aut in urbes, aut ad flumina publica, aut ad aliam viam militarem habent: vicinalium autem viarum dissimilis est conditio; nam pars earum in militares vias exitum habet, pars sine ullo exitu intermoritur. Haec Ulp. Ceterum quod ad alias appellationes pertinet, viae hae publicae dictae sunt etiam consulares, et praetoriae ad significandum publicum earum usum: nam praetor erat summus Urbis magistratus, consul reipublicae: legimus etiam multas publicas vias a consulis, nonnullas a praetoribus aut deductas, aut stratas fuisse. P Primi omnium Poeni dicuntur lapidibus vias stravisse, ut affirmat Id. Or. 15, 16, deinde viae publicae a Romanis admirabili magnificentia non in Urbe solum, sed etiam tota Italia factae et stratae fuerunt: nulla enim gens fuit, quae publicae civium commoditatis et ornamentis tum urbis, tum agri studiosior existerit. Eis faciendis, vel reficiendis primarii cives praepositi erant; et primo quidem censores; deinde his aliis in rebus occupatis, creati sunt proprii magistratus, qui viarum curandarum, et curatores viarum vocabantur. In viis constitutae saepe columnae lapideae, quae singulis intervallis positae signum milliariorum praese ferebant. V. LAPIS. Nomina viarum a variis casibus imposita sunt; aliae enim ab auctoribus appellatae sunt, ut Appia ab App. Claudio Crasso censore. V. APPIA et FLAMINIUS, aliae ab urbis, ad quas ferebant, ut Collatina; aliae a provinciis, ut Campana; aliae a diversis eventibus, ut Triumphalis, Fornicata, etc. P In theatris viae erant plana praeractionum loca, item scaelae, per quas ab uno ad alium ordinem graduum, et ab uno ad alium cuneum per vomitoria transibatur. Mart. 5, 14. Et hinc miser dejectus in viam transit, Subsellioque semifultus extremo, etc. Tert. Spect. 3. med. Nam apud spectacula et in via statur. Vias enim vocant et cardines balteorum per ambitum, et discrimina popularium per proclivum. Vide Maff. Ver. illustr. 4, 2, 8. P Metonymice via sumitur pro ipso actu eundi. Cic. Phil. 1, 5. De via languere. Id. Dio. 1, 15. Multorum dierum viam progredi. Virg. A. 5, 28. Flecte viam velis. P Inter vias, idem est ac in via, eundo. Pl. Poen. 5, 3, 43. Ne inter vias praerbitamur, metuo. Ter. Eun. 4, 2, 1. Coepi mecum inter vias aliam rem ex alia cogitare. Adde Turpil. ap. Non. 14, 8. P Viam perpetuam veteres optabant inimicis suis, quos maximo habebant odio, cum aliquo illi profecturi essent: quibus verbis a Diis petebant, ut nunquam in ea loca redirent, sed quanto magis iter facere pergerent, tanto magis e conspectu se eriperent. Id. Pis. 14. f. An quod tibi proficiscenti evenit, ut omnes execrarentur, male precarentur, unam tibi illam viam, et perpetuam esse vellent? P Translate sumitur pro transitu, canali, vehiculo. Id. N. D. 2, 55. Succus is, quo alimur, perminat ad jecur per quasdam a medio intestino usque ad portas jecoris ductas et directas vias. P Item pro ratione et modo aliquid faciendi. Id. Verr. 1, 16. med. Habeo autem certam viam atque rationem, qua omnes illorum conatus investigare et consequi possim. Id. Leg. 1, 6. Et qui aliter jus civile tradunt, non tam justitiae, quam litigandi tradunt vias. Sall. Jug. 19. Reliquos legatos eadem via aggressus, plerosque caput: paucis carior fides, quam pecunia fuit. [Tac. Ann. 1, 54. alia Tiberio morum via; 4, 7. non quidem comi via (Tiberius), sed horridus ac plerumque formidatus; 2, 5. tractare procliviorum via: Cf. Liv. 38, 18. deus Romanis viam belli et victoriam dare. — Saepe ap. eundem legitur via consilii. Iust. 31, 5. se viam gerendi belli edisseriturum. Consimili ratione Graeci loquuntur: ita Thucyd. 1, 122. ὁδοὶ τοῦ ἀλέκτου. Sed ibi ὁδοὶ sunt ἀγοραὶ, i. e. subsidia belli. V. Comment. Popp. ad Thucyd. Vol. 1. p. 585.] Virg. A. 6, 367. si qua via est, si quam tibi diva creatrix Ostendit. P Item pro methodo, sive ordine scribendi, vel dicendi. Cic. Brut. 12. Nam antea neminem solitum via, nec arte, sed accurate tamen, et de scripto plerosque dicere. P Item pro virga aurea, aut purpurea, qua virgatae vestes ornantur, quia quasi semita quaedam, aut stria telas distinguit. Tib. 2, 6, 35. Illa gerat vestes tennes, quas femina Coa Texuit, auratas disposuitque vias. P Ingressi viam dicuntur, qui vera, non falsa narrare incipiunt. Pl. Amph. 1, 1, 273.

Ingressus est viam. Sic Id. As. 1, 1, 39. Rectam instas viam: ea res est. P Via lactea quid sit, V. in LACTEUS. P Vias pro viae in patrio, ut monetas, familias, etc. antiquorum est. Enn. ap. Prisc. 6, 679. dux ipse vias. P Vias saepe suo more dixit Lucr. ut 1, 406. et 659., 2, 249. etc. P [*Confund. viam et vim. Beier. ad Cic. Off. 1, 219.]

*VIABUNDUS, a, um, adj. vians. Jul. Val. res gest. Alex. M. (edente Angelo Maio) 3, 54. init. Sed enim Alexander viabundus, cuncta curiosus spectans, animo perlustrabat. Ita conjicit Maius: nam in codice est uthabundus. Fortasse legendum visabundus, quod V. B. A.

*VIACA, ae, oppidum Vindeliciae. Tab. Peut. P Hodie appellatur Wagete. B. A.

[VIACUS, i, m. cogn. Mercurii a Viacensibus, seu Viatiensibus, Hispaniae Tarraconensis populis, a Plin. 3, 3, 4. memoratis, deductum. Inscr. ap. Grut. 55, 5. Deo Mercurio Viaco M. Atilius Silonis F. Quir. Silo ex voto. F.]

VIALIS, e, adj. ad viam pertinens. Lares viales, qui et praestites dicti, erant ii, quorum imagines in viis et compitis statuebantur, ut iis praesent, et tutas euntibus praestarent. Pl. Merc. 5, 2, 24. Invoco vos, Lares viales, ut me bene juvetis. V. ANIMALIS et PERMARINUS f.

*VIANOMINA, ae, oppidum Norici vel Pannoniae superioris, quod et Vindobona audiebat. Hodie est Vienna. Plin. 3, 24. ubi Vianam legit Hermolaus. B. A.

VIANS, antis, part. a via: iter faciens, viator. Solin. 29. f. Submovere accessus vianium. Prud. Hamart 209. incautum spoliare viantem. Id. Cath. 5, 65. Praebent rupta locum stagna vianibus. Appul. Met. 6. Quis vianium vectorem suum non libenter auferat secum? et ib. 10. Vianti marito domus expugnationem nuntiare. Id. Flor. in. Ut ferme religiosis vianium moris est, h. e. religionis causa iter habentibus. Graeca syntaxis: τοῖς ἐνοστέροις τῶν ποταμῶν.

VIARIUS, a, um, adj. ὁδῶν, ad viam spectans. Coel. ad Cic. Fam. 8, 6. f. Levissime enim Curio, quia de intercalando non obtinuerat, transfugit ad populam, et pro Caesare loqui coepit, legemque viariam non dissimilem agrariae Rulli, et alimentariae, quas jubet aediles metiri, jactavit, h. e. de viis muniendis, vel faciendis.

[VIARIUS, ii, m. idem videtur esse ac viarius, scilicet qui iuxta viam aliquam habitat, ut vicanus, qui in vico: viarius porro pro viarius antiquissima est Latinorum scriptio, ut Fusius, Auresius, Valerius primitus pro Furius, Aurelius, Valerius scriptum fuit in vetustissimis monumentis. Legis Thoriae fragm., seu Inscr. ap. Grut. 202. lin. 12. Qui ager, locus, aedificium ei, quem in viariis vicaneisve ex S. C. esse oportet, oportebit. F.]

VIATICATUS, a, um, part. ab inus. viatico, ἐποδοτικός, ἐπιδοτικός, viatico instructus. Pl. Men. 2, 1, 29. Cum inspicio marsupium, viaticati hercle admodum aestive sumus. V. AESTIVE.

VIATICULUM, i, n. exiguum viaticum. Ulp. Dig. 5, 1, 18. f. Et egestate Romae labore, viaticulo suo non recepto, quod ad sumptum pater ei destinavit. Appul. Met. 7. Viaticulum mihi corrasit.

VIATICUS, a, um, adj. ὁδοποτικός, ad viam et iter pertinens, viatorius. Pl. Bacch. 1, 1, 61. Ego sorori meae coenam hodie dare volo viaticam, h. e. adventiviam peregre redunt. P Viaticum absolute, ἐπόδιον, quidquid iter agendi causa necessarium est, sive cibus, sive pecunia, sive vasa, vestes, etc. Pl. Capt. 2, 3, 89. Sequere me, viaticum ut dem a trapezita tibi. Id. Epid. 5, 1, 9. Adornare alicui ad fugam viaticum. Plin. ep. 7, 12. f. Vide, ut mihi viaticum reddas, quod impendi, data opera cursore dimisso. Eodem modo ep. 3, 17. locutus est Pl. Poen. prol. 71. Ipse abiit ad Acheruntem sine viatico. Id. Ps. 2, 3, 1. Dii immortales! conservavit me illic homo adventu suo: suo viatico reduxit me usque ex errore in viam, i. e. sua pecunia; et Cic. Sen. 18. extr. Potest quidquam esse absurdum, quam quo minus viae restat, eo plus viatici quaerere? Plin. ep. 4, 13. med. Impendere quippiam in viatica. [*Liv. 44, 22. In Macedoniam mecum veniat: nave, equo, tabernaculo, viatico etiam a me juvabitur. P Viaticum dicitur etiam pecunia, quae ex aerario datur ad magistratibus provincialibus, quaestoribus, legatis, instrumenta itineris comparanda, ut tabernacula, mulos, etc. dabatur autem pecunia redemptoribus, qui haec viae instrumenta curarent. Cic. Fam. 12, 3. Quod legato tuo viaticum eriperunt. Cf. Sigon. Ant. Jur. Provinc. 3, 16. Casaub. ad Theophr. 11. Ern. cl. Cic. s. h. v.] P Translate Claud. Quadrig. ap. Gell. 17, 2. Simul forma, factis, eloquentia, dignitate, acrimonia, confidentia pariter praecellebat: ut facile intelligeret, magnum viaticum ex se, atque in se ad rempublicam evertendam habere. Gell. ib. Magnum viaticum pro magna facultate et parato magno nove positum est: videturque Graecos secutus, qui ἐπόδιον a sumptu viae ad aliarum quoque rerum apparatus traducunt: ac saepe ἐποδοτικός pro eo dicitur, quod est, institue, et instrue. P De pecunia militari, quam quis stipendia faciens, et ex praeda acquisivit. Suet.

Caes. 68. Ingresso civile bellum centuriones ejusque legionis singulos equites e viatico suo obtulerunt. Hor. Ep. 2, 2, 26. Luculli miles collecta viatica multis Aetumnis etc. ad assem Perdidit. P De ea, qua quis procul a patria in alimenta sua utitur. Ulp. Dig. 12, 1, 17. Cum filius familias viaticum suum mutuum dederit, cum studiorum causa Romae ageret.

*VIATIENSES, ium, incolae Viaticae. Fuit autem Viaticae, Buxta Ptolemaeo, oppidum Hispaniae Tarraconensis, in agro Oretanorum. Plin. 3, 3. B. A.

*VIATIM, adv. per vias. Diomed. Grammat. l. 1. B. A.

VIATOR, oris, m. ὁδῶν, ὁδοποτικός, qui iter facit. Cic. Fat. 15. med. Viator bene vestitus causa grassatori fuisse dicitur, cur ab eo spoliaretur. Id. Mil. 21. Non semper viator a latrone; nonnunquam etiam latro a viatore occiditur. Virg. ap. Donat. in ejus vita n. 7. Nocte, die tutum carpe viator iter. Id. G. 4. 96. ceu pulvere ab alto Cum venit, et sicco terram sput ore viator Aridus. Mart. 2, 6. Lassus tam cito deficiis viator; et 11, 13. Quisquis Flaminiam teris viator. Juven. 10, 22. Cantabit vacuus coram latrone viator. P Praecipue dicitur de ministro seu apparitore publico magistratus, qui itineri se committebat, quoties aliquis Romam ab eo vocaretur. Cic. Sen. 16. A villa in senatum arcessebantur et Curius et ceteri senes: ex quo qui eos arcessebant, viatores nominati sunt. P Differt a lictore, tum quia hic a via, ille a ligando est dicitur: tum quia hujus officium erat viae se dare arcessendi causa; illius ligare crura et manus, virgis aut securi caedere: tum quia viatoribus utebantur magistratus ii, qui potestatem, non imperium habebant, ejusmodi fuerunt censores et tribuni pleb.; at viatoribus et lictoribus simul, qui imperium habebant, ut consul, dictator, proconsul in provincia. Varr. ap. Gell. 13, 12. In magistratu habent alii vocationem, alii prehensionem, alii neutrum: vocationem, ut consules et ceteri, qui habent imperium; prehensionem, ut tribuni pleb. et alii, qui habent viatorem: neque vocationem, neque prehensionem, ut quaestores et ceteri, qui neque lictorem habent, neque viatorem. Liv. 2, 56. Ardens ira tribunus viatorem mittit ad consulem, consul lictorem ad tribunum. Id. 39, 34. de Catone cens. Ornamenta et vestem muliebrem, et vehicula, quae pluris, quam quindecim millium aeris essent, in censum referre viatorem jussit. P Tribuni pleb. viatore utebantur adprehendum, non ad vocandum, aut ligandum: nam aliud est prehendere, aliud ligare: prehendemus manibus, aut veste; ligamus fune, aliove quo vinculo. T. tamen Valgius ap. Gell. 12, 3. viatorem cum lictore ejusdem ordinis esse ait. Fuisse nempe ex corpore viatorum unum, qui ligandi officium haberet, et ob id lictorem dictum. Hinc interdum viator pro lictore ponitur. Liv. 3, 56. Appius tribunos appellavit, et nullo morante, arreptus a viatore, provo, inquit. Cic. Vat. 9. Quaero, miserisne viatorem, qui M. Bibulum domo vi extraheret? P Viatoris consularis et praetorii mentio fit in Inscr. ap. Grut. 627, 1. et 2. et 1033, 5; quaestorii 627, 4, 5, 6. et 7. (contra id quod scribit Varr. ap. Gell. l. c. in §. 3, sed hae Inscr. longe posteriore aetate sunt); tribuni pleb. ib. 9; pullarii ib. 5. Hic aderat consuli vel praetori auguria e pullis captanti: nisi malis eundem fuisse ac viatorem augurum, qui habetur ap. Mur. 718, 3. Mihi videtur viator pullarius esse pullarii minister, qui ejus nomine magistratui nuntiabat, quodnam augurium ex pullis pascentibus exstisset. Praeterea viator VII. Vir. Epulonum legitur ap. eund. Mur. 174, 6, item viator et scriba Librar. ap. Don. cl. 3. n. 1. Ap. Grut. 630, 12. et Reines cl. 11. n. 21. Decuria lictorum viatorum quae est Narbone. P Denique ap. Justin. Institut. 4, 6. viatores dicuntur executores causarum, h. e. nuntii qui indicunt litigantibus, ut compareant, et sententiam iudicis iisdem notam faciunt, et exsequi curant. P Ulp. Dig. 5, 1, 82. Nonnunquam solent magistratus populi R. viatorem nominatum vice arbitri dare: quod raro, et non nisi re urgente faciendum est. P [Viator est etiam cogn. R. Inscr. ap. Orell. Coll. Inscr. Lat. n. 3101. Aurelius Viator. F.]

VIATORIVS, a, um, adj. ὁδοποτικός, ad viam pertinens, ut Viatorium vas, quo iter agentes ferendi potus gratia utuntur. Plin. 16, 10, 20. de taxo. Vasa viatoria ex ea vinis in Gallia facta, mortifera fuisse compertum est. Scaev. Dig. 34, 2, 40. Argentum viatorium; et Veg. Vet. 1, 61. Viatorium medicamentum, h. e. quod in ipsa via haberi potest. Vitruv. 9, 9. Horologia viatoria pensilia. P Item ad viatorem pertinens. Inscr. ap. Grut. 631, 2. Decuriae duae, viatoria, et lictoria.

VIATRIX, icis, f. quae iter facit. Capell. 6. p. 190. Viatrix infatigata. Inscr. ap. Mur. 1058, 8. Vectra Victoria viatrix piissima. P Est etiam cogn. R. Inscr. ap. Grut. 745, 5. Aquilia Viatrix.

*VIBELLI, orum, populi Alpini, in Liguria. Plin. 3, 5. B. A.

*VIBERI, orum, Lepontiorum pars, inde Lepontii Viberi dicti. Plin. 3, 20. B. A.

tundet obscenas anus. Suet. Caes. 41. med. Recensum populi vicatim per dominos insularum egit; et Cat. 35. med. Vicatim circumducere aliquem. Tac. H. 2, 95. Editis tota urbe vicatim gladiatoribus. Adde Sisenn. ap. Non. 2, 916. P Significat etiam per pagos, seu per vicos rusticos. Plin. 6, 26, 30. Mesopotamia tota Assyriorum fuit, vicatim dispersa, praeter Babylona, et Ninum. Liv. 9, 13. Samnites in montibus vicatim habitantes: χωμηδόν.

*VICELLEENSES, ium, populi Latii, qui cum Veliensibus, Sicanis, aliisque multis interiere. Plin. 3, 5. B. A.

VICEM. V. VICIS. [VICENALIS, e, adj. idem ac vicenarius. Apul. Dogm. Plat. 1. med. Vicenalis sphaera est loco tertio. Id. hanc eandem paulo ante dixerat vigintiangularum, quam vocem vide suo loco. F.]

VICENARIUS, a, um, adj. εικοσαχός, qui in se continet viginti. Pl. Ps. 1, 3, 69. Tum lex me perdit quina vicenaria; metuunt credere omnes, h. e. lex lata in minoribus viginti quinque annis. Macedoniano enim Scto cautum fuit, ne quid minori XXV. annis crederetur: si contra fieret, ejus rei nulla esset actio, nisi forte in rem minoris esset conversa. V. Dig. 14. tit. 6. qui de S. C. Macedoniano inscribitur. P Fistula vicenaria ap. Vitr. 8, 7, Front. Aquaed. 30. et Pall. 9, 12. est quae luminis in rotundum coacti digitos habet quadratos viginti. V. VICENIQUINI. P Vicenarius, absolute, viginti annos natus. Arnob. 2. p. 58. Quot vultis annos agens? vultis vicenarius? vultis tricenarius? P [Sunt qui scribunt vicennarius, ut sit a viceni et annus: quod minus placet. F.]

VICENI, ae, a, adj. numerale distribut., εικοσι, viginti. Varr. L. L. 9, 1. Si duae res, quae conferuntur, vicenas habent partes; et Caes. B. G. 6, 13. Nonnulli annos vicenos in disciplina permanent. Colum. 3, 3. med. Amphoras vicenas percipient ex singulis jugeribus. Plin. 18, 11, 29. n. 3. Annua vicena millia Neapolitanis numerari jussit. Id. 6, 23, 26. Hydri marini vicenum cubitorum adnatas terruerunt classem. Id. 7, 49, 50. Centeni viceni anni. Id. 8, 51, 77. Partus (suum) bis anno: numerus fecunditatis ad vicenos; et 18, 7, 12. n. 2. Frumentum Gallicum, atque e Chersoneso advectum non excedunt in modum vicenas libras. P Extra distributionem. Id. 25, 8, 49. Diebus vicenis interpositis idem fiat. Mart. 4, 26. Tricenos, puto, bis, vicenos ter, puto, nummos. P [Antepenultimam licenter corripit Alcin. 4, 243. Bis quinis late claudetur (arca cubitis), bisque vicenis. F.]

VICENIQUINI, ae, a, adj. vigintiquinque, εικοσιπένη. Front. Aquaed. 29. et 47. Fistula, quae habet areae, id est luminis in rotundum coacti, digitos quadratos vigintiquinque, vicenum quinum appellatur. Colum. 12, 18. f. Sunt autem satis sesquicullaribus doliis picis durae pondo vicenaquinta. Plin. 7, 49, 50. Annorum centenum vicenumquinum homines duo. P Scribitur et divisim. Liv. 41, 7. Militibus denarios quinos vicenos dividerunt.

VICENNALIS, e, adj. vicenos annos continens. In nummo Alex. Sev. ap. Eckhel. D. N. V. T. 7. p. 275. Votis vicennialibus. P Vicennialia, orum, vel ium, absolute. Lactant. Mort. persecut. 17. Diocletianus perrexit Romam, ut illic vicennialium diem celebraret, h. e. ludos, qui vicesimo quoque anno celebrandi erant. In nummo Constantini jun. ap. Eckhel. D. N. V. T. 8. p. 108. Vota Vicennialior. V. DECENNALIS.

VICENNARIUS. V. VICENARIUS. [VICENNIS, e, adj. idem ac vicennialis. Porphy. Optat. Pan. ad Constant. carm. 10, 35. Virtutum meritis vicennialia praecipue vota. F.]

VICENNIVM, ii, n. εικοσενία, viginti annorum spatium. Modest. Dig. 50, 8, 8. Calcularii erroris retractatio etiam post decennii, aut vicennii tempus admittitur.

[VICENSIS, e, adj. ad Vicum Augusti pertinet, quod Anton. Itin. inter Hadrumetum, et Aquas Regias statuit, urbem episcopalem provinciae Bysacinae in Africa. Plin. 5, 4, 4. Oppida libera, Ulusubritanum, Vagense aliud, Vicense, Zamense. Perperam in editionibus legitur Vigense. F.]

VICENTIA. V. VICETIA.

VICIPRAEFECTUS (et divisim Vice praefectus) i, m. vice agens praefecti. Inscr. ap. Maff. Mus. Ver. 462, 2. [Catio Alcimo Feliciano Vicepraef. Praet., etc. h. e. vicepraefecto praetorio; et ibi. mox: Vicepraef. Vigilum. Alia ap. Mur. 725, 3. L. Nonius Verus Vic. Praef. per Italiam. F.]

VICIEQUAESTORĀ, ae, f. munus ejus, qui vice quaestoris fungitur: quem proquaestore appellat Cic. Verr. 2, 1, 38. Ascon. in argum. Verr. 3. med. Capita sunt haec: primum in quaesturam: deinde in legationem, et vicequaesturam: tertio in praeturam urbanam, etc.

VICES. V. VICIS.

VICESIES. V. VICIES.

VICESIMA, ae, f. V. in VICESIMUS.

VICESIMANI, orum, m. plur. 2. milites legionis vicesimae. Tac. A. 1, 51. et 64.

VICESIMARIUS, a, um, adj. εικοσάρχιος, ad vicesimam spectans. Liv. 27, 10. f. Cetera expedien-

tibus, quae ad bellum opus erant, consulibus, aurum vicesimarium, quod in sanctiore aerario ad ultimos casus servabatur, promi placuit, h. e. aurum, quod ex vicesima collectum fuerat. P Vicesimarius, ii, εικοσάρχιος, qui vicesimam exigit. Petr. fragm. Trag. 65. Burn. f. Servum mortuum manumiserat: et puto cum vicesimariis magnam rixam habet. [Quinquaginta enim millibus existimant mortuum. Hinc patet, servos a dominis suis manumisos aestimari solitos fuisse, quanti valerent, a vicesimariis. V. VICESIMUS. F.]

VICESIMATIO, onis, f. supplicium militare, quo vicesimus quisque puniebatur. Capitol. Macrin. 12. Quando eos centesimaret, qui digni essent decumatione, atque vicesimatione. V. DECIMATIO.

VICESIMUS, et Vigesima, a, um, εικοστός, ultimus ex viginti. Utraque scriptio proba est: sunt tamen qui vicesimus praefereunt. V. TRICESIMUS. Cic. Manil. 3. Annum jam tertium et vicesimum regnat. Liv. 10, 47. Censores vicesimi sexti a primis censoribus: lustrum undevicesimum fuit. Cic. Fam. 12, 25. Litteras mihi Cornificius altero vicesimo die reddidit. Id. Fin. 2, 31. med. Vicesimo die lunae. Plin. 35, 2, 2. Vicesima luna sacrificant. Varr. R. R. 3, 9. extr. Ut vigesima dies et primus sit par. Sall. Cat. 48. Ab incenso Capitolio illum esse vigesimum annum. Auct. Pan. ad Pis. 249. et nonnumquam vicesima venerit aestas. Manil. 4, 462. Septima post decimam luctum, et vigesima portat. P [Vicesima absolute, et vicesima libertatis F.] (supple pars) est vectigal, quod in manumissionibus servorum solvebatur reipublicae a domino, nempe pro singulis viginti assibus unus, atque adeo quinque asses pro centum. Institutum hoc fuit ann. U. C. CCCXCIV. Cn. Manlio et C. Marcio Coss., quod usque ad seriora imperatorum tempora perdurasse constat ex Inscr. ap. Fabrett. p. 37. n. 179. sub Alexandro Sev., in qua ejus fit mentio. Illud vero vectigal, nisi a domino volente solveretur, a manumisso exigendum fuisse, multis argumentis evincit P. Burn. de vectigal. P. R. c. 10. et ex Petronii L. c. in VICESIMARIUS constat, pretium cujusque servi qui manumitteretur, a vicesimariis fuisse constitutum. Liv. 7, 16. Consul Cn. Manlius legem novo exemplo in castris tributum de vicesima eorum, qui manumitterentur, tulit. Patres, quia ea lege haud parum inopi aerario additum esset, auctores fuerunt. Cic. Att. 2, 16. Portorii Italiae sublatis, agro Campano diviso, quod vectigal superest domesticum praeter vicesimam? Inscr. ap. Grut. 890, 14. et Maff. Mus. Ver. 129, 5. Loc. sepulturae familiae XX. Lib. Reg. Transpad., etc. h. e. vicesimae libertatis regionis Transpadanae. [Alia ap. Grut. 591, 2. M. Lusio Pub. XX. Lib., Pr. Aer. P. H. C., etc. h. e. publicano vicesimae libertatis, procurator aerarii provinciae Hispaniae citerioris. Alia ap. eund. ib. 4. Victori Ark. (h. e. arcario) XX. Lib. P. H. C. Quintilia Procula conjugii. F.] P Vicesima portorii est ipsum portorium, cujus nomine solvebatur vicesima pars rerum, quae exportabantur. Cic. Verr. 2, 2, 75. His exportationibus scribit HS. LX. socios perdidisse ex vicesima portorii Syracusis. P [Vicesima, et vicesima hereditatum ab Augusto instituta fuit, cum aerarium militare cederet, ut ex quacumque hereditate solveretur vectigal, exceptis arcta sanguinis necessitudine conjunctis, et pauperibus, quod Dion. l. 55. c. 25. narrat, cui aliquot postea remissiones adjectae sunt. V. Plin. Pan. 37. et sqq. Inscr. ap. Fabrett. p. 119. n. 4., ap. Mur. 478, 5. et ap. Visc. Op. car. T. 2. p. 99. Q. Manlius Q. F. Serg. Rufus D. c. judex ex quing. decuriis equo publico testamento fieri jussit, et epulo dedicari: in hoc opus Stasia Sex. F. Fida mater adjecti HS. XXXV. et summae operi et epulis relictae XX. fisco intulit HS. XIII. CC., solo publico, h. e. adjecti sestertium triginta quinque millia, et vigesimam fisco intulit sestertium tredecim millia, ducentos. Alia ap. Grut. 389, 7. Ti. Claudio Ilo Proc. XX. hereditatum, etc. Alia ap. Maff. Mus. Ver. 128, 1. M. Ulpio Cadmo Aug. Lib., qui fuit princeps tabularius in statione XX. hereditatum, etc. V. DEDUCTIO. P Aliud fuit vectigal quinquae et vicesimae, quod in venditionibus servorum ab emptore solvebatur reipublicae, un quattro per cento. Tac. A. 13, 31. Vectigal quoque quinquae et vicesimae venalium mancipiorum (a Nerone) remissum. At Dion. l. 55. c. 31. hoc idem vocat τὸ τέλος πενήκοστης, vectigal quinquagesimae; quod Lipsius in Admir. l. 2. c. 4. levissima immutatione pro πενήκοστης legit πενήκοστης, h. e. quinquae et vicesimae, a πέντε, quinque, et εικοστή, vigesima; atque ita Dionem cum Tacito concordem facit, et cum duabus sequentibus Inscr. ap. Fabrett. p. 36. n. 176. Publici XX. Lib., et XXXV. Venali. . . . h. e. venaliorum; et ibi. n. 177. Sociorum publici XXXV. venalium. F.] P Vicesima frumenti, vicesima pars frumenti, quod quisque in agris suis messuit. Liv. 43, 2. f.

VICESISSI, vigessis. V. BICESISSI.

VICETIA, et Vicentia, ae, f. Vicenza, Ουιζεντα, et Ουιζεντα, urbs Venetiae ad Reronis et Medoaci minoris confluentiam, inter Veronam et Patavium, ab illa distans XXX. mill. pass., ab hac XVIII,

condita a Gallis, et ad civitatem R. admissa Cn. Pompejo, Strabone (patre Pompeji M.), L. Porcio Catone Coss. ann. U. C. DCLXV., ante Christum LXXXIX. Municipium dicitur a Tac. H. 3, 8. et in Inscr. Vicetiae hodieque exstante, in qua legitur: P. Publicio M. V. L. Valenti, etc. h. e. municipii Vicetini liberti: haec eadem ap. Grut. 455, 3. pro M. V. L. perperam habet/W L., ap. Don. cl. 5. n. 210. et Mur. 734, 3. male itidem M. L. Ea vero urbs fuit in tribu Menenia, ut constat ex veteribus monumentis. Eiusdem incolae antiquitus Veicetini dicti sunt in hac Inscr. ap. Maff. Mus. Ver. 108, 1. Sex. Atilius M. F. Saranus Procos. ex senati consulto inter Atestinos et Veicetinos finis terminosque statui jussit. Haec pertinet ad ann. U. C. DCXVIII., ante Christum CXXXVI. Deinde Vicetini ap. Brut. ad Cic. Fam. 11, 19., Just. 2, 15., Plin. 3, 19, 23., et ap. Man. et Dausqu. in Orth., nempe in Inscr. ap. Maff. Mus. Ver. 116, 2. et Reines. cl. 6. n. 44., in alia ap. Grut. 326, 8. et 1093. 8., in qua et Vicetia scribitur. Sed Vicentia, et Vicentinus legitur in quibusdam libris ap. Tac. l. c., Plin. ep. 5, 4. et 14. et Suet. Gr. 23., itemque in Inscr. ap. Grut. 1094, 5., fictas autem nihil moror, unam ap. Grut. 653, 1., ubi Veicet., alteram ap. Reines. cl. 4. n. 15., ubi Vicentini legitur. Prior itaque scribendi ratio antiquior, frequentior et probatior est. [*Emendavit hunc locum F.]

VICETINUS, et Vicentinus, a, um, adj. ad Vicetiam pertinens. V. v. praec. P [Item pertinet ad municipium aliquod in Samnio, cujus mentio est in hac Inscr. paucis abhinc annis Boviani reperta, edita vero a Raym. Guarin. Comment. 12. p. 28. P. Arruntio P. F. Vol. Justo Q. Aed. Pat. Col. (h. e. quaestori, aedili, patrono coloniae Boviani), Pat. Mun. Saepin., Pat. Mun. Vicentini, etc. Hactenus nullum innotuit in ea Italiae parte hujus nominis municipium: hinc nonnemo fortasse putet, legendum Vicentini, cum urbs Picentia in agro Picentino ap. Salernum in Tab. Peutinger. appelletur Icentia, et nunc Vicenza, ut constat ex Romanell. Topogr. Neap. T. 3. p. 610. F.]

VICIA, ae, f. βίαιος, leguminis genus, jumentorum pabulo nobilissimum, cubitali altitudine, foliis petroselinis, amplioribus tamen, minutis, nigrantibusque in siliqua granis. V. CRACCA. Plin. 18, 15, 37. Et vicia pinguescunt arva, nec ipsa agricolis operosa: uno sulco sata, non sarritur, non stercoratur, nec aliud quam deoocatur. Varr. R. R. 1, 31. f. Vicia dicta a vinciendo, quod item capreolos habet, ut vitis, quibus cum sursum vorsum serpit ad scapum lupini, aliumve quem, ut haereat, id solet vincire. Colum. 2, 14. Stercorari, et juvari agros lupino, faba, vicia, etc. Virg. G. 1, 75. Aut tenues fetus viciae, tristisque lupini Sustuleris fragiles calamos. Or. Fast. 5, 267. Flore semel laeso, pereunt viciaeque, fabaeque. P [In Not. Tir. p. 111. est vicium, ii, n. F.]

[VICIALIS, e, adj. ad viciam pertinens, vicarius. Colum. 6, 30. med. Crepusculo aqua datur, parumque hordei cum vicialibus. Vicialia hic dicuntur viciarum culmi, ut ap. Varr. R. R. 1, 23. et alibi fabalia sunt fabales culmi siccati. Ita Schneiderus edidit ex opt. MSS., Gesnerus antea cum viciae lib. II. S. scil. libris duabus semis; sed hoc ex vitata, ut cuique patet, codicum lectione. F.]

VICIARIUS, a, um, adj. ad viciam pertinens. Colum. 8, 5. med. Cribro vicario, vel etiam loliaro pulli superponantur.

VICIES, adv. εικοσίκις, viginti vices, vel vicibus: sync. pro vicesies, seu vigesies. Mart. 12, 77. Et pedit deciesque, vicesque. Caes. B. G. 5, 13. extr. de Britannia: Omnis insula est in circuitu vices centena millia passuum; et Plin. 30, 1, 2. Vices centum millia versuum a Zoroastro condita; et 7, 28, 29. Stipendiis duobus ter et vices vulneratus et ibi. Centies vices proeliat; et Colum. 5, 3. Quinquies et vices duceni quadrageni singuli fiunt sex millia et viginti quinque. Sic ibi. Has summas inter se multiplicabis, vices et semel, ducentas et unum: atque ita efficies quatuor millia ducentos et viginti unum. Plin. 14, 4, 6. Maroneum vinum vices tanto addito aquae miscendum. P Cum de pecunia sermo est, post vices subintelligitur centena millia. V. TRICES. Cic. Att. 4, 2. med. Superficiem aedium aestimarunt HS. vices; subaudi centena millia. Sic ibi. 11, 1. Ego in cistophoro in Asia habeo ad HS. bis et vices. (Graevius hic leg. vicesies); et Mart. 1, 100. Non plenum modo vices habebas.

[VICILINUS, Jovis epitheton ap. Liv. 24, 44. Et in Jovis Vicilini templo, quod in Compsano agro est, arma concrepisse. Quidam legendum putant Vigilini, nempe custodis, a vigil; alii fortasse rectius Viculini, a vicus, quia vicorum aut viculorum numen esset, quemadmodum etiam Paganicus eadem de causa dicebatur. Hinc Dii Vicani in Inscr. allata in VICANUS. F.]

VICIMAGISTER. V. MAGISTER.

VICINALIS, e, adj. ad viciniam pertinens. Liv. 21, 26. f. Ingens vis navium et lintrium temere ad vicinalem usum paratarum, h. e. ad trajiciendum Rhodanum. Just. 41, 1. Parthi cum gravibus Scy-

thicis, et vicinilibus bellis assidue vexati, etc. *P. Vicinialis via* ap. *Ulp. Dig.* 43, 8, 2. *med.* Viae vicinales sunt, quae in vicis sunt, vel quae in vicos ducunt; et *ib.* 7, 3. Viae vicinales, quae ex agris privatorum collatis factae sunt, quarum memoria non exstat, publicarum viarum numero sunt; et *ib.* Vicinialium viarum pars in militares vias exitum habet, pars sine ullo exitu intermoritur. *Sen. Ben.* 5, 24. *extr.* Agellos, in quibus vicinialis via causa rixae ac litium fuerat, militi suo donavit. Adde *Front. Aquaed.* 126.

[VICINARIUS, a, um, adj. idem ac vicinialis. *Vicinaria via* in castris dicitur minor illa et intercurrens, quae ex majoribus, praetoria scilicet, principali, quinta et singulari in strigas seu vicos ducit. Erat enim omnis castrorum metatio vicorum admodum similis propter intercurrentes vias. *Hyg. Gromat.* p. 5. *col.* 2. Viae vicinariae ideo dantur, percurrentes proximam sagularem, ut ad eruptionem exercitus expediti progredi possint. *Id. ib.* p. 12. *col.* 2. Ut nunc via vicinaria super cohortem primam. *F.*]

VICINE, adv. proxime. *Comp. Vicinius* ap. *Venant. Carm.* 3, 12, 11. Quantum crescit aquis (*fluvius*), pisces vicinius offert: Exhibet hinc epulas, unde rapina venit. *August. Doctr. Chr.* 1, 33. *f.* Vicinissime frui.

VICINIA, ae, f. *γειωρία*, vicinitas: et fere dicitur de locis propinquis. *Front. de different. vocum*, p. 2200. Vicinia, vicorum conjunctio: vicinitas, hominum conversatio est. *Ter. Andr.* 1, 1, 42. Mulier quaedam commigravit huc viciniae. *Id. Ph.* 1, 2, 45. Modo quendam vidi virginem hic viciniae suam matrem lamentari mortuam. *Pl. Mil.* 2, 3, 2. Certo scio, me vidisse hic proximae viciniae Philocomasium sibi alium quaerere. *Id. Bacch.* 2, 2, 27. Proximae viciniae habitat. *Cic. Tusc.* 1, 16. Inde in vicinia nostra Averni lacus. *Colum.* 7, 3. In vicinia urbis. *Plin.* 5, 1, 1. Mons elatus super nubila, atque in viciniam lunaris circuli. *Virg. G.* 4, 290. Quaque pharetratae vicinia Persidis urget. *Sen. ap. Lactant.* 6, 17. *f.* Mortem in vicinia videre. *P. De hominibus. Hor. Sat.* 2, 5, 105. funus Egregie factum laudet vicinia. *Id. Ep.* 1, 16, 44. Sed videt hunc omnis domus et vicinia tota. *Petr. Sat.* 93. Viciniam totam concitare. *P. De propinquitate ejusque rei. Id. ib.* 115. Mirati quod illi vacaret in vicinia mortis poema facere. *P. Translate est similitudo, cognatio. Plin.* 37, 9, 40. de amethyst. Quintum genus ad viciniam crystalli descendit. *Id.* 31, 3, 22. Aqua ad viciniam lactis accedens. *Quint.* 8, 6. *med.* Est huic tropo quaedam cum synecdoche vicinia. *Id.* 2, 12. Est quaedam virtutem vitiorumque vicinia.

VICINITAS, atis, f. *γειωρία*, loci propinquitas, vicinia. *Ter. Heaut.* 1, 1, 4. Vel virtus tua me, vel vicinitas facit, ut te audacter moneam, etc. *Hirt. B. G.* 8, 7. *med.* Comium discessisse ad auxilia Germanorum adducenda, quorum et vicinitas propinqua, et multitudo esset infinita. *Cic. Rosc. Am.* 16. *f.* In Umbria, atque in ea vicinitate. *Id. Att.* 5, 10. *f.* Propter vicinitatem totos dies simul eramus. *P. Item homines, qui in vicinia habitant. Cato R. R.* 4. Si te libenter vicinitas videbit, facilius tua vendes; operas facilius locabis, operarios facilius conduces. *Sall. Cat.* 37. Dum vicinitatem antea sollicitatam armis exornat. *Nep. Alc.* 10. Clam vicinitati, in qua tum Alcibiades erat, dant negotium, ut eum interficiant. *Cic. Fin.* 5, 23. Caritas serpit foras cognationibus primum, tum affinitatibus, deinde amicitias, post vicinitatibus, etc. *Id. Rosc. Am.* 6. Sex Roscius non modo sui municipii, verum etiam ejus vicinitatis facile primus. *Id. ad Quir.* 1. *med.* Amicitiae, consuetudines, vicinitates, clientelae quid habent voluptatis, carendo magis intellexi, quam fruendo. *P. Translate est similitudo. Quint.* 3, 7. *f.* Est quaedam virtutibus ac vitiis vicinitas. *Plin.* 21, 18, 69. Multi cyperon non discernunt a cypro vicinitate nominis. *P. [*Confund. vicinitas et vetustas. V. Beier. ad Cic. Fragm.* p. 294. a.]

VICINITUS, adv. in vicino, prope. *Imp. Constant. Cod. Theod.* 15, 1, 4. Omnes intra centum pedes vicinitus, quantum ad horrea pertinet, arceantur.

VICINOR, aris, dep. 1. vicinus sum. *Sidon. ep.* 2, 11. Si nobis pro situ, spatiisque regionum vicinamur. *Id. ep.* 6, 9. Vicinabatur festinata correctio. *Id. ep.* 7, 2. Forte accidit, ut diversorio, cui ipse successerat, quaedam femina non minus censu, quam moribus idonea vicinaretur. *Coel. Aurel. Acut.* 2, 6. *med.* Loca capiti vicinantia.

VICINUS, a, um, adj. *ὁ ἵππος, πληστος*, propinquus, proximus, vel loco, vel tempore: a *vicus*, quasi in eodem vico positus. *Phaedr.* 3. *epil.* Cum mors vicina flagitabit debitum. *Virg. G.* 1, 510. Vicinae ruptis inter se legibus urbes Arma ferunt. *Cic. Sull.* 20. *med.* Cujus pater, cum ceteri deficerent finitimi ac vicini, singulari existit in rempubl. nostram officio et fide. *Id. Verr.* 2, 1, 18. *med.* Latonam gravidam, et jam ad pariendum vicinam confugisse Delum. *Tibull.* 4, 1, 131. et coelo vicinum liquit Olympum. *Cic. Off.* 3, 29. Fidem in

Capitolio vicinam Jovis O. M. majores nostri esse voluerunt. *Ov. Fast.* 6, 399. Sensit anus vicina loci; et *ib.* 275. Ni convexa foret, parti vicinior esset. Nec medium terram mundus haberet onus. *Id. Trist.* 3, 4, 52. Heu quam vicina est ultima terra mihi! *Hieron. Vir. illustr. n.* 7. Tertullianus vicinus eorum temporum. *P. Absolute. Plin.* 16, 32, 59. In Syriae vicina pervenire. *Id.* 6, 18, 22. Annis rigans vicina; et *ib.* 26, 30. Rex aliud oppidum in vicino condidit. *Id.* 23, 8, 75. Vulpes, si ederint amygdalas, nec contingat e vicino aquam lambere, mori. *Colum.* 7, 2. *med.* Cum in municipium Gaditanum ex vicino Africae arietes deportarentur. *Sen. Br. V.* 15. *med.* In vicino versatur invidia: simplicius longe posita miramur. *Plin.* 2, 16, 13. Stellarum motum augeri, quamdiu in vicino sint terrae. *Cels.* 2, 6. *f.* In vicino saepe quaedam notae positae non bonos, sed imperitis medicos decipiunt. *P. Vicinus, i, et vicina, ae, absolute, qui et quae prope nos habitat. Cic. Rosc. Am.* 16. Multos nominatim proferre vel tribules, vel vicinos meos, qui etc. *Hor. Ep.* 2, 2, 132. bonus sane vicinus, amabilis hospes. *Id. Sat.* 1, 1, 85. omnes Vicini oderunt, noti, pueri, atque puellae. *Virg. Ecl.* 3, 53. vicine Palaemon. *Phaedr.* 1, 6. Vicini furis celebres vidit nuptias Aesopus. *Ter. Andr.* 1, 1, 78. Fere in diebus paucis Chrysis vicina haec moritur. Adde *Hec.* 4, 4, 98. *Hor. Od.* 3, 19, 24. Et vicina seni non habilis Lyco. *P. Vicinus proximus, qui e vicinis propius me habitat. Ulp. Dig.* 50, 15, 4. Agri sic in censum referantur: nomen fundi cujusque, et in quo pago sit, et quos duos vicinos proximos habeat. *Cic. Cat.* 2, 10. Si stare non possunt, corruant, sed ita ut non modo civitas, sed ne vicini quidem proximi sentiant. *V. PROXIMUS. Sic interior vicinus ap. eund. Q. Fr.* 2, 2. *f.* *P. Translate vicinus est similis, prope accedens. Cic. Or.* 32. Dialecticorum scientia vicina et finitima eloquentiae. *Plin.* 34, 14, 41. Ferrum molle, plumboque vicinius. *Id.* 21, 9, 29. Sertulae Campanae odor croco vicinus est; et *ib.* 18, 69. Cypro Cretico candor odorque vicinus nardo. *Id.* 24, 10, 48. Graeci vicino vocabulo cisthon appellant fruticem majorem thymo, foliis ocimi, h. e. hederam *κισθόν*, hunc fruticem *κισθόν* dicunt. *Id.* 37, 9, 41. Multum ab amethysto distat hiacynthos tamen e vicino descendens.

VICIS, ci, cem, ce, et in plur. *ces, cibus, f. ἀμοιβή, ἐναλλαγή*, vicissitudo, alternatio. Caret recto singulari, et patrio plurali, tametsi *Charis.* 1, 27. agnosit *via, vicis. Ov. Met.* 11, 502. his agit vicibus Trachinia puppis, Et modo sublimis, etc. nunc, etc. *Id. Trist.* 4, 4, 79. Cum vice sermonis fratrem cognovit; et *Pont.* 2, 10, 35. Saepe brevis nobis vicibus via visa loquendi; et *Fast.* 4, 353. Vicibus factis inire convivia; et *Met.* 15, 238. Peragere vices. *Hor. Od.* 4, 7, 1. Diffugere nives, peragere jam gramina campis: Mutat terra vices. *Just.* 6, 5. *f.* Fatum illud Athenarum fuit, ut versa vice nunc haberent socios, quos tunc hostes habuerant. Adde *Sen. Herc. Oct.* 470. *Plin. Pan.* 5. *f.* Habet has vices conditio mortalium, ut adversa ex secundis, ex adversis secunda nascantur; et *ib.* 12. *f.* Non secus ac si mutatae temporum vices essent. *Petr. fragm.* p. 682. *Burm.* Non uno contenta valet natura tenere, Sed permutatas gaudet habere vices. *Plin.* 12, 14, 30. Per vices annorum, h. e. alternis annis. *Phaedr.* 2, 8. Spatium diei noctis expiunt vices. *P. Vicibus, et per vices, alternatio, alternis, ἀνὰ μέσος. Plin.* 8, 7, 7. *extr.* de elephantis: Fessos, vulneratosque in medium agmen recipiunt, ac veluti imperio ac ratione per vices subeunt. *Ov. Fast.* 4, 483. Perque vices modo, Persephone, modo, filia clamat. *Tac. G.* 26. Agri pro numero cultorum ab universis per vices occupantur, h. e. nunc ab his, postea ab illis, eo modo quo *Caes. B. G.* 4, 1. et *ib.* 6, 21. tradit. *Just.* 2, 4. Duae reginae (*Amazonum*) vicibus gerebant bella. *Stat. Th.* 12, 388. et cara vicibus cervice fruuntur. *Colum.* 2, 2. Quae qualitates inter se mixtae vicibus, et alternatae, plurimas efficiunt agrorum varietates; et *Manil.* 3, 553. Et modo deest aliud, modo adest, vicibusque recedit. *P. In vices, vicissim, invicem. Ov. Met.* 4, 191. Inque vices illum tectos qui laesit amores, Laedit amore pari; et *ib.* 12, 161. Inque vices adita, atque exhausta pericula saepe Commemorare juvat. *P. In vicem, idem. Id. Her.* 17, 180. Inque vicem mea te, me tua forma capit. *Id. Met.* 6, 631. Inque vicem spectans ambos, etc. et *ib.* 8, 473. dubiis affectibus errat, Inque vicem ponit, positamque resuscitat iram. Adde *Virg. G.* 3, 188. et *ib.* 4, 166. *P. Pari, aut mutua vice, in vices, pariter, aequae. Colum.* 4, 24. *med.* Id maxime vitem infestat, ubi non omnis pars brachii pari vice laborat; et *ib.* 16. Ridica contingens vitem mutua vice sustinetur, et sustinet. *P. Reddere, referre, exsolvere vicem, aut vices, pari pari referre. Tac. H.* 4, 3. Tanto proclivius est injuriae, quam beneficio vicem exsolvere. *Ov. Am.* 1, 6, 23. Redde vicem meritis. *Id. Met.* 14, 35. spernentem sperne, sequenti Redde vices. *Id. A. Am.* 1, 370. non poteris ipse referre vicem. *Sic Plin. Pan.* 85. Neque est ullus affectus tam liber, et do-

minationis impatiens (*quam amor*), nec qui magis vices exigit. *P. Vice absolute pro in vicem dixit Stat. Th.* 1, 427. *P. Refertur ad tempus, quo quippiam fit. Hor. Od.* 4, 14, 12. et arces Alpibus impositas tremendis Dejecit acer plus vice simplici; et *Colum.* 3, 21. Vites, quibus alma tellus annua vice velut aeterno quodam puerperio laeta, mortalibus distenta musto demittit ubera; et *Pall.* 1, 3. *f.* Tribus per diem vicibus; et 10, 1. Ager pinguis tertia vice arabitur; et *Colum.* 3, 2. *med.* Alterna vice annorum; et *Eum. Pan. Constant.* 6. Portus, quem statis vicibus aestus alternat. *Capitol. M. Aurel.* 7. Diversis vicibus. *Sil.* 7, 53. de CCC. Fabiis: saepe et per devia passim Dispersi subiere, vicis meritiq; labore Aequato. *Liv.* 3, 36. Cum ita priores decemviri servassent, ut unus fasces haberet, et hoc insigne regium, suam cujusque vicem, per omnes iret; et *Gell.* 18, 13. Tesserulas in medium vice sua quisque jaciebamur. *P. Vice quadam, quodam tempore, quodam. Sidon. ep.* 7, 1. *med.* Cum vice quadam civitas conflagrare coepisset. *P. Saepe adhibetur pro locus, cum significamus substitutionem alius rei pro alia. Cic. Leg.* 2, 19. *med.* Haerendum causa justissima est: nulla est enim persona, quae ad vicem ejus, qui e vita emigraverit, propius accedat. *Liv.* 6, 34. Poena in vicem fidei cesserat. *Just.* 1, 2. Murum urbi cocto latere circumdedit, arenae vice bitumine interstrato. *Colum.* 3, 14. *extr.* Potest tamen malleolus in vicem vivradicis conseri. *Id.* 4, 26. Pedamenta cariosa submovenda, eorumque in vicem idonea reponenda; et 5, 6. Primam quamque (*arborem*) senio afflictam submoveat, et in vicem novellam sobolem substituat. *Id.* 6, 2. *med.* Jugo ramus illigatur, et temonis vice trahitur. *Plin.* 31, 10, 46. n. 4. In pane salis vice utuntur nitro. *Id.* 36, 22, 44. In Belgica provincia candidum lapidem serra, qua lignum, secant ad tegularum, et imbricum vicem. *Pall.* 3, 28. Sublata medulla, ad ejus vicem theriacae medicamen addatur; et 4, 10. *f.* Si, pluvii abundantibus, crates non possis expandere, sub tecto eas ita ponis, ut semipede erigantur a terra, et eas ad vicem solis cinis calidus subjectus vaporet. *Inscr. ap. Grut.* 193, 10. Vice sacra judicans, h. e. loco principis; et 246, 3. Vice sacra cognoscens: eod. sensu. *Sen. Herc. Oct.* 105. mortis habet vices, lente cum trahitur vita gementibus, h. e. est instar mortis: habet casus morti similes. *P. Translate est ministerium, munus, officium, partes. Petr. Sat.* 89. neuter auxilio sibi: Uterque fratri transtulit pius vices. *Plin. Pan.* 80. *f.* Postquam (*Juppiter*) te dedit, qui erga omne hominum genus vice sua fungeris. *Liv.* 1, 20. Ne sacra regiae vices desererentur; et *ib.* 41. *f.* Per speciem alienae fungendae vices opes suas firmavit. *Phaedr.* 3. *epil.* Tuae prius sunt partes, aliorum dein: Similique gyro venient aliorum vices. *Quint. decl.* 6, 4. *med.* Commendavit amicis custodiam matris, substituit vici curae suae propinquos. *Phaedr.* 3. *prol.* Vicem adsumat praestare; et *Tac. A.* 4, 8. *f.* Vestram meamque vicem explete. *Hor. A. P.* 304. fungar vice cotis. *P. In hac et superiore acceptione vicem absolute dicimus. Pl. Rud.* 3, 5, 33. Si appellabit quempiam, vos respondetote istinc istarum vicem. *Liv.* 34, 32. *med.* Remittimus hoc tibi, ne nostram vicem irascaris, h. e. ne quod nos facere debemus, ut irascantur, tu ipse facias, et irascendi vicem pro nobis subeas. *Tiro Tull. ap. Gell.* 10, 1. Cum Qompejus aedem Victoriae dedicaturus foret, cujus gradus vicem theatri essent. *Gell.* 16, 10. *med.* Quoniam res familiaris obsidis vicem esse apud rempublicam videbatur. *P. Vicem, et vice interdum est instar, ritu, modo, more. Sall. fragm. ap. Non.* 9, 5. Ceteri vicem pecorum obtruncabantur. Alii leg. vices: sed Nonius certe vicem, cum ibi agat de accusativo posito pro ablativo. *Cic. Att.* 10, 8. *med.* Sardanapali vicem in suo lectulo mori. Alii leg. vices. *Plin.* 9, 45, 69. Jactari se passa fluctu algae vice. *Suet. Ner.* 31. Diebus ac noctibus vice mundi circumagi. *Tac. A.* 6, 21. *extr.* Quaque dixerat, oraculi vice accipiens, etc. *Quint.* 6, 2. *f.* Qui illa cogitare debemus, ut moveri periclitantium vice possimus, h. e. tanquam simus periclitantes: vel nomine periclitantium. *P. Ad vicem, ad instar. Gell.* 2, 15. Majores natu a majoribus colebantur ad Deum prope, et parentum vicem. *P. Vices, discrimen, periculum. Virg. A.* 2, 432. Testor in occasu vestro nec tela, nec ulla Vitavisse vices Danaum. *P. Item sors, conditio, casus: et fere cum in pejus mutatio fit. Phaedr.* 5, 1. Tacite gementes tristem fortunae vicem. *Cic. Dom.* 4. Mihi necesse erit et meam et aliorum vicem pertimescere. *Ter. Heaut.* 4, 5, 1. Menedemi vicem miseret me; tantum devenisse ad eum mali. *Cic. Fam.* 12, 23. Tuam vicem saepe doleo, quod nullam partem, per aetatem, sanae et salvae republicae gestare potuisti; et *Liv.* 8, 35. Stupentes tribunus, et suam jam vicem magis anxios, quam ejus, cui auxilium parabatur, liberavit onere consensus populi R. *Id.* 2, 31. *f.* Apparuit causa plebi, suam vicem indignantem magistratu (*dictatorem*) abisse. *Suet. Aug.* 66. Vicem suam conquestus est, quod sibi soli non liceret amicis, quatenus vellet, irasci. *Sen. Med.* 286. regno-

rum status, Fortuna varia dubia quos agitat vice. Id. Octav. 480. Jactare aliquem Terra marique per dubias Martis vices.

VICISSATIM, adv. idem ac vicissim. Pl. Poen. prol. 46. Ad argumentum nunc vicissatim volo remigrare. Id. Stich. 4, 1, 27. Nosmet oneremus vicissatim voluptatibus. Adde Naevium ap. Non. 2, 879.

VICISSIM, adv. ἀλλοεὶς, per vices, alternatim. Cic. N. D. 2, 1. med. Quod si haberem aliquid, quod liqueret, tamen audire vicissim vellem, cum ipse tam multa dixissem. Id. ib. 7. Terra uno tempore florere, deinde vicissim horrere potest. Virg. A. 12, 462. versique vicissim Pulverulenta fuga Rutuli dant terga per agros. Cic. Att. 16, 3. med. Expecto, quid ille tecum, quid tu vicissim. Id. Sen. 16. f. Calefcere vel apricatione, vel igni; aut vicissim umbris aquisve refrigerari. Hor. A. P. 11. hanc veniam petimusque, damusque vicissim. P Quandoque significat secundo loco, sive similiter, sive ex altera parte. Ter. Heaut. 4, 3, 10. Sed nunc, Clinia, da te mihi vicissim: nam amici quoque res est videnda. Cic. Fam. 3, 6. Hoc ego meo facto delector; nihil enim potuit fieri amantius. Considera nunc vicissim tuum. Virg. Ecl. 5, 50. Nos tamen haec quocumque modo tibi nostra vicissim Dicemus. Id. A. 11, 123. Drances infensus Turno sic ore vicissim Orsa refert.

VICISSITAS, atis, f. idem ac vicissitudo, apud veteres. Accius ap. Non. 2, 893. Vicissitatemque imperandi tradidit.

VICISSITUDO, inis, f. ἀλλοεὶς, μεταβολή, alternatio, mutatio ex alio in aliud, commutatio. Ter. Eun. 2, 2, 45. Omnium rerum vicissitudo est. Cic. Tusc. 5, 24. f. Quae vita, quis interitus, quaeque ex alio in aliud vicissitudo atque mutatio. Id. Fam. 5, 12. Nihil est enim aptius ad delectationem lectoris, quam temporum varietates, fortunaevae vicissitudines. Id. Leg. 2, 7. Vicissitudines dierum, ac noctium. Id. Off. 1, 37. med. Cum in reliquis rebus, tum in sermone communi vicissitudinem non iniquam putet. P Idem est aliquando ac remuneratio. Id. Am. 14. Nihil enim remuneratione benevolentiae, nihil vicissitudine studiorum officiorumque jucundius. P Item corporis alternatio. Appul. Met. 10. Utrinq;secus jactatae crebriter laterum mutuae vicissitudines.

VICOMAGISTER, tri, m. praefectus alicui vico. Legitur saepe in tabulis Sax. Rufi de region. urb. Romae, et P. Victoris. V. MAGISTER.

VICTA. V. POTUA.

VICTIMA, ae, f. ἱερόθυον, θύμα, animal sacrificio destinatum. Dicta est a victis hostibus. Or. Fast. 1, 333. Victima, quae cecidit dextra victrice, vocatur: Hostibus a domitis hostia nomen habet. Triplicem etymologiam adducit Festus. Victimam Aelius Stilo ait esse vitulum ob ejus vigorem: alii autem, quae vincita ducatur ad altare: [*Cf. Doederl. 4, 281.] aut quae ob hostes victos immolaretur. P Different victima, et hostia trifariam. Primo hostia a quovis sacerdote immolabatur, victima ejus tantum manu, qui hostem ipse vicisset, ut patet ex loco allato Ovidii. Atque hinc alterum quoque discrimen consequitur. Nam si victima victoris unius dextra mactabatur, non potuit victima caedi, nisi hostibus victis: at hostia quoque esse poterat, quae, cum iretur in hostes, caedebatur. Serr. in A. 1, 338. Hostiae dicuntur sacrificia, quae ab his fiunt, qui in hostem pergunt: victimae vero sacrificia, quae post victoriam fiunt. Sed haec licenter confundit auctoritas. Haec Serr. Tertium discrimen est, quod victima est major, ut vitulus; hostia minor, ut agnus. Itaque Cornel. Frontonis his verbis differentiarum libellum claudit: Victima major est, hostia minor. Hinc Pl. Ps. 1, 3, 95. Nolo victimas, agninus me pontis placari volo. Hor. Od. 3, 23, 12. Victima officium securae Cervicis tinget. P Saepae ponitur pro hostia, ut hostia pro victima, neglectis illis discrimenibus. Cic. Att. 1, 13. Ego enim te arbitrator, caesis apud Amaltheam tuam victimis, statim esse ad Sicyonem oppugnandum profectum. P Translate. Cic. Fl. 38. Quam potestis P. Lentulo mactare victimam gratiorem, quam si L. Flacci sanguine illius nefarium in vos odium saturaveritis? Or. Am. 3, 3, 22. Victima deceptus decipientis ero. Sen. Octav. 145. Mactata socii concidit thalamis gener Victimam; et Herc. Oet. 348. Me nuptiali victimam feriat die.

VICTIMARIUS, ii, m. ἱεροθύσιος, sacrorum minister, qui victimam ligabat, et cultrum, aquam et molam parabat, et reliqua quae sacris erant necessaria. Liv. 40, 29. extr. Libri in comitio, igne a victimariis facto, in conspectu populi cremati sunt. Adde Val. Max. 1, 1. n. 12. P Victimarium collegium memoratur in Inscr. ap. Fabr. p. 450. n. XIII. P Victimarius negotiator adjective ap. Plin. 7, 12, 10. est, qui victimas venales comparat, et vendit. P In duabus Inscriptionib. ap. Fabr. p. 677. n. 34. et 35. scriptum est victimarius.

[VICTIMATOR, oris, m. idem ac victimarius. Lactant. ad Stat. Th. 4, 463. Sacerdotum consuetudo talis est, ut aut ipsi percuciant victimas, et agones appellantur: aut sic tenentes cultrum alter

impingat, ideo dicitur, In vulnus cecidere greges, quia victimatores dicuntur. F.]

VICTIMO, as, a, i. sacrificio. Appul. Met. 7. Hircum Marti victimant. Id. ib. Quinpublicum istum maritum (h. e. asinum) illis suis monstruosis nuptiis condignam victimam hostiam?

VICTITO, as, n. i. οὐτοπαί, victu utor, alor, vescor. Pl. Rud. 3, 4, 59. Nullum habemus ignem, ficis victitam aridis. Id. Truc. 2, 2, 60. Si hic homo sinapi victitet, non censeam, tam esse tristem posse. Id. ib. 2, 3, 26. Victitare parce. Ter. Eun. 5, 8, 43. Tu cum illa et libenter vivis: etenim bene libenter victitas. Rursus Pl. Capt. 1, 1, 12. Cochleae in occulto latent: suo sibi succo vivunt, si ros non cadit. Item parasi rebus prolatis latent in occulto: miseri victitant succo suo. Alii hic leg. victant. P Pro simplici vivo. [*Haec prima vocis est significatio, quae ab initio erat ponenda.] Id. Men. 5, 1, 27. Mea quidem causa vidua victita, vel usque dum regnum obtinebit Juppiter. Varr. L. L. 4, 10. In hieme natura ad nascendum victitare non vult, et potius ver expectat.

VICTO, as. V. v. praec.

VICTOR, oris, m. νικητής, qui in certamine superior evasit. Cic. Fam. 4, 9. med. Multa enim victori eorum arbitrio, per quos vicit, etiam invito faciendae sunt. Id. Pis. 7. med. Neque resistente Cn. Pompejo omnium gentium victore, etc. Plin. 7, 28, 29. L. Sicius Dentatus centies vices proeliat, octies et provocatione victor. Stat. Th. 9, 624. Victor belli, h. e. in bello. P Adjective. Nep. Ag. 4. Victor exercitus. Or. Trist. 4, 1, 72. currus, h. e. triumphalis, in quo victor sedet. Et cum nomine femin. Pl. Amph. 1, 1, 33. Victores legiones. P Praeterea victor significat etiam eum, qui opus aliquod ad optatum finem perduxit, et qui voti compos factus est. Virg. A. 2, 329. victorque Sinon incendia miscet. Id. ib. 10, 409. Ille (pastor) sedens victor flammam despectat ovan-tes. (Adde ib. 11, 565.) Hor. Ep. 1, 13, 11. Victor propositi simul ac proveneris illuc. Or. Her. 16, 87. ex aequo donis formaque probata, Victorem coelo rettulit illa pedem, h. e. Venus habita pulcherrima Deorum a Paride. Lucan. 2, 605. Victor taurus. Sall. Jug. 67. Animus lubidinis et divitiarum victor, tantummodo gloriae avidus. Mart. 8, 43. victorem dicit virum multis uxoris suis superstitem. P De rebus inaninis. Lucan. 9, 333. Abstulit has (naves) ventis contraria volvens Aestus, et obnixum victor detrusit in Austrum. P Victor est epithetum Jovis in multis Lapidibus ap. Grut. 23, 8. et 9. et Gut. p. 7. n. 7, 8, 9. et 10. et p. 8. n. 1, 2, 3. etc. et Mur. 11, 1. P Item Herculis, cujus epitheti causa exponitur a Maer. Sat. 8, 6., ubi sic appellatum ait et propter veteres victorias, et propter commemorationem novae historiae de M. Octavio Herennio, quam ibidem narrat. P Victor fuit etiam cogn. R., ut Sex. Aurelius Victor, de quo AURELIUS, ii. P Victor a victo V. in VICTOR.

VICTORIA, ae, f. νίκη, hostium superatio: a vincendo. Cic. Marcell. 3. Victoria quae natura insolens atque superba est. Hor. Sat. 1, 1, 8. concurrunt: horae Momento cita mors venit, aut victoria laeta. Sall. Cat. 61. extr. Victoria cruenta, h. e. in qua magna caedes etiam victorum fit. Id. Jug. 84. Eripere alicui victoriam. Liv. 4, 50. extr. Victoria penes patres fuit. Id. 30, 30. Habere victoriam in manibus. Cic. Coel. 7. f. gloriosam consequi. Id. Manil. 3. f. reportare. Auct. B. Afr. 31. f. Tot tam claris partibus victoris. Plin. 23, 1, 20. Victoriā facere, h. e. parere. Tac. A. 13, 41. f. patrare. Liv. 4, 10. referre ex hoste. Id. 30, 30. Annibal, cui tot de R. ducibus victorias Dii dederunt. Caes. B. G. 5, 38. extr. Victoriā adipisci. Id. ib. 6, 36. med. conclamare. Nep. Timol. 2. Eam praeclearam duebat, in qua plus esset clementiae, quam crudelitatis. Plin. 29, 3, 12. Victoriae litium. P Apud Romanos Deae nomen erat, cujus simulacrum effingebatur lauro coronatum, altera manu palmae, altera oleae ramum praefereus. Pinata etiam, et aligera pingebatur, ut e coelo devolans ad eos, quos suis ornare successibus vellet, pexo crine, nudo pede suspensa, strophio revincta, sinu vestis fluitante. Varr. L. L. 4, 10. P Poetae fabulantur fuisse filiam Acherontis ex Styge, affuisse Jovi in bello adversus Gigantes; Jovem illi pro munere dedisse, ut Dii per Stygem ejus matrem jurarent, si quis eorum juramento non steteret, quoddam temporis spatium nectare abstineret. Cic. N. D. 2, 23. med. Quid Opus? quid Salutis? quid Concordiae? Libertatis? Victoriae? quarum omnium rerum quia vis erat tanta, ut sine Deo regi non posset, ipsa res Deorum nomen obtinuit. V. Hyg. praef. fab. et Serr. ad A. 6, 134. P In Appul. de herb. 58. Victoriae folium herba videtur esse eadem quae et victorialis. P Victoria Julio-brigensium, vel Portus Victoriae Julio-brigensium, oppidum Hispaniae Tarraconensis, de quo Plin. 4, 20. P Victoria, nomen feminae. V. v. sq. B. A. P [Victoria fuit etiam navium insigne, tum trirremium, tum quadriremium, tum quinqueremium, unde et illis nomen est impositum. Inscr. ap. Maff.

Mus. Ver. 124, 5. T. Ursinius Castor III. Vict. Nat. Sard., etc. h. e. trirēmi Victoria, natione Sardus. Alia ap. Mur. 2035, 2. . . . N. Del. Vix. An. XXV. M. An. V. III. Victoria, h. e. natione Delmata, vixit annis quinque et viginti, militavit annis quinque quadriremi, etc. Alia ap. Donat. 281, 6. D. M. L. Idasimi Valentis armorum custodis V. Vic. Nat. Delmata, etc. F.]

VICTORIALIS, e, adj. ad victoriam pertinens, ut Victorialis dies, quo victoria aliqua celebratur. Treb. Gall. 3. Populumque, quasi victorialibus diebus, ad festivitatem ac plausum vocavit. [Cassiod. Var. 6, 1. ad consulē: Consulatus te decoramus insignibus. Pingē vastos humeros vario colore palmarum, validam manum victoriali scipione nobilita, etc. h. e. scipione, quem Victoriae signo superne decoratum gestasse manu dextra consules in processu consulari ex nummis, aliisque veteribus monumentis, constat. F.] P Victorialis absolute dicitur herba eadem, quae et Idaea daphne, et daphne Alexandrina ap. Appul. Herb. 58.

VICTORIATUS (subaudi nummus) i, m. νικηφόρος, nummus argenteus lege Clodia percussus, [ut ait Plin. 33, 3, 13. (fortasse a C. Clodio Centone una cum M. Sempronio Tuditano Coss. ann. U. C. DXIV. lata, F.) qui dimidium denarii partem pondere et pretio exaequabat, ut docet Varr. L. L. 9, 3. med. Causa nominis est, quia signatus erat Victoria, ut est ap. Plin. l. c. Valebat autem quinque assibus; hinc et quinarium dictus est, ut Varr. ib. 36. med. indicat. [Ceterum hujusmodi pondus et pretium fuisse victoriato postremis reipublicae temporibus quidam putant, non item a primordio; nam olim peregrinus nummus fuit, et denario Romano minor, quinario autem major, ut patet ex Volus. Maecian. de asse l. c. ab Eckhel. D. N. V. T. 5. p. 21. et ex Liv. 41, 13., ubi victoriarum mentio est in triumpho de Istris relato, mox in praeda victi Gentii regis Illyrici narrat Id. 45, 43. translata in triumpho fuisse centum viginti millia Illyrii argenti. F.] Cic. Font. 5. Itaque Titurium Tolosae quaternos denarios in singulas vini amphoras portorii nomine exegisse; Croduni Porcium, et Numium ternos victoriatos Narbone; Servaeum binos sestertios. Alii aliter leg. Liv. l. prius c. Tulit in eo triumpho victoriatum octoginta quinque millia septingentos duos. Quint. 6, 3. Dicente quodam, victoriato se uno in Sicilia quinque pedes longam muraenam emisse. P [Victoriatum a medicis etiam pro pondere accipitur, ut denarius, quam vocem vide. Marcell. Empir. 15. in. Hoc medicamentum compositum sic: git fricti X. II., pyrethri X. I., sagapeni victoriati pondus, etc. Scrib. Comp. 26. Lapidis haematitis X. P. II. et victoriati. F.]

[VICTORICUS, a, um, adj. ad victorem pertinens. Est cogn. R. Inscr. ap. Mur. 1507, 2. C. Valerius Victoricus. Alia ap. Marin. Inscriz. Alb. p. 204. col. 3. Maternus Victoricus. F.]

[VICTORIENSIS, e, adj. ad Victoriam pertinens, oppidum Germaniae, nunc dirutum, ubi modo Neuhiber, prope urbem Neuwied. Inscr. ap. Orell. Coll. Inscr. Lat. n. 988. In H. D. D. (h. e. honorem domus divinae) bajoli et vexillarii collegio Victorien- sium signiferorum Genium de suo fecerunt, etc. F.] [VICTORILLA, ae, f. dimin. victoriae. Est cogn. R. Inscr. ap. Grut. 715, 2. Claudiae Victorillae filiae pietissimae Claudia Victorina. Fr.] *VICTORINA vel Victoria, ae, f. uxor an mater Victorini, a Posthumo in consortium imperii adsciti? Trebell. Pollio de XXX. tyrann. 5, 24, 25. et 31. B. A.

[VICTORINUS, a, um, adj. ad victorem perti- nens. Est cogn. R. ut C. Aufidius Victorinus, M. Cornelli Frontonis gener, Cos. iterum ann. a Chr. n. CLXXXIII., de quo in Inscr. ap. Grut. 300, 2. mentio est. Alia ap. eund. 379, 2. Caesonia Victorina. V. v. praec. F.]

VICTORIOLA, ae, f. parvum Victoriae Deae simulacrum. Cic. N. D. 3, 34. med. Idem Victoriolae aureas, et pateras, coronasque, quae simulacrorum porrectis manibus sustinebantur, sine dubitatione tollebat.

[VICTORIOR, aris, atus sum, dep. I. victoriam consequor. Impersonaliter. Tert. adv. Gnost. 6. Plus victoriatum est, quam injuriatum. F.]

VICTORIOSUS, a, um, adj. νικητικός, vincere assuetus, seu qui plures et varias victorias reportavit. Vox est Catonis, ut Gell. 4, 9. med. testatur. In nummo Probi, ap. Eckhel. D. N. V. T. 7. p. 505. Victorioso semper. Sidon. ep. 5, 6. Victoriosissimo viro. Inscr. ap. Grut. 170, 5. Salvis Dominis nostris Honorio et Theodosio victoriosissimis principibus. Alia ib. 278, 1, 2. et 3. Victoriosissimo principi juventutis M. Aurelio Carino nobilissimo Caesari.

*VICTORIUS, i, m. nomen Romanum, v. g. Q. Victorius, de quo Liv. 34, 46. B. G.

[VICTRICENSIS, e, adj. ad coloniam Victricem pertinens, quae et Camalodunum, nunc Colchester in Anglia. Inscr. ap. Fabr. p. 29. n. 129. Cn. Munatius M. F. Pal. Aurelius Bassus censor civium Romano- rum coloniae Victricensis, quae est in Britannia Camaloduni. F.]

VICTRIX, icis, f. *vixήτρια*, quae vicit, quae certamine superior evasit. *Cic. ad Brut.* 1, 10. Erat victrix respublica, caesis Antonii copiis, ipso expulso. *Id. Tusc.* 1, 48. f. Oraculum erat datum, si rex interfectus esset, victrices Athenas fore. *Id. Cluent.* 5. f. Victrix filiae, non libidinis. *Sen. Thyest.* 46. Victrix libido. *Id. Octav.* 433. luxuria. *Id. Ag.* 936. frons, h. e. laurus, qua coronantur victores. *Lucan.* 1, 128. Victrix causa Deis placuit, sed victa Catoni. *Id. Fast.* 1, 525. Urte victrices Neptunia Pergama flammae. *Festus in October:* Equus bigarum victricum dexterior. *Plin.* 37, 4, 15. Adamantis ignium victrix natura, et nunquam incallescens. *Cic. Att.* 5, 21. Quo autem die Cassii litterae victrices in senatu recitatae sunt. *Victrices litterae* sunt victoriam nunciantes: ut et *Id. Am.* 1, 11, 25. victrices lauro redimire tabellas. P Interdum sumitur pro voti compote. *Virg. A.* 7, 544. Junonem victrix affatur voce superba. V. VICTOR. P Est etiam adject. quod cum neutris quoque conjungitur. *Claud. VI. cons. Hon.* 24. et certius omina surgunt Victrici concepta solo. *Virg. A.* 3, 54. Res Agamemnonias, victriciaque arma secutus. *Just.* 44, 5. Victricia ad eos arma transtulit. *Id. Met.* 10, 151. Sparsaque Phlegraeis victricia fulmina campis. *Stat. Sil.* 5, 2, 150. victricia bella. *Lucan.* 1, 347. signa. *Minuc. Fel. Octav.* 29. f. tropaea. In nummo Diocletiani ap. *Eckhel. D. N. V. T.* 8. p. 6. Fatis victricibus. (V. FATA). *Inscr. ap. Maff. Mus. Ver.* 170, 2. Heu facinus victrix. *Ser. in l. Virg. c. docet*, nomina feminina in ix in plur. tantum numero neutra fieri: sed *Claudiani* verba etiam in sing. id fieri posse ostendunt. Nam quod ex *Lucano* 1, 3. affert *Voss. l. 2. de analog. c. 12.* et ex eo *Huetius ad Manil.* 5, 631. *victrici ferro*, pro *ferro* legitur ab omnibus *dextra*: et quod ex *Minuc. Fel. Octav.* 29. f. *victrix tropaeum*, ibi in plurali habetur, ut dictum est.

VICTUALIS, e, adj. ad victum, nutritionem, alimentum, et vitam pertinens. *Appul. Dogm. Plat.* 1. Membra corporis inferiora reguntur optimumque praestantia, et ipsa ministerium suggerunt victuale. [*Imp. Honor. et Theodos. Cod.* 8, 51, 20. In servitute a barbarica feritate transvectis si quidquam in usum vestium, vel alimoniae impensum est, humanitati sit praestitum, nec maneat victualis sumptus repetitio. P *Victualia* absolute sunt res victui inservientes. *Cassiod. Var.* 3, 44. Victualia quoque fecimus praeparari, ut vobis destinentur, cum tempus navigationis ariserit. *Id. ib.* 4, 5. Gallicana regione victualium cognovimus caritatem. F.]

VICTUARIUS, a, um, adj. ad victum pertinens, idem ac victualis. *Tert. Monog.* 8. Victuaria exhibitio, h. e. praestatio eorum, quae victui sunt idonea. F.]

VICTUMVIAE, arum, oppidum Italiae superioris, in Gallia cispadana, prope Placentiam. *Liv.* 21, 45, et 57. B. A.

VICTUS, a, um, part. a *vincto*: *vixήεις*, certamine superatus. *Cic. Font.* 12. med. Ut velint isti quiescere: id quod victi et subacti solent. *Caes. B. G.* 7, 9. extr. Boji Helvetico proelio victi; et *ib.* 1, 45. extr. Gallia bello victa. *Hor. Epod.* 9, 27. terra marique victus hostis. *Virg. A.* 2, 367. Quondam etiam victis redit in praecordia virtus; et *ib.* 354. Una salus victis nullam sperare salutem. P De aliis rebus extra bellum. *Hor. Od.* 3, 27, 36. Victus furore. *Id. Epod.* 17, 43. et *Liv.* 23, 8. patris precibus lacrimisque. *Id. Pont.* 1, 7, 48. Ira victa per preces. *Id. Trist.* 4, 8, 39. delictis clementia. *Id. Fast.* 6, 44. forma Idaeo iudice. *Id. Met.* 9, 164. malis patientia. *Id. Am.* 2, 5, 12. Victa rea. *Id. ib.* 3, 10, 29. Victus amore pudor. *Id. Met.* 1, 544. labore fugae, h. e. lassitudine confectus. *Id. Fast.* 3, 19. Blanda quies victis furtim subreptis ocellis; et *ib.* 1, 422. Corpora victa sopore. *Tac. A.* 1, 57. Filia Segestis neque victa in lacrimas, neque voce supplex, h. e. non eo usque demissa animo, ut lacrimas mitteret. *Id. ib.* 4, 8. Effusum in lacrimas senatum, victo gemitu, simul oratione continua exiit; et *ib.* 11, 2. Victo silentio. P De rebus inanimis. *Id. Fast.* 1, 676. Quernaque glans victa est utiliore cibo. *Id. Trist.* 1, 4, 12. Victa ratis: scil. vi maris et ventorum, *Id. Fast.* 2, 220. nix Zephyro victa fluit: et *ib.* 1, 221. Aera dabant olim; melius nunc omen in auro est: Victaque concedit prisca moneta novae. P Cum infinito. *Sil.* 6, 141. Bagrada non ullo Libycis in finibus amne Victus limosas extendere latus undas. *Id.* 5, 552. vir nulli victus vel ponere castra, vel junxisse ratem, duoque resolvere muros Ariete, et in turrim subitus immittere pontes. P Cum gen. *Virg. G.* 4, 490. Eurydicenque suam jam luce sub ipsa Immemor, heu! victusque animi respexit. Ubi *Servius*: Sic hoc loco dixit, ut (A. 12, 19.) O praestans animi juvenis. P De eo, qui voti impos, *ἀναγής*: ut contra *victor*, qui voti compos. *Virg. Ecl.* 9, 5. Nunc victi, tristes, etc. *Servius*. P De eo, qui a proposito recedit. *Virg. A.* 2, 699. Hic vero victus genitor se tollit ad auras. *Servius*.

VICTUS, us, m. *αἰκτωρ*, *τροπή*, omne id, quo vivimus: a *vico*. *Ulp. Dig.* 50, 16, 43. Verbo victus continentur quae esui, potui, cultuique corpo-

ris, quaeque ad vivendum homini necessaria sunt. Vestem quoque victus habere vicem, Labeo ait. Et cetera quoque, (subdit *Cajus ib.* 44.) quibus tuendi curandique corporis nostri gratia utimur, ea appellatione significantur. P Praecipue tamen dicitur de cibo, quo alimur quotidie. *Cic. Am.* 23. Multi divitias despiciunt, quos parvo contentos tenuis victus cultusque delectat. *Id. Quint.* 15. Cujus victus restitutusque necessarius sub praecone subjectus est. *Id. Tusc.* 5, 34. med. Persarum a Xepophonte victus exponitur, quos negat ad panem adhibere quidquam praeter nasturtium. *Caes. B. G.* 6, 21. Major pars victus eorum lacte, et caseo, et carne consistit. *Cic. Or.* 1, 54. med. Victum quotidianum publice praebere alicui. *Id. Off.* 1, 4. med. Parare ea, quae suppeditant et ad cultum, et ad victum. *Colum.* 10. praef. Lactis copia, ferinaque, ac domesticarum pecudum carne victum tolerare. *Cels.* 1, 10. Ex reliqua victus consuetudine quam minimum mutare. *Phaedr.* 3, 16. Victum quaerere; et 4, 21. rogare. *Pl. Ps.* 5, 1, 8. Victus excuratus. *Id. Pers.* 1, 1, 32. basilicus. *Id. Most.* 1, 1, 43. facetus. *Id. Capt.* 1, 2, 85. asper. *Quint.* 5, 10. frugi. *Sil.* 3, 280. Sed mensis asper populus, victuque maligno. *Id.* 15, 813. Cum vires parco victu somnoque reducant. *Macr. Sat.* 1, 7. med. Victus ferus et rudis ante fruges cognitus. P In plur. num. *Tibull.* 2, 1, 43. Tunc victus abiere feri: tunc insitit pomus. *Id. Met.* 15, 104. Victibus invidit postquam non utilis auctor. *Pl. Mil.* 3, 1, 141. Te meae domi accipiam benigne, lepide, et lepidis victibus, h. e. bibis lautis, scitis, suaviter conditis. *Cic. Fin.* 5, 4. Persecutus est Aristoteles animantium omnium ortus, victus, figuras. *Non.* 3, 269. interpretatur vitam. P Interdum significat aliquid amplius, nempe totam rationem vivendi tum in victu, tum in cetero cultu. *Caes. B. G.* 1, 31. med. Neque enim conferendum esse Gallicum cum Germanorum agro, neque hanc consuetudinem victus cum illa comparandum. *Nep. Dion.* 4. f. Appositi erant custodes, qui eum a pristino victu deducerent. *Cic. Inv.* 1, 25. In victu considerare oportet, apud quos, et quo more, et cujus arbitratu sit educatus, quos habuerit artium liberalium magistros, quos vivendi praeceptores, etc. [**Beier. ad Cic. Off.* 1, 137.] P *Victu* in dativo pro *victui*. *Virg. G.* 4, 158. de apib.: Namque aliae victu indulgent. *Lucil. ap. Gell.* 4, 16. et *Non.* 9, 15. Quod sumptum atque epulas victu praeponis honesto. V. ASPECTUS, us. P Olim et *victi*, et *victus* in patrio dixerunt. *Pl. Capt.* 4, 2, 75. Tui quotidiani victi ventrem ad me afferas. Haec verba etiam a *Non.* 8, 8. afferuntur. *Varr. fragm. ib.* 88. De victus consuetudine primigenia. V. FRUCTUS.

VICULUS, i, m. *κωμόδιον*, parvus vicus. *Liv.* 21, 33. f. Castellum viculosque circumjectos capit. [*Cic. de rep. (ed. A. Maio)* 1, 2. Equidem quemadmodum urbes magnas atque imperiosas, ut appellat Ennius, viculis et castellis praeferendas putō, etc. F.]

VICUS, i, m. *κόμη*, *ἕρημη*, multae domus junctae: ab Aeolico *δοικος*, vel *δοικος*, pro *οίκος*. Differt a pago. Nam pagus de rure tantum dicitur, vicus et de rure, et de urbe. Deinde vicus est pars pagi. *Tac. G.* 12. Eliguntur in eisdem comitiis et principes, qui jura per pagos, vicosque reddant. P *Vicus urbanus* est pars minor urbis, quae ex multiplicatis domibus constat, ut Romae *vicus Cyprius*, *vicus Africus*, *vicus sceleratus*, etc. *Vicus paganus*, seu *rusticus*, sunt plures villae, seu domus rusticanae conjunctae, in aliquo pago, aliquo spatio remotae ab urbe, nullisque moenibus cinctae. Nam aedificia urbi contigua, suburbia dicuntur; quae moenibus clauduntur, appellantur castella. *Cic. Fam.* 14, 1. de *vico rust.* Quod ad me, mea Terentia, scribis, te vicum vendituram, quid obsecro te (me miserum!) quid futurum est? *Hor. Ep.* 2, 1, 269. de *vico urban.* Deferar in vicum vendentem tus, et odores. *Id. Fast.* 6, 609. Certa fides facti, dictus sceleratus ab illa Vicus, et aeterna res ea pressa nota. P Singulis Romae vicis quatuor praeficiebantur viri, qui *Magistri vicorum*, et etiam *Vicomagistri* dicebantur. V. MAGISTER.

VIDELICET, adv. *δηλαδή*, *δηλονότι*, certe, quidem, vere, nimirum: adverbium confirmandi, teste *Danato in Ter. Adolph.* 3, 4, 4. conflatum ex *videre*, et *licet*, quomodo *scilicet* ex *scire* et *licet*. *Ter. ib.* Videlicet de psaltria hac audivit. *Id. Heaut.* 2, 3, 22. Hic de nostris verbis hic errat videlicet, quae hic sumus locuti. P Interdum suae originis casum retinet. *Pl. Stich.* 4, 1, 49. Videlicet, parcum illum fuisse senem, i. e. perspicuum est. *Id. ib.* 51. Videlicet, illum fuisse nequam adolescentem. *Lucr.* 1, 210. Esse videlicet in terris primordia rerum. *Gell.* 17, 5. f. Sed videlicet, eum vocabula rerum ignorasse. P Eleganter usurpatur in ironia, sive irrisione. *Cic. Phil.* 2, 6. extr. Tuus videlicet salutaris consulatus, perniciosus meus. *Id. Cat.* 2, 6. Homo enim videlicet timidus, et permodestus vocem consulis ferre non potuit. P Est etiam adverbium explanandi pro *scilicet*, nempe. *Id. Sext.* 12. med. Venisse tempus iis, qui in timore fuissent, conjuratos videlicet dicebat, ulciscendis. *Id. Cluent.* 46.

Ut metus videlicet ad omnes, poena ad paucos perveniret. *Id. Leg.* 2, 10. Caste lex jubet adire ad Deos, animo videlicet. P Eleganter locum habet in responsionibus. *Id. Caccin.* 15. f. Quid metuebant? vim videlicet. *Id. Verr.* 2, 2, 33. Quid horum se negat fecisse? illud videlicet unum, quod necesse est, pecuniam accepisse. *Id. Cluent.* 54. Qui eorum? quorum? videlicet qui supra scripti sunt.

VIDEN' pro *videsne?* et admirationem continet, et interdum indignationem. *Ter. Eun.* 2, 2, 10. Viden' me ex eodem ortum loco? *Tibull.* 2, 2, 17. Vota cadunt, viden', ut trepidantibus advolet alis? *Virg. A.* 6, 780. viden', ut geminae stant vertice cristae? ubi *Servius*: Naturaliter *den* longa est: brevem tamen eam posuit, secutus Ennius: et adeo ejus est immutata natura, ut jam ubique brevis invenitur. *Ter. Eun.* 2, 2, 34. Viden', otium et cibus quid faciat alienus? *Cat.* 61, 98. viden'? faces Aureas quanti comas. *Pl. Epid.* 2, 2, 37. viden' veneficam?

VIDENS, entis, part. a *video*: *Virg. Ecl.* 1, 70. mea regna videns mirabor aristas. *Id. ib.* 6, 21. jamque videnti Sanguineis frontem moris et tempora pingit. P Eleganter jungitur cum *vivus*, et significat vigilantem, et optime cernentem ea, quae sunt. *Ter. Eun.* 1, 1, 28. Prudens et sciens, vivus vidensque pereō. *Cic. Quint.* 15. f. Huic acerbissimum vivo videntique funus ducitur. *Id. Sext.* 27. f. Vivus, ut ajunt, est, et videns cum victu et vestitu suo publicatus. V. SCIENS. *Lucr.* 3, 1060. Mortua cui vita est prope jam vivo atque videnti. *Sic Pl. Most.* 2, 1, 80. Ludos ego hodie vivo praesentis hic seni faciam: quod credo mortuo nunquam fore.

VIDEO, es, idi, isum, a. 2. *βλέπω*, *ὄρω*, oculorum sensu percipio, cerno, perspicio: ab *εἶδω*, quod saepe idem significat. Quid a cerno differat, ibi dictum est. [**Differentiam inter videre et tueri*, et *specere* hanc statuit *Doederl.* 4, 305., ut hoc non nisi oculorum actum significat, unde cognitio oriatur: illa spectandi modum describit, ideo factum, ut intelligas.] *Ter. Eun.* 5, 1, 19. *Tha.* Ubi is est? *Py.* hem ad sinistram. *videsne?* *Tha. video.* *Pl. Mil.* 2, 4, 15. Tun' me vidisti? *Secl.* atque his quidem oculis. *Cic. Mur.* 40. extr. Videre est perspicere aliquid. *Id. Acad.* 4, 25. med. Videre acriter; et *Pl. Mil.* 3, 1, 36. clare oculis. *Virg. A.* 5, 107. laeto complerant litora coetu Visuri Aeneadas. *Sall. Jug.* 99. f. Mulieres et pueri, qui visum processerant. P *Vide*, aspice, intue. *Ter. Eun.* 4, 4, 3. Illud vide, os ut sibi distorsit carnufex! *Pl. Amph.* 2, 2, 155. Vide sis, signi quid siet. *Id. Cas.* 2, 6, 28. Vide, ne qua illic insit alia sortis sub aqua; et *Most.* 1, 3, 151. Vide, tali ubi sunt. *Ter. Eun.* 5, 1, 1. Vide, amabo, si non, cum aspicias, eo impudens videtur. P *Me vide*, formula fidejubendi, et recipiendi in se eventum cuiuspiam rei. *Id. Andr.* 2, 2, 13. Istuc ipsum nihil periculi est: me vide. *Pl. Merc.* 5, 4, 53. *Ly.* Certon' scis, non succensere mihi tuam matrem? *Eu.* scio: me vide. *Ly.* satis habeo. *Adde Trin.* 3, 3, 79. et *Ter. Phorm.* 4, 4, 4. Sic Graeci *βλέπειν εἰς τὸν νοῦν*, *πρὸς τὸν νοῦν*. [**Cic. Pis.* 25. quin tu me vides? eo fere sensu, quo nostri dicunt: da loba ich mich doch!] P Ponitur interdum pro visere, convenire, colloquendi et agendi causa. *Cic. Att.* 12, 37. extr. Loco valde opus est: quare etiam Othonem vide. *Supra dixerat*: Othonem, si Romae est, convenias pervelim. *Id. ib.* 4, 12. Gravier se acturum cum Aquilio confirmavit: videbis ergo hominem, si voles; et *ib.* 12, 14. Quemcumque appellaris, nemo negabit. Sed Septimium vide, et Laenam, et Statilium: tribus enim opus est. *Plin. ep.* 1, 5. med. Rogo, mane videas Plinium domi, et quoquo modo efficias, ne mihi irascatur. [**Suet. Aug.* 17. viditque mortuum: ubi *B. Crus. in cl. Suet.* p. 817. conferri jubet *Spart. Adr.* 5. digressus est ad inspicendas reliquias Trajani. V. Notam *B. Crusii*. *Adde Tib.* 7. semel omnino eam vidit. Sic et nos *sehen* pro *besehen*.] P Per catachresim dicitur de sensu aurium. *Virg. A.* 4, 490. mugire videbis Sub pedibus terram, et descendere montibus ornos. *Prop.* 2, 13, 49. Vidistin' toto sonitus procurrare coelo? *Pl. ridicule Mil.* 4, 6, 44. Naso pol jam haec quidem videt plus, quam oculis. P Huc pertinet illud *August. Conf.* 10, 35. Ad oculos proprie videre pertinet. Utimur autem hoc verbo etiam in ceteris sensibus, cum eos ad cognoscendum intendimus. Neque enim dicimus, audi quam rutilet; aut olfac quam niteat; aut gusta quam splendeat; aut palpa quam fulgeat. Videri enim dicuntur haec omnia. Dicimus autem non solum, vide quid luceat, quod soli oculi sentire possunt, sed vide etiam quid sonet, vide quod oleat, vide quod sapiat, vide quam durum sit. P De rebus inanimis. *Virg. G.* 2, 68. et casus abies visura marinos, h. e. expertura. (quo sensu *Ter. Adolph.* 5, 4, 13. Duxi uxorem: quam ibi miseriam vidi!) *Sen. Ag.* 885. sanguinem extremae dapes Domini videbunt. *Id. Herc. Oet.* 462. Nox media solem vidit, et noctem dies. *Id. Hipp.* 285. Quaeque nascentem videt ora solem. *Id. Med.* 212. Pontusque quidquid Scythicus a tergo videt. *Lucan.* 2, 428. de *Apenino*. Longior educto qua surgit in aera dorso, Gallica rura videt, devexasque aspicit Alpes. P Metonymia est in his. *Sen. Phoen.* 245. Videram nondum diem, h. e. nondum natus eram

Cic. Fam. 14, 1. med. Quem ego diem si videro et si in vestrum conspectum venero. *Id. Fam. 7, 30.* Qui suo toto conspectu somnum non viderit. [*V. *Heindf. ad Hor. Sat. 1, 2, 68.*] P Transfertur ad animum, et sumitur pro intelligere, cognoscere, scire. *Id. ib. 6, 3.* Quem exitum ego tam video animo, quam ea, quae oculis cernimus. *Id. Sen. 23.* Animus, qui plus cernit et longius, videt, se ad meliora proficisci. *Id. Or. 1, 25. med.* Acutius atque acrius vitia in dicente, quam recta videre. *Liv. 6, 12.* Dii vatesque eorum in futurum vident. *Cic. Fam. 9, 6.* Quod ego cur nolum, nihil video. *Nep. Alc. 9. med.* Ad patriam liberandam omni ferebatur cogitatione: sed videbat, id sine rege Persarum non posse fieri. *Id. An. 9.* Vidit vir omnium callidissimus, magno se fore periculo, nisi quid praeviderisset. P Plus videre, plus sapere, melius consulere. *Cic. Phil. 2, 15. f.* Cum me vidisse plus fateretur, se speravisse meliora. *Id. Man. 22.* Sin autem vos plus in republica vidistis, etc. *Sic. Ter. Heaut. 3, 1, 97.* Ita comparatam esse hominum naturam, aliena ut melius videant et dijudicent. P De somniantibus. *Cic. Acad. 4, 40. med.* Si dormientes aliquid animo videre videamur. *Id. Dir. 2, 71. f.* Videre somnia. *Id. N. D. 1, 29. f.* aliquid in somnis. *Just. 1, 4.* per somnum; et *ib. 9.* per quietem. *Cic. Div. 2, 61.* secundum quietem. *Tac. Ann. 2, 14.* Nox laetam Germanico quietem tulit, viditque se operatum, etc. P Frequenter est animadvertere, considerare, pendere, cogitare. *Pomp. ad Dom. 2. post ep. ad Att. 12, 8.* Diligentius nobis est videndum, ne distracti pares esse adversario non possimus. *Pl. Bacch. 3, 9, 118.* Quae conditiones sunt: utram tu accipias, vide. *Petr. Sat. 94.* Vide, quam non conveniat his moribus; et *ib. 102.* Videte, numquid hoc placeat. *Cic. Am. 11.* Id primum videamus, quatenus amor in amicitia progredi debeat. *Id. Acad. 4, 13.* Nunc ea videamus, quae contra ab his disputari solent. [*V. *Beier. ad Cic. Off. 1, p. 137.*] P Item cavere. *Id. Off. 1, 14.* Videndum est, ne obsit benignitas; et *ib. 20.* Quamobrem et haec videnda, et pecunia fugienda cupiditas. Alii leg. *vidanda*, contra MSS. *Graecio teste.* P Item curare, procurare, providere, parare. *Pl. Amph. 2, 1, 82.* Vide, e navi efferantur quae imperavi omnia. *Id. As. 4, 1, 10.* Scribas, vide, plane et probe. *Cic. Fam. 16, 1, med.* Et comites, et tempestates, et navem idoneam ut habeas, diligenter videbis. *Id. Att. 5, 1.* Antecesserat Staius, ut prandium nobis videret. *Id. Tusc. 3, 19. f.* Demus scutellam dulciculae potionis, aliquid videamus et cibi. *Ter. Heaut. 3, 1, 50.* Asperum (vinum) hoc est: aliud lenius, sodes, vide. *Id. Andr. 2, 6, 25.* Ego istaec recte ut fiant, videro. *Cic. Fam. 7, 22. f.* Sed valebis, meaque negotia videbis. *Id. Verr. 2, 5, 40. extr.* Post aliquid videbimus, ne iste nobis obstare possit. *Id. Or. 3, 1.* Philippum dixisse constabat, videndum sibi aliud esse consilium: illo senatu se rempublicam gerere non posse. [*Cf. *Beier. ad Cic. Off. 1, p. 158.* Imprimis autem *Matth. ad Cic. Man. 22.*] *Vide, quid agas, cum eos monemus, qui magna agrediuntur.* *Ter. Phorm. 2, 2. f.* Senex adest: vide quid agas. (Ubi *Donat.* non terrentis est, sed excitantis.) *Cic. Verr. 2, 5, 68.* Te moneo: videas etiam atque etiam et consideres, quid agas, quo progrediare, quem hominem, et qua ratione defendas. Hic est deterrens. Adde *Pl. Epid. 1, 2, 58.* P *Videre sibi*, sibi consulere, providere. *Ter. Ph. 1, 4, 11.* Nam absque eo esset, recte ego mihi vidissem, et senis essem ultus iracundiam. P *Videris, it, int,* dicimus, cum aliis rei cupisquam curam relinquimus. *Cic. Quint. 17.* Quid mihi, inquit, cum ista summa sanctimonia, ac diligentia? viderint ista officia viri boni. *Id. Att. 12, 21.* Legi Brutii epistolam non prudenter rescriptam: sed ipse viderit. *Ov. A. Am. 2, 371.* Viderit Atrides: Helenen ego crimine solvo. *Id. Trist. 5, 2, 43.* Viderit: ipse sacram, quamvis invisus, ad aram Confugiam. *Petr. Sat. 87.* Videris tamen, inquit: non ero tui similis. P Et cum casu. *Stat. Th. 3, 212.* Viderit haec bello viridis manus. *Ov. Her. 12, 211.* Viderit ista Deus, qui nunc mea pectora versat. P Passive impersonaliter. V. in v. s. q. P [**Confund. vide, vides v. videmus et inde.* V. *Beier. ad Cic. Off. 2, p. 242.* *Heindf. ad Cic. N. D. p. 174. a. Videbis et jubebis.* V. *Gierig. ad Plin. Pan. 28, 6.*] VIDEOR, eris, visus sum, pass. 2. *δῆλον*, cernor, conspicio. *Pl. Mil. 2, 2, 32.* Siquidem centies hic visa sit, tamen inficias eat. *Varr. R. R. 1, 2.* Ubi sol sex mensibus continuis non videatur. *Ter. Andr. 3, 5, 10.* Ohe. Da visus sum. *Virg. Ecl. 3, 15.* Divisque videbit Permixtos heros, et ipse videbitur illis. *Ov. Pont. 4, 9, 18.* Consulis ante pedes ire viderer eques. *Sen. ep. 114.* Quam cupierit videri, quam vitia sua latere noluerit. P Impersonaliter. *Pl. Merc. 2, 2, 52.* Vide sis modo etiam. *Lys. visum est.* *Id. As. 3, 3, 91.* Da mihi istas viginti minas: vides me amantem egere. *Lib. videbitur.* *Cic. Rosc. Com. 7. med.* Qui quamobrem Roscium similem sui in fraude et malitia existimavit, nihil videtur. *Id. Phil. 13, 21. extr.* Hoc potest separatim perscribi, ut proprio senatusconsulto Pompejus collaudatus esse videatur. *Id. Or. 3, 55. med.*

Tom. IV.

Et quales ipsi quoque oratores, qua sint aetate, honore, auctoritate, debet videri. P Saepissime est apparere, speciem habere: sive illa species vera sit, sive non. *Cic. Off. 1, 24.* Nunquam periculi fuga committendum est, ut imbelles timidique videamur. *Id. Verr. 2, 2, 17.* Multo rem turpiore fore, et iniquiorem, visum iri intelligebant; et *Or. 3, 11. med.* Et illud quod loquitur, priscum visum iri putat, si plane fuerit rusticatum. *Id. Off. 3, 7. f.* Induxit eam, quae videretur esse, non quae esset, repugnantiam; et *ib. 2. med.* Si id, quod speciem haberet honesti, pugnet cum eo, quod utile videretur. *Hor. Ep. 1, 16, 60.* pulchra Laverna, Da mihi fallere, da justo sanctoque videri. [**Brem. ad Nep. Att. 4, 1. discrimen inter apparere et videri ita statuit, ut hoc dicatur de rebus, quas ex testimoniis haud contemnendis pro veris accipere parati simus: illud ad ea pertinet, quae extra omnem dubitationem posita sint, quorum veritas ab omni parte proset absoluta.*] P *Videtur mihi, tibi,* etc. sequente casu recto, cum, vel sine infinito. *Pl. Most. 3, 3, 2.* Num nimio emptae tibi videtur? *Id. Stich. 1, 2, 7.* Non homines habitare mecum mihi hic videtur, sed sues; et *Rud. 4, 7, 4.* Aequum videtur tibi, ut ego alienum quod est, meum esse dicam? *Id. Pers. 5, 2, 58.* Nec satis liber sibi videtur, ni, etc. et *4, 4, 5.* Ut munitum muro tibi visum est oppidum? *Cic. Fin. 2, 13. f.* Quae Aristoni et Pyrrhoni omnino visa sunt pro nihilo. *Pl. Epid. 4, 2, 29.* Quid si servo alter visum est? P Sequente accusativo rara constructio est. *Cic. Tusc. 5, 5.* Non mihi videtur, ad beate vivendum satis posse virtutem. (*Lambin. et Bentl. leg. virtus.* [**Cf. Davis; et Off. 3, 17.* quae vult videri, se esse virtutem. Notat *Spald. ad Quint. 5, 10, 5. T. II. p. 229. sq. videri cum accus. junctum plerumque idem esse quod placere.* Quamquam nec in solita significatione a ponendo accusativo abhorreat Romani, quod dudum docuerint in primis *Duk. ad Flor. 2, 6, 45.* et *Oudendorp. ad Suet. Oth. 7.* Adde *Gell. 2, 4.* P *Ego mihi videor, tu tibi videris,* etc. sequente altero recto casu, vel infinitivo: et opinionem, atque assensionem non firmam saepe significat. *Cic. Att. 9, 10.* Amens mihi fuisse videor a principio; et *ib. 12. med.* Quibusdam aut sapiens videor, quod una non ierim, aut felix fuisse: mihi contra; et *ib. 17. med.* Objurgavi senatum, ut mihi visus sum, summa cum auctoritate. *Ter. Eun. 3, 2, 1.* Audire vocem visa sum modo militis. *Id. Andr. 4, 18.* Adeon? videmur vobis esse idonei, in quibus sic illudatis? P De somniantibus. *Pl. Merc. 2, 1, 5.* Mercari visus mihi sum formosam capram. *Id. Curc. 2, 2, 10.* Hac nocte in somnis visum sum viderier, procul sedere longe a me Aesculapium. P Interdum significat firmum animi iudicium, et ponitur pro censere, statuere, placere: qua ratione impersonaliter usurpatur cum infinito vel expresso, vel tacito. *Cic. Sen. 1.* Nunc mihi visum est de senectute aliquid ad te conscribere. *Ter. Ph. 4, 3, 14.* Visum est mihi, ut ejus tentarem sententiam; supple *visum est mihi facere, ut,* etc. *Cic. Acad. 1, 9. f.* Eam quoque, si videtur, correctionem explicabo. *Sic. Fam. 14, 7. f.* Tibi si videbitur, villis iis utere, quae longissime aberunt a militibus. *Id. Off. 1, 32. f.* Qui imitamur, quos cuique visum est: supple imitandos esse. *Sic. Att. 12, 28. extr.* Velim Lentulum puerum visas, eique de mancipiis, quae tibi videbitur, attribuas. *Liv. 31, 3.* Ut consul, quem videretur ei, cum imperio mitteret, qui, etc. *Id. 29, 20.* Sibi placere consules decem legatos, quos iis videretur, ex senatu legere, quos cum praetore mitterent. P Hac ratione in decretis, et senatusconsultis, et sententiarum iudicium adhibebatur: ut modeste suam sententiam ostenderent, et imperiose jubendi invidiam vitarent. *Cic. Acad. 4, 47. f.* Majores nostri voluerunt, quae jurati iudices cognovissent, ut ea non esse facta, sed ut videri, pronuntiarent. *Id. Verr. 2, 2, 38.* Iste pronuntiat, Sthenium litteras publicas corrupisse videri. *Id. Att. 4, 2.* Cum pontifices decressent, videri, posse sine religione eam partem areae mihi restitui. *Liv. 30, 17. med.* Scipionem recte atque ordine videri fecisse, quod eum regem appellaverit. *Id. 38, 44.* Consul adjecit senatusconsultum, Ambraciam non videri vi captam esse. In decreto cens. ap. *Suet. Rhet. 1.* Et iis, qui eos ludos habent, et iis qui eo venire consueverunt, videtur faciendum ut ostendamus nostram sententiam, nobis non placere. Adde *Cic. Verr. 2, 5, 6. med.* et *ib. 2, 2, 41.* *Phaedr. 1, 10.* *Caes. B. C. 1, 2.* et quae congressit *Briss. de Form. p. 217.* P Frequens adeo est ap. *Ciceronem* hujus verbi usus, ut nonnunquam ab eo per pleonasmum tantummodo adhibeatur, ita tamen ut non sine vi et elegantia. Exemplum sit illud *ejusd. Manil. 10.* Satis mihi multa verba fecisse videor, quare hoc bellum esset genere ipso necessarium, magnitudine periculosum: restat, ut de imperatore ad id bellum deligendum videatur. [**Cf. Ern. cl. Cic. s. h. v. Brem. ad Nep. Alc. 6, 2. Ag 5, 1.*] VIDUA, ac. V. VIDUUS.

VIDUALIS, e, adj. ad viduum pertinens. In *fragm. Inscr. ap. Mur. 75, 2.* Permansit bis denis in vidualibus annis Jam jam sancta parens.

VIDUATUS, a, um, part. a *viduo*: *μωροθῆς, χῆρος*, privatus, spoliatus, carens. *Virg. G. 4, 518.* Arvaque Riphacis nunquam viduata pruinis. *Colum. Arb. 1. med.* Vitis viduata pristino alimento deficiet. *Id. praef. 10. med.* Aggressi sumus tenuem admodum, et paene viduatam corpore materiam. *Sil. 3, 601.* Nec Stygis ille lacus, viduataque lumine regna. *Id. 11, 91.* sedes viduata, h. e. sella curulis vacua, mortuo consule. *Mart. 11, 21.* Culcita viduata Leuconico. *Rursus Sil. 12, 370.* Serpentum tellus pura ac viduata venenis. Alii leg. *veneni*: nam et genitivum regit. *Lucr. 5, 838.* Orba pedum partim, manuum viduata vicissim. P *Viduata*, viro orba. *Suet. Galb. 5.* Agrippina viduata morte Domitii; et *Sen. Med. 581.* conjux viduata taedis, h. e. deserta, repudiata. Adde *Mart. 9, 31.* et *Tac. A. 16, 30.* VIDUATUS, us, m. viduivium. *Tert. Virg. vel. 9.* Scio, alicubi virginem in viduatu ab annis nondum viginti collocatam, h. e. in sacro viduarum ministerio.

[VIDUCASSES, ium, m. plur. incolae urbis ejusdem nominis in Gallia Lugdunensi, nunc pagus *Vieux* appellatus. Eorum meminit *Plin. 4, 18, 32.* Andegavi, Viducasses, Bodiocasses. *Inscr. ap. Mur. praef. p. 10.* T. Sennius Sollemnis Sollemnini filius e civitate Viducassium oriundus; et *mox*: Ordo civitatis Viduc. Anno Pio, et Proculo Cos. h. e. ann. a Chr. n. CCXXXVIII. F.]

VIDUERTAS, atis, f. *συνγοή, calamitas*, apud veteres. *Paul. ex Fest.* Viduertas calamitas dicta quod viduet bonis. *Cato R. R. 141.* Uti tu morbos visos invisosque, viduertatem, vastitudinemque, calamitates, intemperiesque prohibebis.

VIDUITAS, atis, f. privatio, inopia. *Pl. Rud. 3, 3, 1.* Nunc demum est, cum omnium copiarum, atque opum, auxilii, praesidii viduitas nos tenet. P Frequenter est vita caelebs post nuptias, *χρηστα, χῆρνας.* *Cic. Caecin. 5.* Aebutius iste, qui jam diu Caesenniae viduitate ac solitudine aletur. *Liv. 40, 4.* In viduitate relictas filiae singulos parvos filios habentes.

VIDULARIA, ae, f. nomen unius ex amissis *Plauti* comoediis, ejus fragmenta aliquot afferunt *Nonius* et *Priscianus*. Dicta est a vidulo; sed ejus praecipue argumenti fuerit, ignoratur. Similis *Rudenti* fuisse creditur.

VIDULUS, i, m. *γυλακῆριον, πήρα*, sacculus ex corio, quo pecunia, vel aliud quidpiam itineris causa reponitur. *Pl. Rud. 4, 4, 86.* Estne hic vidulus, ubi distellam tuam inesse ajebas? *Id. Men. 5, 7, 47.* Recte obsignatum in vidulo est marsupium. Adde *Rud. 4, 3, 60.* et *61.* unde colligitur, ex corio fuisse.

VIDUO, as, a. I. *χῆρώ, ἀποστερέω*, orbo, privo. *Virg. A. 8, 571.* tam multis viduasset civibus urbem. *Hor. Od. 2, 29, 8.* Et foliis viduantur orni. *Sen. Hipp. 866.* Ense viduare dexteram. *Stat. Th. 3, 385.* Viduare Penates, Finitimas adhibere manus. *Ser. Sammon. 55, 989.* febris pergit viduare sopore. P Item viduam vitam ago, *vedovare* Itali vulgo dicunt. *Tert. Mon. 17.* Cereris sacerdotes viventibus etiam viris et consentientibus, amica separatione viduantur, h. e. ita separatim degunt, ac si viduae essent.

VIDUVIUM, ii, n. viduatus. *Sidon. ep. 6, 2.* Cui filii, nec post multo nepotis amissi, duae pariter plagae recentes ad diurni viduvii vulnus adduntur. *Inscr. ap. Don. cl. 10. n. 51. med.* Viro carissima, post eum longissimo viduvio in eximio flore, summa pulchritudine formae castissima, etc.

VIDUUS, a, um, adj. *χῆρος*, privatus, orbatas, spoliatus, carens: ab *idvare*, quod Etrusca lingua dividere est: unde *vidua* (inquit *Maer. Sat. 1, 15. med.*) quasi valde divisa, aut a viro divisa. Aliam notationem *mox* afferam. Videtur itaque proprie dici de conjugate orbatas viro. *Cic. Caecin. 5.* Mulierem assentator, cognitor viduarum. *Pl. Curc. 1, 1, 37.* Dum te te abstineas nupta, vidua, virgine. *Id. Stich. 1, 1, 1.* Credo miseram fuisse Penelopam, quae tam diu vidua viro suo caruit. *Hor. Ep. 1, 1, 78.* sunt qui Crustis et pomis viduas venentur avaras. *Pl. Merc. 4, 6, 13.* Faxim, plures viri sint vidui, quam nunc mulieres. P Viduum, inquit *Jabolen. Dig. 50, 16, 242.*, non solum eam, quae aliquando nupta fuisset, sed eam quoque mulierem, quae virum non habuisset, appellari ait *Labeo*: quia vidua sic dicta est, quasi vecors, vesanus, qui sine corde aut sanitate esset; similiter viduum esse dictam, si ne duitate. *Liv. 1, 46. f.* Se rectius viduum, et illum caelibem futurum fuisse contendere, quam cum impari jungi. *Sen. Herc. Fur. 245.* caelibus semper tori Regina gentis vidua Thermodontiae. Adde *Med. 215.* P Universim quaecumque seu nupta, sive innupta sine viro cubat, *vidua* dicitur: item quae virum quidem habet, sed absentem. *Sen. Ag. 156.* Decem per annos vidua respiciam virum? *Pl. Cist. 1, 1, 46.* de meretrice: Nunquam ego hanc viduum cubare sivi. *Prop. 2, 24, 17.* Quid tibi, quid prodest viduas dormire puellas? Adde *Ov. Fast. 2, 557.* Huc et illa pertinent: *Prop. 2, 7, 54.* Scyria nec viduo Deidamia toro. *Ov. Am. 2, 10, 17.* Hostibus eveniat viduo dormire cubili. *Id. Her. 19, 69.* Cur ego tot viduas exegi frigida noctes? et *ib. 1, 9.* Nec

mihi, quaerenti spatiosam fallere noctem, Lassaret viduas pendula tela manus, h. e. manus ejus, quae virum habet absentem. *Id. ib.* 8, 21. Vidua aula, h. e. in qua regina conjux abest. *Sic ib.* 9, 35. et *Fast.* 1, 36. Vidua domus. *Mart.* viduam Cybelem dicit 7, 73. propter Atyn puerum, quem deperibat, exsectum. *Sen. Ben.* 1, 9. *med.* Viduus caelibatus. *P. Vir* quoque viduus est sine conjuge. *Or. A. Am.* 1, 102. Cum juvit viduos rapta Sabina viros. *Adde Her.* 8, 86. *P. De bestiis.* *Plin.* 10, 34, 52. Columba nisi caelebs aut vidua, nidum non relinquit. *P. Translate.* *Hor. Od.* 4, 5, 30. Et vitem viduas ducit ad arbores. *Juven.* 8, 78. Stratus humi palmas viduas desiderat ulmos. *Catull.* 62, 49. Ut vidua in nudo vitis quae nascitur arvo. *Mart.* 3, 58. Vidua platanus. *Colum.* 5, 6. *med.* Viti novellae pampinarum dimitti non oportet, nisi necessario loco natus est, ut viduum ramum maritet. *P. De aliis quoque rebus dicitur spoliatis, carentibus.* *Or. Am.* 3, 10, 18. nec viduum pectus amoris habet. *Virg. Cul.* 372. Cogor adire lacus viduos a lumine Phoebi. *Stat. Th.* 10, 13. Ceu mare per tumidum viduae moderantibus alni; et *ib.* 183. Viduus clavus, h. e. sine gubernatore. *Colum.* 9, 4. Pabulationes pecudibus viduae. *Id.* 2, 2. *f.* Viduum arboribus solum. *Plin.* 3. *proem.* Oppidorum nomini fama sua vidua. *Sil.* 2, 247. viduus teli, et frustrato proditus ictu. *Appul. Met.* 4. Arae viduae, frigido cinere foedatae. *Avien. Perieg.* 939. Caespes herbae viduus. *Stat. Th.* 2, 542. Hasta super laevos humeros vicina cruori Effugit, et viduo jugulum ferit irrita ligno, h. e. qua parte ferro caret. *P. De Deo Viduo haec Cyprian. de Idolor. vanit. med.* In tantum vero Deorum vocabula apud Romanos finguntur, ut sit apud illos et Viduus Deus, qui anima corpus viduet; qui quasi feralis et funebris intra muros non habetur, sed foris collocatur, et nihilominus, quia extorris factus, damnatur potius Romana religione, quam colitur. In multis optim. MSS. haec verba desunt.

VIENNENSIS, e, adj. ad Viennam pertinens, quae est urbs Allobrogum in Gallia Narbonensi, ad Rhodanum fluvium, infra Lugdunum, Romanorum colonia: ejus meminit. *Plin.* 2, 47, 46. et 3, 4, 5. *Caes. B. G.* 7, 9. *Mart.* 13, 107. ubi *vitisferam*, et 7, 88. ubi *puleram* vocat. *Plin.* 14, 1, 3. Viennensis ager. *P. Viennenses, ium*, absolute, sunt incolae illius urbis, ap. *eund. ib.* 4, 6. *Plin. alter. ep.* 4, 22. *Tac. H.* 1, 65. et *Vell.* 2, 121. *P. Alia est Vienna in Pannonia superiori, quae et Vindobona in Itin. Antonini dicitur, ad Danubium, illa nunc multo nobilior.*

VIEO, es, a. 2. *λύγω*, flexili vinculo ligo, vincio. *Varr. L. L.* 4, 10. Viere, vincire: a quo est in Asoto Ennii: Ibant malam viere Veneriam corollam. *Id. R. R.* 1, 23. *med.* Sic alia et alio loco serunda, ut habeas vimina, unde viendo quid facias, ut sirpeas, vallos, crates. *Adde Fest. et Non.* 1, 925.

[VIESCO, is, n. 3. idem ac vieo. Hinc *viescens* ap. *Colum.* 12, 15. *med.* Crates inter se acclines testudineo tecto more tuguriorum viescentem ficum a rore, et interdum a pluvia defendat. Ita edidit *Schneiderus* ex *Cod. Sangerman.* pro *inarescentem*. *V. Colum. l. c.* in VIETUS. *F.*]

VIETOR, oris, m. qui vasa vinaria curat, circulis ligneis et viminibus religando, stipando, etc. a *vico*. Agnoscitur a *Don.* ad *Ter. Eun.*, ut dicitur in VIETUS. *Ulp. Dig.* 9, 2, 27. *f.* Si vietori locaveris lacum vino plenum curandum, et ille eum peruderit. Ita *Haloander* edidit, et legi vult *Budaeus*. At *Torrent.* habet *tectori*, quod defenditur a *Cujac.* l. 10. *Observat. c.* 9., tum quia in *Basilicis* est *zovuarū*, tum quia lacus non est hic vas ligneum, quod vieri debeat, sed cisterna vini (ut vocat *Ulp. Dig.* 47, 2, 21. *med.*) seu receptaculum vini in terra depressum et tectorio incrustatum, cujusmodi ab Atheniensibus, et aliis Graecis adhiberi morem fuisse, *Suidas* docet, ad vina servanda. *Addit Cujac.*, Latinos non dixisse *victorem* a *viendo*, sed *victorem* allato illo *Gellii* loco 12, 3. *extr.* A ligando lictor, a legendo lector, a viendo victor, a tuendo tutor, a struendo structor, productis quae corripiebantur vocalibus, dicta sunt. Nam qui a *viendo* victor legunt, contra *Gellii* mentem faciunt. Quae cum vera esse videantur, legendum erit etiam ap. *Arnob.* 2, p. 70. Vannorum, sirpiarumque victores: quod e viminibus inflexis et intextis ea vasa compingunt. Alii leg. *vitores* eod. sensu. Sic in multis MSS. *Plauti Rud.* 4, 3, 51. Et vitorem, et piscato rem te esse, impure, postulas, h. e. vasorum, quae religantur (qualis est vidulus) artificem. Alii leg. *victorem*. Sic in *Inscr.* ap. *Grut.* 1178, 4. T. Luccejus T. L. Auctus vitor sibi et suis, etc.

VIETRIX, icis, f. quae viet corollas. *Plin.* 35, 11, 40. n. 23. Pausias amavit in juvena Glyceram municipem suam, vitricem coronarum. Ita pro *vietricem* legit *Salmas.* in *Solin.* p. 240. *Harduinus* autem *inventricem*; quod minime probandum videtur: coronarum enim plectendarum ars antiquissima fuit: etenim *id Plin. mor.* Postremo pinxit illam sedentem cum corona, quae e nobilissimis ejus tabula appellata est *Stephaneplocos*, ab aliis *Stepha-*

nepolis, quoniam Glyceram venditando coronas sustentaverat paupertatem. *Vietricis* figuram habes ap. *Gor. Inscr. Etr.* T. 3. tab. 9. p. LXXX. V. STEPHANELOCOS et STEPHANEPOLIS.

VIETUS, a, um, adj. *παρετός, μαλακός*, mollis, languidus, flaccidus: a *vico*, quod est inflectere, vincire, ligare. *Donat.* ad illud *Ter. Eun.* 4, 4, 21. Hic est vetus, vietus, veterosus senex: Vietus, *inquit*, mollis, flaccidusque, et flexibilis corpore; unde et vimina, et vimenta, et vites, et victores dicuntur; et viere religare dicitur: quia vietis virgis magis religare possumus quilibet. *Lucr.* 3, 386. de tela aranei: Nec supra caput ejusdem cecidisse vietam Vestem sentimus, h. e. putrem. *Cic. Div.* 2, 16. Vel suspicari contractum aliquo morbo bovis exile, et exiguum, et vietum cor, et dissimile cordis fuisse. *Id. Sen.* 2. Necesse fuit, esse aliquid in arborum baccis terraeque frugibus, maturitate tempestiva quasi vietum et caducum. *Colum.* 12, 15. *in.* Ficus porro neque nimium vieta, neque immatura legi debet. *P. Invenitur et paenultima correpta, ut quidam censent.* *Hor. Ep.* 12, 7. Qui sudor vietis, et quam malus undique membris Crescat odor. (Dici tamen potest, duas hic syllabas per synaeresin in unam contrahi.)

VIGENI, ae, a, adj. idem ac viceni. *Colum.* 4, 30. Viminalium singula jugera sufficere possunt quinque et vigenis jugeribus ligandae vineae. Alii leg. *vicenis*.

VIGENS, entis, part. a *vigeo*: *ἀκμάζων, ἀκμάτος*, fortis, vegetus. *Cic. Fin.* 2, 14. Homines rationem habent a natura, mentemque datam et acrem, et vigentem. *Lucr.* 2, 361. Herbae rore vigentes. *Suet. Ner.* 20. Terpnium citharoedum vigentem tum praeter alios arecessit, h. e. florentem, et praeter alios in sua arte peritum. *P. Non.* 5, 44. hoc interesse ait inter *vegetum* et *vigentem*, quod *vegetus* sit incolumis, *vigens* fortis: *vegetum* corporis, *vigentem* animi etiam dici posse: quae quidem differentia non usquequaque vera est. *Liv.* 21, 43. A tergo Alpes urgent, vix integris vobis ac vigentibus transitac. *Quint. decl.* 3, 4. Vigentibus lacertis humum scindere. *P. Translate.* *Plin. Paneg.* 50. Datur intueri pulcherrimas aedes, detero situ, auctas, et vigentes, h. e. non ruinosas, sed firmas.

VIGEO, es, ui, n. 2. *θάλλω, ἀκμάζω*, vigorem habeo, valeo, polleo: a *vi*, vel quasi *vi ago*. *Paul. ex Festo*: Viget dictum a *vi* agendo, sed non in agendis hostilibus rebus, verum, iis, quae concitato animo ad bonum tendunt. *Cic. N. D.* 2, 33. Quae a terra stirpibus continentur, arte naturae vivunt et vigent. *Id. Tusc.* 1, 27. Quidquid est illud, quod sentit, quod sapit, quod vult, quod viget, coeleste et divinum est. *Or. Fast.* 4, 541. Pallor abit, subitaque viget in corpore vires. *Quint.* 7. *praef.* Artus etiam leviter loco moti, perdunt, quo vigerunt, usum. *Sen. Hipp.* 620. Tu, qui juvenatae flore primaevigiges. *Sall. Cat.* 21. Victoria in manu nobis est: viget aetas, animus valet. *Varr. L. L.* 4, 10. Omne corpus, ubi nimius ardor aut interit, aut manet sterile. *Virg. A.* 4, 175. Fama Mobilitate viget, viresque acquirit eundo. *Hor. Od.* 1, 12, 17. de Jove: nil majus generatur ipso, Nec viget quiddam simile aut secundum. *Tibull.* 4, 1, 88. Laudis et assiduo vigeat certamine miles. *Cic. Or.* 2, 87. Vigere memoria. *Id. Tusc.* 1, 43. *f.* Humatio tota ad corpus pertinet, sive occiderit animus, sive vigeat. *Liv.* 6, 22. *med.* Vegetum ingenium in vivo pectore vigeat. *Lucr.* 3, 151. Animus laetitia viget. *Cic. Att.* 4, 3. *f.* Nos animo dumtaxat vigemus, etiam magis, quae cum florebat: re familiari communiti sumus. *Val. Fl.* 1, 55. Tu, cui jam curaque viget, animique viriles. *P. De iis, quae prospera sunt, quae florent, quae magni aestimantur.* *Virg. A.* 2, 88. Dum stabat regno incolumis, regumque vigeat Conciliis. *Or. Met.* 15, 426. Clara fuit Sparte: magnae vigeere Mycenae. *Sen. Hipp.* 435. prospero regnum in statu est, Dumusque florens sorte felici viget. *Sall. Cat.* 3. *f.* Pro pudore, pro abstinentia, pro virtute, audacia, largitio, avaritia vigeant. *Cic. Coel.* 5. *f.* Vigeant studia rei militaris. *Naevo.* ap. *Gell.* 6, 8. *f.* Qui res magnas manu saepe gessit gloriose, cujus facta viva nunc vigent. *Stat. Sil.* 3, 5, 74. urbes stant, populisque vigent. *Coel.* ad *Cic. Fam.* 8, 1. *extr.* Tui politici libri omnibus vigent. *Hor. A. P.* 61. verborum vetus interit aetas, Et juvenum ritu florent modo nata, vigentque. *Nep. fragm.* ap. *Plin.* 9, 39, 63. Me juvene violacea purpura vigeat, cujus libra denariis centum venibat. *Colum.* 8, 17. *med.* Muraenae, quarum pretia vigent. *P. De hominibus florentibus opinione litterarum, doctrinae, probitatis, divitiarum, etc.* *Cic. Or.* 1, 11. Vigeat auditor Panaetii Mnesarchus; et *ib.* 3, 28. *med.* Philonem in Academia maxime vigere audio. *Id. Fam.* 7, 33. Nos nihil sumus, gregalibus illis, quibus te plauente vigeamus, amissis. *Id. Tusc.* 1, 38. *f.* Multa saecula sic viguit Pythagoreorum nomen, ut nulli alii docti viderentur. *Nep. Alc.* 5. *med.* Tanta commutatio rerum facta est, ut Lacedaemonii, qui paulo ante victores vigerant, perterriti pacem peterent. *Lucr.* 4, 1149. Esse in deliciis summoque in honore vigere. *Tac. A.* 4, 20. Auctoritate et

gratia vigere apud aliquem; et *ib.* 14, 19. summis honoribus, et multa eloquentia; et *ib.* 3, 30. opibus. *Sen. Consol. ad Marc.* 1. *med.* Cujus viget vigebitque memoria, quamdiu fuerit in pretio Romana cognosci. *P. Olim et vigo* dictum fuit, teste *Charis.* 3, 216. *P. Particip.* *Vigens* supra suo loco.

VIGESCO, is, n. 3. vigere incipio. *Catull.* 46, 8. Jam laeti studio pedes vigeant. *Adde Lucr.* 1, 757. ubi alii leg. *viresco*.

VIGESIES, adv. vicesies, vices. *Appul. Dogm. Plat.* 1. Angulata vicesies sphaera. Alii leg. *vices*.

VIGESIMUS, V. VICESIMUS.

VIGESSIS, viginti assibus, ut *octussis*, octo assibus. *Mart.* 12, 76. Amphora vigessis, modius datur aere quaterno, h. e. viginti assibus venditur. *Capell.* 7. p. 241. Quater seni vigessis quadrussis faciunt, h. e. 24. Alii pro *vigessis* leg. *vicesis*.

VIGIES, adv. idem quod vices. *Capell.* 6. p. 194. Umbra vigies quater compleata.

VIGIL, ilis, adj. comm. gen. *γρηγορός, ἀγρηγνος*, vigilans, hoc est qui non est torpens, quales sunt dormientes, sed in vigore et actu suo est: a *vigeo*. *Virg. A.* 4, 181. Monstrum horrendum, ingens, cui quot sunt corpore plumae, Tot vigiles oculi. *Hor. Od.* 3, 16, 2. Canum vigillum excubiae. *Or. Met.* 12, 148. Dumque vigil Phrygios servat custodia muros; et *ib.* 2, 112. ecce vigil rutilo patefecit ab ortu Purpureos Aurora fores. *Stat. Achill.* 1, 543. Animus vigil. *P. Vigil* etiam dicitur, qui vigilare facit. *Or. Met.* 3, 396. Curae vigiles, h. e. quae nocturno quoque tempore mordent, et somnum impediunt. *Hor. Od.* 3, 8, 14. Vigiles lucernas perfer in lucem, h. e. ad quas vigilatur. *Stat. Sil.* 1, 2, 196. Vigiles questus, h. e. qui per noctem vigilando emittuntur. *Tac. A.* 4, 48. Noctem vigilem capessere, h. e. vigiliam agendo. *P. Ignis vigil* dicitur, qui nunquam exstinguitur. *Virg. A.* 4, 200. vigilemque sacra verat ignem, Excubias divum aeternas. *P. Auris vigil* est attenta. *Stat. Achill.* 2, 119. Aspicit intentum, vigilique haec aure bibentem. *P. Vigiles, um*, absolute, sunt excubitores, nocturnique custodes, *αγοροφ.* *Pl. Amph.* 1, 1, 195. Rex Creon vigiles nocturnos singulos semper locat. *Cic. Verr.* 2, 4, 43. Clamor a vigilibus, fanique custodibus tollitur. V. NYCTOSTRATEGUS. *P. Translate.* *Lucr.* 5, 1435. Solem et Lunam mundi vigiles dixit. Similiter *Plin.* 10, 21, 24. gallos gallinaceos vigiles nocturnos. *P. Romae septem erant vigillum cohortes ab Augusto institutae, quibus omnibus praefectus, et subpraefectus praerant, unicuique autem tribunus, qui septem regebat militum centurias cum suis centurionibus. Circa portas et muros dispositae erant in excubitoribus XIV., quot nempe erant Urbis regiones. V. Marin. Inscriz. Alb. p. 200. et sqq. et *Fea, Framm. de fast. cons.* p. 82. et PRAEFECTUS. *P. Vigillum* scribitur in *Inscr.* ap. *Gor. Inscr. Etr.* T. 1. p. 189.*

VIGILABILIS, e, adj. qui vigilat. *Varr.* ap. *Non.* 2, 239. et 688. O stulta nostri pectoris dormitio Vigilabilis, quae me puellum imbuberem Ceptisti!

VIGILANS, antis, part. a *vigilo*: *ἀγρονών.* *Ter. Andr.* 5, 6, 8. Num ille somniat ea, quae vigilans voluit? *Hic vigilans somniat*, proverbium est ap. *Pl. Capt.* 4, 2, 68. de iis, qui multa sibi bona et gaudia fingunt, et in votis suis sibi valde blandiuntur. *P. Vigilans dormire* proverbialiter dicitur ab eodem *Ps.* 1, 3, 152. qui in re aliqua segnis, remissus, et socors est. Cui simile est illud *Lucr.* 3, 1062. Qui somno partem majorem conteris aevi, Et vigilans stertis, nec somnia cernere cessas. V. STERTO. *P. Saepe* significat diligenter, providum, intentum. *Cic. Rosc. Am.* 48. Nostri isti nobiles, nisi vigilantes, et boni, et fortes, et misericordes erunt etc. *Id. Verr.* 1, 11. Perficiam, ut nemo unquam post hominum memoriam paratior, vigilantior, compositior ad iudicium venisse videatur. *Id. ad Pomp. post ep.* 11. l. 8. ad *Att.* Homo vigilans et industrius. *Val. Max.* 9, 1. n. 1. *extr.* Annibal vigilantissimus dux. *P. Lumina vigilantia* dixit *Or. Her.* 18, 31. accensam noctu facem in pharo ad monstrandum iter navigantibus.

VIGILANTER, adv. *ἐργηγορότως, ἐπιμελώς*, cum vigilantia, et sollicitudine. *Cic. Verr.* 2, 4, 64. *f.* Quod vigilanter provinciam administrasset: cujus omnes vigilias in stupris constat, adulterisque esse consumptas. *Id. Fam.* 15, 2. *med.* Vigilanter se tueri. *Planc.* ad *Cic. ib.* 10, 23. *med.* Tu, mi Cicerone, praesta, ut vigilantem nervoseque nos, qui stamus in acie, subornes. *Cic. Somn. Scip.* 8. Euitar multo vigilantius. *Id. Mur.* 15. Quem L. Murena pater hujusce vehementissime vigilantissimeque vexatum, repressum magna ex parte, non oppressum reliquit.

VIGILANTIA, ae, f. somni parcitas, *ἀγρηγνία*. *Plin.* ep. 3, 5. de avunculo suo: Erat incredibile studium, summa vigilantia: lucubrare a Vulcanalibus incipiebat, etc. *P. Translate* ponitur pro diligentia. *Ter. Adelp.* 3, 4, 34. Vigilantiam tuam tu mihi narra? *Cic. Att.* 8, 9. *extr.* Horribili vigilantia, celeritate, diligentia est.

VIGILATE, adv. idem ac vigilantem. *Gell.* 3.

14. med. Vigilare et attente verbum non probum mutavit.

VIGILATIO, onis, f. vigilia, insomnia. Coel. Aurel. Tard. 1, 4. n. 101.

VIGILATUS, a, um, part. a vigilo, vigilando transactus. Oe. Fast. 4, 167. Semustamque facem vigilata nocte viator Ponet. P Sumitur etiam pro lucubrato seu nocte per vigiliam composito. Id. ib. 109. Primus amans carmen vigilatum, nocte negata, Dicitur ad clausas concinuisse fores: melos παρακλινομένων. Id. Trist. 2, 11. Hoc pretium curae, vigilatorumque laborum Cepimus.

VIGILAX, acis, adj. omn. gen. ἀγρυπνῆξις, sagaciter multumque vigilans. Colum. 7, 12. med. de canib. Maxime autem debent in custodia vigilantes conspici, nec erronei, sed assidui, et circumspecti magis, quam temerarii. Ov. Met. 2, 779. Nec frui somno vigilacibus excita curis.

VIGILIA, ae, f. ἀγρυπνία, actus vigilandi, insomnia, excubiae nocturnae. Cels. 2, 6. Ut neque vigilia praecesserit, neque ventris resolutio, neque inedia. Cic. Tusc. 4, 19. med. Cui non sunt audita Demosthenis vigiliae? Id. Par. proem. Illum majorem vigiliam munus in tuo nomine apparuit, h. e. longiorum lucubrationum. Appul. Met. 6. Inconivna vigilia. P Speciatim dicitur de vigiliis militariibus. Vigiliae autem et excubiae differunt, quod vigiliae sunt tantum nocturnae, excubiae et nocturnae et diurnae. Cic. Verr. 2, 4, 43. Praecipitur et negotium datur quaestoribus, et aedilibus, ut noctu vigiliis agerent ad aedes sacras. Id. Cat. 2, 12. Vestra tecta custodiis vigiliisque defendite. P Vigiliae militares quatuor erant, prima, secunda, tertia, quarta. Singulae tribus horis constabant. Noctes enim in duodecim horas dividebantur, quae aestivo tempore breviores erant, hiemali autem longiores. Hieron. ep. 140. n. 8. Nox in quatuor vigiliis dividitur, quas singulae trium horarum spatio supputantur. Caes. B. G. 1, 12. De tertia vigilia cum legionibus tribus ex castris profectus. Plin. 10, 21, 24. Castrensis vigilia. P Haec militaris divisio noctis etiam in rebus urbanis observabatur. Cic. Fam. 3, 7. Cum prae tuus ad me secunda fere vigilia venisset. P Metonymice dicuntur ipsi custodes, qui vigilant, γρηγοροί. Cic. Mil. 25. Si Capitolinae cohortes, si excubiae, si vigiliae, si delecta juvenus, quae tuum corpus domumque custodit, contra Milonis impetum armata est. Sall. Cat. 33. Et ab incendio intelligebat Urbem vigiliis munitam. Id. Jug. 49. Vigiliis crebras ponere; et ib. 105. circuire. P Vigiliae quoque dicebantur nocturna sacra, quibus in aede Cereris mulieres pervigilabant, quae et mysteria, et initia dicebantur. Pl. Aul. prol. 35. et 4, 10, 65. Qui illam stupravit noctu Cereris vigiliis. P Vigilia translate sumitur pro diligentia, cura, officio. Cic. Fam. 11, 24. Cupio jam vigiliam meam, Brute, tibi tradere, sed ita, ut ne desim constantiae meae, h. e. mei muneris partes: alludit autem ad vigiliis militares. Nam qui in castris exploratorum, et excubiarum partes noctu obeunt, ubi sua vigilia perfuncti sunt, aliis vigiliam quasi per manus tradunt. Id. Phil. 7, 7. Idcirco in hac custodia tanquam in specula collocati sumus, ut vacuum populum R. metu nostra vigilia et providentia redderemus; et ib. 1, 1. Mancendum mihi statuebam quasi in vigilia quadam consulari et senatoria. P Etiam vigil pro vigilia dicebantur veteres. V. LABOR, oris.

VIGILIARIUM, ii, n. locus in quo nocturnae excubiae aguntur. Not. Tir. p. 105. Vigil, Vigiliarium. Lege vigiliarium. Sen. ep. 57. med. Quid interest, utrum supra aliquem vigiliarium ruat, an mons? P Est etiam parvum monumentum, quod a formae similitudine cum excubiari statione hoc nomen cepisse videtur, vel quia ibidem excubabat, qui monumenti custodiae. V. CUSTODIARIUM et EXCUBITORIUM. Inscr. in Giorn. Acad. T. 28. p. 357. Hoc vigiliarium pertinet ad heredem Aeliae Heuresidis L. Gellium Amandum: is L. Gellio Hilariano filio et heredi; et Lib. Lib. Post. Eor.: in F. P. XXVI, in Ag. P. XXXII. S.

VIGILIUM, ii, n. idem ac vigilia. Varr. ap. Non. 3, 269. Animum mitto speculatum toto orbe, uti quid facerent homines, cum experrecti sient, me faceret certiorum; si quis melius operam sumeret, ut ejus consilio potius vigilium adminicularem nostrum.

VIGILO, as, n. I. γρηγορέω, ἀγρυπνέω, abstinco a dormiendo, vigilias ago, excubo. Cic. Somn. Scip. 1. Me, qui ad multam noctem vigilassem, arctior, quam solebat, somnus complexus est. Id. Cat. 3, 3. Tardissime autem Lentulus, credo, quod litteris dandis praeter consuetudinem proxima nocte vigilaret. Id. Q. Fr. 2, 15. Properando etiam citius, quam si de multa nocte vigilasset. Hor. Sat. 1, 3, 17. noctes vigilabat ad ipsum Mane, diem totum stertebat. Ter. Eun. 2, 2, 47. Vigilare usque ad lucem. P Passive. Oe. Her. 12, 169. Non mihi grata dies; noctes vigilantur amarae. P Et impersonaliter. Mart. 12, 68. Otia me, somnusque juvant, quae magna negavit Roma mihi; redeo, si vigilatur et hic. P Translate est providere, studium et diligentiam adhibere. Accius ap. Cic. Planc. 24. Vigilandum est semper: multae insidiae fiunt bonis. Cic. Phil. 6, 7.

Quamobrem, Quirites, consilio quantum potero, labore plus paene, quam potero, excubabo, vigilaboque pro vobis. Id. Fat. 6. Vigila, Chrysispe, ne tuam causam deseras. P Mars vigila, dicebant, indicto bello, imperatores templum Martis ingressi, ejusque hastam commoventes. V. ANCILE. P Vigilare aliquid, vigilantem providere, diligenter conficere, lucubrando persequi. Virg. G. 1, 312. Atque ubi jam breviorque dies, et mollis aestas, Quae vigilanda viris? Gell. praef. med. Qui in lectitando, scribendo, commentando nullas hoc genus vigilias vigilarunt. P alicui rei, vigilantem operam dare. Prop. 2, 2, 9. si possem studiis vigilare severis. P Vigilare etiam dicuntur ignes, qui inextincti servantur, ut Romae in templo Vestae, de quo igne Stat. Silo. 1, 1, 35. An tacita vigilet face Troicus ignis; et Flor. 1, 2. Ut ad similitudinem coelestium ignium custos imperii flamma vigilaret. P Part. Vigilans supra suo loco.

VIGINTI, adj. numerale cardinale, indecl. εἴκοσι, et Dorice εἰκον, unde factum est viginti. Cic. Planc. 37. Quae, si viginti quiessem dies, in aliorum jugulum consulum reeidisset. Id. Or. 3, 20. Annos natum suum et viginti. Hor. Sat. 1, 5, 86. Quatuor hinc rapitur viginti et millia rhedis. Plin. 29, 6, 39. Blattas diebus viginti uno impositas panos sanare. Id. 30, 10, 27. extr. Viginti unam muscas rufas in potu dare. [Colum. 5, 3. Asses efficies quatuor millia, ducentos, et viginti unum. Id. ib. Dandae sunt vites latitudini viginti una. F.]

VIGINTIANGULUS, a, um, adj. ut Vigintianguula sphaera, ap. Appul. Dogm. Plat. 1. med. Male autem hic Appulejus interpretatur εἰκοσάεδρον Platonis, etenim sphaera εἰκοσάεδρος est, quae viginti superficies habet triangulares aequilateras, sed duodecim tantum angulos solidos ex quinque planis angulis quemque constantes.

VIGINTIVIRATUS, us, m. magistratus viginti virorum, munus quoddam in republica gubernanda, cui viginti viri praerant. De vigintiviris agris dividendis. Cic. Att. 9, 2. Repudiari se totum magis etiam, quam olim in vigintiviratu putabit. Adde Quint. 12, 1. med. V. v. sq. P Etiam de vigintiviris ante quaesturam usurpat Tac. l. c. in v. sq.

VIGINTIVIRI, orum, m. plur. magistratus viginti virorum ap. Romanos. C. Julius Caesar in consulatu legem tulerat, ut ager Campanus iis, qui ternos pluresve liberos haberent, divideretur, quod narrat Vell. 4, 44. et Suet. Caes. 20. et Aug. 4. et Front. de colon. p. 137. Goes. Hujus divisionis curatores viginti viros constituerat, quorum uno mortuo, in ejus locum Ciceronem invitaverat: quem honorem et munus, tanquam odiosum ac turpe, is repudiavit, ut apparet ex cod. Att. 2, 9., non sine offensa Caesaris, ut Id. innot. ib. 9, 2. et Vell. 2, 45. Hanc ejus recusationem Quint. 12, 1. med. laudat, et inter alia optimi civis argumenta recenset. Cic. Att. 2, 6. Ubi nemo sit praeter me, qui quemquam ex vigintiviris vivum et salvum velit. P Fuerunt etiam vigintiviri magistratus ante quaesturam geri solitus, veluti aditus ad eam et ceteros honores. Fuere primum vigintisex; deinde ab Augusto ad viginti redacti, quorum decem erant hastae decemvirali, seu stitibus judicandis praepositi, quatuor curatores viarum, tres monetales, totidem capitales. Duumviros curatores viarum extra Urbem, et quatuorviros, qui in praefectura Campaniae mittebantur, Augusto sustulit. Tac. A. 3, 29. Tiberius Nerone jam ingressum juventam commendavit patribus, utque munere capesseudi vigintiviratus solveretur, et quinquentio maturius, quam per leges, quaesituram peteret, non sine irrisu audientium postulavit. Spart. Julian. 1. Inter viginti viros electus est suffragio matris Marci (Aurelii Aug.) h. e. inter X. viros stitibus judicandis, ut patet ex Inscr. ap. Reines. cl. 6. n. 42. P Item vigintiviri ex S. C. reipublicae curandae fuerunt consulares ann. a. Chr. n. CCXXXVII. a senatu contra Maximinum creati. Capitol. Gord. n. 10. Ut non solum gesta haec probarent (senatores), sed etiam vigintiviros eligerent; et mox: Illos sane viginti senatus ad hoc creaverat, ut divideret his Italicas regiones contra Maximinum pro Gordianis tuendas. Inscr. ap. Grut. 381, 3. L. Caesonius C. F. Quirina Lucillus XX. viros (sic pro vir) ex senatu consulto R. P. curandae, etc. V. Marin. Frat. Arv. p. 799. P Alii etiam fuerunt vigintiviri in municipiis. Inscr. Ostiensis ap. Marin. l. c. p. 806. ... Cornelius Statius XX. vir H. A. H. S. P In sing. num. Plin. 7, 52, 52. Varro auctor est, XX. viro se agros dividente Capuae, etc. Ita Hard. ex suis MSS. omnib. Sic Inscr. ap. Grut. 372, 8. Aurelio Victori XV. Viro sac. fac. V. QUINDECIMVIRI.

VIGOR, oris, m. ἀρετή, vis illa, qua aliquis vivit vigeatque, robor, firmitas, vires. Virg. A. 6, 730. Igneus est ollis vigor, et coelestis origo Seminibus. Id. ib. 9, 610. nec tarda senectus Debilitat vires animi, mutataque vigorem. Phaedr. 5, 7. de tibicine: ejus flatibus Solebat excitari saltantis vigor. Liv. 21, 4. Eundem vigorem in vultu, vimque in oculis, habitum oris, lineamentaque intueri. (Adde Albinor. 1, 260. et Curt. 10, 10.) Hirt. B. Afr. 10. f. Imperatoris vultus, vigor, mirabilisque hilaritas. Just. 1, 4. f. Tantus in illo vigor, et dulcis quidam blan-

dientis infantis risus apparuit. Id. 5, 5. f., Liv. 9, 16. med. et Oe. Her. 16, 51. Vigor animi. Id. Met. 8, 254. ingenii. Hor. Od. 4, 4, 5. juvenas et patrius vigor. P In plur. num. Vitr. 6, 1. f. Temperatissimae ad utramque partem et corporum membris, animorumque vigoribus pro fortitudine sunt in Italia gentes. Sil. 15, 355. Vincis, ait, nostros mirando ardore vigeos. P Translate. Sen. ep. 64. Lectus est liber Q. Sextii patris, magni viri. Quantum in illo, Dii boni! vigoris est, quantum animi! P De rebus inanimis. Plin. 14, 4, 6. Vigor vini in domitus. Hard. in MSS. suis rigor reperit. Id. 9, 35, 54. Margaritae flavescent senecta, rugisque torpescunt; nec nisi in juvena constat ille, qui quaeritur, vigor. Id. 37, 7, 28. Gemma quodam vigore apposita tingens, h. e. colore splendido, ac vivo.

VIGORANS, antis, part. ab inusit. vigoro, vigorem afferens. Tert. Pudic. 2. Effeminantia magis, quam vigorantia disciplinam. P Item vigorem sumens. Id. Resurr. carn. 26. med. Vinum animae vigorantis ex vite Christi.

VIGORATUS, a, um, part. ab inus. vigoro, ut Vigoratus juvenis, Appul. Met. 9.

VILEFACIO, is, a. 3. φαῖλον, vilem reddo. Lactant. ad Stat. Theb. 5, 28. Fletu non indecenti, non nimio, qui formam deturparet, dignitatem ejus vilefaceret. F.]

VILEO, es, ui, n. 2. φαῖλον, vilescio. Avien. in Arat. 318. At postquam argento deformis viluit aetas. August. Tract. in Joann. 24. n. 1. Miracula ejus etc. assiduitate viluerunt.

VILESCO, is, n. 3. idem ac vileo. Paul. Nol. carn. 22, 56. Vilescit pretio depretiatus homo. Hieron. ep. 66. n. 7. Quamvis clarus homo vilescit in turba. Sidon. ep. 7, 9. in conc. med. Vir non indiscrta familiaritate vilescens.

VILIFICO, V. ANNIHILARE.

VILIO, onis, m. dimin. vilis. Est cogn. R. Inscr. ap. Mur. 2055, 5. M. Aurelius Vilio. F.]

VILIPENDO, is, a. 3. contemno, parvi facio. Pl. Truc. 2, 6, 58. Etiamnum me vilipendit. Alii leg. nihili pendit. Alii aliter.

VILIS, e, adj. εἰσός, qui parvo pretio emitur. Pl. Trin. 1, 1, 10. Neque quidquam vile nunc est, nisi mores mali. [Perperam Noster vilis h. l. intelligit de eo, quod parvo pretio emitur. Significat hic vilis, eaque prima est vocabuli notio, idem quod venalis, verkäuflich. Eodem sensu positum est ap. Virg. G. 1, 273. quem locum Forc. infra laud., cum Servio vilis pro abundanti habens. V. in Vititas.] Pl. Mil. 3, 1, 137. Qui prohi homines essent, esset his annona vilior. Cic. Verr. 2, 3, 84. f. Frumentum quoniam vilis erat, ne emisses. Id. Fin. 2, 28. Non minor voluptas percipitur ex vilissimis rebus, quam ex pretiosissimis. Mart. 1, 77. curarum pretium non vile mearum. Ter. Ph. 5, 3, 6. Ex his praediis talenta bina capiebat: ac rebus vilioribus multo; et Ad. 5, 9, 24. Si tuum officium facies, atque hic paululum prae manu dederis, unde utatur; reddet tibi cito. Mi. istoc vilis. Ubi Don. quasi nihil minus: negatio enim est floccum ostendentis, aut quid tale, cum εἰληται, quia subauditur quicquam, et non dabo. Vult hoc Donatus: non dabo ne rem quidem ista, quam tango, viliozem. Simile est illud Charis. 2, 180. Rex, qui vocabat ad coenam, si sibi ea res exhibenda indiceretur, quam exhibere non posset, respondit, ut Tranquillus refert: Isto vilis hominis erit coena, h. e. minore pretio parabitur coena alicui, quam constet quod mihi indicitur exhibendum. P Vili, parvo pretio. Pl. Epid. 1, 1, 49. Istam quanti emit? Thest. vili. Mart. 12, 66. Instructam vili vendis, Amoene, domum. Ulp. Dig. 13, 4, 2. f. Res stipulatoris vilissimo distracta est. P Metonymice est abundans, frequens: ut in illo Virg. G. 1, 273. oleo tardi costas agitator aselli, Vilibus aut onerat pomis. Ita Servius, qui huc trahit et illud ib. 227. viciamque seres, vilenque faselum: quia quae abundant, vili emuntur. Hue addit Non. 12, 41. et locum Varr. fragm., cujus lectio valde dubia est. P Saepe est vulgaris, contemptus, humilis, levis, minimi pretii, αἰσός, ὑποβόλαιος. Cic. Fl. 42. med. Etiam si honor noster vobis vilior fuisset, salutem certe caram futuram. Id. Rosc. Am. 26. Nihil tam vile, neque tam vulgare est, cujus partem ullam reliquerint. Id. Fam. 7, 20. Velia non est vilior, quam Lupercal. Nep. Dat. 3. f. Quod non vilis rex in potestatem inopinanti venerat. Hor. Sat. 2, 5, 8. Et genus, et virtus, nisi cum re, vilior alga est. Liv. 40, 9. Nec adeo tibi vilis vita esset nostra, ut nec praeterito periculo meo movereris, neque futuro. [Cf. ib. 22, 60. et 24, 5. ad quem locum v. Bauer. p. 106. coll. Liv. 25, 6. Porro ib. 35, 14.] Sall. Cat. 16. Fidem, fortunas, pericula vilia habere. Ov. A. Am. 2, 29. Da reditum puero, senis est si gratia vilis. Id. Her. 7, 48. Si, dum me careas, est tibi vile mori. P Cum infinito. Sil. 8, 436. Stat fucare colos nec Sidone vilior Ancon, etc. P Tróνη est illud Petr. Sat. 93. Vile est, quod licet. Et illud Claud. IV. cons. Hon. 220. Vile latens virtus, h. e. virtus, quae latet, vilis res est, et digna contemni. P Vile adverbii more, viliter. Id. ib. 37 et vile virentes Hesperidum risit, quos distat fabu

la, ramos, h. e. non aureos, ut fabulae jactant, sed vulgari viriditate.

VILITAS, atis, f. *φαιλότης, εὐτέλεια, εὐνορία*, ex-
 igitas pretii, cui *caritas* opponitur. [*Parum re-
 cte haec docet *Noster*, neque docuisset, si locum
Plauti nosset, *Capt.* 2, 1, 39. Nam tu nunc vides pro
 tuo caro capite Carum offerre me meum caput vilitati:
 unde luce clarius apparet, *vilitas*, proprie non
 esse exiguitatem pretii, sed i. q. *venalitas*, nostr.
Feilheit. Ceterum nota: genus dicendi ap. *Plaut.*
 translate positum esse eodem modo, quo nos loquimur:
sein Haupt zu Markte tragen. V. **VILIS**.] *Cic. Man.* 15.
med. Tanta repente vilitas annonae et summa inopia
 et caritate rei frumentariae consecuta est, quantum
 vix ex summa ubertate agrorum diuturna pax effice-
 re potuisset. *Id. Verr.* 2, 3, 98. Si ubertas in per-
 cipiendis fructibus fuit, consequitur vilitas in ven-
 dendis. *Plin.* 33, 3, 14. Vilitatem alicui rei facere.
Id. 35, 6, 28. Solebant librae ejus tricenis nummis
 taxari. Inventa per Hispanias arena est similem cur-
 ram recipiens; itaque ad denarios senos vilitas re-
 diit. *Id.* 14, 2, 4. n. 6. Uva tantum vilitatis ciba-
 riae, h. e. escae tantum utilis, nullo pretio in vino.
Id. 8, 3, 4. de dentib. eleph.: Cetero et in his quo-
 que, qua corpus intexit, vilitas ossea, h. e. mate-
 ries exigui pretii. [*Lampr. Commod.* 14. Vilitatem
 proposuit, ex qua majorem penuriam fecit, h. e. pre-
 tia rerum venalium imminuit. *Id. Alex. Sev.* 22.
 Cum vilitatem populus Romanus ab eo peteret, in-
 terrogavit per curionem, quam speciem caram puta-
 ret. *Ammian.* 22, 14. in. Popularitatis amore vili-
 tati studebat venalium rerum, quae nonnunquam
 secus, quam convenit, ordinata inopiam gignere so-
 let et famem. Hanc autem vilitatem publice omnium
 primi jusserunt *Impp. Diocletianus* et *Maximianus*
 eo edicto, quod ann. a Chr. n. CCC. taxationi rerum
 venalium praeposuerunt, quodque Romae edidit et
 illustravit *Aloys. Cardinalius* ann. 1825., ac deinde
 accuratius *Hieron. Amatus* in *Giorn. Arcad.* T. 33.
 p. 41. 65. Illius edicti mentionem habet his verbis
Idatius in *Fast. cons.* ad ann. a Chr. n. CCCII. His
 consulibus vilitatem jusserunt imperatores esse. In
 quo tamen fallitur, cum ex ipsius edicti initio con-
 stet, id factum fuisse duobus ociis, ut diximus, an-
 nis. Huc vero pertinent verba *Lact. Mort. persec.*
 7. Idem *Diocletianus* cum variis iniquitatibus im-
 mensam faceret caritatem, legem pretiis rerum ven-
 alium statuere conatus est. Tunc ob exigua et vil-
 lia multus sanguis effusus, nec venale quidquam me-
 tu apparebat, et caritas multo deterius exarsit, do-
 nec lex necessitate ipsa, post multorum exitium,
 solveretur. Haec *Lactant.*, qui dixit multus san-
 guis effusus, et post multorum exitium, quia, ut ha-
 bet *Edictum* p. 6. Si quis contra formam statuti hu-
 jus conmissus fuerit audenter, capitali periculo sub-
 jiciatur. *F.*] P. Translate. *Plin.* 36, 15, 24. n. 8.
 Vilitas animarum, h. e. vitae hominum. *Id. praef.*
 20. nominum. *Petr. Sat.* 118. Effugiendum est ab
 omni verborum, ut ita dicam, vilitate, et sumen-
 dae voces a plebe submotae. P. *Vilitas sui*, id est
 cum quis se vilissimum putat, et contemni ac negli-
 gi dignum. *Sen. Clem.* 1, 4. *med.* (et *ep.* 121. *extr.*)
 In nullo (animali) deprehendes vilitatem sui, ne
 negligentiam quidem. *Curt.* 5, 9. *med.* Sepe taedio
 laboris ad vilitatem sui compelluntur ignavi. P.
 [**Conf. vilitas* et tranquillitas. V. *Beier.* ad *Cic.*
Fragm. XIX.]

VILITER, adv. *εὐόως*, cum vilitate, vili pretio.
Pl. Curc. 2, 1, 28. Venire poteris intestinis vilius.
Appul. Flor. n. 7. Vilitate se ipsum colere, sui con-
 temptus est. *Plin.* *ep.* 10, 46. Aliqua pars testaceo
 opere agenda erit: id enim et facilius et vilius; et
Plin. alter 18, 6, 8. n. 3. Quidquid per asellum fi-
 ri potest, vilissime constat.

VILITO, as, a. 1. *φαιλλω*, vile reddo. *Turp.*
ap. Non. 2, 896. Quin moneam, quin clamem, et
 querar tua vitia, quae te vilitant.

VILLĀ, ae, f. *εὐαίλις, ἀγορία*, domus extra ur-
 bem, in agro, agrī colendi, et fructuum colligendo-
 rum, aut etiam habitationis causa constituta: a *ve-*
hendo, quasi *vehilla*, quod in eam fructus ex arvis
 convehuntur. [*Longe nobis praeferenda videtur
 vocis ea origo, qua *Doederl.* 3, 4. sq. *villa* ortum
 a *vicula* docet. In nostra lingua *Weiler* maxi-
 me etiam forma huic latino vocabulo respondet. De
 differentia inter hoc verbum et *fundus* et *praedium*
 agit *Doederl.* l. 1. Cf. *Praedium*.] Ita *Varr. R. R.*
 4, 4. *med.* docet. *Cic. Rosc. Com.* 12. Qui ager ne-
 que villam habuit, neque ex ulla parte fuit cultus;
 et *mox*: Tum erat ager incultus, sine tecto, nunc
 est cultissimus cum optima villa. *Plin.* 18, 6, 7. n.
 1. Modus hic probatur, ut neque fundus villam, ne-
 que villa fundum quaerat. *Poll.* ad *Cic. Fam.* 10,
 33. Frumenta aut in agris, aut in villis sunt. P.
 Tripartito a *Columella* distribuitur, in urbanam, rus-
 ticam, et fructuariam. *Villa rustica*, est ea pars
 villae, quam villicus, colonus, vinitor, arborator
 habitandam sibi obtinet, et familiae villaticae, at-
 que instrumenti omni rustico condendo, aut conti-
 nendo est accommodata. *Villa urbana*, ea pars est,
 quam dominus sibi, cum ruri est, habitandam reci-
 pit. Dicitur urbana, quia elegantius amoenisque
 aedificari solet, et instrui, quasi urbani nitoris et

elegantiae plus habens, quam rustica. *Fructuaria*
villa dicitur, ubi fructus reconduntur. V. ipsum *Co-*
lum. 1, 6. *Cato R. R.* 4. Villam urbanam pro copia
 aedificato. P. *Villa publica* erat aedes in Campo
 Martio publicis officiis assignata, quemadmodum
 describitur a *Varr. R. R.* 3, 2. *Villa publica* ad rem-
 publ. administrandam est utilis, ubi cohortes ad de-
 lectum consuli adductae consistant; ubi arma osten-
 dant; ubi censores censu admittant populum. Haec
Varro. Dicta est autem *villa*, quia posita erat extra
 Urbem. Nam Martius campus situs erat inter Ur-
 bem et Tiberim, ut habet *Lic.* 2, 5. Scribit *Flor.* 3,
 21, L. Sullam quatuor millia deditorum inermium
 in villa hac publica interfecisse. Hoc idem narrans
Val. Max. 9, 2. n. 1. quatuor legiones fuisse dicit.
Sen. autem Ben. 5, 16. duas legiones. *Id. Clem.* 1,
 12. septem millia civium. At octo millia sunt in
Epit. Liv. 88., novem millia ap. *Aurel. Vict. Vir. il-*
lustr. 75. Ex quibus intelligimus amplissimam et
 spatiosissimam fuisse. Facta est a censoribus C.
 Furio Pacilo, et M. Gegano Macerino ann. U. C.
 CCCXX. *Liv.* 4, 22. Ejus imaginem et nomen *VIL-*
PVB. videre est in nummis gentis *Didiae* et *Fonte-*
jae ap. *Morell. Numism. Fam. Rom.* P. Neque ve-
 ro solum rusticae aedes, sed etiam singulae earum
 partes villae nomine significantur. Hinc *Plin.* 9,
 54, 79. ostrearum vivaria, quae sunt villae rusticae
 partes, *villas* vocat. Similiter ap. *Varr. l. c.* villae
 sumuntur pro cohortibus avium atilium. In illo et-
 iam loco *Plinii ep.* 5, 19. f. Rogo ergo, scribas tuis,
 ut illi villa, ut domus pateat: videtur *villa* poni pro
 parte villae rusticae, domus vero pro parte urbana.
 P. Pro rure. *Plin. ep.* 7, 25. Athenis vivere hominem,
 non in villa putes. P. *Villa Jovis* in insula Ca-
 preis. *Suet. Tib.* 65. P. *Villa magna*, locus in Afri-
 ca, in regione Syrtica. *Ant. Itin.* P. *Villa Faustinae*,
 locus in Britannia. *Ibid.* B. A.

VILLĀRIS, e, adj. *ἀγορικός*, idem quod villa-
 ticus, ut *Villares* gallinae, quae in villa aluntur.
Plin. 10, 41, 57.

VILLĀTICUS, a, um, adj. *ἀγορικός*, ad villam
 pertinens, ut *Villaticus canis*, qui villae servandae
 gratia alitur. *Villaticae alites*, quae in aedibus seu
 casis rusticis nutriuntur, ut sunt gallinae, anates,
 columbi, etc. *Villaticae pastiones*, h. e. alimenta,
 quibus hujusmodi alites alites nutriuntur. *Colum.*
 7, 12. De villatico cane igitur, et pastorali dicen-
 dum est: nam venaticus nihil pertinet ad nostram
 professionem. *Plin.* 23, 1, 17. Ajunt, si quis vil-
 lam ea tinxerit, fugere accipitres, tutasque fieri vil-
 laticas alites. *Varr. R. R.* 3, 2. Duo sunt pastio-
 num genera; unum agreste, in quo pecuariae sunt;
 alterum villaticum, in quo sunt gallinae, ac colum-
 bae, et apes, et cetera, quae in villa solent pasci;
 et *ib.* 9. Villaticae gallinae. *Colum.* 7, 13. *extr.*
 Villaticae pastiones, quae continent volucrum, pi-
 sciisque, et silvestrium quadrupedum curam. *Id.*
 9, 4. f. Villaticum mel. *Plin.* 28, 11, 49. *extr.* Vil-
 laticae quadrupedes. [*Varr. R. R.* 2, 2. *med.* Vil-
 latici greges, h. e. qui in villa remanent, illis oppo-
 siti, qui in saltibus pascuntur, et a tectis absunt
 longe. *F.*]

[**VILLĀTOR**, oris, m. ita truncato vocis capite
 pronuntiat rusticus pro *cavillator*, ap. *Pl. Truc.* 3,
 2, 15. Dicax sum factus, jam sum villator probus.
 Ita leg. *Muretus*, alii perperam *cavillator*; rustici
 enim homines *conia* pro *ciconia*, et *rabo* pro *arrha-*
 bo pronuntiabant. V. **RABO**, onis. *F.*]

VILLĪCĀ, ae, f. *οἰκονόμος γυνή*, uxor villici.
Mart. 1, 56. Pinguis inaequalis onerat cui villica
 mensas. *Juven.* 11, 69. Asparagi, posito quos legit
 villica fuso. P. De officiis villicae V. *Colum.* 12, 1.
 et *Cat. R. R.* 113. P. Scribitur et *vilica* simplici l.
 V. **VILLICUS**.

VILLĪCĀTIO, onis, f. *ἀγοροποιία*, villae dispen-
 satio, seu administratio, negotiatio rustica. *Colum.*
 11, 1. *med.* Qui susceperit officium villicationis, in
 primis convictum domesticum, multo etiam magis
 externum vitet. *Petr. fragm. Trag.* 69. *Burm.* Ser-
 vum in villicationem relegavit.

[**VILLĪCĀTUS**, a, um, part. a *villicor*, qua ruri
 vivere significat: qui rusticatus est. *Auson. ep.* 22, 1.
 Philon, meis qui villicatus praediis, etc. *F.*]

VILLĪCO, as, a. 1. *ἀγοροποιός*, villicum ago, vil-
 lae negotia gubernare. *Appul. Met.* 8. Servus, cui fa-
 miliae tutelam dominus commiserat, quique posses-
 sionem maximam villicabat. *Plin.* 18, 6, 8. n. 1.
 Quorum praedia colenda suscipiebat republica: ex-
 ercitisque ducebant, senatu illis villicante. P. Usi-
 tatus est passiva, seu deponenti positione. *Pomp.*
ap. Non. 2, 897. Longe ab urbe villicarier, quo he-
 rus rarenter venit. *Id. ib.* Non villicarier, sed do-
 minari mea est sententia. *Afran. ib.* In Arpinos jam,
 quantum pote, explodam hominem, ut villicetur.
 P. Significat etiam ruri vivere, rusticari. *Turpil. ib.*
 Ego nondum etiam hic villicabar, *Phaedria. Id. ib.*
 Hic villicor ante urbem: nunc rus eo. P. [*Trans-*
late. Cic. de rep. (ed. A. Maio) 5, 3. Sic noster hic
 rector quasi dispensare rem publicam, et in ea quod-
 dam modo villicare possit. *F.*]

VILLICO, onis, m. idem ac villicus, idest praefec-
 tus villicationis. *Appul. Apol.* Negat eam ratio-

nibus villiconum, et opilionum, et equisonum soler-
 tissime subscripsisse. Alii leg. *villicorum*.

VILLICOR. V. **VILLICO**.

VILLĪCUS et **Villicus**, i, m. *ἀγοροποιός, οἰκονόμος*,
 praefectus villae, procurator rei rusticae, cui tota
 rerum villaticarum cura ab hero commissa est. *Varr.*
R. R. 1, 2. *med.* Villicus agri colendi causa con-
 stitutus, atque appellatus a villa, quod ab eo in
 eam convehuntur fructus, et evehuntur, cum ve-
 neunt. *Colum.* 12. *proem. f.* Villicis successerunt
 in locum dominorum, qui quondam prisca consue-
 tudine non solum coluerant, sed habilaverant vil-
 las. *Cato ap. Col.* 11, 1. in. Male agitur cum do-
 mino, quem villicus docet. *Cic. Verr.* 2, 3, 50.
 Si quis villicus ex eo fundo excisis arboribus ac
 venditis, demptis tegulis, instrumento, pecore ab-
 alienato, etc. et paulo post: Putat, se bonum in
 arationibus fructibusque suis habuisse custodem ac
 villicum. P. Ejus officia describit *Cato R. R.* 5.
 et 142. Qualis esse debeat, docet *Colum.* 11, 1. in.
 et *med.* et 12, 1., idemque undecimum librum suum
villicum inscripsit, ut habemus 12, 18. P. Vide-
 tur sumi etiam pro ipso agri cultore ab *Hor. Ep.*
 1, 14, 1. V. *ib. v.* 4, 19. et 26. P. Item pro dis-
 pensatore et procuratore cujuscumque rei. *Auct.*
Priap. 82, 4. Villicus aerari quondam, nunc cultor
 agelli. Alii leg. *Aerari quondam custos*, etc. Sed
 prior lectio magis *Scalig.* probatur. *Inscr. ap. Grut.*
 640, 10. Eutyclus villic. a plumbo. *Alia* 1033, 9.
 Vil. ab alim., h. e. villicus ab alimentis. *Alia* 602,
 3. Felici Caes. serv. villico hortorum Majanor. *Alia*
ib. 4. Vicus in hortis Salustianis. *Front. Aquaed.*
 117. in ministeriis aquaeductuum ponit et villicos,
 quorum officium erat calices et fistulas impetratas
 ab imperatoribus ad privatos usus aptare, et collo-
 care, ut habetur *ib.* 112. *Inscr. ap. Spon. Miscell.*
antiqu. p. 235. Sporus Caes. N. S. vilic. aquae Clau-
 diae. P. Translate. *Lampr. Alex. Sev.* 15. Malum
 villicum esse imperatorem, qui ex visceribus pro-
 vincialium homines non necessarios, nec reipubl.
 utiles pasceret. Ita legit *Salmas.*, alii aliter. *Ju-
 ven.* 4, 77. Pegasus attonitae positus modo villicus
 urbi, h. e. praefectus. P. Adjective est villicus,
 ruralis. *Auson. epist.* 4, 56. Et jacula, et fundas,
 et villica nomina lini. P. Ad scriptionem quod at-
 tinet, quamvis ratio duo // postulet, tamen adeo
 frequens est in antiquis monumentis unico scribi,
 ut paene praeferrī debeat, certe improbari non pos-
 sit. In *opt. cod. Varronis*, et in *Pandect. Florenti-*
nis ita semper scribi, testatur *P. Victor.* ad *Cic.*
Fam. 16, 21. Sex vet. lapides affert *Manut.* in *Or-*
thogr., quindecim *Fabr.* p. 2., unum *Don. cl.* 1. n.
 140. et tres *Id. cl.* 7. n. 138, 152. et 205. simplici
 l. Putat *Dausqu.* etiam *vilam* sic scribi, quod sit
 ab *vil*, municipulus. Ipse tamen, et *Manut.* retinent
villicus.

VILLĪLUS, i, m. nomen Romanum, v. g. L. Vil-
 lius Tappulus, de quo *Liv.* 21, 49. *extr.* et L. Vil-
 lius Annalis ap. [*Coel.* in *Cic. Fam.* 8, 8. P. Anna-
 lem legem primus accurate tulit L. Villius, tribu-
 nis plebis, A. Posthumio Albino et Q. Fulvio Flaco
 Coss. Inde Annalis dictus est, quod nomen fami-
 liae haesit. *Liv.* 40, 44. V. *Manut. de Legg.* 6.
 B. A.]

VILLOSUS, a, um, adj. *τριχώδης, τριχώτος*, vil-
 losus plenus, hirsutus, hirtus. *Virg. A.* 8, 177. vil-
 losi pelle leonis; et *ib.* 266. de Caco: villosaque setis
 Pectora semiferi. *Ob. Met.* 10, 22. de Medusa:
 villosa colubris Guttur, h. e. densis cincta serpen-
 tibus. *Plin.* 12, 12, 26. Radix villosa, h. e. capil-
 lamentis, vel fibris instructa. *Id.* 16, 10, 19. Arbor
 folio villosior. *Id.* 11, 39, 94. Villosissimum ani-
 mal.

VILLŪLĀ, ae, f. parva villa. *Cic. Att.* 8, 9.
 Ego Arpini volo esse pridie Kalendas, deinde circum
 villulas nostras errare. *Hor. Sat.* 1, 5, 45. Proxima
 Campano ponti quae villula tectum Praebuit.

[**VILLŪLUS**, i, m. dimin. villi, lanugo. *Catull.*
 61, 136. Sordebant tibi villuli, Concubine, hodie
 atque heri. Ita leg. *Doering.*, quod unice proban-
 dum videtur; alii alia. *F.*]

VILLUM, i, n. *οἰκίακος, οἰκίακος*, diminut. vini.
Ter. Ad. 5, 2, 11. Interea in angulum aliquo ab-
 eam, atque edormiscam hoc villi.

VILLUS, i, m. *θρίξ, λίχνη, τριχώνια*, non pro-
 prie pilus est, sed potius multorum pilorum colle-
 ctio, et quidam quasi floccus, quales in jubeis leo-
 num, et luporum, et nonnullorum etiam canum se-
 paratos videmus propendere, quales idem sunt in
 vestibus flocci illi prominentes, qui hodie etiam orna-
 tus causa arte fullonia pannis inducuntur. Est a
vinnus, idest cincinnus, molliter flexus, ut exponit
Isid. Or. 3, 19. f. Vel est a *vellendo*, qua ratione
 ab eodem *vellus* venit. [**Doederl.* 3, 21. dimini-
 tivam formam esse vult a *pilus*, syncop. ex *pilulus*.]
Cic. N. D. 2, 47. Antimantium aliae coriis tectae
 sunt, aliae villis vestitae, aliae spinis hirsutae,
 etc. *Virg. G.* 3, 446. udisque aries in gurgite villis
 Mersatur. *Or. Her.* 6, 49. Non erat hic aries villo
 spectabilis aureo. *Mart.* 14, 136. Calcant villi
 pallia vestra mei. *Sidon. ep.* 5, 17. *med.* Linteum
 villis onustum.

VIMANIA, ae, f. oppidum Vindeliciae, hodie,

ut vulgo creditur, Wangen. Mamertio est municipium Isny. Mentio hujus oppidi facta est in Notit. Imper. P Vermania audit Tab. Peut. et Anton. Itin. B. A.

VIMEN, inis, n. οἰνία, ὄψ, ἄγρος, omne virgultum lentum, seu molle, flexile, et aptum ad vincendum, id est ligandum. Varro R. R. 1, 23, med. Ut habeas vimina, unde viendo quid facias. Fest. Viere, alligare, unde vimina, et vasa viminea. P. Fiunt autem vimina ex virgibus populi, sanguinei fructibus, betulae, coryli, vitis, et salicis, quae principatum obtinent. Caes. B. C. 1, 54. Reliquum corpus navium viminibus contextum coriis integebatur. Colum. 4, 30. Nec refert, cujus generis vimen seras, dum sit lentissimum. Oc. Met. 6, 344. fruticosa legebant vimina cum juncis. Tibull. 2, 3, 15. Tum fiscella levi detexta est vimine junci. Colum. 10, 304. cano jam vimine textum Sircipulum ferrugineis camulate hyacinthis. On. Rem. Am. 186. Ut relevent dempti vimina torta favi, h. e. alvearia viminea: synecdoche. Sic Mart. 4, 89. Nec rugosarum vimen breve Picenarum, h. e. fiscella viminea; et Ov. Met. 12, 436. concretum vimine querno Lac fluit. P. Vimen, virga, quae manu gestatur. Stat. Th. 2, 30. Ni Deus (Mercurius) horrentem (Cerberum) Lethaeo vimine mulcens Ferrea tergemino domuisset lumina somno.

VIMENTUM, i, n. idem quod vimen. Tac. A. 12, 16. Moenia non saxo, sed cratibus et vimentis, ac media humo, adversus irrupentes invalida erant. Alii aliter leg.

*VIMINACIUM, i, n. oppidum Hispaniae Tarraconensis, in Vaccaeorum agro. Anton. Itin. P. Item oppidum Moesia superioris. Eutrop. 9, 13. (al. 20.) Tab. Peut. et Anton. Itin. B. A.

VIMINALIS, e, adj. οἰνωτός, ad vimina pertinet. Viminalis arbor est, ex qua vimina fiunt. Plin. 17, 20, 32. Salicis viminalis singula jugera sufficient viginti quinque vineae jugeribus. Colum. 4, 30. Quare salices viminales, atque arundineta, vulgaresque silvae, vel consulto consitae et castaneae prius faciendae sunt. P. Viminalia absolute sunt arbores, quae vimina ferunt. Plin. loc. cit. Haec est viminalium cultura. P. Viminalis collis, unus ex septem urbis Romae collibus, in tertia urbis regione, ita dictus a viminum silva in eo enata circa aram Jovis, unde et Juppiter ipse Viminus cognominabatur. Varro L. L. 4, 8, med. et Festus. P. Viminalis porta, una ex portis urbis Romae, a Servio Tullio productae, inter Collinam et Exquilinam, ita dicta, quod in Viminali collem duceret. Ejus meminit Festus.

VIMINARIUS, ii, m. qui viminea opera facit, vel in viminibus negotiatur. Inscr. ap. Grut. 612, 3. A. Turranus Niger viminarius, etc.

VIMINETUM, i, n. locus viminibus consitus. Varr. L. L. 4, 8. Viminalis collis a Jove Viminio, quod ibi arae sunt ejus, aut quod ibi vimineta fuerunt.

VIMINEUS, a, um, adj. λυγρός, ex viminibus factus. Pl. Epid. 1, 1, 25. Unum a praetura tua abest, lictores duo, duo viminei fascis virgarum. Caes. B. C. 3, 63, med. Viminea tegumenta galeis imposita. Hirt. B. G. 8, 9. Pontium frontes viminea lorica munirentur. Virg. G. 1, 95. Vimineae crates. Plin. 16, 37, 69. Viminea salix, h. e. ex qua vimina fiunt.

VIMINIUS Juppiter. V. VIMINALIS et VIMINETUM.

*VIMITELLARII, orum, populi vetusti, qui in Latio degebant. Eorum civitas excisa, teste Plin. 3, 5. B. A.

VIN' est visne? Pl. Poen. 5, 2, 155. Vin' eam videre?

*VINA, ae, oppidum Africae Propriae, in Zeugitana. Anton. Itin. B. A.

VINACEA, ae, f. γλαῦρον, semen, seu granum uvae jam pressae: bacca subintelligitur. Colum. Arb. 4, f. Praeterea post haec vinaceae heminae uvae albae in nigra, uvae nigrae in alba ponit. Plin. 17, 22, 35. n. 20. Circum capita addito stercus, paleas, vinaceas, aut aliquid horumce.

VINACEUM et Vinaceus, i, n. et m. γλαῦρον, semen, seu granulum illud lignosum, quod in uvae acino nascitur, cum neutr. generis est, granum; cum masculini, folliculus subintelligitur: etenim proprie vinaceus, a, um, adjectiv. est. Fere usurpatur in numero plurali. Colum. 3, 1. Humido loco sciet non recte mandari fructus teneri et amplioris acini, sed callosi et angusti, frequentisque vinacei. Id. 11, 2, med. Naturalis autem maturitas est, si, cum expresseris vinacea, quae acinis celantur, jam infusca, et nonnulla propemodum nigra fuerint. Adde 6, 3. P. Nonnunquam tamen vinacea dici invenimus pro totis uvae expressae reliquiis, hoc est, non solum pro hisce granulis, verum etiam pro ipsis folliculis, qui Graece στέμφυλα. Varr. R. R. 2, 2, med. His (praesepibus) quaecumque jubentur, vescuntur (oves), ut folia ficulnea, et palea, et vinacea. Id. ib. 3, 11. Pabulum his (anathibus) datur triticum, hordeum, vinacei, uvae. Plin. 14, 1, 3. Uvae doliis inclusae, stipatae vinaceis circumsudantibus. Colum. 12, 36. Tortivum mustum dicimus, Tom. IV.

quod post primam pressuram vinaceorum, circumciso pede, exprimitur. Adde eund. ib. 43. f. et Cat. R. R. 7. P. Adjective. Cic. Sen. 15. Omitto enim vim ipsam omnium, quae generantur e terra, quae ex fici tantulo grano, aut ex ceterarum frugum, aut stirpium minutissimis seminibus tantos truncos ramosque pro creat. Alii rectius leg. ex acini vinaceo.

*VINACIOLA, ae, f. certa aliqua vitis, quam soli novere Sabini et Laurentini. Plin. 14, 3. B. A.

VINALIA, orum, vel ium, n. plur. μθολία. Duplex fuit vinaliorum nomine festum, alterum celebratum IX. K. Majas, alterum XIV. K. Septembr. Prius dictum vinalia priora sive urbana; posterius vinalia altera sive rustica. In illo vinum novum degustabant, et Jovi libabant; in hoc vinum, h. e. uvas, legebant, et Jovi sacrificabant. Prius Veneris festum proprie dicebatur, quia posterius Jovis erat, licet ob duo templa Veneri eodem die dicata, et ob tutelam hortorum Veneri tributam, etiam dies Veneris vocaretur. De vinalibus prioribus sive urbanis ita Plin. 18, 29. n. 3. Vinalia priora, quae ante hos dies sunt IX. Kal. Maji, degustantis vinis instituta, nihil ad fructus attinent. Festus: Vinalia diem festum habebant, quo die vinum novum degustabant, et Jovi libabant. Id. Calpar vinum novum, quod ex dolo demitur sacrificii causa, antequam gustetur. Jovi enim prius sua vina libabant, quae appellabant festa Vinalia. Oc. Fast. 4, 863. Dicta Pales nobis; idem Vinalia dicam, Una tamen media est inter utramque dies. Id. ib. 877. Cur igitur Veneris festum Vinalia dicant, Quae ritus, et quare sit Jovis ista dies? etc. Kalend. Maffej. ap. Grut. 133. IX. Kal. Maj. Vin. NP. Kalend. Praenestini. ap. Faggini. IX. Kal. Maj. Vin. F. P. De Vinalibus alteris sive rusticis ita Varr. L. L. 5, 3. Vinalia a vino. Hic dies Jovis, non Veneris. Hujus rei cura non levis in Latio: nam aliquot locis v. ndemiae primum a sacerdotibus publice fiebant, ut Romae etiam nunc. Nam flamen Dialis auspicatur vindemiam, et, ut jussit vinum legere, agna Jovi facit, inter ejus exta caesa et porrecta flamen prorsus vinum legit. In Tusculanis sacris est, vinum novum ne vehatur in urbem, ante quam Vinalia kalentur; et mox: Vinalia rustica dicuntur ante XII. (corrigere XIV.) Kal. Septembris, quod tum Veneri dedicata aedis, et horti ejus tutelae assignantur, ac tum sunt feriati olitores. Id. R. R. 1, 1. Veneris procuratio hortorum, quo nomine rustica Vinalia instituta. Plin. l. c. n. 4. Sunt Vinalia altera, quae aguntur a d. XIII. (corrigere XIV.) Kal. Septembris. Festus: Rustica Vinalia appellatur. mense Augusto, XIV. Kal. Sept. Jovis dies festus, quia Latini bellum gerentes adversus Mezentium, omnis vini libationem ei Deo dedicaverunt; eodem autem die Veneris templa sunt consecrata, alterum ad Circum maximum, alterum in luco Libitiniensi, quia in ipsis Deae tutela sunt horti. Masurius ap. Maer. Sat. 1, 4. Vinaliorum dies Jovi sacer est, non, ut quidam putant, Veneri. Oc. l. c. 897. Venerat Autumnus caleatis sordidus ovis: Reddunt merito debita vina Jovi. Dicta dies hinc est Vinalia. Juppiter illam vindicat, et festis gaudet inesse suis. Hujus porro festi mentio est ad diem XIV. Kal. Septembris in quatuor Kalendariis, Maffejorum nempe ap. Grut. 133., in altero Capranicorum, et Amiternino, et Antiatiato ap. Foggini. in Fragm. Fastor. Verrii Flacci, quorum Kalendariorum et Festi auctoritate corrigenda esse Varronis et Plinii loca citata, constat, quod etiam Pontedera in Antiquit. Graec. et Rom. p. 318. jam viderat. [*Multis hunc locum auxit atque emendavit F.]

VINALIS, e, adj. ad vinum pertinet. Maer. Sat. 7, 7. f. Si qua vinalis fortitudo in homine resedit.

VINARIARIUS, ii, m. οἰνωπώλης, qui vinum vendit, idem ac vinarius. Inscr. ap. Grut. 1116, 7. et Marin. Iscri. Alb. p. 89. P. Ragonius Daphnus vinariarius in castris Pr. h. e. praetoriis. Alia ap. Donat. 315, 10. Ti. Claudius Docimus negotiis salsamentarius, et vinariarius Maurarius. Alia ap. Grut. 624, 3. Negotiator vinariarius. V. Marin. l. c.

VINARIUS, a, um, adj. οἰνωτής, ad vinum pertinet. Cato R. R. 25. Lacus vinarius picatus. Cic. Verr. 2, 4, 27, med. Erat etiam vas vinarium ex una gemma praegrandi. Vitr. 1, 4. et Plin. 14, 13, 14. Claves cellae vinariae. Id. 24, 1, 1. Saccus vinarius, h. e. quo vina percolantur. Id. 28, 18, 73. Hircinus uter vinarius; et Colum. 12, 18. Tum lacus vinarii, et torcularii, omniaque vasa eluenda sunt. Inscr. ap. Don. cl. 8. n. 11. Coactor vinarius. P. Crimen vinarium appellat Cic. Font. 5., quo accusabatur Fontejus, quod portorium vini in Gallia instituerat. P. Vinarius palmes in vite, ap. Cat. R. R. 33. est idem, qui fructuarius dicitur a Colum. 5, 6. V. PAMPINARIUS. P. Vinaria, orum, absolute, vinaria vasa. Hor. Sat. 2, 8, 39. Invertunt Aliphanis vinaria tota Vibidius, Balatroque. Adde Petr. fragm. Trag. 78. Burn. P. Vinarius, ii, m. οἰνωπώλης, qui vinum vendit. Pl. As. 2, 4, 30. Vinea, quae heri vendidi vinario. Suet. Claud. 40. Cum de laniis, ac vinariis ageretur. Sall. ap. Non. 4, 62. Lenones, et vinarii, lanique. P. Minister vinarius

est οἰνωθός, pincerna. Hieron. Chron. Euseb. ad ad ann. MDLXX. ab Abraham. Neemias Hebraeus minister vinarius Artaxerxis regis. P. Vinarius est etiam vinosus, ebriosus, φαλός. Ulp. Dig. 21, 1, 4. Aleatores et vinarios non contineri edicto. Adde ib. 25. P. *Castrum vinaria, loci nomen in Hispania Baetica. Plin. 3, 1. B. A.

VINCA PERVINCA, ae, f. κλημιάς, δαφνοειδής, χαμαδάσπη, herba topiaria, perpetuo virens, lauri foliis geniculatim vestita, humi serpens, et in modum funiculi sese porrigens, tenuibus sarmentis obvia quaeque vinciens, veteribus inopiam florum supplere solita, quae etiam centunculus, elematis, et chamaedaphne appellatur, ita dicta, quia semper vireat, aerisque injurias vincat, et pervineat. Dicitur chamaedaphne, quasi humilis laurus, propter foliorum similitudinem. Plin. 21, 11, 39. et ib. 27, 99. P. *Vinca nude audit Appul. de herb. 58. Vinca etiam tribuitur ab Aldo Plin. ep. 2, 17. Adjacet gestationi interiore circuitu vinca tenera et umbrosa, etc. ubi constanter alias legitur vinea. B. A.

*VINCENTER, adv. ut vincentem oportet, ad modum victoris. Comment. Antiq. in Cic. Or. pro Sylla fragm. p. 81. ed. Mediol. ed. Angelo Maio: Deinde vincenter subicit responsum Cassi illud unum respondentis, etc. B. A.

VINCEUS, a, um, adj. ad vincendum aptus. Jucose Pl. Stich. 4, 2, 56. Nam mihi intus potione vinca onerabo gulam, h. e. laqueo me vinciendo gulam frangam. V. JUNCUS.

VINCIAM dicebant continentem. Paul. ex Festo. Alii ex MSS. leg. Viciam dicebant continentiam.

VINCIBILIS, e, adj. νικητός, qui vinci potest, superabilis. Colum. 3, 12. Gravem terram, vix ultra cultura vincibilem. Ter. Ph. 1, 4, 48. Justam illam causam, facilem, vincibilem, optumam, h. e. quae obtineri potest. Vet. Poeta in Anth. Lat. T. 2, p. 329. Burm. Vincibilemque petit clangorem: scil. aeris crepitum, qui lunae defectioni remedio esse putabatur.

VINCIO, is, nxi, nctum, a. 4. δέω, ligo, constringo. Virg. A. 1, 341. Purpureoque alte suras vincire cothurno. Hor. Od. 4, 1, 32. Vincire novis tempore floribus. On. Her. 5, 47. appositis vincitur vitibus ulmus. Id. Met. 15, 601. si dignus erit, gravibus vincite catenis. Id. Am. 2, 15, 1. Annule, formosae digitum vinciture puellae. Tibull. 1, 10, 69. auro lacertos Vinciat, et Tyrio prodeat apta sinu, h. e. ornata armillis aureis. Colum. 2, 22. Foenum secare, aut vincire, aut repere. Virg. A. 11, 81. Vinxerat et post terga manus. Quint. 1, 5. Ferrum, quo rotae vincuntur, dici solet canthus. Apul. Apol. Venus corpora complexu vinciens. P. Absolute. Tac. A. 15, 58. Ut me, et Arminium, et consocios vinceret, flagitavi, h. e. in vinculis haberet. Adde Just. 2, 15. et Tac. A. 1, 23., H. 1, 45. et ib. 3, 36. Sic Sen. Ag. 998. ultimo in regni angulo Vincite septam nocte tenebrosi specus. P. Translate. Cic. Marcell. 8. Omnia quae delapsa jam fluxerunt, severis legibus vincienda sunt. Id. Or. 3, 49, med. Membra orationis vincire numeris. Prop. 3, 4, 43. Vincere mentem multo Lyaeo, h. e. impedire, opprimere. Id. ib. 19, 11. lectum certo foedere. Tac. A. 4, 10. donis animum alienus, h. e. devincere. Sic ib. 6, 45. pacto matrimonii aliqueum. Cic. Att. 7, 18. Caesarem ajunt acerrime delectum habere, loca occupare, vinciri praesidiis, h. e. sepi et muniri. Alii leg. vincire, ut referatur ad oppida. Id. Tusc. 2, 21. Si turpissime se illa pars animi geret, vinciat, et constringatur amicorum propinquorumque custodiis. P. Interdum est magis artibus devincere, ligare, deingere, et in aliqua functione impedire. Oc. Fast. 2, 581. Hostiles linguas, inimicaque vinximus ora.

[VINCIPES, edis, adj. omnia gen. vincitos pedes habens. Tert. Pall. 5. Quem non expedit in algore et ardore rigere nudipedem, quam in calceo vincipedem? Alii perperam leg. unipedem. F.]

[VINCIVS, ii, m. Martis cognomen a Vincio desumptum Galliae Narbonensis oppido, nunc Venne. Inscr. ap. Grut. 58, 8. Marti Vincio M. Rufinus ex voto. F.]

VINCO, is, ici, ictum, a. 3. νικῶ, κερτῶ, supero, in certamine superior sum, victoriam reporto. Et fere in proeliis et certamine locum habet. Caes. B. G. 1, 36. Jus esse belli, ut qui vicissent, iis quos vicissent, quemadmodum vellent imperarent. Lic. 3, 61. Romanos sibimetipsis victores, non ut decemvirorum victores praemium essent. Cic. Manil. 18. Majores nostri omnibus navalibus pugnis Carthaginienses vicerunt. Nep. Ag. 4, med. Quos omnes gravi proelio vicit. Ter. Ad. 4, 2, 27. Miserram mulierem, et me servulum, qui referre non audebam, vicit. Sall. fragm. ap. Non. 12, 30. extr. Validam urbem multos dies restantem pugnando vicit; et Lucan. 9, 643. Amphitryoniades vidit, cum vinceret, Hydram. Id. 1, 145. et 366. vincere bello. Just. 41, 1, med. bella longinqua. Liv. 37, 53. aliqueum in certamine. Sen. Phoen. 491. Id bellum genere cupitis, in quo est optimum vinci. Plin. 10, 63, 83. et Enn. ap. Cic. Sen. 5. Equus vicit Olympia. P. Item quocumque modo, cuicumque superiorem esse. Cic. Cat. 3, 12. Mihi vivendum est cum illis,

quos vici ac subegi. *Id. Par. 4, 1*, Sapientis animus, virtutibus omnibus septus, vincetur et expugnabitur? *Sen. Octav. 221*. Graves dolores vincere. *Pl. Trin. 2, 2, 29*. Si animum vicisti, potius quam animus te, est quod gaudeas, *h. e.* cupiditates coercuisti. *Just. 9, 8*. Iram dissimulare, plerumque etiam vincere. *Cic. Verr. 2, 4, 50, extr.* Qui indignitate servos, temeritate fugitivos, scelere barbaros, crudelitate hostes vicerit. *Id. Or. 1, 14, f.* Vincere ceteros eloquentia. *Nep. Alc. 11*. omnes parsimonia; et *Eum. 1*. omnes cura, vigilantia, patientia, calliditate, et celeritate ingenii. *Cic. Deiot. 4, f.* superiores gloria. *Id. Off. 1, 20, med.* Non est contentaneum, qui invictum se a labore praestiterit, vinci a voluptate. *Hirt. B. G. 8, 41*. Labore atque locorum vincere difficultates. *Or. Trist. 1, 10, 5*. cursu aliquem. *Prop. 1, 9, 5*. Non me Chaoniae vincant in amore columbae Dicere, quos juvenes quaeque puella domet, *h. e.* dicendo superent. *P. De ludentibus. Vet. Poeta ap. Suet. Aug. 70, extr.* Aliquando ut vincat, ludit assidue aleam. *August. in epist. ap. Suet. Aug. 71*. Ego perdidit XX. millia nummum: si quas manus remisit cuique, exegissem, vicissem vel L. millia. *P. Vincere sponsione, et sponsionem. Cic. Quint. 27*. Numquid est causae, quin ego sponsione vicerim? *Id. Caecin. 31, f.* Ostendo eum vincere sponsionem, si, etc. Alii leg. *sponsione*. *P. De litigantibus, qui in iudicio causam obtinent. Ter. Ph. 1, 2, 83*. Cum tu horum nihil refelles, vincam scilicet; et *ib. 85*. Factum est: ventum est: vincimur. *Cic. Rosc. Com. 18*. Vincere iudicio. *Or. Her. 16, 75*. Vincere erant omnes dignae; iudexque verebar, Non omnes causam vincere posse suam. *Hor. Sat. 1, 2, 134*. Deprendi miserum est. Fabio vel iudice vincam. *P. De eo, qui voti compos factus est. Prop. 1, 8, 28*. rumpantur iniqui. Vicimus: assiduas non tulit illa preces. *Or. Met. 6, 513*. Vicimus, exclamat: mecum mea vota feruntur. *Adde Trist. 3, 9, 23, et Cic. Att. 14, 20, med.* *P. In senatu vincere dicitur sententia, in quam omnes, vel pars major eunt: item is, qui pro ea verba fecit. Liv. 2, 4*. Cum in senatu vicisset sententia, quae censebat reddenda bona. *Sall. Jug. 19*. Vicit tamen in senatu pars illa, qui vero pretium aut gratiam anteferebant. *Liv. 2, 30*. Sed factione respectuque privatorum, quae semper offecere publicis consiliis, Appius vicit. *P. Item quicumque verbis quippiam probat, permovet, persuadet, evincit. Cic. Cluent. 44, med.* Vince deinde, bonum virum fuisse Oppianicum, hominem integrum, etc.; et *ib. 23, f.* Si doceo, corruptum illud esse iudicium non ab Avito, vinco ab Oppianico. *Matius ad Cic. Fam. 11, 28*. Perinde ac si jam vicerint, obitum ejus reipublicae fuisse utilem; et *med.* Id me cupere, dicendo vincere non possum. *Pl. Amph. 1, 1, 277*. Vincon' argumentis te non esse Sosiam? *Hor. Sat. 2, 3, 225*. Vincet enim stultus ratio insanire nepotes. *Pl. Most. 1, 2, 12*. Profecto ita esse, ut praedico, vero vincam. *P. Sequente ut et conjunctivo. Pl. Mil. 2, 2, 31*. Ut eum, qui hic se vidit, vero vincat, ut ne viderit. *Hor. Sat. 1, 3, 115*. Nec vincet ratio hoc, tantundem ut peccet, idemque Qui, etc. *Id. Epod. 17, 27*. Ergo negatum vincor ut credam miser, Sabella peccus increpare carmina. *P. Vincere aliquid verbis est etiam aequare dicendo, explicare, exprimere. Virg. G. 3, 289*. Nec sum animi dubius, verbis ea vincere magnum quam sit, et angustis hunc addere rebus honorem. *P. Vincere opinionem, expectationem, dicitur, qui plus praestat, quam putabatur, sperabatur. Cic. Acad. 4, 1*. Opinionem vicit omnium, quae de virtute ejus erat. *Id. Verr. 2, 5, 5*. Expectate facinus quam vultis improbum, vincam tamen expectationem omnium. *P. Vincere, viceris, formulae iratis, et cum stomacho concedentis. Ter. Andr. 5, 3, 19*. Quid, mi pater? quasi tu hujus indigeas patris. Domus, uxor, liberi inventi, invito patre: ad lucti qui illam civem hinc dicant: viceris. Ubi *Donat.* Verbum est ejus, qui vix sibi extorquet, ut abiciat curam; et proprium patribus, ac familiare iratis. *Caes. B. G. 5, 30*. Vincite, si ita vultis. *Suet. Caes. 1, f.* Vincerent, ac sibi haberent, dummodo scirent, etc. *P. De iis, quae diu durant, et temporis injurias veluti superant. Virg. G. 2, 297*. de aesculo: immota manet, multosque nepotes Multa virum volvens durando saecula vincit. *Id. A. 11, 160*. Contra ego vivendo vici mea fata, superstes Restarem ut genitor. *P. Pro ascendere, superare. Mart. 5, 22*. Alta Suburani vincenda est semita clivi. *Claud. III. cons. Hon. 46*. ascensu vincere montes. *Virg. G. 2, 123*. ubi aera vincere summum Arboris haud ullae jactu potuere sagittae. *P. Et domare igni, mollire, coquere, aut concoquere. Id. ib. 3, 559*. nec viscera quisquam (*corrupta morbo*) Aut undis adolere potest, aut vincere flamma. *Plin. 11, 53, 118*. Pervigilium praecipue vincuntur cibi. *P. De rebus inanimis. Virg. A. 1, 731*. noctem flammis funalia vincunt. *Id. A. 9, 92*. ne naves turbine venti Vincantur. *Or. Met. 4, 178*. non illud opus (*rete aereum a Vulcani factum*) tenuissima vincant Stamina, non summo quae pendet aranea tigno. *Id. Am. 3, 6, 42*. Vincere gurgitibus flammam. *Sil. 6, 390*. campum turba vincente, propinqui Implentur colles, *h. e.*

cum major turba esset, quam campi spatium. *Plin. 19, 1, 2, n. 2*. Hi casses (*linei*) vel ferri aciem vincunt. *Id. 31, 6, 24*. Si plus quam sextarius salis in quatuor aquae sextarios mergatur, vinci aquam, salemque non liquari. *P. Part. Victurus, pro quo vinciturus habet, non imitandus, Petr. fragm. Trag. 45. Burm. f.* Scias, plenius velis vinciturum; [et *Jul. Valer. res gest. Alex. M. (ed. A. Maio) 1, 3, f.* Perfacile multos eum populos vinciturum. *F.*]

VINCTIO, onis, f. *δέσις*, actus vincendi, ligatio, vinctura. Dubiae lectionis sunt quae afferuntur ex *Varr. L. L. 4, 10*. et *Cic. Tusc. 1, 29*. et *Am. 7*, aliis *junctionem*, aut *conjunctionem* substituentibus. *Tert. Car. Chr. 4*. Infans pannis dirigitur, vinctio-nibus formatur. *Arnob. 2, 87*. Quando animae corporibus alligatae? quis auctor vinctio-nis istius? et *6, p. 203*. Vinctio-nis vi colligati; et *ib.* Vinctio-nes plumbeae. *Coel. Aurel. Acut. 3, 17*. Vinctio-nes atque tormenta efficerent.

VINCTOR, oris, m. qui ligat. *Arnob. 6, 199*. Cum Phidias Jovem, quem fecerat, sciret, aurum fuisse, lapides atque ossa informia, sequae horum omnium congregatorem, atque vinctorem.

VINCTURA, ae, f. *δέσις*, *δεσμός*, ligamentum. *Cels. 8, 10, n. 1, med.* Ea vinctura talis esse debet, ut primo die nihil offenderit, non tamen laxa visa sit; secundo laxior; tertio jam paene resoluta. *Plin. 16, 37, 68*. Salices pariunt virgas sequacis ad vincturas lentitiae. *P. Cels. 7, 20*. de vinctura agit, qua succurritur intestino in scrotum lapsu laborantibus.

VINCTUS, a, um, part. a *vincio*: *δέσις*, ligatus. *Cic. vertens carmina Sophoclis Tusc. 2, 10*. aspice religatum asperis Vinctumque saxis. *Caes. B. G. 1, 53*. Cum trinis catenis vinctus traheretur. *Pl. Truc. 4, 3, 63*. Reus solutus causam dicit: testis vinctos attines. *Or. Trist. 3, 10, 61*. Pars agitur vinctis post tergum capta lacertis. *Id. Met. 7, 429*. Boves vincti cornua vittis. *Ter. Eun. 2, 3, 21*. Haud similis virgo est virginum nostrarum, quas matres student demissis humeris esse, vincto pectore, ut graciles sient; et *Andr. 5, 2, 24*. et *Pl. Bacch. 4, 4, 95*. et *98*. Asservare aliquem vinctum domi, *h. e.* in vinculis retinere. *Sall. Cat. 58*. Camera lapideis fornicibus vincta. *Or. Pont. 2, 96*. undaque vincta gelu. *Prop. 4, 3, 52*. sacerdos Puniceo canas stamine vincta comas. *P. De captivis, et servis, qui in vinculis haberi solent, ne fugiant. Plin. ep. 3, 19, med.* Nec ipse usquam vinctos habeo, nec ibi quisquam, *h. e.* servos in compedibus ad colendos agros. *Tibull. 2, 6, 25*. Spes etiam valida solatur compede vinctum. *P. Translate. Cic. Har. resp. 11*. Cum ille servorum et ludiorum multitudinem senatum populumque R. vinctum ipso consensu, et constrictum spectaculis, atque impeditum turba et angustiis tradidisset. *Id. Verr. 2, 4, 42*. Ut cujus ad statuum Siculi, et praetore, alligabantur, ejus religioni te eundem vinctum adstrictumque dedamus. *Or. Met. 11, 238*. somno vincta jacebas. *Id. Her. 20, 212*. Esse tuam vinctam numine teste fidem. *Id. Trist. 5, 9, 31*. Sic mea lege data vincta atque inclusa Thalia, etc. *h. e.* mea Musa impedita, adstricta, coercita. *Tibull. 1, 1, 55*. Me retinet vinctum formosae vincula puellae. *Pl. Trin. 3, 2, 32*. Vi Veneris vinctus, otio captus in fraudem incidit.

VINCTUS, us, m. vinctura. In sexto casu sing. habet *Varr. R. R. 1, 8. V. CESTUS*.

VINCULATUS, a, um, part. ab *inuo*. vinculo, vinculis constrictus, vinctus. *Capell. 1, p. 21*. Huic (*Veneri*) rosis decussatim vinculatiss sertata contextio, *h. e.* redimiculum; q. v. v. s. l. *Coel. Aurel. Tard. 4, 8*. Lumbrici mutuo amplexu vinculati.

VINCULUM, et per *sync.* Vinculum, i, n. *δέσις*, quidquid connectit, et adstringit, ligamen, notus: a *vincio*. *Cic. Or. 1, 52, f.* Etiam si corpora capta sint armis, aut constricta vinculis. *Colum. 4, 29, med.* Vinculi genus ad insitionem non unum est: alii viminibus obstringunt; nonnulli circumdant libro fissuram; plurimi ligant junco. *Prop. 3, 5, 24*. Omnia detrito vincula fune cadunt. *Virg. A. 1, 146*. viro manicas atque arcta levare Vincula jubet Priamus. *Id. ib. 5, 510*. nodos et vincula rupit. *Id. ib. 1, 172*. hic fessas non vincula naves Ulla tenent; et *ib. 2, 236*. stuppea vincula collo (*equi*) Intendunt. *Id. Ecl. 6, 19*. Injicere vincula; et *ib. 23*. neclere. *Id. G. 4, 399*. tendere. *Prop. 2, 22, 6*. parare alicui. *Sen. Med. 463*. Vinculis onerare manus. *Or. Fast. 3, 293*. Adhibere vincula captis. *Id. Met. 8, 332*. adimere canibus; et *Tibull. 4, 3, 14*. Et demam celeri ferrea vincula cani, *h. e.* collare, copulam. *Id. 2, 1, 28*. Chio solvite vincula cado. *Id. 1, 7, 44*. Vincula pedum, *h. e.* compedes. *Sic Lucan. 2, 72*. vincula ferri Exedere senem, longusque in carcere paedor. *Or. Met. 10, 381*. Aptare pallenti vincula collo; et *Fast. 2, 321*. tunicarum vincula relaxat. *Id. Met. 9, 77*. summo digitorum vincula collo Injicit, angebar, ceu guttura forcipe pressus. *Id. ib. 8, 226*. Mollit odoratas, pennarum vincula, ceras. *Id. Trist. 4, 7, 7*. Chartae vincula demere. Claudebatur enim epistola cera et lino. *Sic Pont. 3, 7, 5*. Nostra quid apportet, jam notis, epistola, quamvis Charta sit a vinculis non labefacta suis. *Nep. Paus. 4*. Vincula epistolae laxare.

P. De tegmine capitis, ut diademate, pileolo, calvatica, corona, etc., his enim vincuntur capilli. *Sen. Thyest. 544*. Imposita capiti vincula venerando gere. *Id. Med. 70*. Praecinges roseo tempora vinculo; et *ib. 752*. more gentis vinculo solvens comam. *P. De calceo socco, solea, etc.* quibus constringuntur pedes. *Virg. A. 8, 458*. Et Tyrrhena pedum circumdat vincula plantis. *Ticull. 1, 6, 30*. Vinculaque de niveo detrahit ipse pede. *Or. Fast. 5, 432*. Surgit: habent gemini vincula nulla pedes. *Adde ib. 1, 410*, *ib. 2, 324*. et *ib. 3, 823*. et *Am. 3, 1, 14*. et *A. Am. 3, 272*. et *Met. 3, 168*. *P. Saepe de iis dicitur, quibus noxii constringuntur in carcere, et de ipso carcere. Cic. Verr. 2, 3, 24*. Mitto vincula, mitto carcerem, mitto verbera, mitto securas. *Id. Cat. 4, 5, f.* Aeternis tenebris vinculisque mandare aliquem. *Caes. B. G. 4, 27*. Conjicere in vincula. *Cic. Verr. 2, 4, 10, f.* Quem obtorta gula de convivio in vincula atque in tenebras abripi jussit. *Liv. 5, 9*. Ducere in vincula. *Nep. Paus. 2*. Hos clam Xerxi remisit, simulans ex vinculis publicis effugisse. *Caes. B. G. 1, 4*. Ex vinculis causam dicere. *Cic. Cat. 4, 4, med.* Rumpere vincula. *Id. Leg. 3, 3*, Magistratus noxium civem multa, vinculis, verberibusque coerceto; et *mox*: Vincula solum servanto. *Liv. 6, 16*. Haec dextra, qua Gallos fudi a delubris vestris, jam in vinculis et catenis erit? *P. Translate elegantes habet usus. Cic. Somn. Scip. 3*. Qui ex corporum vinculis, tanquam et carcere evolaverunt. *Liv. 10, 13, f.* Plerisque dies dicta ab aedilibus, quia plus, quam quod lege finitum erat, agri possiderent: vinculumque ingens immodicae cupiditatis injectum est. *Id. 8, 28, f.* Ingens vinculum fidei; et *10, 41*. His vinculis fugae obstricti stabant, civem magis, quam hostem timentes. *Cic. Caecin. 25*. Qui jus civile contemnendum putat, is vincula revellit non modo iudiciorum, sed etiam utilitatis, vitaeque communis. *Id. Off. 3, 31*. Nullum vinculum ad adstringendam fidem iurejurando majores aretius esse voluerunt. *Id. Fin. 2, 35*. Beneficium et gratia sunt vincula concordiae. *Id. Planc. 11*. Qui est cum illo maximis vinculis et propinquitatis et affinitatis conjunctus. *Virg. A. 7, 263*. Saturni gentem haud vinclo, nec legibus aequam. *Lucan. 5, 288*. nec fas, nec vincula juris Hoc audere ventant. *Virg. A. 4, 16*. Ne cui me vinclo vellem sociare jugali. *Prop. 3, 13, 9*. nec femina post te Ulla dedit collo dulcia vincula meo, *h. e.* amplexata me est. *Hor. Ep. 1, 7, 67*. Excusare laborem et mercenaria vincula. *P. Non soli poetae syncope utuntur. Cato R. R. 41*. Medias vestis vinculis in terram deligito. *Cic. Att. 6, 2*. Dixerim, me vel plurima vincula tecum summae conjunctionis optare, etsi sunt amoris arctissima. Ita *Petr. Victor., Aldus, et Verburg.* edidit, alii *vincula*. *Adde Verr. 2, 3, 24*. et *Liv. 2, 29, 4, 37*. et alibi in plurim. MSS.

*VINDALIUM, i, n. oppidum Galliae Narbonensis. *Ep. Liv. 61*. Straboni est *Ὀυδάλιον*, *B. A.*

*VINDELEIA, ae, oppidum Hispaniae Tarracensis. *Anton. Itin. B. A.*

VINDELICI, orum, m. plur. populi olim Inalpinii proximi Germaniae, ubi nunc Bavaria et Austriae pars. Nomen habere dicuntur a Vinda seu Vindone et Lico fluvii. *V. LICUS. Plin. 3, 20, 24*. Noricis contermini Rhaeti et Vindelici, omnes in multas civitates divisi. *Id. referens inscriptionem et tropaeo Alpium ib. paulo post*: Vindelicorum gentes quatuor. *Adde Hor. Od. 4, 4, 18*. et *ib. 14, 8*. et *Flor. 4, 12*. *P. Est ibi urbs nobilis Augusta Vindelicorum, nunc Augsburg, Italice Augusta, ad Licum fluvium, quae in Inscr. ap. Grut. 548, 6*. et in *Sex. Ruf. Brev.* dicitur *Aug. Vindelicum*. *P. Adjective. Mart. 9, 85*. Me tibi Vindelicis raptum narrabat in oris. *Claud. B. Get. 365*. Vindelici salus; et *ib. 415*. Vindelica spolia.

VINDELICIA, ae, f. regio Vindelicorum. [*Inscr. ap. Maff. Mus. Ver. 113, 2*. C. Caecilio Cisiaco Proleg. provinciae Raitia, et Vindelici. et Vallis Pomin., etc. *Sex. Rufus Brev. 8*. Limes inter Romanos ac barbaros ab Augusto per Vindeliciam, per Noricum, Pannoniam ac Moesiam est constitutus. *F.*]

VINDEMIA, ae, f. *τηνητός*, collectio uvarum: a vino demendo. *Varr. L. L. 4, 4, f.* Vindemia, quod est vini demia, vel vitis demia. *Id. R. R. 1, 54*. In vinctis uva cum erit matura, vindemia ita fieri oportet. *Plin. ep. 9, 20*. Ipse cum maxime vindemias gracies quidem, ubiores tamen, quam expectaveram, colligo. *P. [Nonnunquam vindemiae plur. num, pro ipso vindemiae tempore usurpantur, ut etiam Itali le vendemmie nunc dicunt. M. Aurel. ad Front. ad M. Caes. 5, 23*. Vindemias laetas quam firmissimo corpore agere te, mi magistre, opto. *Id. ib. 47*. Vindemiarum autem gratiam nunc demum integram sentiam, cum valetudo placator esse nobis cooperit. *P. Item vindemia accipitur pro ipsis uvis. Virg. G. 2, 89*. Non eadem arboribus pendet vindemia nostris. *Id. ib. 522*. Mitis in apricis coquitur vindemia saxis. *F.* *P. Transferunt et ad aliarum rerum collectionem. Plin. 15, 1, 5*. Olearum vindemia. *Id. 11, 14, 14*. (et *Colum. 9, 15*) mellis. *Id. 12, 14, 32*. turis.

VINDEMIALIS, e, adj. ad vindemiam pertitens,

ut Vindemiales fructus, Macr. Sat. 7, 7. med. escae, Inscr. ap. Mur. 867, 8. quam V. in ROSALIS feriae, August. Confess. 9, 2.

VINDEMIATOR, oris, m. τρυγητής, qui vindemiam peragit. Varro L. L. 4, 18. Vindemiator, vel quod viaum legere dicitur, vel quod de vite id demit. Hor. Sat. 1, 7, 30. durus Vindemiator, et invictus, cui saepe viator Cessisset, etc. Ubi ia per synaeresin in unam syllabam contrahuntur, quia secunda syllaba longa est. P Vindemiator quoque est signum coeleste. Hic fuit Ampelus puer, filius Satyri et Nymphae, natus in Ismaro monte Thraciae, apud Hebrum fl. et Maroneam urbem, Baccho carissimus, cui Bacchus vitem tradidit. Cum uvae colligeret, ex ulmo decidit. Exstinctum Bacchus in coelum transtulit. Ita narrat Ov. Fast. 3, 407. Ἀμπέλως Graece vitis est. De ejus ortu alii alia dicunt. Secundum Ovidium l. c. oritur III. Non. Martii: secundum Colum. 11, 2. n. 24. apparet VI. Nonas Mart., at n. 58. dicitur exoriri VII. vel VI. Cal. Septemb.: secundum Plinium 18, 31, 74. exit XI. Calend. Sept., sed Aegypto Nonis. V. PROVINDEMIATOR.

VINDEMIATORIUS, a, um, adj. τρυγητικός, ad vindemiam pertinens. Varr. R. R. 3, 2. med. Nichilo magis ibi se vidisse torcula vasa vindemiatoria, aut serias olearias, aut trapetas. [Ursino videtur vindemiatoria insititium. F.]

VINDEMIATUS, a, um, Gloss. Gr. Lat. τρυγημένος, Vindemiat. B. A.

VINDEMIO, as, a. l. τρυγίω, uvae colligo. Plin. 14, 2, 4. n. 4. Vindemiare uvae. Colum. 12, 33. vinum. Id. 18, 31. f. Sed jam et Calendis Januarii, defectu vasorum, vindemiantes vidi.

VINDEMIOLA, ae, f. parva vindemia; et translate dicitur de fructu studiorum. Cic. Att. 1, 10. med. Ego omnes meas vindemiolas eo reservo, ut illud subsidium senectuti parem.

VINDEMITOR, oris, m. idem ac vindemiator. Ov. Fast. 3, 405. Bootes Mergetur, visus effugietque tuos. At non effugiet Vindemitor. Sen. Apocol. in jussuque senescere Baccho, Carpebat raras serus vindemitor uvae. Plin. 18, 31, 74. Stella, quae Vindemitor appellatur, exoriri mane incipit, vindemiae maturitatem promittens. V. VINDEMIATOR.

[VINDEMITUS, a, um, part. ab inusit. vindemio pro vindemio, ut et vindemitor. Est cogn. R. Inscr. ap. Grut. 1145, 3. Ser. Cornelius Vindemitus. F.]

VINDENATES. V. VINDINATES.

VINDEX, icis, comm. gen. νυνδικός, ἔνδικος, ultor, vel ultrix injuriae: a vindico. Cic. Fam. 5, 6. Sed partim odio inducti me excludunt, et aperte vindicem conjugationis oderunt. Id. N. D. 3, 18. med. Furiae Deae sunt, specularitrices, credo, et vindices facinorae et sceleris. Stat. Th. 1, 80. Tu saltem (Tisiphone) debita vindex huc ades, et totos in poenam ordire nepotes. Cic. Agr. 2, 9. extr. Timebat, ne, si accepta lex esset, illum sibi collegam adserberetis, custodem ac vindicem cupiditatum, h. e. punitorem avaritiae. Ov. Met. 1, 230. vindice flamma In domino dignos everti tecta Penates; et ib. 5, 237. vindex ultorque parentis. Albinov. 1, 185. Jura silent, mutaeque tacent sine vindice leges, h. e. sine eo, qui violantes puniat. P Accipitur item pro assertore, seu defensore. Cic. Att. 2, 1. f. Nisi quod me illum ipsum vindicem aeris alieni, aere non Corinthio, sed hoc circumforaneo obruerunt, h. e. defensorem, et servatorem creditorum adversus Catilinam, et alios conjuratos, qui aes alienum solvi volebant. Id. Leg. 3, 17. Habeat sane populus tabellam quasi vindicem libertatis. Hor. A. P. 191. Nec Deus intersit (in fabula), nisi dignus vindice nodus incidit, h. e. solutore, et quasi liberatore rei adeo involutae, ut ope humana bonus exitus inveniri non possit. P Et pro custode. Just. 17, 2. f. Pyrrhus, filia Ptolemaei in matrimonium accepta, vindicem cum regni reliquit, ne abducta in Italiam juvenute, praedam hostibus regnum relinqueret. Sen. Hipp. 261. Castitatis vindicem armemus manum. P Vindex speciatim appellatus est, qui, cum cuipium esset injecta manus, ut ad praetorem, judicemve duceretur, eum liberabat. Fest. Vindex ab eo, quod vindicet, quo minus is, qui pressus est, ab aliquo teneatur. In Leg. XII. Tab. ap. Gell. 16, 10. Assiduo vindex assiduus esto: proletario cui cui volet, vindex esto, h. e. homini assiduo, sive locupletem locupletem fieri posse vindicem, seu sponsorem; at proletario, ac nullius classis homini, quisquis velit, hoc est non locupletem tantum, utpote meliorem, sed etiam proletarium tanquam parem. Haec interpretatio colligitur ex Festo in voce Assiduus, et Gell. l. c. P Vindex terrore vocatur Hercules ab Ov. Met. 9, 241., quia illam purgavit a monstris. P Vindex honorum dicitur a Plauto is, qui aliorum honores contaminat, violat, ac tollit: haec autem locutio ducta est ab iis qui aliquid vindicant, et suum assunt, proindeque alteri auferunt, Trin. 3, 2, 16. Itane tandem majores famam tradiderunt tibi tui, ut virtute eorum anteparta per flagitium perderes; atque honori posteriorum tuorum vindex ut fieres? P Adjective. Ov. Her. 9, 13. vindicibus pacatus viribus orbis. Catull. 64, 192. facta mulcantes vin-

dice poena Eumenides. P Fuit Vindex nom. propr. cujusdam servi Romani (qui et Vindicus), qui cum detexisset conjugationem quorundam nobilium adolescentum de recipiendis in Urbem Tarquinis jam a Bruto expulsis, libertatem in praemium civitatemque Romanam consecutus est. Ex eo ortum quidam putant, ut servi, qui in libertatem a praetore asserbantur, virga eorum capitibus a lictore imposita et circumacta, vindicta liberati dicerentur. V. VINDICTA. et Liv. 2, 4. et 5. Huc certe allusit Claud. IV. cons. Hon. 612. Te fastos ineunte quater solemnialudit Omina libertas: deductum Vindice morem Lex celebrat, famulusque jugo laxatus herili Ducitur, et grato remeat securior ictu. Tristis conditio, pulsata fronte, recidit.

*VINDIA, ae, f. oppidum Galatiae. Anton. Itin. B. A.

VINDICATIO, onis, f. ἔνδικσις, actus vindicandi. Cic. Inv. 2, 22. Vindicatio est, per quam vim et contumeliam, defendendo, aut ulciscendo, propulsamus a nobis, et a nostris, qui nobis esse cari debent: et per quam peccata punimus; et ib. 53. f. Vindicatio est, per quam vis et injuria, et omnino omne, quod obfuturum est, defendendo, aut ulciscendo propulsatur. P Est etiam apud Jctos assertio alicujus rei, et probatio, qua ostenditur, rem illam esse ejus, a quo asseritur. Ulp. Dig. 44, 7, 21. Actionum duo sunt genera, in rem, quae dicitur vindicatio; et in personam, quae conditio appellatur. Traj. ad Plin. ep. 10, 88. Qui intestatorum civium suorum concessam vindicationem bonorum affirmant. Huc pertinet in Dig. 6. tit. 1. qui de rei vindicatione inscribitur. P Hinc translate est usurpatio. Appul. Herb. praef. Dicimus, medicorum omnes ferme vindicationes potius esse, quam curas: hos etiam homines inertia plerumque et imperitia enixos, certe lucripetas veros nuncupari, qui etiam a mortuis mercedem expetunt per occasionem. V. VINDICO.

VINDICATUS, a, um, part. a vindico: punitus. Cic. Verr. 2, 3, 84. Improbum facinus nemini lege concessum, sed fortasse adhuc in nullo etiam vindicatum. Id. Off. 3, 15. Dolus malus etiam legibus erat vindicatus. Sen. Hipp. 1187. Vindicatus torus: scil. punito adultero. P Item assertus, liberatus, defensus. Vell. 2, 120. med. Vivi ab eo vindicati; et ib. 73. extr. Vindicatum armis mare; et ib. 126. f. Vindicatae ab injuriis magistratum provinciae. Plin. ep. 4, 9. Tandem absolutus vindicatusque est. Curt. 3, 12. med. Libertatis in admonendo eo non alius jus habebat: quod tamen ita usurpabat, ut magis a rege permissum, quam vindicatum ab eo videretur, h. e. assumptum, adscitum, sibi attributum.

VINDICIAE, arum, f. plur. ἔνδικσιαι, sunt sententiae, sive assertiones, seu adjudicationes, quae a praetore fiunt de re aliqua, de qua controversia est: nam lis vindiciarum ea dicitur, qua controversae rei possessionem petimus, non quidem justam et absolutam, sed fiduciarum et veluti depositariam rei, et fructibus reddendis obnoxiam, dum lis de re ipsa, aut de possessione ejus disceptatur. Nam cum de re aliqua inter duos aut plures apud praetorem controversia est, et incertum est, uter litigatorum, pendente lite, rei controversae possessor esse debeat, uterque a praetore vindicias postulat, h. e. ejus rei possessionem. Dat autem iudex, cui aequum esse videatur. Ille qui dederit, satisfacit adversario suo, se nihil in re, de qua lis est, deterius facturum: adversarius vero pollicetur certam pecuniam, aut aestimationem, quam amittat, nisi ea res, de qua contendit, sua sit. Ita Ascon. ad illud Cic. Verr. 2, 1, 45. Aut praedes litis vindiciarum cum satis accepisset, sponsonem faceret. Alii leg. pro praede. Id. Mil. 27. med. Qui non calumnia litium, non injustis vindiciis, ac sacramentis alienos fundos, sed castris, exercitu, signis inferendis petebat. P Vindiciae secundum libertatem dicuntur, quae sunt a servitute in libertatem: vindiciae secundum servitutem, quae sunt a libertate in servitutem. Unde praetor dicitur decernere vindicias secundum libertatem, quando aliquem in libertatem asserit: idem dicitur dare vindicias secundum servitutem, quando pronuntiat, eum servi loco habendum, donec dicta causa, de statu constiterit. Igitur utraque vindiciae proprie dantur, pendente lite. Liv. 3, 44. Neque cederet secundum libertatem postulantibus vindicias; et infra: Lege ab ipso lata vindicias det secundum libertatem; et ib. 47. Decresse vindicias secundum servitutem. Id. ib. 57. Proinde ut ille iterum ac saepius provocet, sic se iterum ac saepius iudicem illi ferre, ni (Appius) vindicias ab libertate in servitutem dederit, h. e. a libertate in servitutem duci decreverit. P Vindicias dicere, est vindicias pronuntiare de re aliqua controversa. Id. ib. 56. de eodem Appio: Vox una vindex libertatis ex eo missa ore, quo vindiciae nuper ab libertate dictae erunt. Cato ap. Fest. Praetores secundum populum vindicias dicunt. P Vindicias ferre, est sententia decretoque obtinere rem. Dicebat enim vindicias iudex, ferebat vindicias, qui rem obtinebat. Lex XII. Tab. ap. Festum. Si vindiciam falsam tulit rei, sive litis. Ubi notandum singularis numerus, qui invenitur etiam ap. Gell. 20, 10. et Ser. Sulpic. ap. Festum. P

Olim ipsae quoque res, quarum possessio per vindicias petitur, vindiciae dicebantur, ut habet Ser. Sulpic. ib. Hinc vindiciae etiam appellabantur glebae, quae ex fundo sumptae in jus afferebantur, ut in iis, velut in ipso fundo, vindicias praetor daret. Cincius ib. P Gell. l. c. exponens illud Ennii, Non ex jure manum consortum, etc. haec habet: Vindicia, id est correptio manus in re, atque in loco praesenti, apud praetorem ex duodecim Tabulis fiebat: in quibus ita scriptum est: Si qui in jure manum conserunt, etc.

[VINDICIUM, ii, n. defensio ab injuria, oppressi tutatio. Inscr. ap. Visc. Mus. Pio-Clem. T. 1. p. 33. ed. Mediol. Postumio Juliano C. M. V. (h. e. clarissimae memoriae viro) dignissimo patrono, cujus omnes requisivimus defensionem et vindicium, statuum erigendam censuimus. Haec Inscriptio pertinet ad ann. a Chr. n. CCCLXXXVI. Gloss. Philox. ἔνδικσις, defensio, vindicium. F.]

VINDICO, as, a. l. ἔνδικω, νυνδικέω, ulciscor, punio; item defendo, mihi assumo, etc. Geminam hanc notionem Diomed. affert 1, 361. Hoc verbum non pro defendo veteres dicebant, sed pro animadverto, et punio, ut Sallustius (Jug. 36.) Nisi vindicatum fuerit in noxios, et in Catilina (ib. 9.) Vindicatum in eos, qui contra imperium pugnaverant. P Multi duo verba distinguunt, vindico, et vendico, et origine differre volunt. Nam, ut iudico Varroni L. L. 5, 7. est a jus et dico, ita vindico esse a vim et dico, sed vendico esse a venum, unde et veneo, ac venundo, eoque vendicare proprie dici de dominio, quod emptione nobis acquirimus. Nos semper vindico dicendum censuimus, quomodo et ea vox scribitur in Pandectis Florentinis, et lapidibus antiquis, quos affert Manut. in Orthogr. Sumitur igitur primo pro punire. Cic. Verr. 2, 3, 2. Omnia quae vindicaris in altero, tibi ipsi vehementer fugienda sunt; et ib. 2, 5, 50. extr. Fateor, non modo in socios, sed etiam in cives persaepe esse severe ac vehementer vindicatum. Id. Fam. 1, 9. Vindicare seditionem; et Rosc. Am. 5. acerrime maleficia; et Quint. 7. med. vehementer injuriam. Just. 21, 4. scelus. Tac. A. 3, 12. facinus. Cic. Am. 12. f. Improbiorum consensus omni supplicio vindicanda est. P Deinde pro ulcisci. Sen. Ben. 6, 5. med. Cum idem homo beneficium mihi dedit, et postea fecit injuriam, utrum et beneficium illi reddere debeam, et me ab illo nihilominus vindicare. Ov. Fast. 6, 468. Quique necem Crassi vindicet, ultor erit. Plin. 10, 43, 60. Scipionis nemo vindicaverat mortem. Ov. Trist. 3, 8, 40. Quod non offensas vindicet (Caesar) ense suas. Plin. ep. 4, 11. f. In Sicilia profuerit, seque de fortuna praefationibus vindicat. Tac. A. 2, 71. med. Flebunt Germanicum etiam ignoti, vindicabit vos, si me potius, quam fortunam meam fovetis. Just. 3, 1. extr. Vindicare caedem patris. Mart. 2, 83. Credis, te satis esse vindicatum? P Accipitur etiam pro sibi assumere, rei cuiuspiam jus ac dominium ad se trahere, asserere, attribuire, ἰδιοποιεῖσθαι, ἀντιλαμβάνειν. Cic. Off. 1, 1. med. Quod est oratoris proprium, si id mihi assumo, videor id meo jure quodammodo vindicare; et ib. 7. Non nobis solum nati sumus, ortusque nostri partem patria vindicat. Id. Arch. 8. f. Homerum Colophonii civem esse dicunt suum, Chii suum vindicant. Tac. Agr. 27. Iniquissima haec bellorum conditio est; prospera omnes sibi vindicant, adversa uni imputantur. Plin. ep. 10, 3. Inter amicos sibi vel praecipuum locum vindicat Voconius. Liv. 9, 43. Decus belli ad se vindicare. Id. 44, 14. med. Victoriae majore parte ad se vindicata. Just. 3, 2. Vindicare sibi regnum. Id. 14, 5. Abutens valetudine viri, ejus officia sibi vindicabat. Plin. 13, 19, 34. Africa Punicum malum sibi vindicat. Id. 24, 17, 101. Hoc volumen Pythagorae fama antiquitasque vindicant. P Cum infinito. Lucan. 8, 675. Vindicat hoc Pharius dextra gestare satelles. P Item pro defendere ab injuria, liberare, eripere, asserere, ἀπυλώνειν, Cic. Q. Fr. 3, 1, 3. med. Praestare nihil debeo, teque item ab eo vindico et libero. Id. Rab. perd. 5. med. An servos nostros horum suppliciorum metu dominorum benignitas una vindicta liberabit; nos a verberibus, ab unco, a crucis terrore neque res gestae, neque acta aetas, neque nostri honores vindicabunt? Id. Brut. 96. Illum videtur felicitas ipsius ab eis miseris morte vindicasse. Hirt. B. Alex. 46. extr. Naves, quas casus ab illo periculo vindicavit. Cic. Or. 2, 2. Laudem summorum oratorum ab oblivione hominum, atque a silentio vindicare; et ib. 1, 45. med. Domum suam vindicare a solitudine. Id. Q. Fr. 1, 4. Te innocentia tua, et misericordia hominum vindicat a molestia. Id. Sull. 9. Neque aetatis excusatio vindicat a labore, h. e. immunem reddit. Id. Fin. 1, 14. Sapientia sola nos a libidinum impetu et formidinum terrore vindicat. Id. Rab. Post. 9. Perpetienda illa fuerunt, ut se aliquando ad suos vindicaret, h. e. a damnis fortunarum suarum se liberaret, et ad suos indemnem se reciperet. Graevius mallet legi, et suos vindicaret. P Huc et illa pertinent. Plin. 31, 9, 45. Sal corpora a putrescendo vindicans; et 17, 19, 31. Hieme cumulis (terrae) a gelu (radices) vindicant; et 15, 7, 7. f. Vetus oleum ebori vindicando a carie utile

est. *Id.* 28, 11, 46. Vindicare capillum a canitie. *P. Vindicari* dicitur, qui vindicias fert alicujus rei, h. e. possessionem obtinet, quam aliquis eripere iudicio volebat. *V. VINDICIAE.* *Liv.* 3, 46. Se a M. Claudio petitorum, ut decederet iure suo, vindicarique puellam in posterum diem pateretur; et *infra*: Ita vindicatur puella spondentibus propinquis. *P. Vindicare in libertatem*, a servitute eximere, et in libertatem asserere. *Caes. B. C.* 1, 22, f. Ut se, et populum R. paucorum factione oppressum in libertatem vindicaret. *Cic. Fam.* 2, 5, extr. Qui sit rempublicam afflictam et oppressam in veterem dignitatem ac libertatem vindicatorus. Adde *Brut.* 58, med. In illo *As. Poll.* ad *Cic. Fam.* 10, 31, med. Qui et me, et rempublicam in libertatem vindicare paratus sum: in libertate alii leg. *P. Vindicare libertatem* est oppressam asserere, amissam recipere. *Caes. B. G.* 7, 76. Tanta universae Galliae consensio fuit libertatis vindicandae, ut, etc. *P. In tertia conjugat.* *Lucr.* 3, 895. Ipse sui miseret, neque enim se vindicit hilum. Alii leg. *vindicat.* In *Leg. XII. Tab.* ap. *Gell.* 20, 1, f. In jus ducito, ni iudicatum facit, aut quis endo em iure vindicit, h. e. em endo iure, eum in iure: *vindicat* autem pro *vindicat* per syncop. ut *verberit* pro *verberarit* in *Lege Servii Tullii* ap. *Fest.* in *Plorare.*

VINDICTA, ae, f. *ἰσθμῶς, τιμωρία*, ultio, vel animadversio pro delicto. *Juren.* 13, 180. At vindicta bonum vita jucundius ipsa; et *ib.* 191. vindicta nemo magis gaudet, quam femina; et 16, 22. ut sit vindicta gravior, quam injuria. Adde *Plin.* 29, 1, 8., *Tac. A.* 6, 32., *Petr. Sat.* 136. et *Phaedr.* 1, 29. *P. Vindicta* etiam erat virgula quaedam, quam licitor manumittendi servi capiti imponens, eundem servum in libertatem vindicabat, dicens quaedam verba solemnia. Nam libertatem donandi tres sunt species. Una, cum quis servus consentiente populo, vel iubente domino, nomen detulisset in census; tunc enim civis Romanus fiebat, et servitutis vinculo solvebatur. Altera per virgam, quae *vindicta* vocabatur, cum praetoris urbani jussu licitor manumittendi servi capiti virgam imponens, eundem in libertatem vindicabat, dicens quaedam verba solemnia. Tertia, si quis suprema voluntate in testamenti serie servum liberum scripsisset. *Vindictae* rationem intulisse fertur *P. Valerius Poplicola*, cum ad populum tulisset de praemiis *Vindictis* servi, qui patefecit nobilium adolescentum de reducendo *Tarquinio* conjurationem: qua lege *Vindex* et libertate, et civitate donatus est. Hinc *Liv.* 2, 5, f. Secundum poenam nocentium, ut in utramque partem arcendis sceleribus exemplum nobile esset, praemium indicii pecunia ex aerario, libertas et civitas data. Ille primum dicitur *vindicta* liberatus. Quidam *vindictae* quoque nomen tractum ab illo putant, *Vindictio* ipsi nomen fuisse. Post illum observatum, ut, qui ita liberati essent, in civitatem accepti viderentur. Haec *Liv.* Quo loco pro *Vindictio* legendum *Vindicti*, ut ex *Plutarcho* in *Problema*. et *Dionys. Halic.* 1, 5. constat. Verba solemnia ex *Constantino Harmenopulo* haec erant: *Profitemur, hunc praesentem hominem esse liberum, et civem Romanum.* *Φαμέν, τὸν παρόντα ἄνθρωπον εἶναι ἐλεύθερον, καὶ πολίτην Ῥωμαίων.* Haec potestas primo consulum fuit, post ab iis ad praetorem urbanum est translata. *Cis. Top.* 2, f. Si neque censu, neque vindicta, nec testamento liber factus est, non est liber. *Hor. Sat.* 2, 7, 76. quem ter vindicta quaterque Imposita haud unquam misera formidine privet. *Pers.* 5, 88. Vindicta postquam meus a praetore recessi *Plin. ep.* 7, 16. Vindicta liberare aliquem Adde *Pl. Curc.* 1, 3, 56. *P. Hinc* saepe sumitur pro assertione, defensione. *Vell.* 2, 64, f. Utrique vindicta libertatis morte stetit. *Or. Pont.* 4, 6, 33. Cum tibi suscepta est legis vindicta severae. *P. Varr. R. R.* 3, 9, med. Gallinas (*saginandas*) includunt in locum tepidum, et angustum, et tenebrosos, quod motus earum, et lux pinguitudini vindicta. Alii leg. *inimica* pro *vindicta*: alii *pinguitudinis vindicta*, h. e. noxa, detrimentum, nam *vindicta* ultio et poena est. Ita quidam exponunt: alii paulo aliter, h. e. lux est detractio et deminutio pinguitudinis, nam *vindicta* apud veteres fuit *ἀγαθός*, et *ἔλαττος*, et vindicare *ἀγλαίειν, ἔλαττειν*, quia qui sibi vindicat, alteri adimit: sed *vindicare* hoc sensu negant alii usurpari. *V. Turneb.* 1, 19, c. 28., *Scal.* ad *Varr.* et *Gronov. observat.* 1, 4, c. 3.

VINDICTOR, oris, m. *Gloss. Gr. Lat.* *Ἐκδικος*, defensor, vindictor. *B. A.*
VINDILI, orum, populi Germaniae, qui et *Vandali* vel *Vandalii* dicti. *Plin.* 4, 14. *B. A.*
VINDILIS, is, insula inter Galliam Britanniamque. *Itin. marit.* ap. *Anton.* in *Itin.* *B. A.*
VINDINATES, ium, m. plur. incolae *Vindini*, Umbriae oppidi. *Plin.* 3, 14, 19. *Vettonenses*, *Vindinates*, *Viventani*. *Inscr.* ap. *Grut.* 411, 3. *T. Flavio T. F. Clu. Isidoro* patrono municipii *Interamnatium Nartium*, *Casventinorum*, *Vindenatium*: etc. Ita pro *Vindinatium*. *F.*
VINDIUS VERUS, Jctus, quorum consilio usus est *Antoninus Pius* Imperator. *Capitolin.* in *Antonino Pio* 12. *P. Vindius Verus* appellatur a *Paul.* in

Pandect. 2, 9, 2. Adde *Ulp.* in *Pandect.* 2, 14, 7. *Maeciana*. in *Pandect.* 35, 2, 32. *B. A.*

VINDO, onis, fluvius *Vindeliciae*. *Venant. Fortun. de vita Martini* 4, 611. *P. Virdo* audit *Paul. Diacon.* *Langob.* 2, 13. et *Vindu Ricard*, ap. *Cellar.* *P. Hodie Wertach* audit. *B. A.*

VINDOBALA, nomen loci in Britannia. *Notit. Imper.* *P. Vindomora* est in *Anton. Itin.* *B. A.*
VINDOBONA, V. **VIENNENSIS**.

VINDONISSENSIS, e, adj. ad *Vindonissam* pertinens, Helvetiae oppidum, nunc *Windisch* appellatum, et a *Tac. H.* 4, 61. et 70. memoratum. *Inscr.* ap. *Grut.* 1068, 3. *Vicani Vindonissenses*. *F.*

VINDULLUS, i, m. dimin. fortasse a *vindex*, ut *tertullus* a *tertius*, *homullus* ab *homo*. Est cogn. R., ut *Cn. Pompejus Vindullus*, libertus, ut *videatur*, *Cn. Pompeji Magni* ap. *Cic. Att.* 6, 1, f. *F.*

VINEA, ae, f. *ἀμπέλιον, οἰνόπεδον*, locus vitibus consitus, vel multitudo vitium simul consitarum. *Cic. Sen.* 15, f. Nec vero segetibus solum, et pratis, et vineis, et arbustis res rusticae laetae sunt. *Virg. G.* 2, 399. Hinc omnis longo pubescit vinea fetu. *P. Per* syncdochon dicitur de una vite. *Colum.* 4, 10. Ea levis et recta sine cicatrice vinea est, quae se prius anni flagello supra jugum extulit; et *ib.* 22, med. Tales vineas supra quartum pedem detruncant. (Adde *Arb.* 14.) *Phaedr.* 4, 2. vulpis alta in vinea *Uvam* appetebat, summis saliens viribus. *P. Vinearum* quinque sunt genera, unum sparsis palmitibus humi repens, al-erum vite per se subrecta, tertium cum adminiculo sine jugo, quartum pedatae simplici jugo, quintum compluviatae quadruplici. Ita *Plin.* 17, 21, 35, n. 6. Sed *Colum.* *Arb.* 4, tria facit, jugatam, humi projectam, et a terra subrectam, more arborum in se consistentem. *P. Est* etiam hoc nomine machina bellica, ad similitudinem vitis compluviatae, sub qua tecti milites oppugnatae urbis muros subruunt. *Veg.* ita describit sui temporis vineas, *Mil.* 4, 15. Vineas dixerunt veteres, quas nunc militari barbaricoque usu cauisas vocant. E lignis levioribus machina colligatur alta pedibus octo, lata pedibus septem, longa pedibus sexdecim. Hujus tectum munitione duplici, tabulatis, cratibusque contextitur. Latera quoque vimine septuagur, ne saxorum telorumque impetu penitentur. Extrinsecus autem, ne inmisso concremetur incendio, crudis ac recentibus coriis, vel centonibus operitur. Cum plures factae fuerint, junguntur in ordine: sub quibus subsidentes tuti ad subruenda murorum penetrant fundamenta. Haec *Veg.* quibus addit, quae hunc eundem locum referens, illustrandae rei gratia, *Lipsius* l. 1. *Polioret. dial.* 7. adscripsit. *Caes. B. C.* 2, 2. Tanta erat multitudo tormentorum, ut eorum vim nullae contextae viminibus vineae sustinere possent. *Id. B. G.* 2, 12, f. et *ib.* 7, 17. Vineas ad oppidum agere. *Cic. Fam.* 15, 4, med. Oppidum aggere, vineis, turribus oppugnare. *Id. Phil.* 8, 6. Res geritur; conductae vineae sunt; pugnatum acerrime. *Liv.* 37, 26. Utrique vineas et aggerem muro injunxit. *Lucan.* 2, 505. et *mediis* subreptit vinea muris. *Sil.* 13, 110. Hic gravis armato surgebat vinea dorso. *P. Festus* in *Sub*: Sub vineam jacere dicuntur milites, cum adstantibus centurionibus jacere coguntur sudes. *P. Vinia* pro vinea est in *Inscr.* ap. *Fabrett.* p. 223, n. 594.

VINEALIS, e, et
VINEARIUS, a, um, et
VINEATICUS, a, um, adj. *ἀμπελιος*, ad vineam pertinens. *Colum.* 3, 12. *Vinealis* terra, h. e. serendis vitibus idonea. *Id.* 5, 6, f. *Vinearios* colles praecipitare. *Ulp. Dig.* 50, 16, 198. Horti vinearii, vel olitorii. *Colum.* 7, 3, med. *Vineaticus* fructus, h. e. vindemia. *Id.* 4, 1. *Vineatica* semina; et *ib.* 33, extr. *Vineatici* cultus. *Cato R. R.* 11, f. *Falces*, et *fulculae vineaticae.*

VINEOLA, ae, f. dimin. vineae. *Inscr.* ap. *Fabrett.* p. 223, n. 59. *V. aliam* in *TRICHILA*. Utrobique autem *vinola* scriptum est.

VINETUM, i, n. *ἀμπελιόγειον*, locus, ubi multitudo vitium consita est, locus vineis abundans. *Cic. N. D.* 2, 66, f. Si segetibus, aut vinetis cuspisiam tempestas nocuerit, etc. *Virg. G.* 2, 319. Optima vinetis satio est, cum vere rubenti, etc. *Colum.* 3, 4. Cui vineta facere cordi est, faciat vitarium, ex quo possit agrum vineis vestire. *P. Vineta sua* cadere, sibi ipsi malum creare, sibi ipsi damno esse, proverb. ap. *Hor. Ep.* 2, 1, 219. Multa quidem nobis facinus mala saepe poetae (Ut vineta egomet caedam mea), cum tibi librum *Sollicito* damus, aut fesso. *P. Differre* videtur *vinetum* a *vinea*, ut totum a parte. Est enim *vinetum* plures vineas continens, v. gr. collis undique vitibus consitus, in quo plures vineae propriis limitibus, et septis distinctae.

VINEUS, a, um, adj. *οἰνώος*, ut *Vineus* latex, *Solin.* 5, med.

VINIA, V. **VINEA**.

VINIBUAE, V. **BUA**.

VINICIANUS, a, um, adj. ad *Vinicium* aliquem pertinens, ut *Viniciana* conjuratio in *Neronem*, ap. *Suet. Ner.* 36.; de qua tamen nemo alius scriptorum, qui hactenus supersunt, locuti sunt. *F.*

VINIFER, ra, rum, adj. vini ferax, ut *Vinifera*

vitis, *Appul. Herb.* 66. Adde *Sil.* 7, 207., ubi alii leg. *vitifer*, alii *vifer*.

VINIOLA, V. **VINEOLA**.

VINIPOTO, oris, m. *οἰνοπότης*, potor vini, vinolentus. *Plin.* 10, 54, 75. Scitum de quodam vinipotore reperitur *Syraculis*, tamdiu potare solitum, donec, etc. Ita edition. veteres A. 1470 et 1472. Antiquior his a 1469. omittit alteram vocem *vini*: utramque *Hard.* ex MSS. Si retineas, rectius divisim scribes.

VINITO, -as, a. I. invito aliquem ad bibendum vinum. *Varr.* ap. *Non.* 15, 12. Non vides, ipsos Deos, si quando volunt gustare vinum, derepere ad hominum fana; et tamen tum ipsi illi *Libero* simpulvio invitari? Alii legend. putant *invitari*. *V. INVITO. F.*

VINITOR, oris, m. *ἀμπελοποιός*, rusticus vinearum cultor. *Cic. Fin.* 5, 14, med. An (*vitis*) ea, quae per vitonem antea consequbatur, etiam per seipsam curabit? *Virg. Ecl.* 10, 36. vestrique fuissem Aut custos gregis, aut maturaee vitonurvae.

VINITORIUS, a, um, adj. *ἀμπελοποιός*, ad vitonem pertinens, ut *Vinitoria* falx, *Colum.* 4, 25., ubi eam accurate describit.

VINIVORAX, acis, vinum vorans, vini cupidus, vinosus. *Commodian. Instruct.* 18, p. 23. *B. A.*

VINNULUS, a, um, adj. significat flexuosum instar vini, hoc est cinni: translate autem dicitur de oratione suaviter inflexa, et molli, qualis est in minuritionibus cantus, sive in chromatica musica, ut *Boethius* appellat. *Isid. Or.* 3, 20, f. *Vinnula* vox est levis et mollis, atque flexibilis: dicta a vinno, hoc est cinnino molliter flexo. *Pl. As.* 1, 3, 70. Compellando blanditer, osculando oratione vinnula, venustula. Ita legit *Jan. Douza*, et ita interpretatur. Sed alii aliter. *Paulus* ap. *Fest.* interpretatur mollem, his verbis: *Vinnulus* dicitur molliiter se gerens, et minime quid viriliter faciens. *Plautus*: Oratione vinnula, ac venustula. Eadem habet *Non.* 2, 898. Sunt qui legunt *vinulus* unico n, et vocem derivant a *vinum*, accipiuntque pro blando, venusto, illecebroso, et ad sensum permanente, ut vinum in venas. Additur etiam a quibusdam locus *Cic. Att.* 4, 16, med. *Profecto* rem habes vinnulam. Sed alii *tinnulam*, alii perlique *nullam* reponunt.

VINUS, V. v. praec. in.

VINOLENTIA, ae, f. *μέθη, οἰνοπλῆγία*, ebrietas, vitium ebrietatis. *Cic. Top.* 20. Cujus etiam generis illa sunt, ex quibus verum nonnunquam invenitur, pueritia, somnus, imprudentia, vinolentia, insania. *Id. Phil.* 2, 39, med. Quid furiosam vinolentiam toam proferam?

VINOVA, ae, f. oppidum Britanniae. *Anton. Itin.* *P. Camdeno* est *Binchester* in comitatu *Dunelmensi*. *B. A.*

VINOLENTUS, a, um, adj. *ἔθωος, πάθωος, οἰνώλης*, ebriosus, vino se ingurgitans. *Cic. Agr.* 1, 1. Haec per Deos immortales utrum esse vobis consilia siccorum, an vinolentorum somnia; et utrum cogitata sapientum, an optata furiosorum videntur? *Id. Fam.* 12, 25, med. Omnemque suum vinolentum furorem in me unum effunderet. *P. Medicamenta vinolenta* sunt, in quibus potior pars vinum est. *Id. Pis.* 6, med. *Meministine*, cum isto ore furtivo teterrimam nobis popinam inhalasses, excusatione te uti valetudinis, quod diceret, vinolentis te quibusdam medicamentis solere curari?

VINOSITAS, atis, f. succus vinosus. *Tert. Jejun.* 1, f. Siccatent cibum ab omni jurulentia, ne quid vinositatis vel edamus, vel potemus.

VINOSUS, a, um, adj. *οἰνώδης, οἰνώεις*, vini saporem habens. *Plin.* 13, 19, 24. *Punicorum* quinque species, dulcia, acris, mixta, acida, vinosa. *Id.* 15, 24, 27. *Moris* succus in carne vinosus. *Id.* 12, 13, 27. *Nardi* semen saporis calidi ac vinosi. *Id.* 21, 18, 27. *Juncus* vinosae mordacitatis ad linguam. *Id.* 27, 4, 11. Semen ambrosiae odore vinoso. *P. Item* vini cupidus. *Hor. Ep.* 1, 19, 6. *Laudibus* arguitur vini vinosus *Homerus*. *Or. Fast.* 3, 765. *Cur* anus hoc faciat, quaeris? *vinosior* aetas haec est, et graviorae munera vitis amans. *Pl. Curc.* 1, 1, 77. *Lena* multibiba atque merobiba.... quid opus't verbis? *vinosissima* est. *Or. Am.* 3, 1, 17. *Nequitiam* vinosa tuam vonvivia narrant. *Scipio Afric.* ap. *Gell.* 7, 12. Qui non modo vinosus, sed virosus quoque sit. *P. Item* ebrius. *Liv.* 41, 4. *Istrorum* pauci, qui modice vinosi erant, memores fuerunt fugae.

VINULUS, a, um, adj. *V. VINNULUS*. *Inscr.* ap. *Grut.* 922, 4. *Rutilia Rufinae* vinuluae.

VINUM, i, n. *οἶνος*, liquor ex uvis expressus: a voce Graeca allata. Celebriora apud veteres vina *Plin.* 14, c. 6. et 7. recenset. *Cic. Sen.* 18, f. Ut non omne vinum, sic non omnis aetas vetustate coacescit. *Id. Off.* 3, 23. Qui vinum fugiens vendat sciens, h. e. parum durans: cui *firmum* opponitur. *Id. Brut.* 83. Si quis *Falerno* vino delectetur, nec ita novo, ut, etc. nec ita vetere, ut, etc. *Pall.* 11, 14, med. *Vinum* album, candidum, fuscum, nigrum, limpidum. *Cato R. R.* 156, med. atrum, durum. *Plin.* 14, 9, 11. album, fulvum, sanguineum, nigrum. *Or. Fast.* 5, 511. rubens. *Sen. ep.* 36. *Vinum* fieri bonum, quod recens durum et asperum vi-

sum est: non pati aetatem, quod in dolio placuit. *Cels.* 3, 19. austerum, tenue, miraculum: nullarum virium, aut ingentium. *Varr. ap. Non.* 4, 295. merum. *Cic. Tusc.* 5, 5. leve. *Ter. Heaut.* 3, 1, 49. asperum, leno. *Colum.* 12, 27. dulce, suave, firmum, corpori salubre. *Pall.* 11, 14. med. Suave vinum de duro facere; et med. ex molli forte. *Plin.* 14, 21, 27. imbecillum, validum; et *ib.* 9, 11. excellens. *Mart.* 13, 115. generosum. *Ov. Met.* 7, 594. purum. *Plin.* 17, 23, 35. n. 27. torrum. *Id.* 14, 2, 4. n. 6. Vina in vatustate rubescentia. *Id.* 20, 9, 40. Vinum ex aqua temperatum. *Cels.* 1, 3. f. dilutum. *Colum.* 12, 5. vapidum. *Mart.* 8, 6. mucidum. *Plin.* 14, 20, 25. Instaurare vina, h. e. acescentia, vapida facta, aut fugientia reficere. *Id.* *ib.* condere, h. e. in cella vinaria reponere servandi gratia. *Id.* 16, 10, 16 condire, h. e. medicari. *Id.* 14, 14, 16. diffundere. V. DEFUNDO. P Refertur ad computationes et ebrietatem. *Cic. in Sen.* 6. Vini, somni, stupri plenus. *Id. Phil.* 2, 3. f. Vini, lustrisque confectus; et *ib.* 13, 11. In lustris, popinis, alea, vino tempus aetatis omne consumere. *Id. fragm. ap. Quint.* 8, 3. med. Vacillare ex vino. *Id.* 8, 16. Vini epulisque sopiti. *Cic. Verr.* 2, 3, 25. med. In vino et luxu ridere. *Ter. Heaut.* 3, 3, 7. Vel heri in viro quam immodestus fuisti! *Titius ap. Macrob. Sat.* 2, 12. Vix prae vino sustinet palpebras. *Cic. Acad.* 4, 16. f. *Liv.* 40, 7. extr. et *Pl. Aul.* 4, 10, 65. Per vinum, h. e. in ebrietate. *Cic. Coel.* 28. med. In conviviis faceti, dicaces, nonnunquam etiam ad vinum deserti sint, h. e. inter pocula. *Ov. Fast.* 6, 673. Nox erat, et visis oculique, animique natabant. *Id. Met.* 12, 220. Vini ardet pectus; et *ib.* 317. Sopitus vini, et inexpectat Aphidas. *Id. Pont.* 1, 5, 45. Nec jurat in lucem nimio marcescere vino. *Id. Fast.* 2, 333. comites somno vinoque soluti. *Id. Met.* 7, 432. nec non et carmina, vino Ingenium faciente, canunt. *Virg. A.* 2, 265. Vini sepulti. *Liv.* 41, 3. extr. mersi. *Id.* 1, 57. Incalescere vino. *Pl. Truc.* 4, 4, 2. madere. *Cic. Verr.* 2, 3, 12. f. Vini vigiliisque languidus. *Liv.* 45, 23. med. In vinum proniorem esse. *Pl. Aul.* 3, 6, 38. Vini aliquem deponere, h. e. ebrium facere. P Vinum, uva, vindemia. *Pl. Trin.* 2, 4, 125. Tum vinum, priusquam coactum est, pendet putridum. *Varr. L. L.* 4, 17. Vindemiator, vel quod vinum legere dicitur, vel quod de vite id demit. *Cato R. R.* 147. Hac lege vinum pendens venire oportet. P De aliis liquoribus vini similibus. Memorat *Plin.* 23, 1, 26. vinum e napsis, et palmeum: 13, 4, 9. ex caryotis: 14, 16, 19. n. 2. ex milli semine, ex loto, ex fico, et Punicis, et cornis, mespilis, sorbis, moris, nucleis pineis, etc. *Pall.* 4, 10. ex piris, etc. Alia facticii vini genera enumerat *Plin. cit.* 14. c. 16.

VIO, as, n. i. *paivo*, viam eo, ambulo, iter facio. *Prud. adv. Sym.* 2, 772. affirmans iter esse viandi Multifidum, rariunquae, Deus cum quaeritur unus. *Ammian.* 20, 9. Legati intenti ad viandum. *Pl. Truc.* 1, 1, 7. Quot illic iracundiae sunt! quot pericula viandi! h. e. adeunda. Alii aliter leg. *Juvenc.* 1, 126. dominum mox praegrediere viando. *Quint.* 8, 6. med. reponit inter verba infeliciter facta; Ex quo apparet, ejus quoque aetate in usu fuisse, sed non omnibus probatum.

VIOCURUS, i, m. viarum curator, [seu, ut ait *Venul. Dig.* 43, 23, 2, cui viarum publicarum cura est. *Gloss. Phil.* Viaculus (leg. *viocurus*), *ὄδωρ, ἐπιμελητής.* *Varr. L. L.* 4, 1. med. Quis non videt, unde aerifodinae, et viocurus? Alii leg. *uvoculus.* *Id. ib.* 32. f. Simili de causa Publius vicus, et Cosentius vicus, quod ab his viocuris dicitur aedificati. Ita ex *Turnebo* et *Scal.*, nam alii *viris* habent. *Inscr. ap. Grut.* 383, 8. M. Baebio M. F. Rom. Secundo II viro viocuro ex S. C. *Alia ap. Mur.* 667, 1. A. Egnatius A. F. Pom. Strabo viocurus. V. CESTIFER. F.]

VIOLA, ae, f. *ῥοσ*, flos primus fere verni temporis: a voce Graeca allata. *Plin.* 21, 6, 14. Violis honos proximus (post lilia), aerumque plura genera: purpureae, luteae, albae. Ex iis, quae sponte apicis et macris locis proveniunt, purpureae latiore folio, statim ab radice carnoso, exeunt: solaeque Graeco nomine a ceteris discernuntur, appellatae ia, et ab his ianthina vestis. E sativis maxima auctoritas luteis. Genera iis Tusculana, et quae marina appellatur, folio aliquanto latiore, sed minus odorato. In totum vero sine odore, minutoque folio calathiana, munus autumnii: ceterae veris. *Id. ib.* 11, 38. Florum prima ver nuntiantium viola alba. Tepidioribus vero locis etiam hieme emicat. Postea quae ion appellatur, et purpurea. Proxime flammea, quae et phlox vocatur. *Virg. Ecl.* 2, 47. Pallentes violae; et *ib.* 10, 39. nigrae, h. e. purpureae. *Claud. Rapt. Pros.* 2, 92. vaccinia nigro ludit, et dulci violas ferrugine pingit. *Colum.* 10, 101. Tum quae pallet humi, quae frondens purpurat auro, Ponatur viola. *Id.* 9, 4. Violae luteolae, et Sarranae. *Cic. Tusc.* 5, 26. Etiamne in cruciatu atque tormentis sapientes beati sunt? M. An tu me in viola putabas, aut in rosa dicere? P De colore violae. *Hor. Od.* 3, 10, 14. tincta viola pallor amantium. *Id. Ep.* 2, 1, 207. Lana Tarentino violas imitata

veneno. *Plin.* 37, 9, 40. Amethysti color in violam desinit. *Id.* 34, 12, 32. Candidus color violam sentiens. P *Violae dies.* V. VIOLARIS. P *Viola* etiam dicitur locus violis consitus. *Colum. Arb.* 30. Violam qui facturus est, terram stercoratum et repastinatum ne minus alte pedem in pulvinos redigat. *Morgagnius* legere mallet saturus pro facturus, at *Schneiderus* pro violam legendum putat violarium. P Est etiam cogn. R. *Inscr. ap. Grut.* 725, 7. Fufisia A. L. Viola.

VIOLABILIS, e, adj. *βιαιος*, qui aptus est, ut violetur. *Virg. A.* 2, 155. Vos aeterni ignes, et non violabile vestrum Testor numen, ait. *Stat. Th.* 5, 258. nullis violabilis armis Turba, senes, h. e. quae violari non debet. *Ov. Her.* 15, 79. Molle meum, levisque cor est violabile telis, h. e. qui violari potest.

VIOLACEUS, a, um, adj. *ῥοσῶδης, ἰανθίνος*, violae colorem habens. *Plin.* 22, 18, 21. Herba, cui flos violaceus. *Id.* 37, 10, 61. Ion (*gemma*) apud Indos violacea est. *Nep. fr. ap. eund.* 9, 39, 63. Me juvene violacea purpura vigebar.

VIOLACIUM, ii, n. succus violarum succo conditum. *Apic.* 1, 4. Similiter et de viola violacium facies, et eodem modo melle temperabis. V. VIOLATUS.

VIOLANTILLA, ae, f. Graece lanthis, nomen mulieris. *Epithalamium Stellae et Violantillae* est *Stat.* 1, 2. B. A.

VIOLARIS, e, adj. ad violas pertinens. *Inscr. ap. Fabr.* 724, 443. Item XL. K. Apr. die violari eodem loco praesentibus dividerentur sportulae. *Die violari* est die violae, ut in *alia ap. Marin. Frat. Arv.* 639. Die rosationis et violae. V. ROSALIS. F.]

VIOLARIUM, ii, n. *ῥοσ*, locus, ubi nascuntur violae. *Varr. R. R.* 1, 1. med. Sub urbe colere hortos late expedit, sic violaria, ac rosaria; et *ib.* 35. Violaria in fundo facere non est utile, ideo quod necesse est terra adruenda pulvinos facere, quos irrigationes abluunt, et agrum faciunt macriorem. *Virg. G.* 4, 32. irriguamque bibant violaria fontem. *Ov. Fast.* 4, 437. Illa legit calthas, huic sunt violaria curae.

VIOLARIUS, ii, m. *ῥοσῶδης*, violacei coloris infector. *Pl. Aul.* 3, 5, 36. Flammearii, violarii, carinaii. *Inscr. ap. Don.* cl. 8. n. 78. Sex. Antonius Sex. L. Steneleus violarius.

VIOLATIO, onis, f. *βιασμός, ἔβρισμα*, actus violandi, violentiae illatio, profanatio, corruptio. *Liv.* 29, 8. f. Tum quoque alio genere cladis eadem illa pecunia omnibus contactis ea violatione templi furorem iniecit. *Sen. ep.* 101. med. Violatio religionum. *Vell.* 2, 1. extr. *id.*

VIOLATOR, oris, m. *βιαστής*, qui violat, violentiae illator, ruptor, corruptor. *Liv.* 4, 19. Hicci ne est, inquit, ruptor foederis humani, violatorque gentium juris; *Ov. Pont.* 2, 2, 27. Confugit interdum templi violator ad aram. *Tac. A.* 1, 58. Violator foederis. *Macr. Sat.* 2, 3. med. Cassius dictatoris violator, h. e. C. Caesaris interfector. P Cum femin. gen. *Lucan.* 9, 720. Et matrix violator aquae, h. e. veneno inficiens.

VIOLATUS, a, um, part. a *violō*; *βεβιασμένος*, vi illata laesus, corruptus, pollutus, temeratus, ruptus. *Cic. in Sen.* 3. f. Optimi viri corpus non solum tactum ac violatum manu, sed vulneratum ferro confectumque vidistis. *Ov. Pont.* 3, 5, 45. Getico peream violatus ab arcu. *Id. Fast.* 4, 649. Silva vetus, nullaque diu violata securi. *Cic. Verr.* 2, 5, 72. med. Violata religio; et *ib.* med. Sacra polluta et violata. *Id. Har. resp.* 11. f. Ludi violati, polluti. *Id. Leg.* 2, 9. f. Poena violati juris esto. *Juven.* 13, 6. Violata fides. *Lucan.* 3, 125. potestas. *Caes. B. C.* 2, 15. Induciae per scelus violatae. *Ov. Her.* 7, 97. Violatus pudor. *Id. A. Am.* 1, 675. Quaecumque est subita Veneris violata rapina. *Stat. Th.* 9, 712. mitis subit alta Dianae Corda dolor, fletuque genas violata, quod inquit, etc. P Est etiam a *viola* ductus. *Pall.* 3, 32. Conditum vel absinthiatum, vel rosatum, vel violatum, h. e. vinum conditum violarum succo. V. VIOLACIUM.

VIOLENS, entis, adj. *βιαιος*, idem ac violentus. *Hor. Od.* 3, 30, 10. Dicar, qua violens obstrepit Autidus. *Adde Ep.* 1, 10, 37. et *Pers.* 5, 171, ubi pro feroci, et forti ponitur. P *Violens* agnomen habuit L. Volumnius Flamma, qui fuit consul cum Ap. Claudio Caeco ann. U. C. CCCXLVII, ut est in *Fast. Capitolin.* ap. *Grut.* 291. extr.

VIOLENTE, v. v. sq.

VIOLENTER, adv. *βιαιως*, per vim, injuriose, vehementer quam par est. *Liv.* 5, 1. Quia solemnitas ludorum, quos intermittere nefas est, violenter direnisset. *Sall. Jug.* 44. f. Quaestio exercita asperae violentique ex rumore et libidine plebis. *Plin. ep.* 3, 9. Proconsulatum non minus violenter, quam sordide gesserat. *Suet. Tit.* 6. Praefecturam praetorii edit aliquanto incivilius et violentius. *Tac. H.* 3, 11. Violenter aliquid ad supplicium deposcere. *Id. A.* 6, 3. increpare aliquem. *Suet. Aug.* 51. f. Violentius conqueri. *Just.* 11, 7. f. Violentius oraculo usus, gladio loramenta caedit. *Colum.* 7, 3. Aries rivalem violentissime persequitur. P Item

iniquo animo, graviter, aegre. *Ter. Ph.* 5, 1, 4. Patrem adolescentis facta haec tolerare audio violenter. Ubi *Donatus*: quod Graeci dicunt *δεινως*. P Item magna vi, et impetu. *Hor. Od.* 1, 2, 13. Vidimus fluvium Tiberim retro-ris Litore Etrusco violentem undis, Ire dejectum monumenta regis. *Colum.* 7, 12. med. Advenientem latratu conterrent, vel constantius appropinquantem violentem invadunt. *Just.* 25, 5. Inter confertissimos violentissime dimicans. P Qui *violente* pro *violenter* adstrunt ex *Ov. Met.* 9, 121. et *Senec. Med.* 605. frustra sunt: quia utrobique est vocativ. sing., tum quia ultima in *violente*, etiam si esset adverbium, longa est, cum tamen hic brevis sit.

VIOLENTIA, ae, f. *βία*, vis major, impetus. *Cic. Phil.* 12, 11. Novi hominis furorem, novi effrenatam violentiam. *Plin.* 2, 38, 38. Quoniam et tonitruum, et fulminum jactus horum (*ventorum*) violentiae plerique assignant. *Lucr.* 3, 483. vehemens violentia vini Conturbare animam consuevit. *Colum.* 1, 1. Hiemis assidua violentia. *Plin.* 2, 16, 13. Radium solis violentia. *Ov. Met.* 1, 237. Fit lupus, et veteris servat vestigia formae: Canities eadem est, eadem violentia vultu, h. e. ferocia. *Sic Tac. Ann.* 2, 63. Violentia gentium. *Sall. Jug.* 57. Fortunae violentiam tolerare, h. e. adversa casuum.

VIOLENTUS, a, um, adj. *βιαιος*, qui vim nimiam affert. *Cic. Phil.* 1, 12. Opes violentas, et populo minime ferendam potentiam concepissem. *Sen. Tro.* 1172. Mors infantibus violenta, virginibus saeva venis. *Hor. Sat.* 2, 1, 38. seu quod Lucania bellum incuteret violenta. *Virg. G.* 2, 107. ubi navigiis violentior incidit Eurus; et *ib.* 4, 373. In mare purpureum violentior effluit amnis. *Ov. Met.* 8, 338. aper excitus in edios violentus in hostes Fertur; et *ib.* 12, 24. Nereus violentus in undis. *Cic. Cluent.* 49. extr. Violentissimae tempestates. *Colum.* 5, 5. f. Violentissimus coeli status. *Val. Fl.* 5, 15. violenta lues, h. e. vis pestilentiae. *Plin.* 16, 33, 60. Cupressus folio amara, odore violenta, h. e. graveolens. *Id.* 37, 4, 15. Duae res violentissimae, ferrum, et ignis. P Item impotens, injuriosus: et refertur ad animum. *Cic. Phil.* 2, 28. Quamvis sis violentus et furens. *Id. Har. resp.* 22. med. Alicujus furentes ac violenti impetus. *Id. Phil.* 5, 7. Homo vehemens et violentus. *Liv.* 1, 46. Violentum ingenium. *Tac. A.* 2, 43. Piso ingenio violentus, h. e. ferox. (quo sensu *Id. ib.* 15, 68. Vestinus violentus et infensus. V. integr. loc.) *Liv.* 34, 32. Tyrannus saevissimus et violentissimus in suos. *Sen. Phoeniss.* 347. Violentus impetus doloris. *Ov. Met.* 8, 106. Violenta ira. *Id. Trist.* 3, 5, 43. Non aliquid dixi, violentaque lingua locuta est: Lapsaque sunt nimio verba profana mero. *Id. Met.* 3, 717. Verba violenta loqui. *Id. Am.* 2, 17, 7. Dat facies animos: facie violenta Corinna est, h. e. animosa, superba, et dura. *Liv.* 45, 12. Obtusifactus tam violento imperio. *Sen. Tro.* 258. Violenta nemo imperia continuit diu: Moderata durant. *Id. Thyest.* 691. Ipse est sacerdos: ipse funesta prece Letale carmen ore violento canit. *Juven.* 4, 86. sed quid violentius aure tyranni? h. e. iracundius, et offendi facilius. *Liv.* 9, 34. Tenuit Aemilia lex violentos illos censores, C. Furium et M. Geganium, qui, etc. h. e. impotentes, et severos. P Dicitur et simpliciter de eo, qui multa vi et omni conatu quippiam facit: et videtur etiam in bonam partem sumi posse. *Mart.* 12, 14. Parcius utaris, moneo, rapiente veredo, Prisce, nec in lepores tam violentus eas. *Ov. Pont.* 4, 6, 33. Cum tibi suscepta est legis vindicta severae, Verba velut tinctum singula virus habent. Hostibus eveniat, quam sis violentus in armis, Sentire, et linguae tela subire tuae. P *Violentum* est, contra rationem est. *Cic. Fin.* 5, 24. med. Atque hoc ut vere dicitur, parva esse ad beate vivendum momenta ista corporis commodorum, sic nimis violentum est, nulla esse dicere.

[VIOLENS, a, um, adj. ad violam pertinens. *Terent. de syllab.* p. 2397. Viola flos qui nuncupator, hunc Graji vocant *ῥοσ*, Et Iulius violens fit, crede Marco Tullio. *Cassiod. Var.* 12, 4. de vino acinatio: Hiemale mustum, uvarum frigidus sanguis, in rigore vindemia, creuentus liquor, purpura potabilis, violum nectar. F.]

VIOLIO, as, avi, atum, a. I. *βιάζομαι*, vi illata quae integra sunt corrumpto, immينو, laedo, offendo, temero, polluo: a *vis*. *Cic. Rosc. Am.* 38. Nullum esse officium, nullum jus tam sanctum atque integrum, quod non ejus scelus atque perfidia violarit, et immineat. *Id. Har. resp.* 5. Bonae Deae sacra non solum aspectu virili, sed flagitio stuproque violare. *Lucan.* 7, 852. violabis vomere Manes. *Cic. Rab. perd.* 2. f. Violare loca religiosa et lucos. *Tibull.* 1, 5, 37. numina verbo. *Sil.* 17, 13. aras coelicolum. *Sall. or. Philippi contra Lepid.* f. Te neque hominum, neque Deorum pudet, quos perfidia, aut perjurio violasti. *Cic. fragm. contra C. Anton.* ap. *Ascon.* leges, quaestiones, judicia. *Tibull.* 1, 10, 2. (et *Liv.* 28, 44.) Foedera violanda. *Ov. Her.* 7, 57. et *Plin.* 10, 34, 52. Violare fidem. *Cic. Phil.* 2, 1. f. amicitiam. *Nep. Alc.* 10. clementiam, h. e. crudelem esse. *Cic. Quint.* 23. existimationem ab-

sentis. *Liv. 2, 7. med. virtutem alicujus suspicione. Cic. Ferr. 2, 1, 32. f. Cum tu apud exteras nationes imperii nominisque nostri famam tuis probris flagitiisque violaris. Id. Fam. 1, 6. Violare dignitatem alicujus in aliqua re. Virg. A. 4, 27. pudorem. Varr. L. L. 5, 8. med. Violavit virginem, pro vitia vit, dicebant. Cic. N. D. 3, 23. med. Violare virginitatem alicujus. Tibull. 1, 7, 57. puellam. Catull. 67, 23. cubile alicujus. Lactant. 1, 10. med. puerum. P Item damno, contumelia, verberibus, vulnere afflicto, ubi de personis sermo est. *Caes. B. G. 6, 22. med. Hospites violare fas non putant: qui quaque de causa ad eos venerint, ab injuria prohibent. Nep. Dion. 2. Cum Plato a Dionysio tyranno crudeliter violatus esset, quippe quem venundari jussisset. Just. 34, 1. extr. Peregrinum populum trucidant: legatos quoque ipsos Romanorum violassent, nisi, etc. Cic. Fin. 3, 9. f. Prodere patriam, violare parentes, fana depeculari. Id. Par. 3. f. vitam patris, h. e. patrem necare. Id. Har. resp. 22. Clarum hominem impurissimi voce hominis violari. Virg. A. 11, 591. sacrum violari vulnere corpus. P Absolute pro vulnerare habent *Cels. 7, 12. n. 4., Ov. Met. 3, 712., Sil. 10, 261. et 5, 601. P Item nativa integritate spolio, corrumpo. Cels. 7, 4. n. 2. Solent fistulae, ubi costas transierunt, septum transversum violare. Juven. 15, 9. Porrum et caepe nefas violare, et frangere morsu. Virg. A. 7, 114. Et violare manu, malisque audacibus orbem Fatalis crusti. Id. ib. 11, 255. Iliacos ferro violavimus agros; et *Caes. B. G. 6, 31. Fines eorum se violaturum negavit. Liv. 26, 31. Violare urbem, h. e. vi et armis capere, et diripere. Just. 44, 3. med. In hujus gentis finibus mons est, quem ferro violari nefas habetur, h. e. fodi, aut proscindi. Or. Met. 8, 741. Cereale nemus violare securi, h. e. adhuc intactum caedere. *Claud. in Ruf. 1, 63. de Alecto. (et *Lucan. 9, 462.) Flatu violare diem; et *Rapt. Pros. 1, 190. praesaga mali violavit oborto Rore genas, h. e. lacrimis corruptis ocellis, ut *Ov. Am. 3, 6, 57. dixit. Juven. 3, 18. quanto praestantior esset Numen aquae, viridi si margine clauderet undas Herba, nec ingenuum violaret marmora topium; et 11, 116. Fictilis, et nullo violatus Juppiter auro. *Stat. Theb. 1, 149. nec cura mero committere gemmas, Atque aurum violare cibis. P Et nativum colorem corrumpo. *Virg. A. 12, 67. Indum sanguineo veluti violaverit ostro Si quis ebur. Ubi *Servius: Homeri comparatio: unde et violaverit transiit: ille enim (*Iliad. 4, 141.) ait: ὅς δ' ὄτε τίς τ' ἠέλαρα γυρή φοβέται μίσην. Sic *Stat. Ach. 1, 307. Lactea Massagetae veluti cum pocula fuscant Sanguine puniceo, vel ebur corrumpitur ostro. P *Violare oculos, aures, re aliqua turpi, aut dicto laedere. *Ov. Her. 17, 1. Nunc oculos tua cum violarit epistola nostros. *Petr. Sat. 85. Violari aures meas obsceno sermone nolui.****************

*VIOR, fluvius Mauretaniae Tingitanae. *Plin. 5, 1. P Hodie Sus audit. B. A.*
 VIPERA, ae, f. *ἕξις, ἕξις*, serpentis venenati genus. Dicta creditur quasi vivipara, quia sola e serpentium genere dicitur parere vivum animal. *Plin. 10, 62, 82. Terrestrium sola vipera intra se parit ova unius coloris, et mollia, ut pisces. Tertia die intra uterum excludit, deinde singulos singulis diebus parit, viginti fere numero. Itaque ceterae tarditatis impatientes perumpunt latera, occisa parente. *Virg. G. 3, 416. sub praesepibus mala tactu Vipera delituit. *Ov. A. Am. 2, 376. Nec brevis ignaro vipera laesa pede. *Id. Pont. 3, 3, 102. latens ima vipera serpit humo. *Hor. Od. 3, 4, 17. Atrae viperae. *Id. Epod. 16, 52. intumescit alta viperis humus. *Prop. 4, 7, 53. si fallo, vipera nostris Sibilet in tumulis, et super ossa cubet. *Mart. 3, 19. Vipera scelerata. *Ov. Rem. Am. 421. Parva necat morsu spatiosum vipera taurum. P Est etiam convicium moleste loquacis, iracundi, crudelis. Ad illud *Ter. Eun. 5, 1, 8. Quid ais, venefica? *Donatus: Aptum convicium, et comicum in ancillas, venefica, lupa, vipera, et sacrilega. *Flor. 4, 12. med. Recisa prius lingua, quam in manu tenens barbarus, Tandem, inquit, vipera, sibilare desiste. *Juven. 6, 641. Tunc duos (filios veneno sustulisti) una, saevissima vipera, coena? P *Viperam nutrire sub ala proverbialiter ap. *Petr. fragm. Trag. 77. *Burn. est suum sibi malum fovere. Sic *Cic. Har. resp. 24. Etiamne in sinu atque in deliciis quidam optimi viri viperam illam venenatam atque pestiferam habere potuerunt? P *Vipera est in veprecula aliud proverb. de quo V. VEPRECULA.******************

VIPERALIS, e, adj. ad viperam pertinens. *Appul. Herb. 89. Memorant etiam ad Olcimum (lege *Aliaconem) fluvium (rutam hortensem) appellari viperalem, eo quod interfectibilis earum comprobetur, h. e. quod contra serpentium ictus pro auditoto valet, ut ait *Plin. 20, 13, 51. med.***

VIPEREUS, a, um, adj. idem ac viperinus. *Lucan. 9, 635. Vipereum venenum. *Ov. Met. 2, 768. videt intus edentem Vipereas carnes, vitorum alimenta suorum, Invidiam. *Id. ib. 4, 572. Viperei dentes; et *ib. 7, 203. Vipereas fauces carmine rumpere; et *ib. 4, 614. Vipereum monstrum, h. e. caput Medusae viperas habens pro crinibus. Sic *ib.******

6, 662. Vipereae sorores, h. e. Furiae anguibus caput cinctae. *Id. ib. 7, 391. pennae, h. e. pennati serpentes, quibus per aera Medea ferebatur. *Id. Pont. 4, 7, 36. vipereo tela cruore madent, h. e. veneno. *Sen. Oed. 597. Vipereum genus fratrum, h. e. qui nati fuerant ex dentibus serpentinis a Cadmo satis. *Id. Herc. Oct. 169. de Briareo: Supra Thesalicos cum stetit aggeres, Ut coelo insereret vipereas manus, h. e. viperas in digitis, aut pro digitis habens, ut olim finxere. *Virg. A. 7, 351. Vipeream inspirans animam, h. e. halitu venenato afflans.*****

VIPERINUS, a, um, adj. *ἕξις*, ad viperam pertinens, vipereus. *Accius ap. Cic. Fin. 2, 29. et *Tusc. 2, 7. Cui viperino morsu venae viscerum Veneno imbutae tetro cruciatus ciet. *Hor. Od. 2, 19, 19. Bistonidum crines nodo viperino coercere. *Id. Epod. 3, 6. Viperinus cruor. *Plin. 11, 53, 115. Viperina sanie tingere sagittas. *Id. 7, 2, 2. Viperina carne ali. P *Viperina dicitur ab *Appul. Herb. 5. herba, quae aliis serpentaria, tortuosa radice, *ἕξις* Graecis, efflicax contra serpentes.********

VIPIO, onis, m. *ῥεγορίς*, minor grus. *Plin. 10, 49, 69. Ibi (in *Balearibus insulis) et buteo accipitrum generis in honore mensarum est: item vipionis. Sic enim vocant minorem gruem. Alii *pipiones. V. PIPIZO.***

VIPSANUS, a, um, adj. ad M. Vipsanum Agrippam Augusti generum pertinens. *Mart. 4, 18. Vipsanae columnae, h. e. quae fuerunt in porticu Agrippae. *Id. 1, 109. laurus, h. e. quae ornabant aedes et porticum ejusdem ob consulatus et victorias. P De nomine *Vipsanum V. Sen. Contr. 2, 12. f.***

VIR, viri, m. *ἄνθρωπος*, masculus in genere hominum, cui respondet *mulier, femina: a vis, vel a voce Graeca allata. *Ter. Phorm. 5, 3, 9. Virum me natam vellem: ego ostenderem. *Ov. Met. 3, 326. De quo viro factus (mirabile!) femina. *Tibuli. 2, 2, 2. lingua vir mulierque fave. *Just. 25, 4. Majore mulierum, quam virorum virtute exceptus. *Claud. in Ruf. 1, 170. sequimur, quocumque vocaris, Seu tu vir, seu nomen, ait. *Ov. Her. 9, 106. Quod tu non esses jure, vir illa fuit. *Pl. Aul. 1, 2, 30. Dividere argenti nummos in viros, h. e. viritum. P Saepem maritum significat. *Ter. Hec. 4, 1, 1. Quid viro meo respondebo, misera! *Ov. Pont. 4, 13, 3. de *Livia Aug.: Ambiguum nato dignior, anne viro. *Hor. Sat. 1, 2, 127. nec vereor, ne vir rure recurat. *Petr. Sat. 111. Matrona cum virum extulisset, etc. P De bestiis; nam et *maritus, et uxor de his dicuntur. *Virg. Ecl. 7, 7. Vir gregis ipse caper derraverat. *Theocrit. Idyll. 8. v. 49. Ὁ γάμος, τὰν λευκὰν ἀγῶν ἄνευ. *Mart. 3, 93. Et illud oleas, quod viri capellarium. *Solin. 23. Equae aspirante Favonio vento concipiunt, et sitientes viros aurarum spiritu maritantur. P Saepem non tam sexum significat, quam constantiam animi, fortitudinem, virtutem: quibus feminae fere carent: aut certe inferiores longe sunt. *Cic. Tusc. 2, 22. med. Marius rusticianus vir, sed plane vir, cum secaretur, vetuit se alligari; et *mor: Et tamen fuisse acrem morsum doloris, idem Marius ostendit: crus enim alterum non praebuit. Ita et tulit dolorem, ut vir: et, ut homo, majorem ferre sine causa necessaria noluit. *Id. Fam. 5, 17. Ut te rogarem, ut et hominem te, et virum esse meminisses; id est ut et communem incertumque casum sapienter ferres, et dolori fortiter ac fortunae resisteres. Ubi *Manut. Ab homine sapientiam, a viro fortitudinem postulat; et *ib. 18. Te oro, te colligas, virumque praebas. *Sen. Consol. ad Polyb. 36. med. Non sentire mala sua, non est hominis: et non ferre, non est viri. *Just. 11, 13. f. Et quemadmodum Dario majorem turbam hominum esse, sic virorum sibi. *Ter. Eun. 1, 2, 74. Heus noster! laudo: tandem perdidit: vir es. *Cic. Att. 10, 7. med. Si vir esse volet, praecleara *ovrodtas; sin autem, erimus nos qui solemus. *Ov. Fast. 6, 595. Si vir es, i, dictas exige dotis opes. *Mart. 2, 69. Grandia verba ubi sunt? si vir es, ecce nega. *Hor. Epod. 15, 12. Nam si quid in Flacco viri est, Non feret, etc. *Quint. decl. 3, 6. Hoc ipsum, quod primus ante signa procurrit, quod veteranos tiro praecedat, quod redit pulvere et cruore concretus: istud, istud, quod tam vir est. P Hinc fere jungitur cum epithetis laudis. *Cic. Coel. 5. f. Catilina utebatur hominibus improbis multis; et quidem optimis se viris deditum esse simulabat. *Id. Fin. 3, 8. med. Quem stabili, et firmo, et magno animo, quem fortem virum dicimus? et paulo post: Vir altus et excellens. *Id. Tusc. 4, 25. f. constans ac sapiens. *Id. Sen. 23. praestans; et *ib. 7. clarus et honoratus. *Id. Brut. 85. summus et singularis. *Id. Fin. 3, 19. med. bonus at sapiens, et legibus parens, et civilis officii non ignarus. Rarius cum adjunctis vituperationis. *Sall. Jug. 90. Viri turpissimi. *Virg. A. 4, 497. Vir nefandus. *Ov. Fast. 2, 688. injustus. *Lucan. 2, 87. ferus. *Sen. Hipp. 273. immitis. *Id. Thyest. 211. humilis. P Vir bonus, justus, probus, liberalis, qui prodest quibus potest, nocet nemini, ut ait *Cic. Off. 3, 15. f., Itali dicunt *galantuomo. *Id. Fam. 1, 9. med. Ut eum, quem bonum civem semper habuisset, bonum virum esse pateretur. Ap. *Sen. var. in l. c. est idem qui sapiens Stoicorum, optimis moribus praeditus, virtutibus ornatus, san-***

ctus. P Mos erat candidatos sic appellare. *Sen. ep. 3. Sic illum amicum vocasti, quomodo omnes candidatos bonos viros dicimus: quomodo obvios, si nomen non succurrit, dominos salutamus. Hinc Itali etiam nunc *buonuomo* eodem sensu appellant virum inferioris conditionis. P Item feneratorum. *Cic. Att. 9, 12. Stat urbs ista? praetores jus dicunt, aediles ludos parant, viri boni usuras perscribunt? *Id. Off. 2, 25. Sed toto hoc de genere, de quaerenda, de collocanda pecunia, etiam de utenda, commodius a quibusdam optimis viris ad medium Janum sedentibus, quam a philosophis disputat. P *Bonus vir *εὐνομιος* dicitur dolosus, malus, aut insipiens. *Ter. Eun. 4, 3, 18. Ille autem bonus vir nusquam apparet, h. e. qui se eunuchum simulaverat. *Id. Ad. 3, 5, 50. Ille bonus vir nobis psaltriam, si Diis placet, paravit, quicum vivat. *Id. Andr. 3, 5, 10. Rhodum bone vir, quid ais? viden, me tuis consiliis miserum impeditum esse? Adde 5, 2, 5., *Eun. 5, 2, 11. etc. P *Bonus vir est aliquando vir bonus. *Id. Phorm. 4, 3, 33. Ut est ille bonus vir, tria non commutabitis verba hodie inter vos. Quidam MSS. habent *vir bonus. P Interdum vir de eo dicitur, qui turpia refugit, flagitia aversatur. Licinium Mucianum notae impudicitiae retaxans Vespasianus dicere solebat, ut est ap. *Suet. Vesp. 13. Ego tamen vir sum. De eod. *Sex. Aur. Victor. Epit. 9. Nosti me virum esse. *Ov. A. Am. 1, 524. Et si quis male vir quaerit habere virum. P Refertur aliquando ad aetatem virilem. *Id. Met. 13, 397. Littera communis mediis pueroque viroque Inscripta est foliis. P Et ad generandi vim, aut virilia. *Catull. 63, 6. ut relicta sensit sibi membra sine viro. *Lucan. 10, 133. ferro mollita juvenus, Atque exsecta virum, h. e. castrata. P *Viris, equisque, omni conatu, proverbialis locutio. V. EQUUS. P In re militari *virum* nonnunquam sunt pedes. *Liv. 21, 27. Omnibus comparatis ad trajiciendum, terrebant ex adverso hostes, omnem ripam equites virique obtinentes. *Petr. Sat. 123. passim turmaeque virique, Armae congesta strue deplorata jacebant. *Sil. 9, 559. Magna voce trahens equitemque, virosque. Sic *Caes. B. C. 2, 39. med. Multa spolia praeferebantur: capti homines, equitesque producebantur. P *Vir virum legere similiter in militia dicebatur, cum in acie instruenda duces potestatem faciebant militibus, ut sibi quisque socium notum sibi, et spectatae virtutis adungeret, a quo latus sibi tegetur: vicissimque is ejus tegeter, accenderenturque ambo proprio exemplo ad acrius pugnandum: quod fieri maxime solebat, cum periculum aliquod majus instabat, et cum fortissimo hoste erat congregiendum. *Liv. 9, 39. Etrusci coacto exercitu, cum vir virum legisset, quantis nunquam antea simul copiis, simul animis dimicant. Huc allusit *Cic. Mil. 21., ubi de comitatu Clodii loquens: Ille, inquit, qui semper secum scorta, semper exoletos, semper lupas ducebat, tum neminem, nisi ut virum a viro lectum esse diceret. Ap. *Virg. quoque hic mos innuitur *A. 11, 631., ubi tamen significatur, non socium sibi a milite, comitemque in pugna lectum fuisse, sed delectum destinatumque oculis, et ictibus hostem, in quem irrueret. Verba *Virgilii* sunt: Tertia sed postquam congressi in proelia, totas Implicuerunt inter se acies, legitique virum vir. *Ex Hom. Iliad. 4, 472. ἀνὴρ δ' ἀνδρὶ ἐδρανόληξεν. P In senatu etiam legendo hic mos est aliquando usurpatus, ut senator senatorem eligeret. *Suet. Aug. 35. Senatorum affluentem numerum ad modum pristinum redegit duabus lectionibus: prima ipsorum arbitrato, quo vir virum legit. P Ut homo, sic et *vir loco pronomini ponitur. *Cic. Att. 9, 18. Vidisti igitur virum, ut scripseras? *Virg. A. 4, 3. Multa viri virtus animo, multasque recurat Gentis honos. *Ter. Andr. 2, 6, 5. Praeter spem evenit: sentio: hoc male habet virum. Adde *Val. Fl. 1, 30. P *Virum pro virorum apud poetas frequens est.***********************************

VIRA, ae, f. femina. V. QUERQUETULANUS.
 VIRAGO, inis, f. *ἀνδρῶνας, ἀνδρῶνας*, femina, quae animo et robore virum refert, mulier fortis, quae viro similis sit, et virilia opera faciat. *Pl. Merc. 2, 3, 79. Ego emero matri tuae ancillam viraginem aliquam, non malam, forma mala, h. e. robustam, laboris patientem instar viri. *Lactant. 1, 9. Hercules viraginem vicit, h. e. Amazonem. *Sen. Hipp. 54. Ades in comiti Diva virago, h. e. Diana. *Virg. A. 12, 468. Juturna virago. *Ov. Met. 2, 765. Huc ubi pervenit bello metuenda virago, h. e. *Pallas, quae saepe a poetis hoc nomine indigitatur, ut ab eodem *Ov. Met. 6, 130., a *Stat. Silv. 4, 5, 23. et *Theb. 11, 414. et *Capell. 6, 188. in *carm.***********

VIRATUS, a, um, adj. virili animo praeditus. *Varr. ap. Non. 2, 907. Si non malit vir viratam uxorem Atalantam. Alii leg. *viratiam* eodem sensu. Hinc *Eccli. 28, 19. Lingua tertia mulieres viratas ejecit, h. e. ἀνδραγῆς, ut legitur in textu Graeco.**

VIRATUS, us, m. virtus, constantia virilis, officium, quod a bono viro praestari solet. *Sidon. ep. 7, 9. in *conc. med. Bono viratu aemulis suis magis prodesse cupiens, quam placere.**

VIRBIALIS, e, adj. ad Virbium pertinens, ut Virbialis flamen in duab. *Inscr. ap. Grut. 445, 3. et *Mur. 166, 6. Legitur etiam in duabus aliis ap. *Cor-***

radin. de vet. Latio T. I. p. 383. et ap. Vulp. in eodem opere T. 7. p. 211., eas tamen spurias esse censet Marin. Frat. Arv. p. 417.

VIRBIUS, ii, m. idem qui Hippolytus, filius Thesei. V. HIPPOLYTUS. P. Etiam fluvius fuit hoc nomine. Vib. Sequester de flumin. Virbius (fluvius) Laconices, ubi Hippolytum Aesculapius arte medicinae reddidit vitae, unde et Virbius dictus. P. Virbius clius intra Romae moenia fuit, prope vicum Sceleratum. Liv. 1, 48. med. P. Orbis clius audit Fest. fragm. p. 16. ed. Dacier. et Dionys. Halic. unde Orbium corrigit Gronovius in Liv. l. c. Ed. Stroth. habet Urbium. P. Virbius, Laconices fluvius, ubi Hippolytum Aesculapius arte medicinae reddidit vitae, unde et Virbius dictus. Haec Vib. Sequest. de fluminibus p. 85. B. A.

[VIRDUMARUS et Virdumarus, i, m. Gallorum Insubrium rex, de quo in pugna caeso M. Claudius Marcellus tertia opima spolia Jovi Feretrio consecravit ann. U. C. DXXXII. Prop. 4, 10, 39. Claudius Eridanum trajectos arcuit hostes, Belgica cui vasti palma relata ducis Virdumari, genus hic Rheno jactabat ab ipso, Nobilis e tectis fundere gaesa rotis. Fast. Triumph. Capitol. ap. Grut. 297. col. 2. f. M. Claudius M. F. Marcellus spolia opima retulit duce hostium Virdumaro ad Clastidium interfecto. V. OPIMUS. P. Virdomarus est etiam nomen proprium militis. Inscr. ap. Maff. Mus. Ver. 121, 3. Virdomarus Thartontis F. domo Biturix missicus etc. F.]

VIRECTUM. V. VIRETUM.

*VIREDO, inis, f. color viridis. Guil. Brito 10, 699. B. A.

VIRENS, entis, part. a vireo, χλωρόν. Virg. G. 4, 18. At liquidi fontes, et stagna virentia musco. Hor. A. P. 117. Mercatorne vagus, cultorne virentis agelli. Id. Od. 1, 25, 17. Hedera virens. Virg. G. 3, 146. mons ilicibus virens. Mart. 9, 76. quod (marmor) virenti fonte lavit Eurotas, h. e. aqua viride marmor faciente. P. Virentia, absolute, viridia, arbores atque herbae. Colum. 1, 5. f. Haec perniciem afferunt hominibus, armentis, et virentibus. Id. 3, 8. Natura parem legem fecunditatis dixit virentibus, atque hominibus, ceterisque animalibus. P. Translate ponitur pro florenti ac vegeto. Sil. 1, 60. aevi Flore virens. Just. 43, 5. Virium gloria virente florere. Hor. Epod. 17, 33. Virens in Aetna flamma, h. e. nunquam intermoriens, sed perpetuis virens ignibus. Alii leg. urens, alii vibrans, alii furens. Hoc postremum probat Bentl. Stat. Th. 3, 453. Jam senior, sed mente virens. Just. 30, 4. Virens recentibus experimentis virtutis flos, h. e. virtus bellica virens. Hor. Od. 1, 9, 17. Donec virenti canities abest, h. e. juveni. Sic ib. 4, 13, 6. Virens puella. Ov. Met. 2, 795. urbem Ingeniis, opibusque, et festa pace virentem, h. e. florentem.

VIREO, es, ui, n. 2. φάλλω, χλωρόν, viridis sum: a vis, seu vigor. Nam virent plantae, quae necdum aruerunt, sed in suo sunt vigore. Cic. Tusc. 5, 13. Itaque et arbores, et vites, et ea quae sunt humiliora, neque se tollere a terra altius possunt, alia semper virent, alia hieme nudata, verno tempore tepetata frondescunt. Virg. A. 6, 206. Fronde virere nova. Ov. Fast. 5, 382. Summa (montis) virent pinu. Prop. 2, 25, 77. Ascræi praecepta poetae, Quo seges in campo, quo viret urva jugo. Mart. 6, 42. Illie Taygeti virent metalla, h. e. marmor Lacedaemonium viride. Ov. Met. 2, 777. Pectora felle virent, lingua est suffusa veneno. P. Translate est vigere, pollere, in vigore esse. Hor. Epod. 13, 4. Dum virent genua. Flor. 1, 22. Haec est secunda aetas populi Romani, et quasi adolescentia, qua maxime viruit, et quodam flore virtutis exarsit. Liv. 6, 22. Exactae jam aetatis Camillus erat, sed vegetum ingenium in vivido pectore vigebat, virebatque integris sensibus. Ov. Met. 9, 266. Utque novus serpens, posita cum pelle senecta, Luxuriare solet, squamaque virere recentis, h. e. nitere. Id. Fast. 5, 273. cum juvenilibus annis Luxuriant animi, corporaque ipsa virent. Claud. Cons. Prob. et Olybr. 15. Per fasces numerantur avi, semperque renata Nobilitate virent. P. Part. Virens V. in voce praec.

VIREO, onis, m. avis, quae et chlorion, Graece χλωρόν, a χλωρός, viridis, quia viridis est coloris. Plin. 18, 29, 69. E diverso vireonem prodire ipso die solstitii. V. GALBULA.

VIREO, ium, ibus, f. plur. ἰορῖς, ἀλγή, vis, robur, nervi, latera, facultas: a vis, in sing. num. est vis, vi, vim. Pl. As. 2, 2, 30. Jubeo, te valere voce summa, quoad vires valent. Caes. B. G. 6, 20. Alere vires, confirmare nervos; et ib. 7, 50. f. Me jam sanguis viresque deficiunt; et B. C. 3, 99. extr. Cum vires cum lassitudine defecissent. Nep. Eum. 11. extr. Esse viribus ad laborem ferendum firmis. Cic. Sen. 6. med. Non viribus aut velocitatibus, aut celeritate corporum res magna geruntur, sed consilio, auctoritate, sententia; et ib. 9. Nec nunc vires desidero adolescentis, non plus quam adolescens tauri et elephantis desiderabam. Nep. Thras. 1. In proelii concursu abire res a (ducis) consilio ad vires (corporis) vimque (animi) pugnantium. Alii interpretantur, ad copias, virtutemque. Caes.

B. G. 1, 53. Perpauci viribus confisi transnatare contenderunt. Id. B. C. 1, 52. Militum vires inopia frumenti diminuerat. Cic. Fam. 4, 7. Lacertis et viribus pugnare. Id. Tusc. 3, 3. Omnibus opibus, viribus elaborandum est; et ib. 11. f. Omnibus viribus atque opibus repugnandum est. Id. Or. 1, 33. Exercere vires in aliqua re. Ov. Pont. 1, 10, 33. adimere; et ib. 2, 2, 70. alicui facere. Id. Met. 4, 150. et Fast. 1, 17. dare cuiquam in rem aliquam. Cels. 4, 25. recipere. Sen. Herc. Oct. 1418. reparare. Ov. Trist. 1, 2, 27. capere. Virg. G. 3, 209. firmare. Prop. 1, 14, 17. infringere. Ov. Met. 1, 278. et ib. 12, 107. effundere. Id. Pont. 1, 7, 51. inhibere; et ib. 3, 6, 24. temperare; et ib. 1, 4, 3. quasso languere in corpore vires. Caes. B. G. 3, 1. et 19. Milites integris viribus; et Ov. Met. 10, 658. totis viribus uti. Virg. A. 2, 50. Validis viribus hastam contorquere. Id. ib. 5, 226. summis adnixus viribus urget; et ib. 9, 431. sed viribus ensis adactus Transabit costas; et ib. 10, 811. Audere majora viribus. Hor. Ep. 1, 18, 22. Supra vires; et Cic. Sen. 9. Quidquid agas, decet agere pro viribus. P. Sequentes infinito. Ov. Her. 1, 109. Nec mihi sunt vires inimicos pellere tectis. P. Exempla aliquot hominum prodigiosis viribus habes ap. Plin. 7, 20, 19. P. Uti viribus suis, pro summo jure et potentia facere, vim omnem adhibere. Sen. Ira 3, 40. f. Fuit Caesari sic castigandus amicus: bene usus est viribus suis. Petr. Sat. 108. Usurum me viribus meis, libera voce clamavi, ni abstineret a Gitone injuriam. P. Translate vires reipublicae, regni, regum, sunt milites, pecunia, opes, potentia. Hor. Epod. 16, 2. Suis et ipsa et Roma viribus ruit. Caes. B. C. 3, 57. Praesae exercitui, ut, praeter auctoritatem, vires quoque ad coerendum haberet. Just. 21, 4. Hanno opes suas, quibus vires reipublicae superabat, ad occupandam dominationem intendit. Id. 3, 1. Ptolemaeus legationibus missis, quoad vires pararet, morari Antiochum, h. e. exercitum. Id. 5, 1. f. Cum ad opprimendam unam urbem totius Orientis vires concurrerent. P. De rebus inanibus. Hor. Ep. 1, 18, 85. Et neglecta solent incendia sumere vires. Ov. Trist. 1, 4, 24. Increpuit quantis viribus unda latus! Sen. Thyest. 588. suae ventis cecidere vires. Virg. G. 2, 360. aptare sudes et furcas, Viribus enim quarum, et contemnere ventos Ediscant vites, h. e. firmitate; et ib. 1, 86. occultas vires et pabula terrae Pinguis concipiunt, h. e. vim gignendi. Cato R. R. 61. In radices vires oleae abibunt. Ov. Met. 13, 912. has vires habet herba. Sic Juven. 12, 41. egregius fons occultis viribus. Plin. 36, 16, 25. Magnes sine viribus. Sen. Q. N. 7, 4. Plurimum virium habet stella Saturni. Ov. Trist. 4, 1, 69. Quam miserum, porta vitam, muroque tueri, Vixque sui tutum viribus esse loci! et Pont. 4, 15, 12. Nil opus est legum viribus. P. Vires, oi ὄρως, quia in his stat gignendi vis, et quia animalis robur servant. Inscr. in quibus de taurobolio sermo est, ap. Grut. 30, 3. et 5. Vires tauri consarravit, h. e. testes tauri matati. Alia de eodem ap. Mur. 333, 4. Vires excepti et consarravit. Alia de eodem ap. Fabr. p. 609. n. 79. Loco vires conditae. Mur. l. c. id confirmat ex Actis S. Symphoriani, qui occisus est sub M. Aurelio ap. Ruinarum. c. 6. In cuius (Berecynthiae) sacris excisas corporum vires castrati adolescentes infastae imagini exultantes illudunt. Adde illud Arnob. 5, 158. Suis ipse se viribus, eo, quo fuerat, privat sexu; et p. 163. Ut mero madidaretur multo, et viribus spoliaretur abscessis. Alii tamen in taurobolio vires accipiunt pro tauri cornibus, ut Salmas. ad Lampr. Elag. 7., alii pro sanguine. Simile est illud Plin. 11, 18, 19. Apes aculeo adacto fucos postea esse, nec mella facere, veluti castratis viribus. P. Vires tanquam Deas cultas fuisse, praecipue a venatoribus, observavit Gadius ad Phaedr. 1, 11. Hinc Inscr. ap. Grut. 89, 9. Viribus sacrum; et 1011, 1. Dianae et Viribus sacrum, etc. P. Denique vires saepe referuntur ad animum, ingenium, eloquentiam. Quint. 1, 2. med. Pueris ordinem dicendi secundum vires ingenii dare. Cic. Or. 1, 57. Amentatas hastas oratoris lacertis viribusque torquere. Mart. 8, 73. Si dare vis nostrae vires animosque Thaliae. Plin. 35, 13, 47. Exercendo juvenis nostra corpora vires animorum perdidit.

VIRESCO, is, n. 3. φάλλω, viridis fio. Virg. G. 1, 55. Arborei fetus alibi, atque injussa virescunt Gramina. Sen. Thyest. 54. Lauro fores laetae virescant. Adde Ov. Met. 4, 394. et Plin. 15, 21, 29. P. Translate. Lucr. 1, 674. De nihiloque renata virescat copia rerum. Claud. Cons. Prob. et Olybr. 63. prima cum parte viresceret aevi. P. Viresco, producta prima, significat robur et vires acquirere. Furius ap. Gell. 18, 11. et Non. 2, 912. Incrementum animi, virescit vulnere virtus. Gell. ib. hoc verbum probat, Caesell. Vindex improbat.

VIRETUM, i, n. παρθέσιος, locus herbarum, arborumve viriditate amoenus. Virg. A. 6, 638. Devenere locos laetos, et amoena vireta Fortunatorum nemorum. P. Translate. Capell. 1, 18. Diadema, cui neque Scythidis vireta, etc. nec flucticolor hyacinthi credebatur abesse profunditas, h. e. smaragdi Scythici, qui sunt gemmae coloris viridis, et quibus

nihil omnino viridius-comparatum viret, ut ait Plin. 37, 5, 16. V. SCYTHIS. P. Firectum etiam scribitur. Prud. Cath. 3, 201. Tunc per amoena virecta jubet Frondicomis habitare locis.

VIRGA, ae, f. ῥάβδος, oblongus ac tenuis ramulus, flagellum, vimen, aut surculus, sive arbori adhaerens, sive recisus: a vireo, quasi viriga, ut Fossius in Etym. putat. Cato R. R. 101. Virgas murteas si voles cum baccis servare, etc. Varr. R. R. 1, 59. f. Punica mala, etiam immatura, cum haerent in sua virga, si demiseris in ollam, etc. Ov. Her. 11, 76. Ut quatitur tepido fraxina virga Noto. Id. Met. 3, 29. specus virgis ac vimine densus. Id. ib. 11, 109. (Midas) non alta fronde virentem llice detraxit virgam. Plin. 24, 19, 112. Herba caulem habet virgae ficulneae modo geniculatum. Id. 17, 18, 30. n. 6. Genistam in siccis semine, salicem in humidis virga seri. Id. 19, 10, 58. et 24, 10, 43. virgam sanguineam memorat, quae idem est ac sanguineus frutex; de quo V. SANGUINEUS, extr. Ov. Met. 15, 471. volucrum viscata fallere virga. Virg. G. 1, 266. Nunc facilis rubea texatur fisciua virga. Ap. eund. ib. 2, 117. turea virga est ramusculus ex arbore turis resectus: nam commercis non solum turis lacrima, sed etiam virgae Romam portabantur, ut Plin. narrat 12, 14, 31. P. De surculo, aut malleolo in insitionibus. Ov. Met. 14, 630. fissa modo cortice virgam Inserit, et succos alieno praebet alumno. P. De calamo, quo viola, papaver et liliu sustentatur: gambo del fiore Itali dicunt. Id. ib. 10, 190. Ut si quis violas, rigoque papaver in horto, Liliaque infringat fulvis haerentia virgis. P. Virga resecta et polita pro bacillo est, et pro verbera. Juven. 7, 210. metuens virgae jam grandis Achilles Cantabat patriis in montibus. Id. 3, 316. Sed jumenta vocant, et sol inclinatur: eundem est. Nam mihi commota jam dudum mulio virga innuit. Mart. 9, 23. virga gubernat equum. (Adde Lucan. 4, 683.) Ov. A. Am. 2, 131. Ille levi virga (virgam nam forte tenebat) Quod rogat: in spisso littore pingit opus. Liv. 45, 12. Popilius legatus, virga, quam in manu gerebat, circumscriptis regem, etc. (Hanc eandem rem narrat Vell. 1, 10. et Cic. Phil. 8, 8. et Plin. 34, 6, 11., sed hic nomen perperam mutat, et Cn. Octaviu appellat, cujus aliam fuisse ac Popillii legationem, constat ex Cic. Phil. 9, 2.) Ov. Fast. 2, 706. Tarquinius virga lilia summa metit. P. Virga humum verrere ap. eund. ib. 4, 736. est humum verrere scopam ex virgis colligatis composita. P. Est praecipuum Mercurii gestamen. Virg. A. 4, 242. Tum virgam capit: hac animas ille evocat Orco Pallentes: alias sub tristia Tartara mittit: Dat somnos, adimitque, et lumina morte resignat: Illa fretus agit ventos, et turbida tranat Nubila. Adde Hor. Od. 1, 10, 18. et ib. 24, 16. et Ov. Met. 1, 671. et ib. 2, 735. V. CADUCEUS. P. De bacillo magorum. Virg. A. 7, 189. Picus equum domitor, quem capta cupidine conjux Aurea percussum virga, versumque venenis Fecit avem Circe. Adde Ov. Met. 14, 278. 295. et 300. P. Virga, inquit Serv. ad A. 4, 242., insignis potestatis est: nam ideo ea magistratus utuntur: dicta quod vi regat. Hac et vates plerumque utuntur. Et hodieque tam athletarum, quam gladiatorum certamina virga dirimuntur: et praefecti gentium, cum iun, virgam accipiunt, et gestant. P. In fascibus Romani lictoris virgae erant ex betulla arbore (ut Plin. 16, 18, 30. tradit), quibus caedebantur noxii. Cic. Phil. 5, 29. f. Virgis aliquem ad necem caedere. Id. Verr. 2, 5, 62. Hominem nudari, ac deligari, et virgas expediti jubet. Plin. 7, 43, 44. Habere jus virgarum in aliquem. P. Pulsabantur virga a lictore januae, si quo magistratus accederet. Liv. 6, 34. Forte incidit, ut lictor Sulpicii, cum is de foro se domum reciperet, forem, ut mos est, virga percuteret. Mart. 8, 66. nobilique virga Vatis (Siliii poetae consulis) Castellam domum sonare. P. Virga pro fascibus, et honore magistratus: singulari numero poetice. Ov. Trist. 5, 6, 31. et quos praetexta verendos, Virgaque cum verbis imperiosa facit. Stat. Silv. 1, 2, 47. dum fervent agmine postes, Atrique, et multa pulsantur limina virga, h. e. a multis magistratibus aditur domus. Juven. 8, 7. multa deducere virga Fumosos equitum cum dictatore magistratos. P. Praecipue in servos virgis saeviebatur a dominis. Pl. As. 3, 2, 28. Ubi saepe ad languorem tua duritia dederis octo validos lictores ulmeis affectus lentis virgis. Id. Capt. 3, 4, 117. Vae illis virgis miseris, quae hodie in tergo morientur meo. Id. Cas. 5, 4, 24. Pendentem virgis verberare. Id. Epid. 1, 1, 85. dorsum depolire. Id. Bacch. 4, 6, 10. lacerare latera. Id. Men. 5, 5, 40. sub furca caedere. Id. Poen. prol. 26. variare. Id. Rud. 3, 4, 27. circumvincire; et ib. 53. sauciare. Id. fr. ap. Serr. ad A. 1, 482. ulmeis corpus inscribere. P. Damnae spongia virgae ap. Mart. 12, 48. est ligno praefixa spongia, qua in latrinis obscena mandabant: de qua et Sen. verba facit ep. 70. med. P. Virga est in coelo imperfectus arcus, facie quidem picta, sed minime curva: in rectum enim jacet. Fit autem juxta solem fere in urbe humida, et jam se spargente. Itaque idem est in illa, qui in arcu color, tantum figura mutatur. Arcus non fiunt nisi

contra solem: virga non nisi in vicinia solis. Haec Sen. Q. N. 1, 9. et 10. P De fuco, quo tinguntur a barbaris corpora. Ov. A. Am. 3, 269. Pallida purpureis tingat sua corpora virgis. V. VIRGATUS f.

[VIRGAONENSIS, e, adj. ad Albam pertinens, municipium in Hispania Baetica, quod et Virgao dicebatur. Plin. 3, 1, 3. Urgao (lege Virgao), quae Alba. Inscr. ap. Grut. 234, 6. ei 249, 3., emendatior ap. Donat. T. 1. p. 575. Municipium Albense Virgaonens. F.]

*VIRGARIUS, i, m. qui virgis caedit, virgator. Gloss. Gr. Lat. Παρθένος, lictor, virgarius. B. A. VIRGATOR, oris, m. Παρθένος, qui virgis caedit. Pl. As. 3, 2, 19. Ubi saepe causam dixeris pendens adversus octo audaces viros, valentes virgatores.

VIRGATUS, a, um, adj. Παρθένος, lineis quasi virgibus in longum extensis distinctus, variegatus. Catull. 64, 319. Vellera virgati custodibant calathisci, h. e. texti e virgis varii coloris. Virg. A. 8, 660. Virgatis lucent sagulis, h. e. maculis et plagiulis in modum retis, et cancellorum distinctis; alio nomine scutulatis. Sic Sil. 4, 155. Auro virgatae vestes. Id. 5, 148. stat sonipes Caucasiam instratus virgato corpore tigrim, h. e. pelle maculosa, (virgato tigrim dicunt etiam Sen. Hipp. 344. et Herc. Oct. 146. et Claud. Laud. Stil. 1, 66., variam appellat Sen. Hipp. 63.) Val. Fl. 2, 159. nostrosque toros virgata tenebit, Et plaustrum derepta nurus, h. e. corpore picto fucata. Quo pertinet illud Ovidii l. c. in VIRGA.

VIRGETUM, i, n. Παρθένος, locus plantis recentibus consitus. Cic. Leg. 2, 8. f. Sacerdotes vineta, virgetaque, et salutem populi inaugurando, h. e. vineas, et pomaria, oliveta, etc. recens instituenda et conserenda.

VIRGEUS, a, um, adj. Παρθένος, ex virgis factus. Virg. G. 1, 165. Virgea supellex, h. e. vasa ex vimine facta. Id. A. 7, 463. flamma virgea, h. e. ex virgis accensis facta. Cato R. R. 152. Facito scopas virgeas ulmeas aridas. Colum. 1, 6. Superpositis virgeis cratibus tegunt. Id. 11, 3. Virgea sepes. Plin. 15, 29, 37. Virgei anuli ex myrto.

*VIRGI, oppidum Hispaniae Tarraconensis, in agro Bastitanorum. Mela 2, 6. med. Urci audit Plin. 3. P Sinum Virgitanum, ubi sita Carthago nova, meminit Colum. 2, 6. med. V. Urci et Urcitanus. B. A.

VIRGIDEMIA, ae, f. vox joculariter efficta a Plauto, quasi virgarum vindemia, apparatus et collectio virgarum ad caedendos servos, Rud. 3, 2, 2. At ego te per crura, et talos, tergumque obtortum, si tibi ulmeam uberem esse speras virgidemiam, et tibi eventuram hoc anno uberem messem mali. Varr. ap. Non. 2, 906. Ideoque scapulae metuunt virgidemiam. Alii scrib. virgindemiam.

VIRGILIAE. V. VERGILIAE.

VIRGILIANUS, a, um, adj. Οὐγγιλιανός, ad Virgilium spectans. Plin. H. praef. med. Non illa Virgiliana virtute ut certarent. Quint. 1, 3. med. Habendumque in animo semper illud Virgilianum: supple carmen, vel dictum. P Virgilianae sortes, Παρθένος, Virgilii versus in schedulis descripti, in sitellam conjecti, et inde sorte educti. Tanta enim fuit Virgilii carminum auctoritas, ut divinam voluntatem, et futurorum arcana continere crederentur, et pro sortibus haberentur. Exempla hujus sortilegii habes ap. Spart. Hadr. 2., Lampr. Alex. Sev. 14. et Treb. Claud. 10.

VIRGILIENSIS. V. VERGILIENSIS.

VIRGILIOCENTONES. V. HOMEROCENTONES.

VIRGILIUS, ii, m. Οὐγγιλιος, Βιργίλιος. P. Virgilius Maro poeta Mantuanus, filius Maronis, et Majae. De nominis scripturadiversi diversa sentiunt, aliis primam ejus syllabam secunda vocali, aliis tertia scribentibus. Quorum utriusque quibusdam nuntiantur rationibus. Donatus putat scribendum per i, cum in ejus vita tradit, e virga nomen accepisse, quam mater ejus ea nocte, quae partum antecessit, in somno sibi visa est parere, tanta altitudine assurgentem, ut coelum contingeret. In eadem sententia est Pierius ad illud G. 4, 563. Illo Virgilium me tempore dulcis alebat Parthenope: item Manut. et Cellar. in Orthogr. et qui omnium rationes fuse collegit Dausquius. Hos libenter sequimur, quos et usus secutus est. Hisce suffragatur et Calvi illud: Id vates, cui virga dedit memorabile nomen Laurea. In Graecis quoque codicibus Βιργίλιος scriptum legitur. Alii, et in primis Politianus, a Vergiliarum sidere nomen hoc deducunt, ideoque per e scribere malunt. Quam sententiam vetustiorum aliquot marmorum testimoniis confirmant. Quibus illud accedit, quod ab Eustathium quoque in navium Cathologo, et ap. Suidam, Οὐγγιλιος legitur. Sed ad Vergilias stellas quod attinet: dubium est, quomodo hoc ipsum nomen scribendum sit. V. VERGILIAE. P Primum ap. Latinos inter poetas locum obtinet sublimitate, puritate, nitore: ornaturque miris et dignis laudibus ab omnium aetatum scriptoribus. Auct. dial. de Or. 13. Virgilius neque apud Augustum gratia caruit, neque apud populum

R. notitia. Testes Augusti epistolae: testis ipse populus, qui, auditis in theatro versibus Virgillii, surrexit universus, et forte praesentem spectantemque veneratus est, sic quasi Augustum. P Natus est Ande, vico agri Mantuani, ann. U. C. DCLXXXIV. Idib. Octobr., obiit DCCXXXV. ante Christum XIX. aetat. ann. LI. Ejus vitam scripsere inter vetustiores Donatus, inter recentiores Ruacens, Junckerus, et omnium accuratissime Heynius. Scripsit heroico carmine Bucolica, Georgica, Aeneiden, et praeterea opuscula quaedam, Cirin, Culicem, aliaque Catalectorum nomine a grammaticis inscripta. V. MARO.

VIRGINAL, alis, n. pudendum muliebre. Solin. 1. med. Feminis perinde est infausta natiuitas, si concretum virginal fuerit. Prud. aeg. orep. 14, 8. Intactum ab omni crimine virginal. V. Appul. l. c. in VERETILLUM. P Etiam in plur. num. usurpatur. August. Civ. D. 22, 8. Dominus Iesus per integra virginalia matris enixus.

VIRGINALIS, e, adj. Παρθένος, ad virginem pertinens, virgineus. Cic. Verr. 2, 4, 3. Erant aenea praeterea duo signa, non maxima, verum eximia venustate, virginali habitu atque vestitu. Gell. 14, 4. Imago justitiae forma atque filo virginali, aspectu vehementi, etc. Cic. Quint. 11. f. Homo virginali verecundia. Vet. Poeta ap. eund. Dic. 1, 31. Virginalis modestia. Cic. vertens carm. Sophoc. Tusc. 2, 8. med. ploratus, h. e. femineus, mollis, languidus, qualem edere puellae solent. Pl. Rud. 3, 4, 43. Feles virginalis, h. e. virginum raptor. P Fortuna virginalis est Venus puellarum virginum praeses, quemadmodum Fortuna muliebris matronarum, quae est Juno. Arnob. 2, 91. Puellam togulas Fortunam defertis ad virginalem. Varr. ap. Non. 2, 926. Et a quibusdam dicitur esse virginis Fortunae simulacrum, ab eo quod duabus undulatis togis est opertum, proinde ut olim reges nostri undulatas, et praetextas togas soliti sunt habere. August. C. D. 4, 11. et ib. 6, 9. videtur hanc eandem significare, cum Deam Virginiensem memorat. Itaque puellae nupturae virginalem ornatum Fortunae virginali suspendebant, ad muliebrem statum transeuntis. Simile quidpiam de Pallade habes ap. Stat. Th. 2. a v. 251., et de Venere ap. Pers. 2, 70. P Ap. Phaedr. 4, 14. est virginalis (subaudi membrum) idem ac virginal. Huc spectare videtur locus cit. Augustini in VIRGINAL.

VIRGINARIUS, a, um, adj. ad virginem pertinens. Pl. Pers. 4, 9, 14. Sequere hac, scelestas felles virginalia, h. e. virginum raptor.

VIRGINDEMIA. V. VIRGIDEMIA.

VIRGINENSIS et Virginiensis, is, f. Dea, quae in Gentilium connubiis praerata zonae prima nocte novae nuptae a marito solvendae. August. C. D. 4, 11. et ib. 6, 9. V. VIRGINALIS.

VIRGINEUS, a, um, adj. Παρθένος, Παρθένος, ad virginem pertinens, virginalis. Tibull. 3, 4, 89. Scyllaque virgineam canibus subnecta figuram. Sen. Med. 75. Virgineus decor. Prop. 3, 12, 2. Virgineum gymnasium, h. e. in quo exercebantur virgines apud Spartanos; et ib. 11, 30. Virginei calathi. Id. 4, 4, 42. Virgineus focus, h. e. ignis Vestae. Sic Ov. Fast. 4, 731. Virginea ara, h. e. ara Vestae. Mart. 1, 71. domus, h. e. aedes Vestalium. Ov. Met. 13, 697. favilla, h. e. rogi, in quo virginis cadaver crematum est. Prop. 2, 1, 69. Virgineae urnae, h. e. Danaidum. Tibull. 1, 4, 74. et Virg. G. 1, 430. Virgineus pudor. Val. Fl. 5, 134. Virgineum bellum, h. e. Amazonum. Hor. Od. 3, 4, 72. Tentator Orion Dianae Virginea domitus sagitta. Petr. Sat. 134. f. Virginea sacra, h. e. quae fiunt a virgine. Ov. Met. 7, 4. Virgineae volucres, h. e. Harpyiae, quibus, ut ait Virg. A. 3, 216., virginei vultus, foedissima ventris Proluvies, uncaeque manus, etc. P Virgineum aurum vocat Mart. 9, 24. auream coronam, quae dabatur victori in ludis Minervae: Virgineum Tritona appellat Claud. IV. cons. Hon. 36. Tritoniden paludem, in qua Minerva nata est. P De aqua Virgine. Ov. Pont. 1, 8, 38. Stagnaque et Euripi, Virgineusque liquor. Id. Fast. 1, 464. Hic ubi Virginea Campus obitur aqua. P Prosae scriptorem, qui hac voce usum sit, vix invenies. Nam quod affertur ex Plin. 28, 7, 23. Si purgatio illa post virginitatem prima sit, aut in virgine aetate spontanea: Hard. ex MSS. legit: aut in virgine aetatis sponte.

VIRGINIA et Virginea, ae, f. virginiam appellabat maritus uxorem suam, quam virginem duxerat; eadem ratione virginiem uxor maritum suum dicebat, cui virgo ipsa nupsisset. Inscr. ap. Fabr. p. 31. n. LX. Bene merenti virginiae L. Remmiae Servandae L. Calpurnius Rufinus, quae vixit an. XXI. M. VI. D. XIII. Alia ap. Mur. 1411, 10. Tur. Ingenuae conjugii Cl. Valerius virginiae suae, cum qua vixit Ann. I. M. VIII. V. F. I. Alia ap. Grut. 932, 8. Arriae Thelesphoridi (scribendum Telesphoridi) conjugii virgineae, Q. V. annis XXXV., fecit Cn. Arrius Abascantus, etc. V. VIRGINIUS. P Virginiā, antepenultima producta, fuit filia L. Virginiū centurionis, quam stupro destinata ab Ap. Claudio decemviro pater in medio foro occidere maluit, quam pati, ut in foedam servitutem abduceretur.

Qui mox, adscitis commilitonibus, aggressus decemviro, superbam eorum dominationem oppressit. Lic. 2, 44. et seqq. Juven. 10, 291. cuperet Rutillae Virginia gibbum Accipere, atque suam (faciem) Rutillae dare. Juven. videtur hic scripsisse Verginia, nam Id. eandem syllabam produxit, cum de L. Verginio Rufo Germaniae inferioris legato hae scriberet 8, 220. quid enim Verginius armis Debutit ulcisci magis?

[VIRGINIS, e, adj. idem ac virgineus, et translate intactus, novus. Inscr. ap. Fabr. p. 53. n. 309. M. Aurelius Domitianus emit et comparavit locum virginem, etc. Alia ap. eund. ib. n. 307. Columbaria XII., in quibus ollae virgines N. XXIII., etc. Alia, quae nunc in Mus. Vaticano est, ap. Lup. Epit. S. Sev. p. 159. Septimius Jubenalis 7. Cohort. primae Vigilum, Trala, (h. e. tralaticius) XI. Urbanae hoc monumentum virgine, etc. F.]

VIRGINISVENDONIDES, vox ficta a Plauto Pers. 4, 6, 20. qua significatur aliquis virgines vendens.

VIRGINITAS, atis, f. Παρθένια, κόρη, castitas et integritas virginis, cui nullum fuit cum viro commercium. Cic. N. D. 3, 23. f. Quae patrem dicitur interemisse virginitatem suam violare conantem. Virg. A. 12, 140. hunc illi rex aetheris altus honorem Juppiter erepta pro virginitate sacravit. Plin. 25, 13, 95. Anaxilaus auctor est, mammam a virginitate illitas (cicuta) semper staturas. Val. Fl. 6, 419. Medea opibus magicis, et virginitate tremenda, h. e. terribilis ob virginitatem, qua dilecta erat Hecate magicae artis Deae. Ov. Met. 3, 254. de Diana: laudant, dignamque severa Virginitate vocant: scilicet quia Actaeonem, qui se nudam vidisset, in cervum mutaverat, et canibus discerpendum objecerat. Flor. 2, 6. med. Ne quid de virginitatis integritate delibasse saltem oculis videretur. Stat. Achill. 1, 292. Virginitas matura toris.

VIRGINIUS, ii, m. virginium appellabat uxor maritum suum, cui ipsa virgo nupsisset. Inscr. ap. Grut. 1060, 4. Suncia Felicitas Praecilio Marino virgino dulcissimo fecit. Alia ap. eund. 1143, 3. C. Lusio Lucifero Valeria Justina virginio et conjugii carissimo, etc. Alia ap. Mur. 815, 1. Fl. Victori Aur. Maura uxor conjugii cariss: quod debuerat virginis virginiae suae fecisse, modo virginia fecit, etc. Alia ap. Fabr. p. 258. n. 86., [emendatior ap. Orell. Coll. Inscr. Lat. n. 2139. T. Aelio Aug. Lib. Titiano marito virgino dulcissimo Fl. Ampelis conjugii, etc. V. VIRGINIA. F.]

VIRGINOR, aris, dep. i. virginem me esse profiteor, virginem me praebere. Tert. Virg. vel. 12. extr. Virginiari volunt sola capitis nuditate, uno habitu negantes, quod toto suggestu profitentur.

VIRGO, inis, f. Παρθένος, κόρη, femina integra, et virum non experta: cui mulier opponitur, quae scilicet virum passa. Alii a vira deducunt, vel per syncopen a virago: alii ab aetate viridi; ita ut virgo prius, mox virgo per syncopen. Quint. 6, 3. Cicero objurgantibus, quod sexagenarius virginem duxisset, Cras mulier erit, inquit. Cic. Or. 19. Casta, verecunda, incorrupta virgo. Caes. B. C. 2, 4. Omnium seniorum, matrumfamiliae, virginum precibus et fletu excitati. Sall. Cat. 50. med. Quae victis acciderent, enumeraverunt: rapi virgines pueros, etc. Colum. 12, 4. med. His necessarium esse pueri, vel virginis ministerium, per quos promantur. Nep. Ep. 3. med. Virginem nubilem collocare. Mart. 3, 58. Grandes virgines. Hor. Od. 1, 21, 1. tenerae. Id. ib. 3, 2, 8. Adulta virgo. Sil. 7, 459. bellica, h. e. Pall. Ov. Heroid. 18, 117. Virginiis aequor, h. e. Hellespontus. Id. Fast. 6, 383. Saturnia virgo, h. e. Vesta. Id. Met. 12, 28. et Mart. 10, 92. Dea, h. e. Diana. Ov. Pont. 2, 2, 82. Tempora Phoebeae virgine nexa tulit, h. e. lauro, in quam versa est Daphne virgo a Phoebus dilecta. P Per antonomasiam virgines sunt Vestales. Cic. Cat. 3, 4. f. Qui esset decimus annus post virginum absolutionem. Adde Hor. Od. 1, 2, 27. P De Fortuna virgine V. in VIRGINALIS. P De bestis feminis, quibus nondum mares admissi. Plin. 28, 9, 41. Sanguis equarum virginum. Stat. Th. 12, 357. virginis ira laeae. Mart. 13, 56. vulva de virgine porca. Plin. 28, 4, 10. Virgines carnes. Arnob. 7, 224. buculae. Adde Pall. 1, 35. f. P Tribuitur et rebus inanimis, intactis et integris. Plin. 33, 3, 15. Qui teram virginem nactus plurimum argenti, aurique eruisse dicitur, h. e. quae fodientem non est passa. Mart. 1, 67. Secreta quaere carmina, et rudes curas, Quas novit unus virginis pater chartae, h. e. libelli nondum editi, lective auctor. Tert. Jejun. 6. Virgo saliva, h. e. jejuni hominis. Id. adv. Valent. 5. senecta, h. e. caelebs. Inscr. ap. Fabr. p. 53. n. 308. Hoc monumentum virginem comparaverunt. P Interdum virgo dicitur de ea, quae virum passa est, et quae peperit. Notat enim non tam integritatem, quam viridem aetatem, et sexum, ut illo Virg. A. 1, 497. de Pentheselea: audetque vis concurrere virgo. Id. Ecl. 6, 47. et 52. Virginem dicit Pasiphaen trium florum matrem. Sil. 3, 435. eam, quae ab Hercule vitiata fuerat. Just. quoque 1, 3. et Curt. 5, 1. de corruptis usurpasse videntur. P Ecclesiastici scriptores tribuunt etiam vis conjugii et Veneris expertibus. Tert. Virg. vel. 8., Hic

ron. 1. adv. Jovin. n. 4., ep. 22. n. 21. et Paul. Nol. carn. 22, 2., quibus adde Inscr. ap. Spon. de reb. Lugdun. c. 3. P Aqua virgo, una ex iis, quae per aquaeductum urbem Romam influebant, nomen ex eo habuit, quod quaerentibus aquam militibus puella virguncula venas quasdam monstravit, quas secuti qui foderant, ingentem aquae modum invenerunt. Aedicula fonti apposita hanc originem pictura ostendit. Ita Front. Aquaed. 10. cui potius credam, quam Plinio obiter scribenti 31, 3, 25. ideo sic appellari, quia juxta sit Herculaneus rivus, quem refugiat; vel aliis affirmantibus ita dici, quod sit purissima omnium; vel aliis, quod gelidissima. Mart. 6, 42. Cruda Virgine, Martiaque mergi. Id. 7, 32. Sed curris niveas tantum prope virginis undas. Or. A. Am. 3, 385. Nec vos Campus habet, nec vos gelidissima Virgo. Adde Sen. ep. 83., Stat. Sil. 1, 5, 26. et Mart. 11, 47. et 14, 163. P Est hoc nomine unus ex duodecim Signis coelestibus in Zodiaco, inter Leonem et Libram, constans XVIII. stellis: quae dicitur fuisse Erigone Icarii filia, de qua V. suo loco. Alii dicunt Jovis et Themidis filiam esse, alii Astraei et Aurorae, et eandem ac Astraem seu Justitiam faciunt: quae aurea mundi aetate cum hominibus versata sit, invecis postea omne genus sceleribus, in coelum auferit. Alii tradunt esse Fortunam, alii Cererem, alii denique filiam Apollinis ex Chrysothemii, et infantem Parthenon appellatam: quae quod parva interierit, a patre in coelum translata sit. Quae omnia docentur ab Hyg. Astron. 2, 25. et ib. 3, 24. Pingitur virginis habitu, spicas aliquot dextra tenens, sinistra caduceum. Quam in dextera manu stellam habet, majorem et clariorem reliquis, spicam vocant. Cic. in Arat. N. D. 2, 42. extr. Spicum illustre tenens splendenti corpore Virgo. P De Astraea est illud Virg. Ecl. 4, 6. Jam redit et Virgo, redeunt Saturnia regna.

VIRGOSUS, a, um, adj. virgis abundans. Pall. 1, 24. Frutex virgosus. Plerique putant haec duo verba Palladii non esse. Isid. Or. 17, 9. f. Spartus frutex virgosus sine foliis.

VIRGULA, ae, f. ῥάβδος, parva virga. Cic. Phil. 8, 8. Cum tempus ille differret, virgula stantem circumscripsit. Colum. 3, 13. med. In cujus latere virgula prominens ad eam altitudinem. Nep. Thras. 4. Corona facta duabus virgulis oleaginis. Sen. Q. N. 1, 7. Virgula vitrea striata, vel pluribus angulis in modum clavae tortuosa, h. e. id, quod Itali il prisma vocant. Manil. 2, 289. normalis virgula, h. e. linea. P Virgula divina, proverbii speciem habet, quo utitur, quoties aliqui non humana ope, sed numinis alicujus favore contigisse, volumus significare. Antiquitas enim existimavit, quemadmodum in anulis, ita et in virgis ferendis aliquam fatalem, seu magicam inesse virtutem. Adagium autem natum videri potest potissimum ab illa virga, quam Homerus Palladii tribuit, adeo celebri, ut de ea Antisthenes Cynicae sectae conditor librum conscripserit, eam cum baculo conferens. Nota est etiam ex Virg. A. 7, 190. virga Circeae, ejusque vis. Cic. Off. 1, 44. f. Quod si omnia nobis, quae ad victum cultumque pertinent, quasi virgula divina, ut ajunt, suppeditarentur. P Citatur Varro in Virgula divina ap. Non. 17, 1. et alibi, ut appareat, hunc fuisse titulum alicujus ex Menippeis. P Virgula censoria, brevis linea, quae appingitur vocis alicujus ex scriptura delendae gratia: v. gr. grammatici in recensendis auctororum scriptis virgulam seu obelum adscribebant iis locis, qui minus placerent: similiter censores, si quem ex albo senatorio eradi volebant, ejus nomen in senatorum laterculo virgula signabant. Quint. 1, 4. Judicium, quo ita severe sunt uti veteres grammatici, ut non versus modo censoria quadam virgula notare, et libros, qui falso viderentur inscripti, submovere, etc. V. OBELUS. P Est etiam idem ac accentus. Capell. 3, 62. Acutus accentus notatur virgula a sinistra parte in dextram ascendente; gravis autem a sinistra ad dextram descendens (corr. descendente). P Est item cogn. R. V. VIRGULINA.

VIRGULATUS, a, um, adj. virgulis distinctus, virgatus. Plin. 9, 33, 52. de concharum generibus: Jam distinctione virgulata, crinita, crispa, etc. [VIRGULINA, ae, f. derivativ. a virgula. Est cogn. R. Inscr. ap. Reines. cl. 1. n. 176. Ti. Claudius Professor Niger Deo Moritasgo porticum testamento poni jussit suo nomine, Juliae Virguliniae uxoris, et filiarum Claudiae Professae, et Julianae Virgulae. F.]

[VIRGULTOSUS, a, um, adj. V. v. sq. F.] VIRGULTUM, i, n. βλάστημα, γόνυγον, multitudo virgarum pullulantium: a virgula, quasi virguletum, simili syncope, ut a carice dicitur carectum, a salice salicium. Colum. 11, 2. f. Si regio virgultorum ferax est, fieri debent corbes ex vimine. Caes. B. G. 3, 18. extr. Sarmentis virgultisque collectis, quibus fossas Romanorum compleant, ad castra pergunt. Virg. G. 2, 346. quaecumque preme virgulta per agros, Sparge fimo pingui. Id. Ecl. 10, 7. Dum tenera attendunt simae virgulta capellae. Liv. 1, 14. Partem militum locis circa densa obsita virgulta obscuris subsidere in insidiis jussit. Varr. L. L. 6, 3. med. Argei fiunt e scir-

peis virgultis: simulacra sunt hominum triginta. P Translate. Cic. Coel. 18. Ergo haec deserta via, et inculta, atque interclusa jam frondibus et virgultis relinquatur. P Adjective Virgulta vallis, virgultis obsita. Sall. fr. ap. Serv. ad A. 3, 516. Consedit in valle virgulta nemorosaque. Ubi Servius; Virgulta pro virgultosa. Sil. 12, 354. Virgulta tegitur valle, ac frondentibus umbris. Alii leg. occulta.

VIRGUNCULA, ae, f. παρθενιακίον, parva virgo. Front. Aquaed. 10. Puella virguncula venas quasdam monstravit, quas secuti qui foderant, ingentem aquae modum invenerunt. V. VIRGO. Juven. 13, 40. tunc cum virguncula Juno. Sen. Q. N. 1. f. Libertinorum virgunculae. Adde Petr. Sat. 18. et 20. Inscr. ap. Mur. 1689, 9. Julia C. L. Aphe virguncula annorum XI.

VIRIA, ae, f. ψέλιον, περιζέλιον, ornamentum brachii, armilla ex ebore, auro, et gemmis, vel alia quapiam pretiosa materia, proprium virorum gestamen, quamquam et feminis tributum legitur. (Vocis etymon V. in VIRIOLA.) Tert. Pall. 4. med. Sicuti vestigia caestuum viris occupavit, ita et endromidis solocem aliqua multicia synthesi extrusit. Alii leg. viriolis. Plin. 33, 3, 12. Viriolae Celticae dicuntur, viriae Celtibericae.

VIRIATINUS, a, um, adj. a Viriato, ut Viriatum bellum, Suet. Galb. 3. Fuit enim Viriatum vir Lusitanus, calliditatis acerrimae, qui ex venatore latro, ex latrone subito dux atque imperator factus, universam Lusitaniam occupavit. V. Flor. 2, 17. f. Vell. 2, 1. et 90., Epit. Liv. 52. et 54., Val. Max. 9, 6. n. 4. et Just. 44, 2. et LUSITANUS. P Scribitur etiam Viriathus, Viriathinus: etenim Graece Ουράθιος, et Ουράθιος.

VIRIATUS, a, um, adj. χειραῖος, εἰσθενής, validus, homo magnarum virium. Lucil. ap. Non. 2, 903. Contra flagitium, nescire bello vinci a barbaro viriato Annibale. Adde alium locum Varronis ap. Non. ib. 907., quem vide in VIRATUS, a, um. P De Viriato Lusitano V. in v. praec.

VIRICA, ae, f. genus teli. Massur. Sabinus ap. Gell. 10, 15. Virica surculum de arbore felici habet. Loquimur de flaminica Diali, atque eam in telo, quod gestat, habere surculum, seu ramulum de arbore felici. Ita interpretari videntur, qui ita legunt: nam alii rectius in rica pro virica.

VIRICULAE, arum, f. plur. vires infirmae, et extenuatae: diminut. a vires. Appul. Met. 11. Nam et viriculas patrimonii peregrinationis attriverant impensae, h. e. tenues facultates.

VIRICULUM, i, n. videtur esse genus scalpelli, aut alterius feramenti ad insculpendum, aut excavandum apti, idem ac cestrum. Plin. 35, 11, 41. Encausto pingendi duo fuisse antiquitus genera constat, cera, et in ebore cestro, id est viriculo, donec classes pingi coepere.

VIRIDANS, antis, part. a virido: χλωρῶν, idem ac virens, seu viridis. Virg. A. 5, 539. Sic fatus cingit viridanti tempora lauro. Id. ib. 388. Proximum ut viridanti toro considerat herbae. Plin. 37, 8, 34. Viridantium (gemmarum) plura sunt genera. Id. 8, 32, 50. Viridans heder. Claud. VI. cons. Hon. 561. Membraque gemmato trabeae viridantia cinctu, h. e. fulgentia, fortasse ob smaragdus insertos. Sen. Hipp. 1036. Caerulea taurus colla sublimis gerens, Erexit altam fronte viridanti jubam: viridanti dicit, quia viridis color marinis rebus tribuitur (V. VIRIDIS): hic enim de tauro, monstro marino contra Hippolytum immisso a Neptuno, sermo est. P Active, viridem faciens. Val. Fl. 6, 136. Thyrsageten nexas viridantem floribus hastas.

VIRIDIARIUM, et Viridiarium, ii, n. παρθέσιος, ἀλώα, locus virentibus arboribus, herbisque amoenus. Cic. Att. 2, 3. Cyrus aiebat viridiarium διαφύσιος latis luminibus, non tam esse suaves. Alii rectius pro viridiarium leg. radiarium. Petr. Sat. 9. extr. Cujus eadem ratione in viridario frater fui, quae nunc in diversorio puer est. Suet. Tib. 60. Militem praetorianum, ob surreptum et viridario pavonem, capite punivit. Plin. 18, 2, 2. Contemptus hujus spatii viridiarii, piscinas juvat habere majores. Ulp. Dig. 7, 1, 13. med. Praedium viridaria, vel gestationes, vel deambulationes arboribus infructuosas opacas atque amoenas habens, Alii leg. viridiaria. P Differunt viridaria, et viridia: illa sunt loca virentibus plantis consita, ut dictum est: haec ipsae. quae ibi sunt, arbores, atque herbae virentes. Quare quod ait Cels. 1, 2. med. Ambulatio in umbra, quam parietes, aut viridaria efficiunt: Morgagnius monet, viridia in duob. cod. MSS. haberi, atque ita in aliis multis Leon. Targa. Videntur tamen interdum etiam viridaria plantas significare. Jabolen. Dig. 33, 7, 26. Dolia fictilia, item plumbea, quibus terra aggesta est, et in his viridaria posita. Alii leg. viridiaria. Adde locum Celsi allatum, si viridaria retineas, quod in multis editionibus legitur. P Est quoque sepulcrum subdiale seu cenotaphium. Inscr. ap. Fabr. p. 225. n. LXII. A. Dulpus A. L. Cerdo in viridiario ollas tres, continentes monum. ollas VI. (V. aliam Inscr. in §. sq.) P Etiam viridiarium per sync. legitur in MSS. ap. Lampr. Elag. 23. et ap. Torrent. in Dig. l. c. in §. 1., tum in Inscr. ap. Fabr. ib. n. LXI.

Quidquid juris habuit in hoc monumento, et ustrino, et viridiario et ollas Cn. Papius Chilo, ea omnia etc.

VIRIDIARIUS, et Viridiarius, ii, m. servus curae viridarii praepositus. Inscr. ap. Grut. 602, 2. et 621, 2. et Don. cl. 5, n. 153. L. Cornelii L. L. Sasae Mag. vici, viridiarii monumentum. Lipsius in Auctar. ad Smet. p. 52., qui se eam vidisse testatur, legit viridarii.

VIRIDE, adverbii ritu, viridi colore. Plin. 37, 5, 16. de smaragdis: Nihil omnino viridius comparatum illis viret. Et ib. 8, 33. Callais viride pallens. Hard. leg. e viridi pallens.

*VIRIDESCO, is, n. 3. Gloss. Gr. Lat. Οάλλω, Viridescio, vireo. B. A.

VIRIDIARIA, um, n. plur. ἀλώα, arbores et gramina virentia. Sen. ep. 86. Cisterna aedificiis ac viridibus subdita. Vitruv. 5, 9. med. Media spatia, quae erunt sub divo inter porticus, adornanda viridibus videntur. Plin. ep. 5, 6. med. Ambulatio pressis, varieque tonsis viridibus inclusa. V. VIRIDIARIUM. P De herbis viridibus universim. Colum. 8, 15. med. Media terrena pars colocasiis conseratur, aliisque familiaribus aquae viridibus. Id. 12, 57. Cum viridia, quae supra dicta sunt, contriveris, h. e. satirejam, mentam, rutam, etc., quae supra enumeraverat. P Item locus ipse viridibus plantis consitus, viridiarium. Phaedr. 2, 5. Perambulante laeta domino viridia, Alveolo coepit ligneo conspergere Humum aestuantem. Inscr. in Annal. dell' Istit. T. 1. p. 87. C. Volumnius C. F. Flavus, A. Volumnius Q. F. Marsus IIII. Vir. I. D. cryptam, et locum, ubi crypta est, et aream, ubi viridia sunt, municipio Signino de sua Pec. Deder. h. e. pecunia dederunt. P De genitivo plur. Maer. Sat. 1, 4. med. Viridia cum ἀνὶ ἐπιθέτων accipiuntur genitivum in ium faciunt, ut viridia prata, viridium pratorum: cum vero ipsam loci viriditatem significare volumus, viridiorum dicimus, ut cum dicitur, formosa facies viridiorum.

VIRIDIARIUS, i, m. Deus Narniensium, ejus opem ad herbarum proventum et viriditatem expectabant, quia illa regio saepe siccitibus infestabatur. Tert. Apol. 24. Crustaminensium Deus Belventinus, Narniensium Viridianus, Faesulanorum Ancharia, etc. Alii leg. Visidianus.

VIRIDIARIUM, et VIRIDIARIUS. V. VIRIDIARIUM, etc.

VIRIDICANS, antis, part. ab inus. viridico, idem quod viridans. Tert. Pud. 20. Viridicantes, et rubescentes cavositates.

VIRIDICATUS, a, um, part. ab inus. viridico, idem quod viridis. Cic. Q. Fr. 3, 1, 1. Equidem hoc, quod melius intelligo, affirmo mirifica suavitate te villam habiturum, piscina, et salientibus additis, palaestra, et silva viridicata. Alii leg. palaestra silvis et viridibus aucta: alii aliter.

VIRIDIS, e, adj. χλωρός, qui est herbae coloris: a vireo. Cic. Leg. 1, 5. In viridi, opacaque ripa inambulantes. Virg. G. 2, 219. Quaeque suo viridi semper se gramine vestit. Cic. Verr. 2, 3, 18. med. Quos ego campos antea collesque nitidissimos viridissimosque vidissem, hos ita vastatos nunc ac desertos videbam, ut, etc. h. e. gramine vestitus, et arboribus consitos. Virg. G. 4, 291. Viridis Aegyptus, h. e. ferax plantarum et frugum. Cic. Verr. 2, 1, 17. Ignem ex lignis viridibus atque humidis facere. Hor. Od. 2, 6, 15. viridique certat Bacca Venafro, h. e. oleis Venafri. Stat. Theb. 9, 769. Virides Amyclae, h. e. oleo abundantes. Ov. Her. 15, 38. Viridis avis, h. e. psittacus. Petr. Sat. 133. Thasos, h. e. viridis et maculosi marmoris ferax. Plin. 6, 29, 35. Viridiores herbae. Virg. G. 3, 144. viridissima gramine ripa. Id. Ecl. 2, 9. virides occultant spinetae lacertos. Hor. Od. 1, 17, 8. Virides colubrae; et ib. 21, 8. Viridis mons, h. e. gramine et arboribus vestitus. Ov. Am. 2, 17, 39. virides Britannii, h. e. qui vitro (herbae genus est) se inficiunt, quod caeruleum efficit colorem, inquit Caes. B. G. 5, 14. P Graeci ὄχρον χλωρόν promiscue usurpant, sic Latini aliquando viridem et pallidum, quia color viridis dilutus est pallori similis. Virg. Cir. 225. viridis per viscera pallor Aegrotas tenui suffudit sanguine venas. P Viride coelum dicitur a Plin. 17, 10, 14. cum sudum serenumque est, quia tunc maxime ad viridem colorem accedit. P Est epithetum tigridis et pardi, propter maculas tergoris: vel propter colorem viridem oculorum. Claud. Cons. Mall. Theod. 303. fulminei properent ad vulnera pardi, Semine permixto geniti, cum forte leaenae Nobiliorem uterum viridis corrupt adulter. Id. II. cons. Stil. 345. Tum virides pardos, et cetera colligit Austri Prodigia. Sic Rapt. Prod. 3, 266. tigridi virentes maculas tribuit. P Item rerum marinarum, et fluviorum, tum propter algas, tum propter aquae colorem, qui saepe viridis apparet ad nigrum accedens. Hor. Od. 3, 28, 10. Virides Neireidum comae. Claud. III. cons. Hon. 197. Vobis Ionia virides Neptunus in alga Nutrit equos. Or. A. Am. 2, 92. Clauserunt virides ora loquentis aquae. Id. Trist. 1, 2, 59. viridesque Dei, quibus aequora curae; et Met. 5, 571. de Arethusa: Dea sustulit alto Fronte caput, viridesque manu siccata capillos,

etc. Et *ib.* 9, 32. de Acheloo: rejeci viridem de corpore vestem. *Virg. Ecl.* 7, 12. Hic viridis tenera praetextit arundine ripas Mincius. Adde *Stat. Theb.* 9, 354. P Translate refertur ad juventam, vigorem, robur. *Colum. praef. med.* Defectissimum annis et viribus in agrum relegat, cum istud opus viridem aetatem cum robore corporis ad labores sufferendos desideret. *Stat. Theb.* 11, 741. qualis leo rupe sub alta, Quem viridem quondam silvae, montesque tremebant, Jam piger et longo jacet exarmatus ab aevo. *Or. Trist.* 4, 10, 17. Frater ad eloquium viridi tendebat ab aevo. *Virg. A.* 5, 295. Euryalus forma insignis, viridique juvena. *Id. ib.* 6, 304. de Charonte: Jam senior, sed cruda Deo viridisque senectus. *Plin. ep.* 7, 24. Octogesimo aetatis anno decessit, usque ad novissimam valetudinem viridis, *h. e.* vigens, et succi plena, ut plantae virentes. *Val. Fl.* 1, 76. tu sola animos mentemque peruris Gloria: te viridem videt, immunemque senectae Phasidis in ripa stantem, juvenesque vocantem. *Stat. Theb.* 3, 212. bello viridis manus, *h. e.* aetate florentes, et bello idonei. *Sil.* 1, 187. Hinc virides ausis anni, fervorque decorus. Alii legant, sed minus recte. Loquitur enim de Annibale juvene. Aptius esset, si de sene loqueretur, ut *Sen. ep.* 66. in. Senex, sed mehercule viridis animo ac vigens. *Sil.* 5, 569. in arma Ille quidem cruda mente, et viridissimus irae lbat: sed vani frigentem in Marte senectam Prodebant ictus, *h. e.* plenus irae atque impetus; et 3, 255. Consilio viridis, sed belli serus lleres. P *Viridis*, recens. *Pers.* 3, 22. maligne respondet viridi non cocta fidelia limo. *Colum.* 7, 8. Caseus si tenui liquore conficitur, quam celerrime vendendus est, dum adhuc viridis succum retinet. *Id.* 12, 47. *med.* Haec maxime nota etiam post annum repraesentat viridem saporem olivarum. *Quint.* 12, 6. Fructus studiorum viridem, et adhuc dulcem promi decet, dum et venia, et spes est, et audere non dedecet, etc. P De colore virido, et vegeto. *Id. decl.* 10, 5. Non ille pallens, nec acerbo languore consumptus, sed viridis, et sane pulcher habitus. P De sono. *Gell.* 2, 3. H litteram inserebant veteres plerisque vocibus verborum firmandis roborandisque, ut sonus earum esset viridior, vegetiorque. *Id.* 13, 20. *med.* Firmior ei, credo, et viridior sonus esse vocis visus est rectos dicere *cupressos*, quam *rectas*. P *Viridium* pro *viridium* in genit. plur. *Stat. Th.* 2, 279. viridumque draconum Lucentes a fronte jubar.

VIRIDITAS, atis, f. *χλωρότης*, color viridis. *Cic. Sen.* 15. Terra semen tepefactum vapore, et complexu suo diffundit, et elicit herbescentem ex eo viriditatem. *Id. ib.* 16. *med.* Pratorum viriditas. *Plin.* 37, 5, 20. maris. P Translate accipitur pro fortitudine, et flore illo aetatis, quem *ἀκμή* vocant Graeci *Cic. Tusc.* 3, 31. Sed quamdiu in illo opinato malo vis quaedam insit, et vigeat, et habeat quandam viriditatem, tamdiu appelletur recens. *Id. Am.* 3. *med.* Senectus aufert eam viriditatem, in qua etiam tunc erat Scipio.

VIRIDO, as, a. 1. viridem facio. *Op. Hal.* 90. Num vada subnatis imo viridentur ab herbis. *V. Val. Fl.* l. c. in **VIRIDANS**, part. s. l.

VIRILIO, onis, m. dimin. virilis. Est cogn. R. *Inscr. ap. Grut.* 384, 7. Q. Campilius Q. F. Virilio. *Alia ap. eund.* 481, 7. L. Valerius Virilio.

VIRILIS, e, adj. *ἀνδρείος*, ad virum pertinens: ut *muliebris*, *femineus* ad feminam. *Sall. fr. ap. Macr. Sat.* 2, 9. Magna gloria concurrentium undique virile et muliebre sexus. *Liv.* 1, 3. f. Amulius stirpem fratris virilem interimit. *Nep. Ag.* 1. Si is virilem sexum non reliquisset. *Op. Met.* 4, 382. Vox virilis; et *ib.* 1, 412. facies. *Id. A. Am.* 1, 282. flamma, *h. e.* amor viri in mulierem. *Id. Met.* 3, 403. Viriles coetus; et *ib.* 8, 392. Discite, femineis quid tela virilia praesent. *Cato apud Gell.* 10, 3. In balneis virilibus lavari, *h. e.* ubi soli lavantur viri. *Vitr.* 6, 10. *med.* Virilia convivia, *h. e.* in quibus feminae non intersunt. *Cic. Phil.* 2, 18. Sumpsisti virilem togam, quam statim muliebrem stolam reddidisti. *Virilis toga* erat toga pura, vestis communis civium Rom. quam, praetexta deposita, induebant viri anno aetatis decimo sexto vel inchoato, vel expleto, ut tanquam viri inter viros versari inciperent: cum ante id tempus domi contineri, et sub paedagogis esse solerent. P *Fortuna virilis*, *Τύχη ἀνδρῆα*, Romae aedem habuit in ripa Tiberis (ut *Dionys. Halic. docet* 4, 27.) positam a Ser. Tullio. Eo conveniebant mulieres K. April.,positoque velamine tus eidem adolebant, atque adeo supplicabant, ut vitium omne nudi corporis tegeter, celaretque viros; quod ipsa Fortuna virilis praestare credebatur, ut constat ex *Op. Fast.* 4, 145. et sqq. *V. Verr. Flacci l. c.* in **GRATIA**. P *Virile genus* apud grammaticos. *Gell.* 1, 7. et 4, 1. et 11, 1. etc. P *Virilis pars* est penis, *τὸ ἀνδρῆον*. *Lucr.* 6, 1207. Vivebant ferro privati parte virili. P Item unus e testiculis. *Colum.* 7, 11. Cum virilem partem unam ferro resectam detraxeris, alterum quoque testiculum educito. P *Virilia* absolute, *τὰ ἀνδρῆα ἀσπεννά*, quae et *virilitas* dicitur. *Petr. Sat.* 108. et *Plin.* 20, 16, 61. et *ib.* 22, 89. etc. Quo pertinet illud *Lampr. Elag.* 8. f. Di-

ligenter curatum est, ut ex tota urbe monobelos quaerent; sic eos appellabant, qui viriliores videbantur, *h. e.* majori peculio instructi. P Translate est fortis, strenuus, virum decens, minime effeminatus, aut mollis. *Cic. Fin.* 2, 14. *extr.* Verebatur quidquam aut facere, aut loqui, quod parum virile videatur. *Id. Or.* 3, 59. Laterum inflexio fortis ac virilis, non ab scena et histrionibus; et *ib.* 1, 54. Illam orationem disertam sibi et oratoriam videri, fortem et virilem non videri. *Id. Tusc.* 3, 10. Stoicorum sententiis utendum, qui maxime forti, et, ut ita dicam, virili utuntur ratione atque sententia. *Id. Att.* 14, 21. Acta illa res est, animo virili, consilio puerili. *Sall. Cat.* 21. Quis mortalium, cui virile ingenium est, tolerare potest, illis divitias superare, nobis rem familiarem deesse? *Sen. Med.* 267. Cui feminea nequitia, ad audendum omnia virile robur est. *Inscr.* optima notae apud *Gud.* p. 148. n. 5. Albiae Sabinae matri virilissimae, piis. etc. *Just.* 2, 12. f. Ut in viro muliebrem timorem, ita in muliere virilem audaciam cerneret. *Op. Fast.* 2, 847. animi matrona virilis. *Tac. H.* 1, 72. Virilia scelera exercere. P *Virilia*, res viro dignae. *Sall. in or. Macr. Licin. ad pleb. med.* Ne vos ad virilia illa vocem, quae majores vestri paraverit. P *Pars virilis*, virile officium. *Hor. A. P.* 176. ne forte seniles Mandentur juveni partes, pueroque viriles. P Item *pars virilis* est id, quod unus vir agere potest, vel debet, ut *pars civilis*, quae cujusque civis propria est. *V. CIVILIS. Cic. Verr.* 2, 4, 37. f. Est aliqua mea pars virilis, quod ejus civitatis sum, quam ille amplam clarumque reddidit, et *ib.* 5, 3. *extr.* Qui plus etiam, quam pars virilis postulat, pro voluntate populi R. oneris ac muneris suscipere debeam; et *Liv.* 6, 11. Cum illius gloriae pars virilis apud omnes milites sit, qui simul vicerint: suae victoriae neminem omnium mortalium socium esse. Hinc *pro virili parte*, pro eo quod officii mei est; minime vero idem est ac *pro viribus*, pro eo quod meae vires valent, ut perperam quidam interpretantur. *Cic. Phil.* 13, 4. Me ejus beneficio plus quam pro virili parte obligatum puto, *h. e.* non solum privato homine, sed etiam pro ipsa republica, cum non solum privato mihi, sed etiam reipublicae profuerit. *Id. Sex.* 66. Haec qui pro virili parte defendunt, optimates sunt; et *Liv.* 3, 71. f. Quem agrum miles pro parte virili manu cepisset, eum senex quoque voce, qua una posset, vindicaret. (*Adde* 10, 8.) *Or. Trist.* 5, 11, 23. Jure igitur laudes, Caesar, pro parte virili Carmina nostra tuas qualiacumque canunt. P *Pro virili portione*, idem *Tac. A.* 45. *med.* Tanquam pro virili portione innocentiam principi donares. *Id. H.* 3, 20. Ut pro virili portione, armis ac manu, victoriam dux juerit; ratione et consilio, propriis ducis artibus, profuturum. *Quint. decl.* 3, 12. Miles, cui pro virili portione salutem suam patria commisit. *Lactant.* 2, 7. s. in. Dedit omnibus Deus pro virili portione sapientiam. Adde *Mamert. Grat. act. ad Jul.* 17. P Dici solet passim etiam *pro virili*, absolute. Exempla ego nondum vidi. P *Virilis portio*, aut *pars* dicitur a Jctis pars hereditatis, quae viritim hereditibus distribuitur, quibus bonorum possessio contra tabulas testamenti data est, praeter legata et fideicommissa. *Ulp. Dig.* 37, 5, 8. Virilis portio quomodo accipienda sit, videamus. Pone, duos esse, qui contra tabulas bonorum possessionem accipiant, unum esse ex liberis parentibusque: virilis tertia erit portio: sed si tres sint, quarta erit virilis. *Paul. Sen.* 3. *tit.* 2. Si unius patroni duo sint liberti, et alterius quatuor, singuli viriles, id est aequales portiones habebunt. *Ulp. Dig.* 37, 5, 8. f. Cum dotis nomine legatum est, non puto ad virilem uxorem nurumve redigendam. *Papin. ib.* 31, 1, 79. Viriles autem inter eos fieri, qui eo tempore vixerint, cum de aliis eligendi potestas non fuerit. P *Pars virilis*, et *hereditaria* differunt. *Pomp. Dig.* 30, 1, 54. f. Si pars heredum nominata sit in legando, viriles partes heredes debent: si vero omnes, hereditarias, *h. e.* pro portione, qua quis heres est institutus. *Cajus ib.* 66. Heredes non pro hereditaria portione, sed pro virili id legatum habere possunt. *Id. Inst. (ed. Goesch.)* 3. §. 70. Javolenus ait, tantum eam partem ex S. C. (*Largiano*), liberos patroni pro virilibus partibus habituros esse, quam extranei heredes ante S. C. lege Junia habituri essent; reliquas vero partes pro hereditariis partibus ad eos pertinere. Adde *Mart. ib.* 111. f. et *Nerat. ib.* 121. et *Jul. ib.* 28, 6, 30. P Interdum *virilis* appellatione etiam totam hereditatem contineri, ait *Ulp. ib.* 50, 16, 145. *h. e.* cum decesserint, aut hereditatem repudiaverint, qui in liberti testamento pro virili parte heredes erant, ejus patronus loco pro virili partis totam consequitur hereditatem. **VIRILITAS**, atis, f. *ἀνδρεία*, vires et robur viri proprium. *Val. Max.* 2, 4. n. 2. Senatusconsulto cautum est, ne quis in Urbe, propiusve passus mille subsellia posuisset, sedensve ludos spectare vellet, ut scilicet remissionis animorum juncta standi virilitas, propria Romanae gentis, nota esset. *Plin.* 33, 12, 54. Jam vero paedagogia ad transitum virilitatis custodiantur argento, *h. e.* pubertatis, qua puer fit

generationi idoneus. P Translate. *Quint.* 1, 8. *med.* Sanctitas certe, et, ut sic dicam, virilitas a veteribus Latinis petenda, quando nos in omnia deliciarum genera vitiaque, dicendi quoque ratione, defluxerimus. P *Virilitas* dicitur etiam *τὰ ἀνδρῆα*, virilia. *Hirt. B. Alex.* 70. *med.* Neque interfectis amissam vitam, neque exsectis virilitatem restituere posse. Adde *Plin.* 7, 4, 3. *Mart.* 9, 7, *Tac. A.* 6, 31. *Quint.* 5, 12. *med.* et *Ulp. Dig.* 48, 8, 4. f. P De bestiis. *Colum.* 6, 26. Juvenus non in totum effeminatur adempta omni virilitate. *Plin.* 23, 1, 23. Utiliter fovetur vino calido virilitas jumentis.

VIRILITER, adv. *ἀνδρῆως*, fortiter, et magno animo. *Cic. Tusc.* 2, 27. Itaque barbari quidam, et immanes ferro decertare acerrime possunt, aegrotare viriliter non queunt. *Id. Off.* 1, 27. *med.* Quod enim viriliter, animoque magno fit, id dignum viro, et decorum videtur. *Sen. Br. V.* 6. *med.* Omnes isti (*avari, iracundi*, etc.) viriliter peccant; in ventrem ac libidinem projectorum inhonesta labes est. *Hor. Ep.* 1, 17, 38. Viriliter facere. *Plin.* 34, 8, 19. n. 2. Polycletus fecit et Doryphorum, viriliter puerum. *Op. Fast.* 1, 479. Fortuna viriliter, inquit, Ista ferenda tibi est. *Auct. ad Her.* 4, 11. Genus dicendi, quod sine nervis et articulis fluctuat huc et illic, nec potest confirmate, neque viriliter sese expedire. *Sen. Controv.* 5, 33. f. Hanc sententiam Latio Porcius virilius dixit.

VIRIOLA, ae, f. dimin. viriae, exigua viria, id est parva armilla. *Isid. Or.* 19, 31. Armillae proprie virorum sunt, collatae victoriae causa militibus; unde et quondam vulgo viriolae dicebantur. *Ulp. Dig.* 18, 1, 14. Ut puta coheredes viriolam, quae aurea dicebatur, pretio exquisito uoi heredi vendidissent, eaque inventa esset magna ex parte aenea. *Scaevola ib.* 34, 2, 40. Funerari me arbitrio viri mei volo, et inferri mihi quaecumque sepulturae meae causa feram ex ornamentis, lineas duas ex margaritis, et viriolas ex smaragdis. **V. VIRIA.**

VIRIOSE, adv. a viribus deductum, significat fortiter, valide. *Tert. Anim.* 19. *med.* Vitis si quid attigerit, ultro ambit, et quidem viriosius de suo ingenio, quam de tuo arbitrio.

VIRIOSUS, a, um, adj. viribus validus, *δυναμικός*. *Tert. adv. Valent.* 16. *med.* Vitia usu viriosa. P Item venenatus, exitialis: a *virus*. *Appul. Met.* 7. Spinae punctu venenato viriosae. Alii leg. *viriosae*. **V.** hunc eundem locum in **Virosus**. P Item libidinosus, virum appetens: prima brevi: a *vir*. *Appul. Met.* 9. Mulier scaeva, saeva, viriosa, ebriosa, pervicax. Alii rectius leg. *viriosa*. **V. VIROSUS.**

VIRIPLACA, ae, f. Dea apud Romanos, quae praecerat jurgis et litibus sedandis inter virum et uxorem. *Virg. Max.* 2, 1. n. 6. Quoties inter virum et uxorem aliquid jurgii intercesserat, in sacellum Deae Viriplacae, quod est in Palatio, veniebant, et ibi invicem locuti, quae voluerant, contentione animorum deposita concorditer revertentur. Dea nomen hoc a placandis viris fertur assecuta.

VIRIPOTENS, entis, adj. *ὀψαλα γένου*, nubilis, viro matura. *Labeo Dig.* 24, 1, 65. Quod vir ei, quae nondum viripotens nupserit, donaverit, ratum futurum existimo. *Papinian. ib.* 35, 1, 99. Nondum viripotens puella diem suum obiit. Adde *Scaevolam ib.* 26, 7, 58. P Item viribus potens, prima producta. *Pl. Pers.* 2, 3, 1. Jovi opulento, incluto, supremo, valido, viripotenti.

VIRITANUS ager dicitur, qui viritim populo distribuitur. *Paul. ex Festo.*

VIRITIM, adv. *κατ' ἀνδρα, κατ' ἕνα, διαστον*, per singula capita, in viros, singillatim. *Paul. ex Festo:* Viritim dicitur dari, quod datur per singulos viros. *Cato:* Praeda quae capta est, viritim divisa. *Suet. Tib.* 76. Dedit et legata militibus universis, plebique R. viritim, atque etiam separatim vicorum magistris. *Cic. Brut.* 14. f. Qui legem de agro Gallico viritim dividendo tulit. *Caes. B. G.* 7, 71. f. Pecus viritim distribuit. *Hirt. B. Alex.* 65. f. Praemia benemeritis et viritim, et publice tribuit. *Tac. A.* 1, 8. Cohortibus civium R. trecentos nummos viritim dedit. *Pl. Ps.* 1, 5, 26. Dispertire aliquid populo viritim. *Tac. A.* 11, 24. Ut non modo singuli viritim, sed terrae gentesque in nomen nostrum coalescerent. *Nep. Paus.* 1. Cum ducentis millibus peditum, quos viritim legerat. *Plin.* 6, 7, 7. Populi viritim deleti, *h. e.* ad unum omnes. *Sil.* 17, 478. praesens adstare viritim Creditur intento percussis Juppiter igni, *h. e.* singulis. P Separatim, seorsum. *Colum.* 1, 9. *med.* Nec viritim malum factum deprehenditur, quod fit a multis. *Sen. Q. N.* 5, 7. In universum de ventis diximus: nunc viritim incipimus illos discutere. *Curt.* 7, 4. f. Si quis viritim dimicare vellet, provocavit ad pugnam. *Plin.* 4, 12, 26. Domus iis nemora, et Deorum cultus viritim, gregatimque. *Sall. Jug.* 53. *med.* Ad hoc viritim, uti quemque ob militare facinus pecunia aut honore extulerat, commonefacere beneficii sui. *Tac. A.* 3, 43. Ut nondum aperta consensione, ita viritim promptis studiis, *h. e.* nondum publice et universim conspirerant, sed multi pro se quisque privato studio. *Hor. Ep.* 2, 1, 91. quid haberet, Quod

legeret, tereretque viritim publicus usus. Adde Sen. Ben. 7, 6. et 7.

*VIRODUNUM, i, n. oppidum Galliae Belgicae, ad Mosam flumen, hodie Verdun. Anton. Itin. P Vereduna audit Venant. Fortun. 3, 27. B. A.

VIROR, oris, m. viriditas, color viridis, ζω- qōrys. Pall. 7, 12. Hordeum semimaturum, cui adhuc superest aliquid de virore, per manipulos ligabis. Vopisc. Prob. 19. Circus ad silvae consitus speciem gratia novi viroris effruduit. Appul. Flor. n. 10. Pratorum virores.

VIROSUS, a, um, adj. φλωδός, viri appetens, sicut mulierosus, mulieris appetens. Scipio African. ap. Gell. 7, 12. Qui non modo vinosus, sed virosus quoque sit. Lucil. ap. Non. 1, 80. vetulam atque virosam Uxorem caedam potius, quam castrem ego met me. Afran. ib. Virosa non sum, et si sum, non desunt mihi, Qui ultra dent; aetas integra est, formae sbris. Appul. Met. 9. Mulier scaeva, saeva, virosa, ebriosa. P Item (prima producta) δυσώδης, foetidus, graveolens, qui est mali odoris, vel mali saporis: a virus, quod modo venenum, modo ingratum odorem significat. Cato R. R. 157. med. Et, si mulier eo lotio locos fovebit, nunquam virosi fient. Scrib. Comp. 103. Virosissimum adversus stomachum medicamentum. Id. ib. 163. Virosi odoris sordes. Cels. 2, 21. Virosi pisces. Grat. Cyn. 355. Virosa eluvies, h. e. urina. Virg. G. 1, 58. At Chalybes nudi ferrum, virosaque Pontus (mittit) Castorea. Constat enim castoreum foedi et execrandi odoris esse, adeo ut praegnantibus ejus olfactu ejiciant fetum. Servius tamen ibi interpretatur aut fortia, aut venenata. Alii exponunt medicamentosa: qua ratione etiam Nemes. videtur usurpasse in Cyn. 223. Disce igitur potus medicos, curamque salubrem: Tunc virosa tibi sumes, multumque domabis Castorea, attritu silicis lentescere cogens. Quamquam nihil vetat, hoc quoque loco pro foetido accipere. Appul. Met. 1. Spinas acerrimas, et punctu venenato virosas, tortili modo in fascem constrictas, caudae meae pensilem deligavit cruciatum. P Translate. Sidon. ep. 5, 7. f. Aures virosa susurrorum faece completae.

*VIROVESCA, ae, opp. Hispaniae Tarraconensis, in agro Autrigonum. Plin. 3, 3. Anton. Itin. B. A.

*VIRTA, ae, oppidum Mesopotamiae. Ammian. 20, 7. extr. Vales. (al. 18.) B. A.

VIRTUOSE, adv. cum virtute. Inscr. ap. Grut. 807, 3. Quae multis cum sudoribus matura aetate vixit virtuose. (Eruditi spuriam existimant.)

VIRTUS, utis, f. ἀρετή, cujusque rei vigor, bonave dispositio, quae rem, cui inest, in genere bonam perfectamve, ejusque operationem excellentem reddit. Cic. Inv. 2, 53. Virtus est animi habitus naturae modo rationi consentaneus. Id. Leg. 1, 8. med. Est autem virtus nihil aliud quam in se perfecta, et ad summum producta natura; et Acad. 1, 5. med. Quod autem absolutum, id est virtus, quasi perfectio naturae. P De ejus origine ita Cic. Tusc. 2, 18. f. Atqui vide, ne, cum omnes rectae animi affectiones virtutes appellentur, non sit hoc proprium nomen omnium, sed ab ea una, quae ceteris excellat, omnes nominatae sint. Appellata est enim a viro virtus: viri autem propria maxime est fortitudo, cujus munera duo maxima sunt, mortis, dolorisque contemptio. P Differt autem plurimum a probitate. Unde Ovidius probitatem in uxore agnoscit: at requirit virtutem, quia non audeat pro marito apud Augustum, aut Liviam intercedere. Ita enim scribit Pont. 3, 1, 93. Nota tua est probitas, testataque tempus in omne: Sit virtus etiam non probitate minor. Cic. Fam. 13, 28. Est in eo virtus et probitas, et summum officium, summaque observantia. Sall. Cat. 52. Virtus atque sapientia major in illis fuit. P Saepae etiam accipitur pro fortitudine militari, et latius pro animi constantia in periculis, et rebus adversis. Caes. B. G. 1, 2. Perfacile esse, cum virtute omnibus praerant, totius Galliae imperio potiri. Nep. Reg. 2. Siculus Dionysius cum virtute tyrannidem sibi peperisset, etc. Virg. A. 2, 390. dolus an virtus, quis in hoste requirat? Ov. Trist. 3, 11, 23. Subruere est arces, et stantia moenia virtus. P In malam partem ferocia, feritas. Stat. Th. 9, 4. quin te, Divum implacidissime (quamquam Praecipuum tunc caedis opus, Gradive, furebas) Offensum virtute ferunt. Id. ib. 11, 1. Postquam magnanimus furias virtutis iniquae Consumpsit Capaneus. P Per synecdochen usurpatur de quacunq; hominis perfectione, tam corporis, quam animi, sed praecipue animi. Cic. Fin. 5, 13. f. Ita fiet, ut animi virtus corporis virtuti anteponatur. Id. Phil. 4, 5. f. Omnia alia falsa, incerta sunt, caduca, mobilia: virtus est una altissimae defixa radicibus, quae nunquam ulla vi labefactari potest, nunquam demoveri loco. P In hac acceptione virtutes animi sive mentis varie dividuntur: sed de his V. philosophos. Cic. Off. 1, 15. Ut quisque maxime his virtutibus lenioribus erit ornatus, modestia, temperantia, justitia. Id. Mur. 10. f. Aliis ego te virtutibus continentiae, gravitatis, justitiae, fidei, ceteris omnibus, consulatu dignissimum judicavi. Id. Font. 13. Qui tanta virtute atque integritate fuit, ut solus Frugi no-

minaretur. Id. in Sen. 3. Singularis et praestantissima virtus. Id. Dom. 15. Vir singulari virtute, constantia, gravitate praeditus. Ov. Pont. 3, 1, 115. Quae (Livia Aug.) praestat virtute sua, ne prisca vetustas Laude pudicitiae saecula nostra premat. P Per catachresin dicitur etiam de bestiis, de plantis, de lapidibus, et aliis rebus, pro ea vi, quae res, cujus est virtus, perfecta redditur: pro vi, facultate, proprietate rei unicuique insita. Cic. Leg. 1, 16. Nam nec arboris, nec equi virtus (in quo abutimur nomine) in opinione sita est, sed in natura. Quint. 4, 2. med. Sunt quidem haec, quae supra retuli, virtutes aliarum quoque partium orationis. Pl. Mil. 3, 1, 130. Sicuti meriti pretium statui, pro virtute ut veneat. Cic. Brut. 17. In Catonis orationibus omnes oratoriae virtutes reperitur. Id. Or. 2, 27. extr. In quo oratoris vis illa divina, virtusque cernitur. Cato R. R. 1. Praedium solo bono, sua virtute valeat. Ov. Met. 14, 356. si non evanuit omnis Herbarum virtus. Liv. 37, 24. Momento temporis et navium virtus, et usus rei maritimae terrorem omnem Rhodiis dempsit. Just. 11, 14. f. Cum victoria non armorum decore, sed ferri virtute quaeratur. Prop. 3, 15, 20. Virtus Bacchi; et Curt. 9, 7. Pugil nobilis, et ob eximiam virtutem virum pernotus, h. e. praestantiam. P Aliquando etiam accipitur pro ope, auxilio. Pl. Mil. 3, 1, 81. Deum virtute eundem hospitio accipiam. P Nonnunquam pro merito, seu praestantia. Pl. Most. 1, 3, 17. Virtute formae id evenit, te ut deceat, quicquid habeas. P De miraculo (quod frequens est in sacris Bibliis) Sulpic. Sec. Hist. sacr. 1, 43. med. Ut si cujus hostiam missus coelo ignis absumeret, rata esset religio, quae virtutem edidisset. P Proverbi loci est illud Hieron. in Ruf. 3, 2. Quin potius habeo gratiam, quod facis de necessitate virtutem. Hinc Itali nunc far della necessitate virtù dicunt. P Ab antiquis Dea putata est, cui templum dedicaverunt. Virtutis autem templum cum aede Honoris conjunctum fuit, ita ut in hanc non nisi per illud pateret aditus. Quo significare voluerunt, veram unicamque parandi honoris viam esse virtutem. Cic. N. D. 2, 53. Vides Virtutis templum, vides Honoris a M. Marcello renovatum, quod multis ante annis erat bello Ligustico a Q. Maximo dedicatum; et ib. 31. Ob eamque causam majorum institutus Mens, Fides, Virtus, Concordia consecratae, et publice dedicatae sunt. Adde Juven. 1, 115. et Liv. 27, 25., et 29, 11. f. P Virtutum pro virtutum, ut civitatum, parentum, et alia. Paul. Nol. carn. 10, 52. Magister hic virtutum. *Jul. Val. res gest. Alex. M. (edente Angelo Maio) 2, 28. P Virtus Julia cognominatum est Itucei, oppidum Hispaniae Baeticae. Plin. 3, 1. B. A.

VIRULENTIA, ae, f. idem ac virus, hoc est nativus cujusque rei, vitalisque succus, aut humor. Tert. Apol. 8. Panis quo sanguinis virulentiam colligas. Alii leg. virulentum. P Item foetor, graveolentia. Sidon. ep. 8, 14. med. Hircorum vos obtulisse virulentiam Christus sibi computat.

VIRULENTUS, a, um, adj. τοῦδος, qui est plenus veneno. Gell. 16, 11. Ut serpentium virulentorum domitores sint.

[VIRUNENSIS, e, adj. ad Virunum pertinens, Norici oppidum, ad Dravum fluv., nunc Volckmarck; illius mentio est ap. Plin. 3, 24, 27. Hinc Virunenses, ium, absolute sunt incolae illius oppidi. Inscr. ap. Mur. 2052, 2. C. Publicius Virunensium Lib. Asiaticus. F.]

VIRUS, i, n. ζυμός, succus nativus et vitalis cujusque rei. Vox est mediae significationis, ut docet Serv. ad Virg. G. 1, 129., et tam de salubri, quam de noxio succo dicitur, ut venenum, valetudo, etc. Fere autem usurpatur de crassis, lentis, ac viscidis humoribus: et plurali numero omnino caret. Colum. 2, 14. Obesse solo virus ciceris, et lini: alterum, quia sit salsae; alterum, quia sit fervidae naturae. Plin. 19, 5, 27. Pastinacae virus intracabile. Id. 30, 6, 15. Virus cochlearum. Stat. Silv. 1, 4, 103. jungam ipse manus, atque omne benigne Virus, odoriferis Arabum quod doctus in arvis, Aut Amphrysiaco pastor de gramine carpsi. P De semine animalis. Plin. 9, 50, 74. de piscib. Nec satis est generationi per se coitus, nisi editis ovis interserando mares, vitale asperserint virus. Id. 28, 11, 48. Virus verrinum e serofa exceptum. Adde Virg. G. 3, 281. P Saepissime dicitur de succo noxio et venenato. Plin. 34, 17, 48. Stannum illitum aeneis vasis compescit aeruginis virus. Id. 8, 22, 34. Amatorium virus, h. e. amorem inducens. Virg. G. 3, 419. coluber Pestis acerba boum, pecorique aspergere virus; et ib. 1, 129. Ille malum virus serpentibus addidit atris. Ov. Trist. 3, 10, 64. Nam volucri ferro tinctile virus inest. Cic. in Arat. 436. Mortiferum in venas figens per vulnera virus. Mart. 7, 12. Vipereum virus. P Translate. Cic. Am. 23. Is pati non possit, ut non acquirit aliquem, apud quem evomat virus acerbissimae suae, h. e. odium, invidiam, rabiem. Sil. 9, 476. nam virus et aestus Flammiferae novi mentis; et 11, 560. virus futile linguae. Mart. 13, 2. qui se mirantur, in illos Virus habe, h. e. illos carpe, morde, dictis lacera. P Est etiam malus odor, gra-

veolentia. Colum. 1, 5. med. Nec paludem vicinam esse oportet aedificiis, quod caloribus noxium virus eructat. Plin. 11, 53, 115. Animae leonis virus grave. Id. 27, 12, 83. Radix evulsa virus hirci redolet. Id. 35, 15, 52. Virus alarum. Id. 28, 3, 6. et ib. 7, 23. Virus odoris, h. e. gravitas. Lucr. 2, 852. mixtos in corpore odores, Concoctosque suo contactos perdere viro. Mart. 1, 88. olet gravius mixtum diapasmate virus. P Item gravis, asper, et injucundus sapor: v. gr. aquae marinae. Lucr. 2, 475. Linqvit enim supra tetri primordia viri Aspera. Manil. 5, 683. Et pontum coquere, et ponti secernere virus, h. e. sal; mox ib. 690. venenum vocat. P De sapore acri. Plin. 14, 20, 25. Crapula compesci feritatem (vini) nimiam, frangique virus: aut, ubi pigra lenitas torpeat, virus addi.

VIS, vis, vi, vim, f. δύναμις, ἰσχύς, potentia, vires, nervi, facultas, efficacia, virtus: ab ἴς, ἰσός, quod tum fibram, tum vires significat. Cic. N. D. 3, 76. extr. Vis omnis Deorum et potestas. Caes. B. G. 4, 17. Contra vim atque impetum fluminis. Id. B. C. 2, 14. Vis tempestatis. Id. B. G. 6, 27. de uris: Magna vis est eorum, et magna velocitas. Id. ib. 4, 3. et 4. Vis hostium. Cic. Rab. Post. 15. f. frigorum. Nep. Alc. 10. med. flammae. Id. Att. 21. morbi. Id. Thras. 1. In proelii concursu abit res a consilio ad vires vimque pugnantium, h. e. impetus et contentionem: vires enim a corpore sunt, impetus et contentio ab animo. Id. Milt. 5. Summa vi proelium committere. Cic. Div. 2, 70. Celeritas et vis equorum. Id. Coel. 24. Vim veneni experiri in aliquo. Id. Or. 2, 27. Vis illa divina, et virtus oratoris; et ib. 1, 31. med. Oratoris vis ac facultas. Id. Phil. 5, 18. Summa vis ingenii. Id. Mil. 23. Magna vis est conscientiae in utramque partem. Id. Off. 2, 6. Magna vis est in fortuna in utramque partem, vel secundas ad res, vel adversas. Id. Or. 1, 44. Patriae tanta est vis, ac tanta natura, ut Ithacam sapientissimus vir immortalitati anteponeat. P Saepae eam vim significat, quae injuria fit, et ab hominibus inferitur, etc. In S. C. ap. Cic. Q. Fr. 2, 3. Ut qui non discessissent, ea poena, quae est de vi, tenerentur. Cic. Sext. 17. Vim vi repellere. Id. Mil. 4. Cum vi vis illata defenditur. Vell. 2, 45. f. Vitae suae vim intulit. Ter. Eun. 4, 7, 37. et 5, 5, 21. Edico tibi, ne vim facias ullam in illam. Cic. Caecin. 14. med. Hoc interdicto Aebutius non tenetur, quod vis Caecinae facta non est, (h. e. interdicto, quod Jcti appellant Unde vi. Ait enim praetor ap. Ulp. Dig. 43, 15, 1. Unde tu illum vi dejecisti, aut familia tua dejecit, de eo, etc.) Venulej. ib. 43, 18, 4. Vim facere, quo minus aliquid fiat. Cic. Caecin. 21. extr. et Verr. 2, 1, 24. et ib. 2, 4, 66. med. alicui afferre. (quod interdum est idem ac occidere, ut ap. Nep. Dion. 10.) Id. Off. 3, 30. med. et Cat. 1, 8. adhibere; et ib. med. et manus inferre cuiquam. P Vi, et per vim, vi adhibita, βία, ζυμώσις. Cic. Att. 7, 9. f. Tenuisti provinciam per decem annos, non tibi a senatu, sed a te ipso per vim et factionem datos. Caes. B. G. 1, 14. Quod eo invito iter per provinciam per vim tentasset. Ter. Eun. 4, 6, 14. Haec ea est, quam miles a me vi nunc ereptum venit. Id. ib. 2, 3, 27. Haec tu mihi vel vi, vel clam, vel precario fac tradas. Inscr. seu lex Thoria, ap. Grut. 202. lin. 18. Quod neque vi, neque clam, neque precario possederit. (Vi, clam, precario, formula est, qua comprehenduntur inhonesti tituli possidendi aliquid. Donat. ad l. c. Haec tria sunt, quibus non rite res agitur, et mala fide aliquid possidetur. Adde Cic. Caecin. 32. et Ulp. Dig. 41, 1, 22. Justum titulum admiscet Hor. Ep. 2, 2, 173. Nunc prece, nunc pretio, nunc vi, nunc morte suprema Permutet dominos.) Sall. Cat. 10. Populi ingentes vi subacti. P In re obscena vim afferre, parare, pati saepe ap. Ov. V. etiam A. Am. 1, 673. et 679. etc. P Quae est ab homine vis, duplex est, privata, et publica: haec est, quae armatis hominibus coactis committitur: illa, quae sine armis. Cautum enim fuit lege Julia, ne quis privatus armis uteretur, excepta itineris vel venationis causa: qui contra faceret, et in vi adhibenda armis usus esset, non pro privato, sed pro publico homine se gessisse censebatur, eaque vis publica dicebatur. Mart. Dig. 48. tit. 6. qui est de vi publica 1., Ulp. ib. 2. et tit. 7. qui est de vi privata, 5. et Justin. Institut. 4. tit. 14. f. P Ita vis est, formula querentis cogi se, et invitum agi. Caesar ap. Suet. Caes. 82. Deinde clamantem, Ista quidem vis est, alter Cassius adversum vulnerat infra jugulum. Pl. Capt. 3, 5, 92. Vis haec quidem hercle est, et trahi, et trudi simul. Adde Ter. Ad. 5, 8, 20. P Metonymice vis est ictus, quo vis affertur. Virg. A. 3, 242. Sed neque vim plumis ulla, nec vulnera tergo accipiunt. Caes. B. G. 3, 13. Naves totae factae ex robore, ad quamvis vim et contumeliam perferendam. P Praeterea vis dicitur violentia et calamitas, quae de coelo venit. Ea quoque duplex est, major, et minor. De his ita Plin. 18, 28, 69. n. 1. Ante omnia autem duo genera esse coelestis injuriae, meminisse debemus. Unum quod tempestates vocamus: in quibus grandines, procellae, ceteraque similia intelliguntur: quae cum acciderint, vis major appellatur. Haec ab horridis sideribus exeunt, vel-

uti Arcturo, Orione, Haedis. Alia sunt illa, quae silente coelo, serenisque noctibus fiunt, nullo sentiente, nisi cum facta sunt. Publica haec, et magnae differentiae a prioribus, aliis rubiginem, aliis uredinem, aliis carbunculum appellantibus, omnibus vero sterilitatem. Haec *Plin.* qui de satis, et cultu agrorum tantum eo loco verba facit. Sed latius patet, et ad alia quoque vis haec coelestis refertur, incendia nempe, terrae motus, aut labes ingentes, vim aquarum, morborum pestilentiae: et dicitur etiam a *Jctis vis magna, divina, naturalis*, et cui resisti non potest, *Θεοῦ βία*. *Cic. Planc.* 42. Si vitam mihi sors ademisset, aut aliqua vis major redditum peremisset. Adde *Sen. Ben.* 4, 39. *extr.* et *Colum.* 1, 7. *P* Saepe vim dicimus naturam, substantiam, formam, rationem intimam cujusque rei. *Cic. Am.* 4. *med.* Id, in quo est omnis vis amicitiae, voluntatum, studiorum, sententiarum summa consensus. *Id. Or.* 31. *f.* Eloquentiae vim et naturam explicemus. *Id. Off.* 1, 6. Ex quatuor locis, in quos honesti naturam vimque divisimus. *Id. Fin.* 1, 16. Justitia semper alit aliquid vi sua atque natura, quod tranquillet animos. *Varr. R. R.* 3, 2. *extr.* Villaticae pastionis vim formamque exponere. *Cic. Fam.* 9, 16. *med.* Philosophi mihi soli videntur vim virtutis tenere. *Hor. Od.* 4, 4, 33. Doctrina vim promovet insitam. *P* Vis et natura verborum ap. *Cic. Or.* 32. *f.* est sententia, sensus, significatio. *Sic Fam.* 6, 2. *med.* Quae vis insit in his paucis verbis, si attendes, intelliges. *Id. Rabl.* 8. *f.* Haec vis est istius et juris, et verbi, ut, etc. *Id. Dom.* 20. *f.* Quae est quasi alia vis, quae sententia Caeciliae legis, nisi, etc. *Id. Top.* 8. *med.* Cum ex vi nominis argumentum elicitor. *Caes. ap. Suet. Vit. Terent. f.* Lenibus atque utinam scriptis adjuncta foret vis. *P* In aliis quoque rebus efficaciam, potestatem, vires significat. *Cic. Fam.* 5, 8. *med.* Has litteras velim existimes foederis habituras esse vim, non epistolae. *Id. Div.* 1, 33. *extr.* Quod ostentum habuit hanc vim, ut Dionysius paucis post diebus regnare coepit; et *ib.* 2, 20. *extr.* Herbarum causas ignorare, vim et effectum videre. *Julian. Dig.* 43, 25, 12. Nulla vis est hujus conventionis, ut rem alienam domino invito possidere liceat. *Ulp. ib.* 10, 4, 1. Haec actio perquam necessaria est, et vis ejus in usu quotidiano est. *P* Vis, genitale virus, semen animalis, *οὐρῆμα*. *Tac. A.* 6, 28. *med.* Phoenicem struere nidum, eique vim genitalem affundere, ex qua fetum oriri. *Arnob.* 5, 164. Cum vis illa telluris coeperta est gremio. *V. LUCILIUS.* *P* Denique pro multitidine, numero, copia, abundantia ponitur. *Cic. Fam.* 7, 18. *f.* Vis maxima ranunculorum. *Id. Har. resp.* 11. Vis innumerabilis serorum. *Id. Tusc.* 5, 32. In pompa cum magna vis auri argentique ferretur. *Virg. A.* 4, 132. et odora canum vis. *P* Et absolute. *Id. Prov. cons.* 2. *f.* Gentes eae, quae, ut pace uterentur, vim argenti dederant praeclearo nostro imperatori. *Id. Somn. Scip.* 3. Quem ut vidi, equidem vim lacrimarum profudi. *P* In genit. et dat. sing. *Auct. dial. de or.* 26. *med.* In magna parte librorum suorum plus vis habet, quam sanguinis. *Ulp. Dig.* 4, 2, 1. Delecta est vis mentio. *Paul. Sentent.* 5. *tit.* 30. Vis publicae reus. *Hirt. B. Afr.* 69. Equitibus suis hostium vi oppositis. *P* In plur. num. *Messala ap. Maer. Sat.* 1, 9. Duas vis dispares colligavit. *Sall. fragm. ap. Prisc.* 6, 707. Male jam assuetum ad omnes vis controversiarum. *V. HIR.* *Lucr.* 2, 586. multas vis possidet in se. Adde 3, 266. *P* Quidam putant vires hinc descendere: alii negant. *P* Ut *Virtus*, sic et *Vis Dea* est, eademque ac *Juno*. *Auson. Idyll. de Deis*, 12, 4. Et soror, et conjux fratris regina Deum *Vis*. *Servius* ad illud *Virg. A.* 7, 432. Coelestem vis magna jubet: Aut per definitionem, inquit, ipsa *Juno* est vis *Deorum*; aut per augmentum suavit. Ap. *Hyg. praef.* est *Pallantis* gigantibus et *Stygis* filia, *Scyllae*, *Invidiae*, *Potestatis*, etc. soror. Adde *Hesiod. in Theogor.* v. 385.

[VISABUNDUS, a, um, adj. qui facile visitur. *Auct. Itin. Alex. M.* (ed. A. Maio) 57. Tum locum diligit (h. e. deligit) tendendo, ubi hostis visabundus erat. *F.*]

VISALIS. V. VISULIS.

*VISCARIUM, i, n. viscus. *Hieronymus*: Si cum viris feminae habitent, non deerit viscarium diaboli. *V. Novarin. Adag. Eccles.* T. 1. p. 380. *B. A.*

*VISCARIUS, i, m. aiceps. *Gloss. Cyrill.* Viscarius, *ἰσκιός*. *B. A.*

VISCATUS, a, um, part. ab inusit. visco, visco oblitus. *Varr. R. R.* 3, 7. *med.* Quos columbarii interficere solent, duabus virgibus viscatis defixis in terram, inter se curvatis. *Op. A. Am.* 1, 391. Non avis utiliter viscatis effugit alis. *P* Translate. *Plin. ep.* 9, 30. Hos ego viscatis hamatisque muneribus non sua promere puto, sed aliena corripere, h. e. quibus majora captantur, quam quae dantur. *Sen. ep.* 8. Viscata beneficia devitare. *Lucil. ap. Non.* 4, 271. et 428. Omnia viscatis manibus leget, omnia sumet: Crede mihi, auferet omnia. *P* Viscatum, i, absolute pro virga visco illita. *V. QUINQUIFIDUS.*

VISCELLATUS, a, um, adj. ex visceribus avium pisciumque conditus, aut confectus. *Plin. Val.* 1, 24. Pisces viscellati; et 2, 17. *med.* Viscellatus pul-

lus. Alii utroque loco corruptam lectionem putant.

*VISCPELLAE, arum, vel

*VISCPELLI, orum, opp. Norici. *Tab. Pent. B. A.*

*VISCPELLINUS, i, m. Sp. Cassius Viscellinus, regni affectati crimine damnatus, cui plus suspicio concupitae dominationis nocuit, quam tres magnifici Consulatus ac duo speciosissimi triumphus profuerunt. Nam S. P. Q. R. non contentus capitali eum supplicio afflicere, interempto domum superjecit. *Liv.* 2, 41. *Cic. Amic.* 11. in. *Flor.* 1, 26. *Val. Max.* 6, 3. *B. A.*

VISCERĀ. V. VISCUS, eris.

VISCERĀTIM, adv. κατὰ σπλάγγνα, per singula viscera. *Enn. ap. Non.* 2, 880. Dissipat visceratim membra.

VISCERĀTIŌ, onis, f. *πρωδάσαλα*, epulum, quod fiebat ex visceribus, sive carnibus immolatis, quae distribuebantur inter eos, qui solemniter alicui sacrificio adessent, praecipue in Latinis feriis, vel in funere alicujus excellentis viri. Nam olim, quoties victimam mactabant, vel convivium celebrare moris erat, vel e victimam partem ad amicos mittere. Dicta est a visceribus, quo nomine non solum intestina, sed etiam totam carnem sub corio veteres intelligebant. *V. ARTOCREAS.* *Serv. in A.* 1, 215. Viscera non tantum intestina dicimus, sed quicquid sub corio: ut in Latinis visceratio dabatur, id est caro. *V. VISCUS.* Hujusmodi epulum describit *Virg. A.* 8, 180. Tunc lecti juvenes certatim, araeque sacerdos viscera tosta ferunt taurorum, etc. *Cic. Off.* 2, 16. Prodigii, qui epulis, et viscerationibus, et gladiatorum muneribus, ludorum, venationumque apparatu, pecunias profundunt. *Sen. ep.* 19. *f.* Sine amico visceratio, leonis ac lupi vita est. *Liv.* 8, 32. Et populo visceratio data a M. Flavio in funere matris. *Inscr. ap. Fabr.* p. 242. n. 656. M. Valerio M. F. municipis Compitensens vicorum quinque, quod populo viscerationem, gladiatores dedit, etc. *P* Viscerationis nomine aliquando sportula nummorum distribuebatur. *Inscr. ap. Marin. Frat. Arv.* p. 21. Promisit municipibus Rudinis HS. LXXX. N., ut ex reddito eorum die natalis filii sui omnibus annis viscerationis nomine dividatur decurionibus. sing. HS. XX. N., Augustalibus HS. XII. N., etc.

VISCEREUS, a, um, adj. viscera habens. *Prud. Apoth.* 1093. cum vas componeret arvo Nondum viscere. Loquitur de prima hominis e limo compositione, et nondum viscerum arvom intelligere videtur terram nondum vitalibus praeditam visceribus, nec animatam.

VISCIDUS, a, um, adj. idem ac viscosus. *Theod. Prisc.* 1, 2. et 6. Viscidum acetum. *Id. de diaeta* 18. Viscidiores cibi.

VISCOSUS, a, um, adj. *ἰξίος*, tenax, glutinosus. *Pall.* 1, 14. Si quod asciae adhaeret, fuerit molle atque viscosum, constat, albarius operibus convenire. *Prud. Hamart.* 824. aves multas viscosus inescat Pastus.

VISCUM, i, n. raro *Viscus*, i, m. *ὑψηλός, ἰξός*, (ex hac postrema voce Graeca, per metathesin pronuntiata *ἰξός*, fit viscus) genus fruticis ex turdorum maxime, et palumborum merdis super arborum quarundam, praesertim roboris, ramos delapsis, et a sole cum humore aliquo fervefactis nascens, et ad cubitalem altitudinem excrescens, et virens etiam per hiemem. Fert acinos crocei, seu aurei, aut fulvi coloris, qui colliguntur messium tempore immaturi: sicantur deinde, et aridi tunduntur, ac conditi in aqua putrescunt: inde in profuente rursus malleo tusi, amissis corticibus, interiore carne lentescunt. Hoc est viscum pennis avium tactu ligandis, oleo subactum, cum libeat insidias moliri. Haec ex *Plin.* 16, 44, 94., ubi et alia in hanc rem. Addit etiam, Druidas Gallorum nihil habere visco, et arbore, in qua gignatur, si modo sit robur, sacratius. *Id.* 24, 4, 6. persequitur ejus utilitates in medicina. *Virg. A.* 6, 205. Quale solet silvis brumali sidere viscum Fronde virere nova, quod non sua seminat arbos, Et croceo fetu teretes circumdare truncos. *Cic. N. D.* 2, 57. *med.* Provisum etiam, ut siqua minima bestiola conaretur irrupere, in sordibus aurium, tanquam in visco, inhaeresceret. *Val. Fl.* 6, 263. Illa (avis) dolis, viscoque super correpta sequaci Implorat ramos, atque irrita concitat alas. *P* Habebat usum etiam in fucis inficiendo corpori. *Juven.* 9, 13. nullus tota nitor in cute, qualem Praestabat calidi circumlita fascia visci. *Plin.* 24, 4, 6. tradit, viscum cum resina et cera mitigare panos omnis generis. *Seren. Samm.* 4, 54. contra canitiem docet uti Resina ex facili cera viscoque coacta. Potest tamen ap. *Juven.* intelligi quicumque fucus viscosus et tenax. *P* Translate. *Pl. Bacch.* 1, 1, 16. Viscus merus vestra est blanditia. *Id. ib.* 5, 2, 39. Tactus sum vehementer visco, h. e. amore irretitus sum. *P* Si *Nonio* 6, 20. credimus, ponitur etiam pro rete. *Varr. ib.* et 1, 113. Lepusculi timentes hoc quadrangulum Dedunt se in rete nexile, aut Viscum, sagenam, lineamque compedem. Huc trahi posse videtur illud *Virg. G.* 1, 139. Tum laqueis captare feras, et fallere visco. Sed locus *Varr.* aliter ab aliis legitur. *Virg.* autem tum venationem, tum aucupium complexus est. Certe proprio sensu viscum posuit *Mart. Spect.* 11. Prae-

ceps sanguinea dum se rotat ursus arena, Implicitam visco perdidit ille fugam. *Male Non.* 2, 888. fallere visco, h. e. inquit, tractu visceris: nempe carnis, cujus odore trahuntur ferae in laqueos. *P* Fuit etiam cogn. *R. Inscr. ap. Maff. Mus. Ver.* 109, 1. L. Vibius Visci L. Nymphodotus. *Hor. Sat.* 1, 10, 83. haec utinam Viscorum laudet uterque, h. e. ambo Visci fratres.

VISCUS, eris, n. *σπλάγγων*, intestinum quodcumque in corpore animalis. *Cels. praef. med.* Itaque demum mortui praecordia, et viscus omne in conspectum latrocinantis medici dari. *Quint. decl.* 1, 14. *f.* Assiduus visceris pulsus, h. e. cordis. *Lucr.* 3, 720. Unde cadavera rancenti jam viscere vermes Exspirant? *Tibull.* 1, 3, 75. Tityus Assiduus atro viscere pascit aves, h. e. jecore. (Adde *Val. Fl.* 7, 359.) *Sen. Hipp.* 818. tela tepido viscere condita. *Id. Herc. Oct.* 1249. Quaecumque pestis viscere in nostro lates. *Op. Met.* 6, 290. trahens haerentia viscere tela; et *ib.* 15, 364. de putri viscere passim Florilegae nascuntur apes. *Lucan.* 3, 657. eliso ventre, per ora Ejectat saniem permixtus viscere sanguis. *P* Distinguitur ab intestino: viscus enim de superioribus dicitur, quae sunt cor, pulmones, jecur, lien, et renes, (quibus addunt alii ventriculum: quia carnosa sunt: viscus autem etiam de carne dicitur, ut mox ostendam) intestinum de inferioribus. *Cels. praef. med.* Neque enim, cum dolor intus incidit, scire, quid doleat, eum, qui qua parte quodque viscus, intestinumve sit, non cognoverit. *Id.* 4, 11. A visceribus ad intestina veniendum est. *Id.* 7, 9. n. 2. Septum transversum a superioribus visceribus intestina discernit. *P* Sed hoc discrimen passim negligitur: et viscera universum sunt quaecumque in ventre et pectore latent. *Op. Met.* 12, 389. mediam ferit ense sub alvum. Prosiluit, terraque ferox sua viscera traxit, Tractaque calcavit, calcataque rupit, et illis Crura quoque impedit, et inani concidit alvo; et *ib.* 15, 314. Flumen habent Cicones, quod potum saxea reddit viscera; et *ib.* 7, 601. tristes penetrant ad viscera morbi. *Sen. Oed.* 191. intima creber viscera quassat gemitus. *P* De utero. *Id. Med.* 1012. In matre siquod pignus etiamnum latet, Scrutabor ense viscera, et ferro extraham. *Op. Fast.* 5, 23. jacet illa gravis: jam scilicet intra viscera Romanae conditor Urbis eras. *Id. ib.* 624. (et *Her.* 11, 42.) Visceribus crescentes excutiebat onus. *Ulp. Dig.* 48, 8, 8. Si mulierem visceribus suis vim intulisse, quo partum abigeret, constiterit. *P* Hinc et de ipso partu, et de liberis. *Quint.* 6. *proem.* Infaustum opus, super immaturum funus consumptur mea viscera flammis injicere. *Op. Her.* 11, 118. Diripiunt avidae viscera nostra ferae. *Id. Met.* 6, 651. Tereus inque suam visa viscera congerit alvum. Adde *ib.* 10, 465. *P* De ventre. *Id. ib.* 8, 846. tandem demisso in viscera censu, Filia restabat, h. e. devorato patrimonio. Adde *ib.* 15, 88. et *Fast.* 4, 205. *P* De intestinis siccatis in usum funiculorum. *Claud. Idyll.* 2, 37. cornua subjectis lentescere cogunt Ignibus: intendunt taurino viscere nervos. *P* De ubere lactente. *Nemes. Cyn.* 138. catulos videbis pugnantes diu, quisnam prior ubera lambat, Distrahere invalidum lassato viscere matrem. *P* De testibus. *Petr. Sat.* 119. Subripuere viros, exsectaque viscera ferro, etc. *Plin.* 20, 13, 51. Imponunt rutam testium epiphoris, adeo peculiariter in visceribus his effectu, ut, etc. *P* De carnisbus. *Virg. A.* 6, 253. Et solida imponunt taurorum viscera flammis. Ubi *Servius*: Non extra dicit, sed carnes: nam viscera sunt quidquid inter ossa et cutem est, unde etiam visceratio dicitur convivium de carnisbus factum, ut diximus supra (ad *Aen.* 1, 215. *V. loc.* in VISCERATIO). Ergo solida viscera holocaustum significat, quod detractis extis arae superimponeretur. Haec *Servius*. Confirmat hoc loca *Cic. Tusc.* 2, 8. Cum Herculi Deianira sanguine centauri tinctam tunicam induisset, inhaesissetque ea visceribus; et *ib.* 14. *f.* Spartae pueri sic verberibus accipiuntur, ut multus e visceribus sanguis exeat. *Virg. A.* 8, 180. Viscera tosta ferunt taurorum, onerantque canistris Dona laboratae Cereris, Bacchumque ministrant. Vescitur Aeneas, simul et Trojana juvenus Perpetui tergo bovis, et lustralibus extis. *Op. Met.* 15, 88. Heu quantum scelus est, in viscera viscera condi! h. e. carnes animalium in ventrem demitti: quod et *Cic.* dicit *N. D.* 2, 63. *extr.* *P* Translate dicitur de partibus interioribus, et penitioribus cujuscumque rei. *Virg. A.* 3, 575. de Aetna: scopulos, avulsaque viscera montis Erigit eructans. *Op. Met.* 1, 138. itum est in viscera terrae, Quasque recondiderat, Effodiuntur opes. *Quint. decl.* 172. *f.* Totus subito in visceribus ipsius urbis hostis apparisset exercitus. *Cic. Cat.* 1, 13. Periculum residebit, et erit inclusum penitus in venis atque visceribus reipublicae. *Id. Tusc.* 4, 11. Permanat in venas, et inhaeret in visceribus id malum. *Id. Phil.* 1, 15. Aderant, et in medullis populi R. ac visceribus haerebant. *Id. Att.* 6, 1. *med.* Noli me putare *ἰσχυροτέρα* illa tua abjecisse, quae mihi in visceribus haerent. *Id. Or.* 2, 78. *med.* Haec in dicendo non extrinsecus alicunde quaerenda, sed ex ipsis visceribus causae sumenda sunt. *Juven.* 3, 72. Viscera magnarum domuum, dominique futuri. *P* Vi-

scera patriae, ipsi ejus cives. *Virg. A. 6, 834.* Neu patriae validas in viscera vertite vires, h. e. ne suscipiatis bella civilia. Sic *Just. 3, 2.* Graecia omnis in duas divisa partes, ab externis bellis, velut in viscera sua, arma convertit; et *13, 6. f.* Sic Macedonia in duas partes discurruntibus ducibus, in sua viscera armatur. *P. Viscera aerarii,* pecunia in aerario recondita. *Cic. Dom. 47. f.* Cur ille gurges heluatus tecum simul reipublicae sanguinem, ad coelum tamen extruxit villam in Tusculano visceribus aerarii? Simile est illud *ejusd. Q. Fr. 1, 3. med.* Sentio, quid sceleris admiserim, cum de visceribus tuis, et illi tui satis facturus sis, quibus debes, h. e. de tuis facultatibus. *P. Fuit et Viscus cognomen Romanum, in gente Vibia. Hor. Sat. 1, 10, 83.* Viscorum uterque, h. e. Visci fratres. *B. A.*

[**VISELLIUS**, a, um, adj. ad Visellium aliquem pertinens. Hinc *Visellia lex* de libertinis ea sibi summentibus, quae ingenuorum erant propria: lata fuisse videtur ann. a Chr. n. XXIV. L. Visellio Varro, et Sex. Cornelio Cethego Coss. Ejus meminere *Impp. Diocl. et Maximian. Cod. 9, 21, 1. et Ulp. fragm. tit. 3. §. 5. F.*]

[**VISENDUS**, a, um, part. a *viso*, *ὄρατος*, dignus videri, spectabilis, admirandus. *Cic. Vat. 13.* Epulum omni apparatu ornatumque visendo. *Plin. 16, 44, 91.* Vicina luco est ilex, et ipsa nobilis, XXXIV. pedum ambitu caudicis, decem arbores mittens, singulas magnitudinis visendae. *Plin. alter Pan. 51.* Digna populo victore gentium sedes (*Circus*), nec minus ipsa visenda, quam quae ex illa spectabantur: visenda autem cum cetera specie, tum quod aequatus plebis ac principis locus.

[**VISENSE** oppidum, in Africa propria. *Plin. 5, 4. ed. Hard.* Antea legebatur *Vigense.* *P. Plenum nomen, ut videtur, Visa. B. A.*

[**VISENTINUS** et *Vesentinus*, a, um, adj. ad Visentium, seu Vesentium pertinens, Etruriae urbem ad lacum Volsiniensem, nunc *Bisenzo.* *Plin. 3, 5, 8.* Vejentani, Vesentini, Volterrani. *Inscr. ap. Grut. 100, 5.* Virtuti Visent. (*h. e. Visentinorum*) sacrum. *F.*]

[**VISIBILIS**, e, adj. *ὄρατος*, qui videri potest, sub aspectum cadens. *Appul. de Mundo:* Exhalationes tenues, vixque visibiles. *Id. de Deo Socrat.* Daemonum corpora nulli hominum temere visibilia. *Trud. Apoth. 146.* Visibilis de fonte Deus, non ipse Deus fons Visibilis. *P. Item videndi facultatem habens. Plin. 11, 37, 54.* Animo videmus, animo cernimus: oculi, ceu vasa quaedam, visibilem ejus partem accipiunt atque transmittunt.

[**VISIBILITAS**, atis, f. ratio, qua aliquid visibile est. *Tert. Car. Chr. 12. extr.* Quid invisibile ejus fuit, quod visibilitatem per carnem desiderare? *Fulg. Contin. Virg. p. 750. ed. Staver.* In picturis est visibilitas, deest sensibilitas.

[**VISIBILITER**, adv. *ὄρατως*, palam. *Paul. Nol. ep. 20. (al. 16.) med.* Visibiliter, et invisibiliter operaris salutem nostram: invisibiliter nos aedificas in orationibus tuis, visibiliter autem nobis operaris in fabricis Ecclesiarum. *F.*]

[**VISIFICUS**, a, um, adj. qui visionem praebet. *Theod. Prisc. 4, 2. f.* In visu sensitiva virtus in similitudinem radii per visificas vias irruit. *F.*]

[**VISIO**, is, n. 4. peditum ventris sine crepitu emitto. *Lucil. ap. Non. 11, 46.* visire minutim Per commissuras rimarum nocti nigrore. *C. J. Ch. Reuvenius in Collect. litter. p. 17.* ita locum corrigat ex MS. Paris. *dic, quam cogat tussire minutim etc.*, et putat, hic sermonem haberi de adultero viro, aut uxore, qui, vel quae tussiret, ut signum daret, de quo inter adulteros convenerat.

[**VISIO**, onis, f. *ὄρασις*, actus videndi, visus. *Appul. de Mundo:* Ignes pernicitate sui dicto citius nostrae visioni occurrunt; et *Met. 8.* Civitas cuncta vacuatur studio visionis; et *ib. 2.* Attonitus repentinae visionis stupore. *P. Metonymice dicitur de rebus ipsis, quae videntur: ac praesertim de earum imaginibus, seu spectris, quae a Graecis *quarvaolas*, et *quarvaolae* appellantur. *Macr. Somn. Scip. 1, 3.* Omnium quae videre sibi dormientes videntur, quinque sunt principales et diversitates, et nomina: aut enim est *ὄρασις* secundum Graecos, quod Latini somnium vocant; aut est *ὄρασις*, quod visio recte appellatur; aut est *ζορημασις*, quod oraculum nuncupatur; aut est *ἐνπνοσις*, quod insomnium dicitur; aut est *quarvaolae*, quod Cicero, quoties opus hoc nomine fuit, visum vocavit; et *infra:* Visio est, cum id quis videt, quod eodem modo, quo apparuerat, eveniet. Amicum peregre commorantem, quem non cogitabat, visus est sibi reversum videre, etc. Distinguit *Macr. inter visionem, et visum*, ut illa de veris sit, hoc de falsis: sed hoc discrimen alii negligunt. *Cic. N. D. 2, 58.* Utrum igitur censemus, dormientium animos per se ipsos in somniando moveri, an externe et adventitia visione pulsari? *P. Item notio, quae extra somnium in animo habetur de aliqua re, oriturque ex intenta animi agitatione, et cogitatione. Quint. 6, 2. med.* Quas *quarvaolas* Graeci vocant, nos sane visiones appellemus, per quas imagines rerum absentium ita repraesentantur animo, ut eas cernere oculis, ac praesentes habere videamur. *Cic. Tusc. 2, 18.* Falsa doloris visio et specie moveri*

homines dico vehementius. *Id. Acad. 4, 11.* Ne potest is, cui est visio veri falsique communis, ullum habere judicium, aut ullam omnino veritatis notam. *Quint. 12, 10. med.* Cura Protogenes, facilitate Antiphilus, concipiendis visionibus Theon Samius, ingenio et gratia Apelles est praestantissimus. *P. Apud Jctos visiones sunt *ὄρασις*, et *ὄρασις*, quaestiones, inspectiones, considerationes, species, casus. *Paul. Dig. 22, 3, 25. f.* In omnibus visionibus, quas proposuimus, licentia concedenda est ei, cui, etc. *Ulp. ib. 5, 3, 25. med.* Sed in proposita quaestione tribus visionibus relatis, etc. *Adde ib. 16, 1, 8. et 17, 1, 29. med.* (Ita enim ubique habet *Torrent.*, agnoscuntque *Gothofred.* et *Cujac.*, nam *Halander* ubique mutavit.) Sic *Tert. Anim. 9.* Prout Scripturae leguntur, aut Psalmi canuntur, sut ad locutiones proferuntur, ita inde materiae visionibus subministrantur.*

[**VISITATIO**, onis, f. apparitio, actus quo quis se visibilem facit. *Utr. 9, 4. f.* Luna quoniam cum sole est, nova vocatur, postera autem die, quoniam numeratur secunda, praeteriens a sole, visitationem facit tenuem extremae rotundationis. *P. Item actus visitandi aliquem. Tert. ad Jud. 13. f.* Nec intellexissent, Christum in tempore suae visitationis invenissent.

[**VISITATOR**, oris, m. qui visitat. *August. serm. in fer. Pentec. 1, 2.* Si ergo promereri cupimus tanti visitatoris ingressum, etc. *F.*]

[**VISITATUS**, a, um, part. a *visito*, conspectus. *Vitr. 9, 4.* Omnia visitata, et invisitata temporum necessitudine sunt constituta. *Appul. Met. 4.* Immani forma tantae bestiae, noctu praesertim, visitata. *Id. de Deo Socrat.* Forma daemones Socrati visitata.

[**VISITO**, as, a. 1. *ἐπισκέπτομαι*, frequent. a *viso*. *Pl. Curc. 2, 3, 64.* Ibi me interrogat, Eoquem in Epidauro Lyconem trapezitanum noverim? dico me novisse: quid lenonem Cappadocem? annuo visitasse. *Id. Epid. 4, 1, 12. et 21.* Dii boni! visitavi antehac: certe ea est. *Adde Pers. 1, 1, 20.* *P. Item visum ire, invisere. Cic. Fin. 5, 31. f.* Cum ardeat podagrae doloribus, visitassetque eum Carneades. *Suet. Claud. 35.* Neque aegrum quemquam visitavit, nisi explorato prius cubiculo. *Hieron. ep. 7. n. 1.* Et licet supradictus frater saepe me visitet. *Arat. 2, 40.* Antiochi dictam de nomine visitat urbem.

[**VISITOR**, oris, m. qui visitat. *V. Appuleji l. c. in VISO. F.*]

[**VISIUM**, i, n. *βδίσμα* Gloss. Gr. Lat. V. et *Paerei Lex. Crit. p. 1308.* *Meurs. Exerc. Crit. 2, 5. B. A.*

[**VISO**, is, si, sum, a. 3. frequent. a *video*, saepe video, spectro, inspecio. *Cic. Tusc. 5, 3. f.* Qui nec plausum, nec lucrum quaerent, sed visendi causa venient, studioseque perspicerent. *Virg. A. 2, 63.* Undique visendi studio Trojana juvenus Circumfusa videt. *Id. ib. 8, 157.* visens regna. *Sall. Cat. 64.* Qui e castris visundi, aut spoliandi gratia processerant. *Pl. Capt. 5, 1, 2.* Commodus eximus ludos visere. *Lib. 1, 31.* Missi ad me intro: jam scies. *Varr. L. L. 5, 9.* Accensus dicit: Omnes Quirites inlicium visite huc ad iudices. *Pl. Stich. 2, 2, 4.* Ego, quid me velles, visebam. *Ter. Eun. 3, 4, 7. et Heaut. 1, 1, 118.* Ibo ad eum, visam, si domi est. *Id. Ph. 2, 4, 5.* Abi tu, vise, redierint jam, an nondum, donum. *Pl. Bacch. 4, 8, 59.* Illa in arcem abivit aedem visere Minervae. *Id. Rud. 5, 1, 6.* Nunc alteram illam visam huc in Veneris fanum. *Id. Mil. 3, 1, 113.* Apud me edunt, me curant, visunt, quid agam, et quid velim. *Juven. 6, 312.* magnos visurus amicos. *P. Passive. Cic. Verr. 2, 4, 2. f.* Cupidinem fecit illum, qui est Thespiis, propter quem Thespias visuntur. *Id. Off. 1, 39.* Cu. Octavii domus cum vulgo viseretur. *Appul. Apol. f.* In ludo quoque gladiatorio frequens visitur. Alii perperam leg. *visitor.* *P. Saepes de iis dicitur, qui ad aegrotum veniunt officii causa. Cic. Fam. 9, 23.* Constitui ad te venire, ut et viderem te, et viserem, et coenarem etiam. *Ter. Heec. 3, 2, 6.* Non visam uxorem Pamphili, cum in proximo hic sit aegra? *Par. Non visas, ne mittas quidam visendi causa quemquam. Id. ib. 1, 2, 113.* Aegram esse simulant mulierem: nostra illico ite visere ad eam. *Ubi Donat.* Visere officii est: videre quaerentis aliquem. *Or. Am. 2, 2, 21.* Ibit ad effectam, quae non languebit, amicam Visere. *Lucr. 6, 1236.* suos fugitabant visere ad aegros. *L. Piso ap. Gell. 6, 9. f.* Cu. Flavius dicitur ad collegam venisse visere aegrotum. *Adde Tac. A. 15, 60. et Petr. Sat. 101. med.*

[**VISOLUS**, a, um, adj. videtur esse idem ac bisolis, mutata littera *b* in *v*, ut saepissime alias, qui duplicem habet solem. Est cogn. R., ut C. Poetellus C. F. Libo Visolus dictator ann. U. C. CDXXII. in *Fast. Capitol. ap. Grut. 291. F.*]

[**VISOR**, oris, m. *ὄρατης*, inspector, explorator. *Tac. A. 16, 2.* Nec missis visoribus, per quos nosceret, an vera assererentur. *Ernestius*, et *Oberlinus* vocem *visoribus* e textu sustulerunt tanquam insiticiam, et barbarum glossema.

[**VISORIUM**, ii, n. locus, ad quem videndi seu spectandi causa convenitur, theatrum. *Cassiod. Var. 5, 42.* Cum theatrum, quod est hemisphaerium, Graece dicitur; amphitheatrum, quasi in unum juncta duo visoria, recte constat esse nominatum. *F.*]

[**VISPELLIO**, V. **BISPELLIO**.
***VISTILLUS**, i, m. fluvius, qui et Vistula. *Plin. 4, 14.* Vistillus sive Vistula. *B. A.*

[**VISTULA** et *Visula*, ae, f. fluvius Germaniae orientalis, eam determinans a Sarmatia, quae nunc *Polonia* appellatur, in mare Balticum influens. Ejus meminit *Plin. 4, 12, 25., ib. 13, 27., et ib. 14, 28., item Mela 3, 4.*

[**VISUALIS**, e, adj. ad visum pertinens. *Visualia*, absolute sunt vires visionis. *Theod. Prisc. 4, 2. med.* Cum enim vivus (*infans*) in suis visualibus fuerit constitutus, visus perficitur; cum in audibilibus, auditus; cum in odorantibus, odor; cum in linguae partibus, sapor; cum in toto corpore, tactus. Alii pro *visualibus* leg. *visalibus. F.*]

[**VISUALITAS**, atis, f. *Tert. Anim. 29.* Contrarietates visualitatis, et caecitatis.

[**VISUCIUS**, ii, m. Deus Germanorum proprius. *Inscr. ap. Donat. 470, 6.* Visucio aedem cum signo C. Candidius Calpurnianus fecit. *F.*]

[**VISULA**, ae, f. genus vitis. Forma vocis videtur diminutiva, et scriptores exiguas ei tribuunt vires. Quare fortasse contractum est ex *viticula*, *t* in *s* abeunte, ut saepe. *Colum. 3, 2. med.* Visula deinde ab his, et minor Argitis terrae mediocritate laetantur. Nam in pingui nimis viribus luxuriant, in macra tenues et vacuae fructu veniunt; et *paucis interjectis:* Visula brevem materiam, et latum folium exigit, cujus amplitudine fructus suos optime adversus grandinem tuetur; qui tamen nisi primo quoque tempore mature legantur, ad terram decidunt, humoribus etiam, priusquam defluant, putrescunt. *Adde Plin. 14, 2, 4. n. 4.* *P. Est etiam idem flumen quod fistula. V. h. v. s. 1.*

[**VISUM**, i, n. *ὄρασις*, *quarvaolae*, species illa alienius rei, quae oculis nostris, diurno tempore dum vigilamus, vel phantasiae in somniis objicitur. *Cic. Acad. 1, 11.* De sensibus ipsis quaedam dixit nova, quos junctos esse censuit a quadam quasi impulsione oblata extrinsecus, quam ille *quarvaolae*, nos visum appellemus; et *ib. 4, 6. med.* Cum enim ita negaret, quicquam esse, quod comprehendi posset, si illud esset, sicut *Zeno* definiret, tale visum (jam enim hoc pro *quarvaolae* verbum satis hesterno sermone trivimus), visum igitur impressum, effletumque ex eo, unde esset, quale esse non posset, ex eo, unde non esset; id nos a *Zenone* definitum rectissime dicimus; et *ib. 24. med.* Quale igitur visum? tum illum ita definiisse, ex eo, quod esset, sicut esset, impressum, et signatum, et effletum. *Id. Tusc. 1, 41.* Qui nonnunquam etiam sine visis somniorum placatissimum quietem affert. *Virg. A. 4, 456.* Ille visum nulli, non ipsi effata sorori est. *Prop. 2, 20, 20.* Cum mihi discussit talia visa metus; et *ib. 22, 3, 4, 3.* Dii vanum falsumque avertite visum. *Or. Am. 3, 5, 31.* Die, age, nocturnae quicumque es imaginis augur, (Si quid habent veri) visa quid ista ferant. *P. Quid a visione differat, V. in VISO.* *P. Ex viso, et ex visu* quippiam facere ii dicuntur, qui in somniis se a Diis admonitos credunt. *Inscr. ap. Grut. 2, 4. D. D. O. Sac. M. Ulpus Servatus, et Pecci.* Primitiva ex visu pro se, et suis omnibus posuerunt. *Alia ap. Mar. 76, 4.* Ex imperio Genii Alotiani Euaristus servitor Deorum ex viso Lib. An. *Alia ap. Grut. 65, 1.* Silvano Salutari L. Manlius Saturninus ex viso posuit. *Adde 66, 9., 67, 9., 83, 2. etc.* quae formula aliis verbis effertur in aliis *Lapidib. ex jussu, monitu, praecepto*, etc. ut videre est in *Indice c. 15.* *P. Accipitur etiam pro re quavis, quae spectanda proponitur. Prop. 2, 5, 19.* Quae manus obscenas depinxit prima tabellas, Et posuit casta turpia visa domo.

[**VISURGIS**, is, m. fluvius ingens Germaniae, qui in Oceanum Germanicum influit. *Plin. 4, 14, 28., Mela 3, 3. med. et Sidon. carm. 23, 244.*

[**VISUS**, a, um, part. a *video*, *ὄρατικός*, oculis perceptus, spectatus. *Caes. B. G. 1, 22. f.* Considium timore perterritum, quod non vidisset, pro viso sibi renuntiasse. *Hor. Od. 1, 15, 30.* Visum lupum fugere. *Lic. 4, 40.* Equites procul visi tantam laetitiam fecere, ut, etc.

[**VISUS**, us, m. *ὄρασις*, *ὄρασις*, facultas, sensus, et actus videndi. *Cic. ap. Plin. 7, 2, 2.* Feminas omnes visu nocere, quae duplices pupillas habent. *Plin. ib.* Esse homines, qui visu effascinent, interimantque quos diutius intueantur. *Quint. 1, 2. med.* Visus oculorum obtutu continuo fatigatur. *Or. Fast. 3, 406.* Bootes Mergetur, visus effugietque tuos. *Val. Fl. 7, 121.* Frui visu alicujus rei. *Quint. 10, 1. med.* Qualis est ferri fulgor, quo mens simul, visusque perstringuntur. *Plin. 9, 50, 74.* Tanta cele-

ritate, ut visum fallant. *Id.* 8, 22, 34. Luporum visus noxius esse creditur. *Lucr.* 5, 102. Nec tamen hanc possis oculorum subdere visu. (*visu pro visui.* V. ASPECTUS.) *Stat. Theb.* 6, 277. Spectat innocuis stellatum visibus Argum, h. e. oculis semper apertis. *Sil.* 3, 157. Consumpsit visus pontus, telusque recessit. P Interdum pro eo, quod videtur, sive per diem, sive in somniis. *Liv.* 8, 9. *med.* Conspicitur ab utraque acie aliquanto augustior humano visu, h. e. humana specie. *Cic. N. D.* 1, 5. f. Ex quo existit et illud, multa esse probabilia, quae quamquam non perciperentur, tamen, quia visum quendam haberent insignem et illustrem, his sapientis vita regeatur. *Virg. A.* 3, 36. Rite secundarent visus, omenque levarent. *Ov. Met.* 4, 232. inopino territa visu. *Tac. A.* 12, 13. f. Deus, qua silvas pererraverit, nocturno visu demonstrat; et *Liv.* 8, 6. *med.* Hos ubi nocturnos visus inter se consules contulerunt, etc. Adde *Sil.* 1, 64. *Hor. Sat.* 1, 5, 84. immundo somnia visu. P Ex visu quid sit, V. in VISUM.

VITA, ae, f. βίος, ζωή, actus vivendi, animae et corporis conjunctio: quemadmodum contra eorum dissolutio mors est. [*Victus et vita ita differunt, quod *Habicht* n. 953. rectissime docet, ut hoc ad publicam, illud ad privatam vivendi rationem pertineat. Assentitur *Doederl.* 4, 448. Exempla ex *Cic. laud. Brem.* ad *Nep. Alc.* 1, 3. non minus in vita quam victu.] *Cic. N. D.* 2, 53. f. Tribus rebus animantium vita tenetur, cibo, potu, spiritu. *Caes. B. G.* 6, 18. Vitae necisque potestatem habere in aliquem. *Cic. Phil.* 2, 3. Quod est aliud beneficium latronum, quam ut commemorare possint, his se vitam dedisse, quibus non ademerint. *Id. Att.* 5, 20. *med.* Ego in vita mea nulla unquam voluptate tanta sum affectus; et *Rab. perd.* 10. *extr.* Vitae curriculum. *Id. Phil.* 9, 7. Agere vitam honestissime. *Id. Sull.* 27. degere miserimam. *Id. Phil.* 14, 11. pro aliquo profundere. *Id. Rosc. Am.* 11. per summum dedecus amittere. *Id. Sen.* 17. perducere ad annum centesimum. *Id. Fam.* 2, 2. Discedere e vita. *Id. ib.* 5, 15. Manere in vita. *Id. Q. Fr.* 1, 3. *med.* Diutius in vita esse. *Id. Cat.* 4, 4. Vita frui. *Id. Fin.* 1, 4. Si vita suppetet. *Planc.* ad *Cic. Fam.* 10, 24. Si mihi vita contigerit. *Cic. Or.* 3, 3. Vita se privare. *Id. Mur.* 16. aliquem expellere. *Sic. Id. Sen.* 19. f. Vitam auferre alicui. P Bona vita, quae laute, in deliciis, et cum voluptate degitur: contra mala, quae parce ac duriter. *Sen. ep.* 123. *med.* Virtus et philosophia et iustitia, verborum inanum crepitus est: una felicitas est bona vita: et paulo post: Nec dubitaveris, bonam vitam, quam opinionem bonam malle. *Pl. Cas.* 4, 4, 17. Venas multipotens, bonam vitam mihi dedisti. *Id. Pers.* 4, 8, 3. Nae ego hodie tibi bonam vitam feci. *Ov. Pont.* 1, 9, 31. Haec mihi verba malae minuerunt taedia vitae. P Vivere vitam, seu vita, est idem ac vivere. *Cic. Verr.* 2, 2, 47. f. Vivere vitam tutam. *Pl. Pers.* 4, 3, 24. Faciam, ut mei memineras, dum vita vivas. *Id. Mil.* 3, 1, 34. Tamne tibi diu videor vita vivere? Utroque tamen loco, itemque aliis, qui afferuntur a *Pareo* in *Lex. Crit.*, alii reponunt vitam. P Ponitur etiam pro ipsa vi, qua res vivunt, id est pro anima. *Virg. A.* 6, 292. tenues sine corpore vitae. P Item pro alimento, seu victu. *Pl. Stich.* 3, 2, 9. Reperire sibi vitam. Adde *Trin.* 2, 4, 76. P Item pro instituto et ratione vivendi. *Cic. Am.* 23. Serpit enim, nescio quo modo, per omnium vitas amicitia. *Id. Rosc. Am.* 17. Vita rustica honestissima, atque suavissima. *Plin.* 18, 7, 14. Panem ex hordeo antiquis usitatum vita dampnavit: quadrupedumque fere cibis est. [**Nep. Paus.* 1, 1. Omne vitae genus: ubi v. *Brem.*] P Item pro moribus, actis, et rebus gestis. *Ter. Adolph.* 3, 3, 51. Denique inspicere, tanquam in speculum, in vitas omnium jubeo. *Auct. ad Her.* 2, 3. Deinde vita hominis ex antefactis spectabitur. *Virg. A.* 6, 438. Concilium (*Minos*) vocat, vitasque et crimina discit. [**Ov. Her.* 8, 31. Vita gravis auctor et annis: ubi v. *Ruhnck.*] P Hinc notanda videtur formula, qua vita et mores saepissime conjunguntur. *Ov. Her.* 17, 172. moribus et vitae etc. ubi *Ruhnck.* laudat *Ejusd. Trist.* 2, 89. vitamque meam moresque probabas; et *Liv.* 40, 16. inquirendo in utriusque vitam et mores: ibique *intpp.*] P De re valde cara, et in qua deliciae, et gaudia nostra sunt. *Ter. Adolph.* 3, 2, 32. Nostrumne Aeschinum, nostrarum vitam omnium, in quo nostrae spes opesque omnes sitae erant? *Pl. As.* 3, 3, 24. Certe enim tu vita es mihi. P Vita, et mea vita, blanda est et amatoriam compellatio. *Prop.* 1, 2, 1. Quid juvat ornato procedere, vita, capillo? et 2, 16, 17. Me tibi ad extremas mansurum, vita, favillas. *Pl. Stich.* 4, 2, 6. O mea vita, o mea voluptas! salve. *Cic. Fam.* 14, 2. et 4. Ego te quamprimum, mea vita, cupio videre. P Vita, ipsi homines viventes. *Id. Div.* 1, 39. f. Neque ante philosophiam patefactam hac de re communis vita dubitavit. [**Ita Wopkenius.* At *Burmans* ad *Phaedr. prol. Lib.* 1. et *Ernest.* in *cl. Cic.* negant v. vita ap. *Cic.* et aequales hoc sensu usurpari; docetque *Ern.* in loco *Ciceronis* proposito non hoc dici dubitasse homines: sed de hac re in vita communi dubitari,

videri repugnare moribus, vitae communi, etc.] *Tibull.* 2, 1, 37. Rura cano, rurisque Deos, his vita magistris Desuevit querna pellere glande famem. *Mart.* 8, 3. Agnoscat mores vita, legatque suos. *Plin.* 8, 16, 19. Serpentes extrahi cantu, cogique in poenam, verum, falsumne sit, vita non decrevit. Adde 13, 13, 27. [**Lucan.* 6, 311. nec sancto caruisset vita Catone: ubi pro saeculo praesenti positum est vita.] P Item historia vitae allejus. *Nep. praef. f.* In hoc exponemus libro vitas excellentium imperatorum: et *Ep.* 4. f. Uno hoc volumine vitas excellentium virorum concludere constituimus. Utroque loco in MSS. legitur vitam, testib. *Buchnero*, et *Bosio*. Confirmat hoc *Servius* ad *A.* 1, 372. Huius rei, inquit, testis est *Cornelius Nepos* in eo libro, qui Vita illustrium inscribitur: vita dixit non vitae. *Gell.* tamen 1, 3. et 23, 2. Qui vitas, resque gestas clarorum hominum memoriae mandaverunt. P Vitai pro vitae frequens est apud *Lucr.* P [**Confund. vita et via.* V. *Ruhnck.* ad *Rut. Lup.* p. 139 a. ed. *Fr.* Item vita et vitia *ib.* p. 122 b. et 154. a.]

VITABILIS, e, adj. vitandus. *Ov. Pont.* 4, 14, 31. Esset perpetuo sua quam vitabilis Asera, Ausa est agricolae Musa docere senis. Alii aliter leg. *Arnob.* 5, 165. Illum foetor vitabilem reddidit fugiendumque caprinus.

VITABUNDUS, a, um, adj. summo studio devotans. *Tac. H.* 3, 87. Vespasiani nomen suspensi et vitabundi circumbant. *Sall. Jug.* 107. Solus inter tela hostium vitabundus erupit. *Id. ib.* 42. Quasi vitabundus per saltuosa loca et trames exercitum ducit. *Id. fr. ap. Diomed.* 1, 397. Vitabundus per saltuosa loca recedebat. *Vitabundus*, inquit *Diomed.*, non utique vitans, sed vitare simulans. P Cum accusativo. *Liv.* 25, 13. Hannibal vitabundus castra hostium, consulesque, etc. *Sall. fr. ap. Non.* 2, 899. Inter molem atque insulam, vitabundus classem hostium, ad oppidum pervenit.

[VITĀLIANUS, a, um, adj. ad vitalem pertinet. Est cogn. *R. Inscr.* ap. *Grut.* 524, 5. C. *Attius T. F. Sub Vitalianus.* F.]

[VITĀLINUS, a, um, adj. ad vitalem pertinet. Est cogn. *R. Inscr.* ap. *Grut.* 756, 8. *Appuleja Vitalina.* F.]

[VITĀLIO, onis, m. dimin. vitalis. Est cogn. *R. Inscr.* ap. *Grut.* 1117, 5. *Sex. Cornelius Vitalio.* F.]

VITALIS, e, adj. βίωσιμος, qui vitam dat, aut in quo vita consistit. *Pl. Poen.* 5, 4, 14. Juppiter, per quem colimus vitalem aevum. *Virg. A.* 1, 391. Vitales auras carpere. *Lucr.* 3, 561. edere motus; et *ib.* 1117. Vitales venae; et 2, 948. Vitales animae nodos e corpore solvit. *Lucan.* 9, 435. Temperies coeli vitalis. *Cic. N. D.* 2, 9. *med.* Caloris natura vim habet in se vitalem; et *ib.* 45. f. Aer vitalem et salutarem spiritum praebet animantibus. *Ov. Met.* 14, 175. Lumen vitale relinquere, h. e. mori; et *ib.* 2, 828. Vitales viae, h. e. meatus spiritus. *Inscr.* ap. *Grut.* 690, 5. Et (*Parcae*) nevere super vobis vitalia fila. P *Vitalia*, um, partes corporis, in quibus praecipue vita consistit, ut viscera, cor, cerebrum et hujusmodi. *Sen. Ira* 2, 1. In corpore nostro ossa, nervique, et articuli, firmamenta totius, et vitalia minime speciosa visu, prius ordinantur. *Lucan.* 7, 620. fusa solo vitalia calcet. Et 9, 743. Ebibit humorem circum vitalia fumum *Pestis.* *Plin.* 8, 7, 7. Pilum sub oculo adactum in vitalia capitis venerat. *Id.* 17, 27, 42. *Vitalia* arborum. *Lucr.* 2, 575. Nunc hic, nunc illic superant vitalia rerum, h. e. principia vitae. [**Cf. Gronov. observ.* p. 523. ed. *Fr.* ubi in loco *Hor. Sat.* 2, 7, 4. ut vitale putes eodem modo intelligendum perhibetur. Quod falsissimum habetur a *Heindf.* qui *Schol. Acron.* interpretationem unice veram praedicat: Etenim qui nimii sunt in bonis, eos vitales esse non praedicamus. P Vitalis est etiam, qui vitam habet. *Cic. Am.* 6. *med.* Cui potest esse vita vitalis, ut ait *Ennius*, qui non in amici mutua benevolentia conquescat? h. e. quae vere vita sit, et non in vivente homine mortis genus. *Hi. ron. Columna* ad hoc *Enni* dictum ita adseribit: βιωσιμος βίος. *Philemon.* *ἡαῖς δ' ἀβίωτον ζῶμεν ἀνθρώποι βίος.* *Lucr.* 1, 202. Multaque vivendo vitalia vincere saecula, h. e. multa saecula vitae. P Item qui diu vivere potest. [**Differt vivax*, quod non solum longam, diuturnam, sed tenacem quasi et supra omnem expectationem durantem vitam significat, docente *Doederl.* 4, 447.] *Pl. Bacch.* 4, 9, 74. Ducetos *Philippos*, quaeaso, *Chrysal* da, si esse salvum me vis, aut vitalem tibi. *Hor. Sat.* 2, 1, 60. o puer, ut sis Vitalis, metuo. *Albinov.* 1, 419. Vix etiam fueras paucas vitalis iu horas. *Sen. Controv.* 1, 1. f. Ajebat, tam immature magnum ingenium non esse vitale. P Apud *Petr. fr. Trag.* 42. *Burm.* Vitalis lectus, h. e. quo quis vivens usus est; et *ib.* 77. f. Stiche, profer vitalia, in quibus volo me efferri, h. e. stragula et vestes, quibus ornatus sepeliri volo: et *vitalia* dixit, pro *mortualia*, melioris omnis gratia; nam *mortem*, et *mortualia* dicere fere abstinebant. P *Vitalis herba* apud *Apul. Herb.* 123. est eadem ac *semperviva*. P Vi-

talis, et *Sup. Vitalissimus* sunt cogn. *R. Inscr.* ap. *Maff. Mus. Ver.* 306, 9. P. *Vettius Vitalis.* *Alia* ap. *Mur.* 72, 3. *Plotia L. L. Vitalis.* *Alia* ap. *Martin. Inscriz. Alb.* p. 202. col. 3. *Valerius Vitalissimus.* F.]

VITALITAS, atis, f. τὸ βιωτικόν, ζωτικόν, vis, et potentia vitalis. *Plin.* 11, 37, 69. Ceteris corruptis vitalitas in eorde durat. *Id. ib.* 45, 103. de genib. Haec ut aras adorant, fortasse quia inest iis vitalitas. Adde *ib.* 38, 90.

VITALITER, adv. ζωτικῶς, cum vita. *Lucr.* 5, 146. Quandoquidem nequeunt vitaliter esse animata.

VITĀTIO, onis, f. ἐπιβίωσις, ἐπιβίωσις, actus vitandi, declinatio. *Cic. Fin.* 5, 7. f. Vitatio doloris. *Id. Phil.* 3, 10. oculorum, lucis, urbis, fori. *Auct. ad Her.* 3, 2. periculi.

VITĀTUS, a, um, part. a vitō: evitatus. *Ov. Met.* 13, 38. timidi commenta retexit *Naupliades* animi, vitataque traxit in arma.

*VITĒLLENSES, ium, populi Latii. *Plin.* 3, 5. P Eo sic fortasse dicti, quod *Vitelliam* incolebant. B. A.

*VITĒLLIA, ae, f. oppidum *Aequorum.* *Liv.* 2, 39. et 5, 29. *Sueton. Vitell.* 1. B. A.

VITĒLLIANUS, a, um, adj. ad *Vitellium* pertinens, ut *Vitellianae* partes, *Tac. H.* 1, 84. *Vitelliani* milites. *Id. ib.* 85. *Vitelliana* vitia, *Capitol. Ver.* 4. P *Vitelliani*, orum, absolute, dicti sunt pugillares lutei, vitello illiti, in quibus res lascivae et amatoriae scribebantur. Quidam ita dictos putant, quod a *Vitellio* imp. inventi sint. *Mart.* 2, 6. Haec sunt quae relegente me solebas *Rapta* exscribere, sed *Vitellianis.* *Id.* 14, 8. Nondum legitur hos licet puella, *Novit*, quid cupiant *Vitelliani*,

VITĒLLINUS, a, um, adj. a *vitellus*, qua parvum vitulum significat, ut *Vitellina* caro, *Plaut. fr.* apud *Varr. L. L.* 6, 3. f. Caro strebola, vitellina est; coenabis. *Ita Scalig.* in *Conjectan.*, nam alii omnino aliter. *Apic.* 8, 5. In vitellina fricta; et *ib.* In vitellinam, sive bubulam. Mox *vitulinam* dicit: quae Latina et certa vox est.

VITĒLLIUS, ii, m. Βιτῆλλιος, nonus Romanorum imperator, Auli praenomine, ventri gulaeque addictissimus, qui, superato ad *Behriacum* Othone, imperium arripuit, quod non multo post, deficientibus ad *Vespasianum* militibus, una cum vita exiit. V. *Suet. in ejusd. vita.* P *Vitellia* via, adj. ap. *Suet. Vit.* 1. dicta est, quae a *Vitelliorum* gente vel ducta, vel strata fuit, tendebatque ab *Janiculo* usque ad mare.

VITĒLLUM, i, n. idem quod vitellus, h. e. ovi pars lutea. *Apic.* 4, 1. Mel, acetum, liquamen, ovorum vitella.

VITĒLLUS, i, m. diminut. vitulli, ut *agnellus* ab *agnus*. *Pl. As.* 3, 3, 77. *Agnellum*, haedillum me tuum dic esse, vel vitellum. P Item *λεξιθός*, τὸ ὄζον τοῦ οὐού, ovi pars lutea. *Cels.* 6, 6. n. 1. *med.* Ovi et album et vitellus in vas defundendum est. *Petr. Sat.* 33. *extr.* Pinguissima ficedula piperato vitello circumdata. *Cic. Div.* 2, 65. Tum ille, *Nihilne*, inquit, de vitello? Id enim ei ex ovo videbatur aurum declarasse, reliquum argentum. *Hor. Sat.* 2, 4, 12. Longa quibus facies ovis erit, illa memento, Ut succi melioris, et ut magis alba rotundis, Ponere, namque marem cohibent callosa vitellum. *Plin.* 10, 53, 74. Omnibus ovis medio vitelli parva inest velut sanguinea gutta, quod esse cor avium existimant.

VITĒUS, a, um, adj. ἀμπελινός, qui est ex vite. *Virg. G.* 3, 380. et pocula laeti Fermento, atque acidis imitantur vitea sorbis. Ubi pocula vitea pro vino posuit. V. POCULUM. *Varr. R. R.* 1, 31. Colliculus viteus intortus. *Solin.* 3. f. Vitea ligna super aras struere. *Prud. Hamart.* 228. vitea rura, h. e. vitibus consita. *Cypr. ep.* 1. in. Dum erratici palmitum lapsus nexibus pendulis per arundines bajulas repunt, viteam porticum frondea tecta fecerunt.

VITĒX, icis, f. ἄμνος, λήγος, genus fruticis: a vitilis, et viendo, quia lenta et flexibilis est, et ad viendum idonea. [**Nostr. Keuschlamm, Keuschbaum, Abrahamsbaum, Vitex agnus castus L.*] *Plin.* 24, 9, 38. Non multum a salice vitillum usu distat vitex, foliorum quoque aspectu, nisi odore gratior esset. Graeci *lygon* vocant, alii *hagnon*, quoniam matronae *Thesmophoriae* Atheniensium castitatem custodientes, his foliis cubitum sibi sternunt. Duo genera ejus: major in arbore salicis modo assurgit: minor ramosa, foliis candidioribus, lanuginosis. Prima album florem mittit cum purpureo, quae candida vocatur: nigra, quae tantum purpureum. Nascuntur in palustribus campis. Haec *Plin.* qui deinceps usus ejus varios in medicina persequitur.

VITĒABILIS, e, adj. qui vitari potest. *Prud. Apoth.* 1113. Tellurem nostro vitiatam primitus usu, Esse suam voluit, ne jam vitabilis esset. Adde *Hamart.* 216.

VITĒIARIUM, ii, n. ἀμπελιών, ἀμπελιόγρονον, seminarium vitium, seu locus vitium alio transferendarum plantis consitus. *Varr. R. R.* 1, 31. Ideo in

vitiario, primitus cum exit vitis, tota resecati solet, ut firmiore sarmento e terra exeat. *Colum.* 3, 4. Cui vineta facere cordi est, genus surculi probatissimum domi conserat, faciatque vitiarium, ex quo possit agrum vineis vestire. Adde *ib.* 5.

VITIATIO, onis, f. *φθορά, διαφθορά*, actus vitiandi. *Sen. Contr.* 3, 23. *med.* Antea legem vitiationis evertere conatus est, nunc transferre vult.

VITIATOR, oris, m. *φθορέας*, qui vitiat, stuprator. *Sen. Contr.* 3, 23. *in.* Occide jam non vitiatorem, sed virum.

VITIATUS, a, um, part. a *vitio*: corruptus. *Cels.* 8, 2. Vitiata ossa. *Mart.* 8, 75. Expulit offenso vitiatum pollice talum: et *Ov. Pont.* 1, 10, 3. curis vitiatum corpus amaris. *Id. Met.* 3, 76. quique halitus exit Ore niger Stygio, vitiatas inficit auras. *Id. Pont.* 1, 1, 69. Estur ut occulta vitiata teredine navis. *P. Translate. Lic.* 8, 40. Vitiatam memoriam funebribus laudibus reor, falsisque imaginum titulis. *Cic. Sext.* 54. Comitiarum et concionum significationes interdum verae sunt, nonnunquam vitiatae et corruptae. *Ov. Pont.* 4, 2, 17. ut limus venas excaecat in undis, Pectora sic mea sunt limo vitiata malorum. *P. Item stupratus. Ter. Eun.* 4, 4, 36. Vitiata virgo. *Ov. Her.* 11, 37. vitiati pondera ventris.

VITICARPIFERA forcipes sunt, quae ad vites priscas, seu putandas aptae sunt. *Varr.* apud *Prisc.* 9, 868. Detonderat forcipibus viticarpiferis.

VITICELLÄ, ae, f. genus herbae. *Isid. Or.* 17, 9. *f.* Viticella herba appellata, quod, sicut vitis, quicquid proximum habuerit, apprehendat corymbis, quos anulos appellamus.

VITICINI, orum, populi Italiae, in Piceno, a Romanis extincti. *Plin.* 3, 12. *B. A.*

VITICOLA, ae, m. et f. qui vitem colit. *Sil.* 7, 196. Viticolae nomen pervulgatura Falerni.

VITICOMUS, a, um, adj. qui comas pampinis intextas habet; estque epitheton Bacchi, *Avien.* in *Arat.* 70. Et cum (*conveniat*) viticomum crinem tondere Lyaeo. *P. Dicitur etiam de ulmo, quae vitem sustinet. Sidon. Carm.* 2, 328. Viticomam retinens baculi vice flectit ad ulmum.

VITICULÄ, ae, f. *ῥαβδός*, exigua vitis. *Cic. N. D.* 3, 35. *f.* At enim minora Dii negligunt, neque agellos singulorum, nec viticulas persequuntur. *Tert. Carm. adv. Marc.* 2, 230. Viticulae in gracili latet ingens corpore botrys. *V. infra. P. Translate viticulae, κλημίνια*, in herbis dicuntur flagella quaedam, quae vitium palmites imitantia longe lateque proserpunt, et obvia quaequeprehendunt, iisque quasi pedaminibus abutuntur: cujusmodi videre est in cucurbitis, cucumeribus, aliisque nonnullis id genus. *Plin.* 24, 11, 58. Frutex est folio hederæ, molliore tamen, et minus longis viticulis. *Pall.* 4, 9. *med.* Aliqui florem cucumeris cum viticulae suae capite cannae inserunt. *P. Licenter antepaenultimam producit Val. Cato Dir.* 115. Dulci namque tumet nondum viticula Baccho.

VITIFER, ra, rum, adj. *ἄμπελοφόρος*, qui fert vites, seu in quo vites proveniunt. *Mart.* 13, 107. Haec de vitifera venisse picata Vienna, Ne dubites. *Sil.* 4, 349. Vitiferi sacro generatus vertice montis Massicus. *Plin.* 3, 5, 9. Colles vitiferi. *Pall.* 3, 13. Ita formandi sunt rami vitiferarum arborum, *h. e.* quae vitibus adseruntur sustinendi gratia, ut fraxinus, ulmus, populus.

VITIGINEUS, a, um, adj. *ἄμπελινός*, viteus. *Cato R. R.* 41. Vitiginei surculi. *Colum.* 12, 16. Alii foliis vitigineis, nonnulli plataninis semivietas uvae contempunt. *Plin.* 30, 6, 16. Palmo vulturinus vitigineis lignis combustus. *Id.* 14, 1, 2. Vitigineae columnae.

VITIGENUS, a, um, adj. idem ac vitigineus. *Lucr.* 5, 15. Vitigenis liquor, *h. e.* vinum. *Id.* 6, 1070. Vitigeni latices.

VITILENA, ae, f. vitiosa et pessima lena: a vitium et lena. *Pl. Most.* 1, 3, 56. Illa hanc corripit mulierem malesuada vitilena.

VITILIGINOSUS, a, um, adj. *Gloss. Gr. Lat.* *Ἐλεφαντινόν*, Vitiliginosus. *B. A.*

VITILIGO, inis, f. *ἀλφός, μέλας, λείκη*, diversi coloris maculae per omnia membra dispersae, foedus cutis color ex malo corporis habitu proveniens, qui nutrimentum recte peragere non potest. *Festus*: Vitiligo in corpore hominis, macula alba, quam Graeci *ἀλφόν* vocant, a quo nos album: sive a vitio dicta, etiam si non laedit; sive a vitulo, propter ejus membranae candorem, qua nascitur involutus. *Lucilius*: Haec odiosa mihi vitiligo est, non dolet, inquit. Haec *Festus. Cels.* 5, 28. *n.* 19. Vitiligo, quamvis per se nullum periculum affert, tamen foeda est, et ex malo corporis habitu fit. Ejus tres species sunt. Alphos vocatur, ubi color albus est fere subasper, et non continuus, ut quaedam quasi guttae dispersae esse videantur. *Μέλας* colore ab hoc differt, quia niger est, et umbrae similis: cetera eadem sunt. *Λείκη* habet quiddam simile alphi, sed magis albidata est, et altius descendit, in eaque albi pili sunt, et lanugini similes. Omnia haec serpunt,

sed in aliis celerius, in aliis tardius. Haec *Celsus. Plin.* 20, 15, 59. Vitiliginis tollere. *Id.* 21, 19, 75. emaculare; et 22, 25, 74. emendare. *Id.* 30, 4, 10. extenuare; et 27, 12, 90. concorporare. *Id.* 30, 13, 41. ad colorem reducere. *P. [Vitiligo ipsae etiam leprae vocantur. Arnob.* 1, p. 30. Ille (*Christus*) notas albicantium vitiliginum manu admoda detersit. Adde *ib.* p. 26. et 28. *Just.* 36, 2. Cum (*Judaei*) scabiem et vitiliginem paterentur, Aegyptii eum (*Mosem*) cum aegris terminis Aegypti pellunt. *P. Translate de vitiosa loquendi ratione. Capell.* 3, p. 50. Grammaticae protulit limam quandam, quae scabros dentes vitiliginisque linguarum et sordes levi sensim attritione purgabat. *V. integrum hunc locum in SOLOECISMUS. F.]*

VITILIS, e, adj. *πλεσιός*, ex viminibus factus, seu ex quocumque ligno flexili, et ad ligandum apto: a *vicio*, a quo est etiam *vimen*, et *viteus*. *Cato R. R.* 11. Cola vitilia. *Varr. R. R.* 3, 16. *med.* Vitiles (*aleos apum*) fimo bubulo oblinunt. *Plin.* 19, 5, 24. Cucurbita omni modo fastigatur, vaginis maxime vitilibus. *Id.* 15, 17, 18. *n.* 2. Vitiles cistae. *Id.* 7, 56, 57. Vitiles naves corio circumstatae; et 13, 4, 7. Vitilis circulus. *P. Vitilia absolute, vimina, et quidquid ex vimine factum est. Id.* 24, 9, 38. Non multum a salice vitilium usu distat vitex. *Id.* 13, 4, 9. Palmae folio latiore ac molli ad vitilia utilissimo. *Id.* 21, 18, 59. Junci usus ad nassas marinas, vitilium elegantia.

VITILITIGATOR, oris, m. *συκοφαντής*, qui sola pravitate contentionem quaerit, cui studium est lites et litibus serere, eoque aliena omnia anxie observat, indeque calumniandi ansam captat, vitiosus litigator, calumniator, obtrektor. *Plin. praef. H. N. f.* Ergo securi etiam contra vitiligitatores, quos Cato eleganter ex vitibus, et litigatoribus composuit, (quid enim illi aliud, quam litigant, aut litem quaerunt!) exsequemus reliqua propositi.

VITILITIGO, as, a. *1. συκοφαντέω*, est vitio litigare: et per metaphoram calumniari, carpere, criminari, damnare, reprehendere: a *vitium*, et *litigo*. *Cato ap. Plin. praef. H. N. f.* Scio ego, quae scripta sunt, haec si palam profertantur, multos fore, qui vitiligitent: sed si potissimum, qui verae laudis expertes sunt. Eorum ego orationes sino praeterfluere.

[VITILLÄ, ae, f. dimin. vitiae. *Inscr. ap. Grut.* 663, 5. Destitisti, vitilla mea, miseram mammam tuam. *F.]*

VITIMAGISTRATUS, us, m. magistratus vitio creati. *Sall. Hist.* 3. *fr. sec. Palmer. B. A.*

VITINEUS, a, um, adj. *ἄμπελινός*, vitigineus. *Flor.* 3, 20. Per fauces cavi montis vitineis delapsi vinculis. Alii leg. *vitigineis*, alii aliter.

VITIO, as, avi, atum, a. *1. φθίλω*, vitium infero, deterius reddo, corrumpto, foedo. *Or. Met.* 15, 626. Dira lues quondam Latias vitiaverat auras. *Id. Fast.* 6, 136. de strigibus: et vitiat cunis corpora rapta suis. *Id. ib.* 1, 691. Et careant loliis oculos vitiavit agri. *Id. Met.* 7, 366. oculi vitiates omnia visu; et *ib.* 15, 286. amnis, Qui fuerat dulcis, salibus vitiatur amaris. *Id. Trist.* 3, 7, 3. Ista decens facies longis vitiabitur annis. *Colum.* 11, 1. *med.* Saepius inspicit ferramentum, siquid in opere vitiatum fuerit. *Id.* 8, 11. *med.* Vixdum concepta in alvo vitiati ova. *Pall.* 4, 12. Boves aliqua offensa vitiantur. *Mart.* 12, 74. de vitreis calicibus. Et nimium calidis non vitiatur aquis. *P. Translate. Lic.* 3, 55. Senatusconsulta arbitrio consulum supprimebantur, vitiabanturque. *Ulp. Dig.* 50, 17, 91. Non solent, quae abundant, vitiare scripturas. *Messala ap. Gell.* 13, 15. Vitiare auspicia. *Lucan.* 9, 424. Libye In nullas vitiatur opes: non aere, nec auro, Excoquitur. *P. Item stupro polluo, vitium affero. Suet. Aug.* 71. Ut ferunt, ad vitiandas virgines promptior, etc. *Cato ap. Gell.* 17, 13. Neque satis habuit, quod eam in occulto vitiaverat, quin ejus famam prostitueret. *Ter. Adolph.* 4, 5, 52. Virginem vitiasti, quam te jus non fuerat tangere. *Cic. Att.* 1, 18. M. Luculli uxorem Memmius suis sacris vitiavit. Alii rectius leg. *initiat*, eadem nihilominus manente sententia.

VITIO, is, a. 4. vites sero et colo. *Cic. Off.* 2, 25. Quid tertium? vitire: quid quartum? arare. Ita quidam leg., sed frustra, cum reponendum sit *male pascere*, ut est ap. *Colum.* 6. *praef.*

VITIOSE, adv. *κακώς*, cum vitio, male. *Cic. Acad.* 4, 30. *f.* Si recte conclusit, teneo: sin vitiose, minam Diogenes reddet. *Id. Sen.* 8. Illud vero idem Caecilius vitiosus, *supple* dixit. *Colum.* 4, 24. *med.* Quod etiam usurpari vitiosissime, animadverto. *P. Vitiose se habere* aliquid membrum dicitur, quod vitio aliquo affectum est. *Cic. Tusc.* 3, 9. Membrum tumidum, ac turgidum non vitiose se habet? *P. Vitiose ferre leges ap. eund. Phil.* 5, 4. est leges ferre vitio aliquo auspicio, alteriusve rei interveniente. *V. VITIOSUS.*

VITIOSITAS, atis, f. *κακία*, vitium, pravitas. *Cic. Tusc.* 4, 13. Vitiositas autem est habitus, aut affectio in tota vita inconstans, et a se ipsa dissentiens. *Id. ib.* 15. Hujus igitur virtutis contraria est vitiositas. Sic enim malo, quam malitiam appellare eam, quam Graeci *κακία* appellant. Nam malitia

certi cujusdam vitii nomen est, vitiositas omnium. *P. Sumitur etiam generatim pro quacumque corruptione. Macr. Sat.* 7, 10. *med.* Ille humor, qui aut de aetatis frigore nascitur, aut cujuslibet vitiositatis occasione contrahitur, ut superfluum, ita et noxius est.

VITIOSUS, a, um, adj. *κακός, φαῖλος*, vitis plenus, corruptus, et praecipue de morbo affectis usurpatur. Hoc sensu quomodo a *morbosus* differat, in VITIUM dictum est. *Varr. R. R.* 2, 1. *med.* Morbosum pecus, et vitiosum, et quando non valet, saepe magna gregem afficit calamitate. *Colum.* 7, 5. *med.* Vitiosum locum pecudes aut morsu scalpunt, aut cornu vel ungula tundunt. *P. Translate de quibuscumque rebus, quae incolumes, integrae, sinceræ non sunt, depravatus. Cic. Or.* 3, 26. Vitiosissimus orator, *h. e.* vitio aliquo corporis in actione laborans. *Id. Leg.* 3, 15. *extr.* Vitiosum suffragium. *Auct. ad Her.* 2, 29. exemplum. *Pl. Mil.* 2, 3, 45. Non ego emam nunc vitam tuam vitiosa nuce. *P. Vitiosi magistratus* dicebantur, qui vitio creati erant, cum ex legitimis auspiciis, ceterisque solemnitatibus aliquid esset omissum, aut cum in campo aliquid vitii intervenisset, quo ex augurum disciplina solebant dirimi comitia: ut si quis interrim comitiali morbo fuisset correptus, aut si fulmen esset visum, aut tonitru auditum, vel aliud quippiam esset obnuntiatur, quod infausta futura illa comitia portenderet. Tunc enim *vitiosa comitia* dicebantur, et *magistratus vitiosi*, vel vitio creati: cogebanturque, qui designati essent, se magistratu abdicare. *Cic. Phil.* 2, 33. *f.* Quamdiu tu voles, vitiosus consul Dolabella: rursus cum voles, salvis auspiciis creatus. *P. [Vitiosus dies* dicitur XIX. K. Febr. in *Kalend. Praenest.* et *Maffejor. ap. Foggin.* in *Fast. Verrii Flacci*, qui idem videtur fuisse ac religiosus. *V. h. v. F.]* *P. Transfertur ad animum, et depravatum, vitis contaminatum, deditum, significat, πορνήδον, μοχθηρόν. Cic. Fin.* 2, 28. *extr.* Vitiosa et flagitiosa vita. *Id. N. D.* 3, 31. *med.* Si qui audierunt philosophos, vitiosi essent discessuri. *Cato ap. Gell.* 11, 2. Avaritiam omnia vitia habere putabant: sumptuosus, cupidus, elegans, vitiosus, irritus qui habebatur, is laudabatur. *Vell.* 2, 97. Homo in omnia pecuniae, quam recte faciendi, cupidior, et inter summam vitiorum dissimulationem vitiosissimus. *Mart.* 11, 92. Mentitur, qui te vitiosum, Zoile, dicit: Non vitiosus homo es, Zoile, sed vitium. *Hor. Od.* 3, 6, 46. Aetas parentum pejor avis tulit Nos nequiores, mox daturos Progeniem vitiosiore. Adde *Pl. Curc.* 4, 1, 8. et *Cic. Tusc.* 3, 30. *P. De his, qui peccant in studiis litterarum. Suet. Aug.* 86. Cacozeos, et antiquarios, ut diverso genere vitiosos, pari fastidio sprevit.

[VITIPARRÄ, ae, f. avicula quaedam, quam nostrates *pendolino* vocant. *Plin.* 10, 33, 50. In genere vitiparrarum est, cui nidus ex musco arido ita absoluta perficitur pila, ut invenire non possit aditus. Acanthyllis appellatur eadem figura ex lino intextens. *Vitiparra* quibusdam videtur esse eadem ac oenanthe, et acanthyllis, quas voces vide. *F.]*

VITIS, is, f. *ἄμπελος*, arbor nota, vinum ferens, et Baccho sacra. Est a *vicio*, alligo, vincio, quia ut stet, pedamento indiget, cui adalligetur: vel quia lenta est, et facile flectitur, ut ea quibus ultimur ad vincendum. *Colum.* 3, 1. Ex surculo vel arbor procedit, ut olea: vel frutex, ut palma campestris; vel tertium quiddam, quod nec arborem, nec fruticem proprie dixerim, ut est vitis. *Plin.* 14, 1, 2. Vites jure apud priseos magnitudine quoque inter arbores numerabantur. *Ulp. Dig.* 47, 7, 3. Vitem arboris appellatione contineri, plerique veterum existimaverunt. *Virg. Ecl.* 7, 61. Populus Alcidae gratissima, vitis Iaccho. *Cic. Sen.* 15. Vitis, quae natura caduca est, et, nisi fulta sit, ad terram fertur, ut se erigat, clavibus suis, quasi manibus, quidquid est nacta, comprehendit: quam serpentem multiplici lapsu, et erratico, ferro amputans coercet ars agricolarum; et *mox*: Vitis non utilitas me solum, sed etiam cultura delectat: adminiculorum ordines, capitum jugatio, religatio et propagatio vitium, sarmentorumque aliorum amputatio, aliorum immissio. *Virg. Ecl.* 9, 42. lentae texunt umbracula vites; et *ib.* 1, 74. Inserere nunc, Meliboeae, puros, pone ordine vites; et *ib.* 5, 32. Vitis ut arboribus decori est, ut vitibus uvae. *Id. G.* 1, 2. ulmis adjungere vites; et *ib.* 2, 190. vites praevallidae, multoque fluentes Baccho; et 233. Vites almae. *Tibull.* 1, 1, 7. et *Mart.* 4, 13. tenerae. *Ov. Fast.* 3, 766. gravidæ munera vitis. *Juven.* 9, 56. Fecundæ vites. *Ov. Pont.* 3, 8, 13. pampineis amicitur vitibus ulmus. *Id. Met.* 8, 676. de purpureis collectae vitibus uvae. *Id. Am.* 1, 10, 55. Carpente de plenis pendentes vitibus uvae. *Catull.* 62, 49. Vitis vidua, *h. e.* sine fulcimento ulmi. Contra *ib.* 54. ulmo conjuncta marito. *P. [Vitis membra singula vel minutiora pietis tabulis accurate describit Pontedera ad Colum.* 3, ubi praecipue (item *l.* 4. et 5.) colendae vitis rationem *Colum.* tradit: cui adde *Varr., Plin., Pall.* apud quos sunt locutiones *serere vites, putare, propagare, reparare, ablaqueare, pampinare, pastinare, fodere, pedare pa-*

lure, alligare, jugare, pulverare, inserere, trans-
ferre, etc. Nomina vitium plura Romanis cognita,
earumque qualitates enarrat *Id. Colum. 3, 2, F.*
P Metonymice est uva, aut vinum. *Mart. 8, 51.*
Ipse tua pasci vite, Lyaeae, velis. P Ut virga li-
ctorum, sic vitis, seu viteus bacillus gestamen fuit
centurionum in peditatu R., eoque milites peccantes
caedere solebant. Fuit inventum Bacchi, qui In-
diam armis subegisse dicitur, primusque triumphasse.
Plin. 14, 1, 3. Quod quod insertae (vites) castris
summam rerum, imperiumque continent? Centurio-
num in manu vitis, et opimo praemio tardos ordines
ad lentas perducit aquilas, atque etiam in delictis
poenam ipsam honorat. *Or. A. Am. 3, 527.* Dux
bonus huic centum commisit vite regendos, Huic
equites. *Lucan. 6, 146.* Latiam longo gerit ordine
vitem. *Ep. Liv. 57.* Quem militem extra ordinem
deprehendit, si Romanus esset, vitibus; si extra-
neus, fustibus caecidit. *Juven. 8, 247.* Nodosam post
haec frangebat vertice vitem, Si lentus pigra muni-
ret castra dolabra. (Adde *14, 193.*) Narrat *Tac.*
A. 1, 23. de quodam Lucilio centurione, cui mili-
tariis faciliis vocabulum *Cedo alteram* indiderant,
quia fracta vite in tergo militis, alteram clara voce,
ac rursus aliam posebat. P Hinc metonymice po-
nitur pro ipso centurionatu. *Juven. 14, 193.* aut vi-
tem posse libello. *Sil. 6, 43.* Laevinus Latiae praesi-
gnis honore; et *12, 465.* vitis honore Perfunctus
Latiae. (Adde *ib. 395.*) *Spart. Hadr. 10, med.* Nul-
li vitem, nisi robusto et bonae famae, dedit. Adde
Quint. decl. 3, 9, med. item *Tac. A. 1, 23.* P
Quae machina militaris vinea dicebatur, eadem et
vitis dicta est. *Fest. in Sub.* Sub vitem hastas jacere
dicitur veles, cum eas sub manu sursum mittit.
Lucilius: Ut veles bonu, sub vitem qui subjicit has-
tas. *Id. ib.* Sub vitem proeliari dicuntur milites,
cum sub vinea militari pugnant. Lucilius: neque
prodire in altum: proeliari procul sub vite. P *Vitis*
alba, et *nigra* ap. *Colum. 4, 29, f.* est quae al-
bas, et nigras uvas producit. P Praeterea *vitis*
alba, *ἀσπληνίζουσα*, nomen est herbae, cujus sarmen-
ta longis et exilibus internodiis geniculata scandunt:
folia pampinosa, ad magnitudinem hederae, divi-
duntur ut vitium: radix alba, grandis, raphano si-
milis initio, ex qua caules asparagi similitudine
excunt: semen in uva raris acinis dependet succo ru-
bente, postea croci. Norunt id qui coria perficiunt;
illo enim utuntur. Haec *Plin. 23, 1, 16.*, qui per-
git inde praeclearas ejus in medicina utilitates recen-
sere. Meminit et *Colum. 10, 347.*, ubi significat,
vim habere contra fulmina: item *12, 7.*, ubi repo-
nit inter eas herbas, quae conditura acetii et muriae
in usum ciborum diu servantur. *Pall. 1, 35.* monet
contra grandinem omne horti spatium alba vite praeci-
ringere. *Serv. ad G. 1, 165.* docet, ex ejus sarmentis
vasa fieri non secus ac ex junco, et genistis.
Sequax certe valde est, et flexibilis: unde *Or. Met. 13,*
800. Lentior et salicis virgis, et vitibus albis.
P *Vitis nigra* itidem herba est ap. *Plin. l. c. 17.*
quae et bryonia dicitur, radice foris nigra, intus
buxeo colore. P *Vitis cana* eadem est, quae saxi-
fraga. *Appul. Met. 97.* P *Vitem*, et *viticulam* ap-
pellat *Pall. 4, 9, med.* ramulos cucumeris, et *ib. 10,*
med. cucurbitae.

VITISATOR, oris, m. ἀματιολογῆτης, qui vites se-
vit. *Virg. A. 7, 177.* Quin etiam veterum effigies
ex ordine avorum Antiqua e cedro: Italusque, pa-
terque Sabinus Vitisator, curvam servans sub ima-
gine falcem, Saturnusque senex, etc. P Tribuitur
et Saturno. *Arnob. 3, p. 117.* Ista, quem Coelo esse
editum patre, magnorum esse procreatorem Deo-
rum, vitisatorem, falciferum, vetustas edidit pris-
ca. P Et Baccho. *Accius ap. Macr. Sat. 6, 5.*
O Dionyse, pater optime, vitisator, Semela ge-
nitus.

VITIUM, ii, n. βλάβη, κακότης, κακία, pravitas,
seu corruptio ejusmodique rei: quod in quaque re
malum est. De etymo ita *Cic. Fin. 3, 12.* Quod
vituperabile est per se ipsum, id eo ipso vitium nomi-
natum puto: vel etiam a vitio dictum vituperari.
[*Aliam habet hujus verbi originationem *Doederl.*
2, 152. nempe a vincere. *Ciceronis* quidem etymo-
logiam, quam *Noster* dicit, descriptionem potius
dixerim notionis, quam originis significationem.]
Id. Fam. 9, 15, extr. Si enim nihil est in parietibus,
aut in tecto vitii, cetera mihi probabuntur.
Virg. G. 1, 87. illis omne per ignem Excoquitur
vitium, atque exsudat inutilis humor. *Id. Ecl. 7,*
57. vitio moriens sitit aeris herba. P *Vitium* fa-
cere dicitur aedificia, dum aliqua sui parte labe-
factantur, dum rimas agunt, et ruinam minantur.
Cic. Top. 3, med. Si aedes corruerunt, vitiumve
fecerunt. P Speciatim dicitur de corpore, pro per-
petuo impedimento. In eo enim morbus, et vitium
differunt. Nam morbus est totius corporis, ut fe-
bris; vitium est partis, ut caecitas, claudicatio,
etc.: deinde morbus temporalis, sive, ut ait *Gell.*
4, 2., est cum accessu discessuque; vitium vero est
perpetuum corporis impedimentum. Potest tamen,
qui morbosus est, etiam visiosus dici, sed non e-
contrario. Equus mordax et calcitrosus, vitiosus,
non morbosus est: claudus vero et morbosus, et vi-
tiosus dici potest. *Cic. Tusc. 4, 13.* Quomodo au-

tem est in corpore morbus, aegrotatio, et vitium,
sic in animo. Morbum appellant totius corporis
corruptionem: aegrotationem morbum cum imbecil-
litate: vitium, cum partes corporis inter se dissident,
ex quo pravitas membrorum, distortio, deformitas.
Itaque illa duo morbus, et aegrotatio ex totius vale-
tudinis corporis conquassatione, et perturbatione
gignuntur: vitium autem, integra valetudine, ipsum
ex se cernitur. Adde *Ulp. Dig. 21, 1, 1, med.* Sed
Sabinus ap. *Gell. l. c.* posuit morbum et in toto
corpore, et in parte: distinguit autem morbum a
vitio, quod morbus pravitas major sit, et cum cor-
ruptione; vitium imperfectio quaedam levior et sine
laesione organi, seu instrumenti. *Ulp. l. c.* Si in-
telligatur vitium, morbusque mancipii, ut plerum-
que signis quibusdam demonstrari solent vitia, pot-
est dici edictum cessare. Hoc enim tantum intuen-
dum est, ne emptor decipiatur. Sed sciendum est,
morbum apud *Sabinum* sic definitum esse, habitum
ejusque corporis contra naturam, qui usum ejus
ad id faciat deteriore, cujus causa natura nobis
ejus corporis sanitatem dedit, id autem alias in toto
corpore, alias in parte accidere. Namque totius
corporis morbum esse, puta *phlog.*, febrem; partis,
veluti caecitatem, licet homo ita quoque natus sit.
Vitiumque a morbo multum differre, ut puta, si
quis balbus sit: nam hunc vitiosum esse magis,
quam morbosum. *Id. ib. 38.* Aediles ajunt, Qui
jumenta vendunt, palam recte dicunt, quid in uno-
quoque eorum morbi, vitium sit. *Pl. Most. 1, 3,*
118. Vetulae edentulae vitia corporis fere occultant.
Or. Fast. 4, 147. Accipit ille locus posito velami-
ne cunctas, Et vitium nudi corporis omne videt. P
Per excellentiam dicitur de pravitate animi: cui vir-
tus opponitur. *Cic. Cluent. 48.* Nullam quidem ob-
turpitudinem, nullum ob totius vitae non dicam vi-
tium, sed erratum. *Id. Coel. 19.* Vitium ventris et
gutturis non modo non minuit aetas hominibus, sed
etiam auget. *Id. Or. 1, 58.* Legibus et praemia
proposita sunt virtutibus, et supplicia vitiiis. *Hor.*
Ep. 1, 1, 41. Virtus est vitium fugere. P Usurpatur
praeterea de injuria, quae virgini inferitur,
virginitatem eidem adimendo. Hinc offerre vel affer-
re vitium virgini est eam stuprare. *Ter. Ad. 3, 1,*
9. Cui miserae indigne per vim vitium obtulerat. *Pl.*
Ep. 1, 2, 7. Pudicitiae ejus nunquam nec vim, nec
vitium attuli. *Id. Amph. 2, 2, 179.* vitium alicui
adde: eod. sensu. P Universim dicitur de quavis
depravatione animi, ut de loquacitate senum, de
deformitate gestus in oratore, de erroribus in dicen-
do, de culpa in disputando, etc. *Cic. Sen. 16.* Et
senectus est natura loquacior, ne ab omnibus eam
vitii videat vindicare. *Id. Or. 1, 25, med.* Adest
enim fere nemo, quin acutius atque acrius vitia in
dicente, quam recta videat. *Id. Off. 1, 7, f.* In
vitio esse. *Id. Acad. 4, 16.* Huc si perveneris,
meum vitium fuerit. P Vitio alicui dare, vertere.
Cic. Fam. 7, 6. Ne sibi vitio verterent, quod ab-
esset a patria. *Id. Rosc. Am. 16, extr.* Summam
laudem Sex. Roscio vitio et culpae dedisti. *Matius*
ad *Cic. Fam. 11, 28.* Vitio mihi dant, quod mortem
hominis necessarii graviter fero. P Usurpatur
etiam in auguriis, et auspiciis, pro impedimento,
malo auspicio. *Cic. Phil. 2, 33.* Id igitur obvenerit
vitium, quod tu jam Cal. Jan. futurum esse praevi-
deras, et tanto ante praedixeras. *Id. Div. 1, 16.*
P *Clodius*, ejusque collega classes maximas perdi-
derunt, cum vitio navigassent, h. e. neglecta auspi-
cium religione. *Id. N. D. 2, 4.* Recordatum esse,
vitio sibi tabernaculum captum fuisse, h. e. quod
auspicari esset oblitus, ut *ib.* addit. *Id. ib.* Vitio
creatos consules esse. *Cato ap. Fest. in Prohibere.*
Si cui servo, aut ancillae dormienti evenit, quod
comitia prohibere solet, ne is (al. id) quidem mihi
vitium facit. P Pro culpa. *Cic. Phil. 2, 18.*
Quamvis quis fortunae vitio, non suo decoxisset.
Id. Div. 1, 52. Male conjecta falsa sunt, non rerum
vitio, sed interpretum inscientia. Adde *Har. resp.*
26, med. P *Vitium* pro vitiorum habet *Titin.* ap.
Non. 9, 1. Omnium vitium expertem, consilii plenum.
P Qui vitium scribunt, minus recte id fa-
ciunt, teste *Dausq.* P [*Confund. vitia et convicia.
V. Heindf. ad Cic. N. D. p. 140. a.]

VITO, as, avi, atum, a. ἔλλω, ἔννω, effu-
gio, declino, devito. Videtur esse a vis. [**Doe-*
derl. 1, 161. vitare vel frequentativam formam ad-
dit verbi videre, ut refutare a refundere, contra-
ctum vel syncop. a vitare, ut cetera ex cedere et
stipendium ex stipendium; vel cognatum verbi
genus cum visare sensu providendi, circumspectandi,
Gr. ἀσπῆσαι.] *Hor. Sat. 1, 4, 115.* sapiens, vitatu,
quidque petito Sit melius, causas reddet tibi. *Id.*
Ep. 2, 2, 135. Posset qui rupem et puteum vitare
patentem. *Caes. B. G. 2, 25.* Proelio excedere, ac
tela vitare. *Id. B. C. 2, 24, f.* Longe lateque is
lacus restagnat: quem si quis vitare voluerit, sex
millium circuitu in oppidum perveniet; et *ib. 1, 70.*
Vitare periculum. *Id. B. G. 6, 20.* fuga mortem;
et *ib. 1, 20, f.* et *Nep. Att. 6.* suspiciones, h. e.
cavere, ne male de nobis homines suspicerent. *Sall.*
Jug. 79. proditorem celeritate. *Phaedr. 1, 19.* in-
sidias. *Id. 5, 4.* lucrum periculosum. *Suet. Cal.*
23, f. impatientiam nauseae, et molestiam navigan-

di. *Cic. Part. 17, f.* Erit in enumeratione vitan-
dum, ne ostentatio memoriae suscepta videatur esse
puerilis. P Cum dativo. *Pl. Curc. 2, 3, 19.* et
Poen. prol. 25. Domum abeant, vitent ancipiti in-
fortunio. *Id. Cas. 2, 2, 35.* Semper tu huic verbo
vitato abs tuo viro, h. e. cave, ne aliquando abs
tuo viro hoc verbum tibi dicatur. Sic *Petr. Sat. 82.*
Ponere jussit arma, et malo cavere. P *Vitare* se
est non sibi constare, sibi ipsi displicere. *Hor.*
Sat. 2, 7, 112. Non horam tecum esse potes, non
otia recte Ponere, teque ipsum vitas fugitivus et
erro. P Inter cavere, et vitare discrimen est. *Cic.*
Ferr. 2, 1, 15, med. Eum, qui palam est adversarius,
facile cavendo vitare possis. V. CAVEO. P
[*Confund. Vitare et videre. *V. Spald. ad Quint. P.*
3, p. 126. crit.]

VITRUM, V. VIETOR f.

VITRARIUS, ii, m. ὑαλοποιός, vitri conficiendi
artifex. *Sen. ep. 90, med.* Cuperem Posidonio aliquem
vitrarium ostendere, qui spiritu vitrum in habitus
plurimos formet, qui vix diligenti manu effingeren-
tur. Alii leg. vitriarius, alii vitrearius.

VITREAMINA, um, n. plur. *Paul. Dig. 33, 7,*
18, f. Cum in diem mortis ibi libros, et vitreamina,
et vesticulam habuerit.

VITREARIUS, V. VITRARIUS.

VITREATUS, V. VIVATUS f.

VITREOLUS, a, um, dimin. vitrei, ut lacteo-
lus, ligneolus, a lacteus, ligneus. *Paul. Nol. carn.*
26, 413. Pendebat per athena cavi retinacula lychni,
Qui specie arborea lentis quasi vitea virgibus Brachia
jactantes, summoque cacumine rami Vitreolos ge-
stant, tanquam sua poma, calicelos.

VITREUS, a, um, adj. ὑαλινός, qui ex vitro est.
Or. A. Am. 2, 207. Sive latrocinii sub imagine cal-
culus ibit, Fac, pereat vitreo miles ab hoste tuus.
Mart. 7, 72. Vitreus latro. *Colum. 12, 4, med.*
Vasa autem fictilia, vel vitrea plura potius, quam
ampla. *Juven. 2, 95.* Vitreus Priapus, h. e. calix
Priapi referens. P *Vitrea*, orum, absolute, va-
sa vitrea. *Mart. 1, 42.* Qui pallentia sulphurata frac-
tis Permutat vitreis. *Stat. Silb. 1, 6, 73.* quique
comminutus Permutat vitreis gregale sulphur. *Petr.*
Sat. 10. An videlicet audirem sententias, id est vitrea
fracta, et somniorum interpretamenta? h. e.
nugas, res frivolas, et nullius pretii. P *Vitreus*,
vitri colorem referens, clarus, pellucidus, ὑαλοειδής.
Saepe tribuitur aquis. *Virg. A. 7, 759.* Te nemo
Angitiae, vitrea te Fucinus unda, Te liquidi flevere
lacus. *Or. Am. 1, 6, 55.* vitreo madentia rore Tem-
pora noctis eunt. *Id. Her. 10, 7.* Vitrea pruina.
Id. Met. 5, 48. antra: scil. Najadum sub fluminibus.
Sic *Virg. G. 4, 350.* sedilia. *Plin. 9, 31, 51.* Nec
omnibus idem vitreus color. *Petr. Sat. 3.* turgescit
vitrea bilis, h. e. splendida, ut ait *Hor. Sat. 2, 3,*
141. P Metaleptice sumitur pro pertenui, et per-
lucido. *Varr. ap. Non. 6, 4.* et *14, 1.* Quorum vitreae
togae ostentant tunicae clavos. P Item pro
fragili, inconstante, instabili. *Hor. Sat. 2, 3, 222.*
Et furiosus erit quem cepit vitrea fama, h. e. fragi-
lis, ut *Acron* exponit. *Porphyrus* splendidam inter-
pretatur. P *Syrus* in *Mim.* Fortuna vitrea est;
tum, cum splendet, frangitur. Eodem modo quidam
putant dictam ab *Hor. Od. 1, 17, 20.* vitream Cir-
cen, h. e. cujus in Ulyssem amor quasi fragilis fuit,
et parum durans. Alii aptius exponunt, splendidam,
formosam.

VITRIARIA, ae, f. herba eadem quae parietaria.
Appul. Herb. 81.

VITRIARIUS, V. VITRARIUS.

VITRICIUM, i, n. oppidum Italiae superioris,
in Alpibus, prope Eporodiam. *Anton. Itin. et Tab.*
Peuting. B. A.

VITRICUS, i, m. πατριός, matris meae maritus:
cui respondet *privignus*: ita dictus quasi *patritus*:
seu *πατριός*, quia in patris locum succedit, ac pri-
vignum, ut pater filium, amare debet. *Cic. Att.*
15, 12. Vitricus quidem nihil censebat, quem Astu-
rae vidimus. *Or. Am. 1, 2, 24.* ad Cupidinem. Ne-
cte comam myrto, maternas junge columbas: Qui
deceant, curram vitricus ipse dabit, h. e. Vulcanus
alter maritus Veneris, postquam ex Jove Cupidinem
pepererat.

[VITRIUS, a, um, adj. ad artem vitriariam per-
tinet. *Inscr. ap. Donat. 335, 5.* Opifex artis vitri-
ariae. F.]

VITRIX, icis, f. quae ligat: quasi *vitrix*, a
viendo. V. VIETRIX.

VITRUM, i, n. ὑάλος, materia translucida, quae
ex arena splendet, vel ex calculis pellucidis ad-
mixto nitro percoctis, et in liquorem fuis conficitur.
Lege Tac. H. 5, 7. et *Plin. 36, c. 26.*, ubi pluri-
bus vitri originem, et ejus conficiendi rationem de-
scribit. *Cic. Rab. Post. 14.* Ductae naves Postumi
Puteolos sunt; audita visaeque merces, fallaces
quidem et fucosae, chartis, et linteis, et vitro ce-
latae. *Hor. Od. 3, 13, 1.* O fons Blandusiae splen-
didior vitro. *Plin. 36, 15, 24, n. 7.* Ima pars sce-
nae (in theatro *Scauri*) e marmore fuit: media e vi-
tro, inaudito etiam postea genere luxuriae. *Id. 29,*
3, 11. Et ne quis dedit ovorum quavis candidum
ex his admixtum calci vivae glutinat vitri fragmenta.
Prop. 4, 8, 37. vitrique aestiva supellex, h. e. vi-

tretra pocula capaciora, quibus aestiva sitis restinguatur. P Vitrum Obsidianum, est vitrum nigri coloris, ita dictum ab Obsidio civis Romano, ap. Plin. 36, 26, 67. V. OBSIDIANUS. P Vitrum etiam genus herbae est, sic dictae, quia tingit colore vitri, hoc est hyalino, seu viridi. [Graeci vocant *ἰσάριον*, teste Vitruv. 7, 14., Itali vero *guado*, deducta ab Germanorum *waid* voce. V. GLASTUM, et ISATIS. F.] Sed *vitri* vox hac significatione crebro est corrupta, dum nunc ultra pro ea, nunc aliud substituunt, ut Turneb. 6, 17. docet. Caes. B. G. 5, 14. Omnes vero se Britanni vitro inficiunt, quod caeruleum efficit colorem. Mela 3, 6. med. Britanni, incertum ob decorem, an quid aliud, vitro corpora infecti. Vitruv. l. c. Item propter inopiam coloris Indici cretam Selinusiam, aut anulariam vitro, quod Graeci *ἰσάριον* appellat, inficiunt, quod imitationem faciunt coloris Indici. Alii aliter leg.

M. VITRUVIUS POLLIO, peritissimus architectonicae artis, de ea scripsit libros decem ad Augustum Imp., cum aetate jam provecus esset, florissetque sub Jul. Caesare. Ejus stilus plebejus subinde est, et illa Latinae linguae aetate fere indignus, nec tamen propter antiquitatem contemnendus: habet praeterea loca quamplurima intellectu maxime difficilia, circa quae plurimi celebres viri cum magnopere desudarint, non modo assequi veram eorum sententiam hactenus non potuerunt, sed spem quidem vix ullam reliquisse videntur, fore aliquando, ut intelligi penitus a quoquam possint: quod tamen non scriptoris vitio vertendum est, sed dolendum, neminem ex antiquis, qui de architectura scripsere, praeter unum Vitruvium, ad nos pervenisse, cujus adjumento illustrari ille multo facilius potuisset.

VITTA, ae, f. *ῥαβδία*, ligamentum capitis, hoc est fascia, qua antiqui vel crines, vel sarta, aut flores, aut quidvis aliud religabant. [*Etym. est a *vire* vel *vincire*.] Virg. A. 2, 133. Et salsae fruges, et circum tempora vittae. Ubi Servius: Vittae, quibus victimae coronabantur. Juven. 12, 117. pueris, vel frontibus ancillarum imponit vittas, h. e. arae destinabit. Ov. Met. 2, 413. Vittae coarctant neglectos alba capillos. Lucan. 5, 142. torta prioris Stringit vittae comas. P Vittae aliae fuerunt virginales, aliae matronales, quod alio virgines cultu capitis et ornata, quam nuptae matronae uterentur. Val. Fl. 8, 6. de Medea mox nuptura: Ultima virgineis tum flens dedit oscula vittis. Prop. 4, 11, 33. Mox ubi jam facibus cessit praetexta maritis, Vinxit et aspersum altera vittae comas. P Hinc *vitta* est pudicium et castarum, quales esse debent virgines, et matronae. Ov. A. Am. 1, 31. Este procul vittae tenues, insigne pudoris; et Rem. Am. 386. Nil mihi cum vitta: Thais in arte mea est. Adde Trist. 2, 252. et A. Am. 3, 483. P Etiam aras vittis ornabant. Virg. Ecl. 8, 64. molli cinge haec altaria vitta, h. e. lanea. Id. A. 3, 63. stant Manibus arae Caeruleis moestae vittis atraque cupresso. P Vittis utebantur in supplicando. Id. ib. 7, 237. Praeferimus manibus vittas, et verba precantia. Id. ib. 8, 28. cui me Fortuna precari, Et vitta comptos voluit praetendere ramos. Hor. Od. 3, 14, 7. et decorae Supplice vitta Virginum matres.

VITTATUS, a, um, adj. *ῥαβδωτός*, vitta redimitus. Plin. 7, 30, 31. Vittatam navem Dionysius tyrannus Platoni misit obvium. V. THALAMEGUS. Ov. Am. 1, 7, 17. vittatis Cassandra capillis Procubuit templo, casta Minerva, tuo. Id. Met. 12, 151. Pallada vittatae placabat sanguine vaccae. Lucan. 1, 597. Vestalemque chorum ducit vittata sacerdos. Stat. Silv. 5, 5, 28. nec solitae mihi vertice laurus, Nec fronti vittatus honos.

[VITTEUS, a, um, adj. ad vittam pertinens. Not. Tyr. p. 161. Vittae, vitteus. F.]

[VITUDURENSIS, e, adj. ad Vitudurum seu Vitodurum pertinens, Helvetiae oppidum, cujus mentio est in Itin. Anton., nunc Winterthur appellatum. Inscr. ap. Grut. 166, 7. et Orell. Coll. Inscr. Lat. n. 467. Murum Vitudurensis instaurarunt. F.]

VITULĀ, ae, f. *βούκος*, *βουάλη*, vacca, quae annum primum aetatis nondum explevit. Nam post primum annum *juvencu* dici incipit. V. VITULUS. Virg. Ecl. 3, 77. Cum faciam vitula pro frugibus, ipse venit. P Aliquando tamen pro juvenca, vel vacca novella, seu viridioris aetatis accipitur. Id. ib. 29. ego hanc vitulam (ne forte recuses: Bis venit ad mulctram, binos alit ubere fetus) Depono. P De Vitula Dea V. in VITULOR.

[VITULĀMEN, inis, n. vitulorum multitudo, quam nostrates vulgo *vedelame* dicunt. Translate usurpatur de multitudine surculorum et stolonum, qui et pulli appellantur (V. PULLUS.): ita etiam eosdem *μυρξίμυρα* nuncupant, a *βούκος*, vitulus. Ambros. ep. 37. n. 37. Quid Theclam, quid Agnem, quid Pelagiam loquar? quae tanquam vitulamina pullulantes, ad mortem quasi ad immortalitatem festinaverunt. Hinc in Vulgat. Interpr. Sapient. 4, 3. Spuria vitulamina non dabunt radices altas. F.]

VITULĀRIUS, a, um, adj. Vitularia via fuit in agro Arpinati et ejus loci propria, quae hodieque appellatur ibidem *Via delle Vitulae*. Cic. Q. Fr. 3, Tom. IV.

1, 2. Ex eo loco recta Vitularia via profecti sumus in Fufidianum fundum.

VITULATIO, onis, f. V. in VITULOR.

VITULINUS, a, um, adj. *μυρξίμυρος*, *μύσχετος*, qui ex vitulo est. Cic. Dic. 2, 24. An tu, inquit, carunculae vitulinae mavis, quam imperatori veteri credere? Cels. 5, 19. n. 9. et 13. Sevum vitulinum. Id. 5, 27. Jus vitulinum. Pl. Aul. 2, 8, 5. Rogito pisces: indicant caros, agniam caram, caram bubulam, vitulinam, cetum, porcinam; et Nep. Ag. 8. Ille praeter vitulina, et hujusmodi genera obsonii, nihil accepit. P Quam Macrobius vocat *Vitulam* Deam laetitiae, ut dicitur in v. sq., alii leg. *Vitulina*.

VITULOR, aris, dep. I. *παιυλῶ*, laetor. Macr. Sat. 3, 2. Primo pontificii juris libro apud Pictorem verbum hoc positum est, *vitulari*. De cujus verbi significato Titius ita retulit: Vitulari est voce laetari. Varro etiam in libro quintodecimo rerum divinarum ita refert, quod pontifex in sacris quibusdam vitulari soleat: quod Graeci *παιυλῶν* vocant. Has tot interpretationis ambages quam paucis verbis docta eloquentia Maronis expressit (A. 6, 657.) Laetumque choro paena canentes. Nam si *vitulari* est voce laetari, quod est *παιυλῶν*, nonne in cantu laeti *παιυλῶν* enarratio verbi perfecta servata est? Et, ut huic vocabulo diutius immoremur, Hyllus libro, quem de Diis composuit, ait, Vitulam vocari Deam, quae laetitiae praest. Piso ait, Vitulam victoriam nominari. Cujus rei hoc argumentum profert, quod postridie Nonas Julias re bene gesta, cum pridie populus a Tuscis in fugam versus sit, unde *Populifugia* vocantur; post victoriam certis sacrificiis fiat vitulatio. Quidam nomen ejus animadversum putant, quod potens sit vitae tolerandae. Ideo huic Deae pro fugibus fieri sacra dicuntur, quia frugibus vita humana toleratur. Unde hoc esse animadversum, quod ait Virgilius (Ecl. 3, 77.) Cum faciam vitula pro frugibus, ipso venito. Hactenus Macrobius. P De verbi etymo alii aliter. Festus enim, et Varro L. L. 6, 6. deducunt a *vitulus*. At Non. 1, 47. a *vita*. [*Doederl. rectius ortum hujus verbi ita statui posse censet, ut *vitulari* ex *vigetulari* contractum sit, ut *litus* ex *lictus*, et simul cum *vita* et *vivere* fontem habent in *vigere*.] Ceterum *vitulari* generatim sumitur pro laetum lubentemque esse, gaudium efferri, lubentis diffundere. Non. ib. Vitulantes veteres gaudentes dixerunt a bono vitae commodo; sicuti qui nunc est in summa laetitia, vivere eum dicimus. Naevius: Ut in venatu vitulantes ex suis Locis nos mittant pennis decoratos feris. Festus: Vitulans laetans gaudium, ut in prato vitulus. Ennius: Habet is coronam vitulans victoria. Pl. Pers. 2, 3, 1. Jovi opulento, inclyto, opes, spes, bonas copias commodanti lubens meritoque vitulor, h. e. summa cum voluptate et gaudio gratias ago. P In allato Ennii versiculo, et duobus Naevii, primam syllabam produci, patet: quod si verum est, tum *vitulor*, tum *Vitula* Dea ducentur a *vita*, ut vult Nonius, non a *vitulus*.

VITULUS, i, m. *βούκος*, fetus masculinus in bubulo genere, qui primum aetatis annum nondum explevit. Nam deinde *juvencus* vocari incipit. Dicitur videtur ab *ἰσάριος*, bos. V. ITALIA. Varr. R. R. 2, 5. Primum in bubulo genere aetatis gradus dicuntur quatuor: prima vitulorum; secunda juvencorum; tertia boum novellorum; quarta vetulorum. Discernuntur in prima vitulus et vitula, in secunda juvenca et juvenca, in tertia et quarta taurus et vacca. Ov. Met. 10, 227. Lactentes vituli. Mart. 3, 58. Vitulusque inermi fronte prurit in pugnam. P Non semper tamen discrimen id observatur, ut argumento est, quod etiam post partum juvenca appellatur *vitula*. Virg. Ecl. 3, 29. ego hanc vitulam (ne forte recuses: Bis venit ad mulctram, binos alit ubere fetus) Depono. Id. G. 4, 299. Tum vitulus bima curvans jam cornua fronte. P Transferunt ad fetus equorum, elephatorum, aliorumque quadrupedum, imo etiam balaenarum. Virg. G. 3, 164. de equis: Jam vitulos hortare, viamque insiste domandi. Plin. 8, 1, 1. de elephantis: Atque ita salutato sidere, in silvas revertuntur, vitulorum fatigatos prae se ferentes. Id. 9, 6, 5. de balaenis: Irrumpunt orcae in secrata, et vitulos earum, ac fetas, vel etiam gravidas lancinant morsu. P Speciatim vero in mari hoc nomine vocatur belua quaedam corio et pilis tecta, ex genere amphibiorum, id est tam in terra, quam in mari vitam agentium, quae et phoca dicitur. Plin. 9, 13, 15. Quae pilo vestiuntur, animal pariunt, ut pristis, balaena, vitulus. Hic parit in terra pecudum more: secundas partu reddit. In initu canum modo cohaeret: parit nonnunquam geminis plures. Educat mammis fetum. Non ante duodecimum diem deducit in mare, ex eo subinde assuefaciens. Interficiuntur difficulter, nisi capite eliso. Ipsi in somno mugitus, unde nomen vituli. Accipiunt tamen disciplinam, voceque pariter, et visu populum salutant incondito fremitu: nomine vocati respondent. Nullum animal graviore somno premitur, etc. Hinc Juven. 3, 237. stantis convicia mandrae Eripiunt somnum Druso, vitulisque marinis. Plin. 2, 55, 56. Homines pavidi tutissima putant tabernacula e pellibus beluarum, quas vitulos ap-

pellant quoniam hoc solum animal ex marinis fulmen non percutiat. Adde Suet. Aug. 90. P Fuit etiam cognomen R., ut Q. Voconius Vitulus in nummo ap. Eckhel. T. 5. p. 344. et in Inscr. ap. Grut. 58, 3., tum in alia ap. Mur. 37, 6. L. Licinius Vituli Lib. Gratus.

VITUMNUS et Vitunus, i, m. Deus apud veteres, qui credebatur vitam largiri puerperio, ut Sentinus sensum. August. C. D. 7, 2. f. et Tert. adv. Nat. 2, 11.

VITUPERABILIS, e, adj. *ἰσχυρός*, vituperatione dignus. Cic. Fin. 3, 12. Quod vituperabile est per se ipsum, id eo ipso vitium nominatum puto.

VITUPERABILITER, adv. ut Vituperabiliter tractare aliquid, Cassiod. Var. 6, 11.

VITUPERATIO, onis, f. *μείρις*, *φύδος*, vituperandi actus, reprehensio, cui opponitur laus, sive laudatio. Cic. Verr. 2, 5, 18. Nunc non modo te hoc crimine non arguo, sed ne illa quidem communi vituperatione reprehendo. Quint. 8. prooem. med. His adiciebamus, demonstrativum laude et vituperatione constare. P Sumitur etiam passive, praesertim si jungatur cum verbis *venio*, *cado*, *subeo*, *vito*, *effugio*, *adduco*, et similibus. Cic. Verr. 2, 4, 7. Ut propter eum in sermonem hominum, atque in tantam vituperationem veniret. Id. Fam. 13, 73. f. Sed mihi ita persuadeo, eam rem laudi tibi potius, quam vituperationi fore; et Verr. 2, 5, 38. f. Haec autem vituperatio atque infamia confirmabatur eorum sermone, qui, etc. Id. ib. 2, 3, 61. Adductus erat in sermonem, invidiam, vituperationem. Id. Prov. cons. 18. f. Vituperationem vitare. Id. Att. 14, 21. med. subire; et ib. 13. med. In vituperationem cadere. Id. ib. 16, 7. med. Maximas vituperationes effugere. Id. Har. resp. 23. f. Liberare aliquem vituperatione timiditatis. Suet. Tit. 1. Ne odio quidem, nedum vituperatione publica, caruit. VITUPERATOR, oris, m. *ψέυχης*, qui vituperat, qui proclivis est ad vituperandum, reprehensor. Cic. Fin. 1, 1. Quamquam philosophiae quidem vituperatoribus satis responsum est eo libro, quo a nobis philosophia defensa et collaudata est, cum esset accusata et vituperata ab Hortensio. Id. N. D. 1, 3. Benevolos objurgatores placare, et invidios vituperatores confutare. Adde Fam. 7, 3. f.

VITUPERATUS, a, um, part. a vitupero: improbat, reprehensus. Plin. 26, 13, 83. Herba in pratis vituperata nobis.

VITUPERIUM, ii, n. *φύδος*, vituperatio, dedecus, infamia. Cic. Fin. 3, 12. Quod enim vituperabile est per se ipsum, id eo ipso vitium nominatum puto, vel etiam a vitio dictum vituperium. Emendatiores Cod. habent *vituperari*. Id. Leg. 3, 10. Isto quidem modo vel consulatus vituperio est. Alii plerique leg. *vituperabilis*. Moneat critici Goelken, Scal., Cellar. a vituperio abstinendum, si vituperationem doctorum hominum effugere velimus. Unius aut alterius testimonium, qui in allatis Cic. loc. hanc vocem defendunt, tum denique vim aliquam habiturum, cum ostenderint, scriptorem aliquem mediae aut infimae Latinitatis usurpasse.

VITUPERO, as, avi, atum, a. I. *ψέγω*, vitio do, reprehendo, improbo, de dignitate alicujus, vel auctoritate detraho: quasi *vitium paro*. V. Cic. l. c. in v. praec. [*Doederl. 2, 159. vituperare per vitii comperire, i. e. sensu causativo, facere, ut quis peccatum intelligat, confiteatur, explicari posse conjicit.] Auct. ad Her. 2, 27. med. Vitiosus est, artem, aut scientiam, aut studium quoddam vituperare propter eorum vitia, qui in eo studio sunt, veluti qui rhetoricam vituperant propter alicujus oratoris vituperandam vitam. Cic. Mur. 29. Ego tuum consilium, Cato, propter singulare animi mei de tua virtute iudicium, vituperare non audeo. Pl. Most. 1, 3, 21. Mavis vituperari falso, quam vero extolli. Id. Mil. 3, 1, 138. Qui Deorum consilia culpet, stultus insciusque sit, quique eos vituperet. Ter. Ph. 3, 1, 1. Enimvero multis modis cum istoc animo es vituperatus. Suet. Rhet. 1. med. Illustres viros laudare, vel vituperare. Curt. 8, 6. Puerorum sermonibus vituperantium criminantiumque regem faciles aures praebere. Vell. 2, 101. Ut nec laudatum magna, nec vituperatum medicis materia deficiat. P Cum dativo. Pl. Cas. 2, 6, 58. Cur omne mihi vituperat malo? Alii aliter leg. P Vituperare coelum proverbialiter illi dicuntur, qui ut soli sapere videantur, ea etiam damnant, quae ab omnibus probantur. Phaedr. 4, 6. Hoc illis dictum est, si qui stulti nauseant, Et, ut putentur sapere, coelum vituperant.

VITUPERO, onis, m. *ψέυχης*, vituperator, momus, in reprehensionem proclivis; a vituperando, ut epulo ab epulando, manduco a manducando. Gell. 19, 7. f. Laevius vituperones suos, subducti supercilii captiores appellavit. Adde Sidon. ep. 4, 22. et 8, 1.

VIVACITAS, atis, f. *μαρξοβία*, *εὐζωία*, naturalis vigor, ac robur, vitae diuturnitas. Colum. 11, 3. med. de lepidio: Multis etiam locis vivacitatem suam usque in annos decem prorogat. Quint. 6. prooem. Hanc impiam vivacitatem novis insuper curis fatigare. Plin. 8, 27, 41. Panthera vivacitatis adeo lentae, ut ejectis interaneis diu pugnet. Val.

Max. 8, 13. n. 4. extr. Nervosa vivacitas. *Tert. Anim. 25.* Respondete, praegnantes, an aliquam in fetu sentiat vivacitatem alienam de vestro. *P. Translate. Arnob. 5, 179.* Rationes mirae atque aliae, nec quas facile quis ingenii vivacitate peroscere, *h. e.* ingenii experrecti et minime stupidi vi et acumine; et 2, 45. Unde, quaeso, est vobis tantum sapientiae traditum? unde acuminis et vivacitatis tantum? et 5, p. 157. Vivacitas cordis.

VIVACITER, adv. *Fulg. Myth. praef. 1. med.* Res secretas mysticasque vivaciter pertractare. *Prud. ad. Sym. 2, 332.* vivacius abdita solers Quaerere, et aeternae tandem invigilare saluti.

VIVARIUM, ii, n. ζωοποιον, ζωοτροφειον, locus in quo viva animalia inclusa servantur, id est quadrupedes, aves, pisces, cochleae, glires, sive ad quaestum, sive ad voluptatem. *Sen. Clem. 1, 18.* Eos qui se aliquid offenderant, in vivarium (quid aliud quam serpentium?) abjici jubebat. *Plin. 8, 52, 78.* Vivaria aprorum, ceterorumque silvestrium primus invenit Fulvius Lupinus, qui in Tarquiniensi feras pascere instituit. *Id. 9, 54, 79.* Ostrrearum vivaria primus omnium Sergius Orata invenit in Bajano. *Id. 8, 32, 50.* Et in vivariis cervi cornua mutant omnibus annis. *Id. 9, 55, 81.* Vivaria murænarum; et *ib. 56, 82.* cochlearum; et 8, 57, 82. glirum in doliis. *Juven. 4, 50.* Non dubitaturi fugitivum dicere piscem, Depastumque diu vivaria Caesaris. *Inscr. ap. Mur. 251, 3.* Custos vivarii Cohh. Praet. et Urb. *h. e.* cohortium praetorianarum et urbanarum, quibus ferae in spectaculorum usum custodiendae tradebantur. Haec inscriptio pertinet ad ann. a Chr. n. CCXLI. *P. A.* similitudine. *Sen. Q. N. 3, 18. med.* Da mihi in manus vas vitreum, in quo nullus exsultet, in quo trepidet. Ubi multum diuque laudatus est, ex illo perlucido vivario extrahitur, etc. *Juven. 3, 308.* Sic inde huc omnes tanquam ad vivaria currunt, *h. e.* Romam conveniunt, ubi facilius et paratior victus, velut piscibus in vivario. *Hor. Ep. 1, 1, 78.* sunt qui Crustis et pomis viduas venentur avaras, Excipiantque senes, quos in vivaria mittant, *h. e.* munusculis captent, ut heredes scribantur et ditescant, quemadmodum in vivaria mittuntur pisces quaestus gratia. *P. Tempore Gellii, ut ipse tradit 2, 20.,* vulgus vivaria dicebat, quos *παγαδιόους* Graeci appellant: qua voce tum horti conclusi, tum septa ferarum significantur. Porro vivarium quo sensu posuimus, leporarium a *Varrone, et roborarium a Scipione Afric.* dictum est: quae V. suis locis. *P. Fuit et Vivarium oppidum Galliae Narbonensis, dictum et Alba et Alba August. Notit. Gall. Hodie appellatur Viviers. B. A.*

VIVARIUS, a, um, adj. Vivariae naves, horiae, aut scaphae multis foraminibus pertusae, quibus includuntur capti pisces, et vivi, alio transferendi: [quae a nostratibus vulgo *copani*, scil. *cofani da pesce* dicuntur. *F. Macr. Sat. 2, 12. med.* Praefectus classis sciens, scarum Italicis litoribus ignotum, incredibilem scarorum multitudinem vivariis navibus huc advectam, inter Ostiam et Campaniae litus in mare sparsit. Eandem rem aliis verbis narrat *Plin. 9, 17, 29.*

VIVAS, atis, adj. omn. gen. idem ac vivatus, vivax. Est cogn. *R. Inscr. ap. Grut. 4, 9.* Diis propitiis M. Actinii Vivatis. Alia ap. *eund. 477, 1.* Juniae Publiciae C. F. Pomponiae conjugis ejus, et Juniae Tutuliae P. F. Pomponianae (uxoris) Constantii Vivatis, etc. Sunt tamen qui putant, utrobique *vivatis* non eognomen, sed acclamationem esse. *F.*

VIVATUS, a, um, adj. vicens, vegetus, vividus. *Festus:* Vivatus, et vividus a poetis dicuntur, a vi magna. Alii rectius ducunt a *vivus*. *Lucr. 3, 559.* Denique corporis atque animi vivata potestas inter se conjuncta valent, vitaeque fruuntur; et *ib. 680.* si jam perfecto corpore nobis Inferri solita est animi vivata potestas. Item *ib. 409.* Et lacerato oculo circum, si pupula mansit Incolomis, stat cernendi vivata potestas. Alii hoc loco leg. *vitreata, h. e.* pellucida.

VIVAX, acis, adj. μακρόβιος, diu vivens, diuturnus, longaevis. [**Discrimen inter vivax et vitalis v. in h. v.*] *Hor. Sat. 4, 1, 53.* Scaevae vivacem crede nepoti Matrem; et *ib. 2, 132.* expellet certe vivacior heres. *Op. Met. 13, 518.* Quid, Dii crudelis, etc. Vivacem differtis anum? *Id. Fast. 2, 625.* Cui pater est vivax: qui matris digerit annos. *Sen. Herc. Fur. 1027.* vivax senectus. *Virg. Ecl. 7, 30.* cervus. *Op. Am. 2, 6, 54.* phoenix. *Hor. Od. 1, 36, 16.* vivax apium, et breve liliu. *Op. Fast. 4, 397.* carpebant vivaci caespite gramen. *Virg. G. 2, 181.* silva vivaci olivae. *Colum. 4, 32.* Arundo cum sit vivacissima, nec recuset ullum locum. *Op. Met. 3, 374.* Admotam rapiunt vivacia sulphura flammam, *h. e.* quae accensa difficile extinguuntur. *Sen. Med. 826.* Vivax flamma. *Lucan. 3, 681.* pinguibus ignis Affluxus taedis, et tecto sulphure vivax. *P. Vivax infans* dicitur ab *Op. Her. 11, 43,* qui in utero positus resistit medicaminibus abortum facientibus. *P. Translate* est diu durans, diuturnus. *Hor. A. P. 68.* mortalia cuncta peribunt, Nedom sermonum stethonos, et gratia vivax. *Op. Pont. 4, 8, 47.* Carmine fit vivax virtus, expersque sepulcri. *Pacat. Pan. Theodos. 3.* Cum per se vivax sit recordatio

calamitatum. *P. Item vividus, vegetus, vicens, validus: quasi vivere faciens. Op. Met. 1, 419.* semina rerum Vivaci nutrita solo. *Gell. 9, 4. med. et 15, 22.* Homines saltuatim currentes, vivacissimae pernicitatis. *Id. 5, 2.* de bucephalo: Moribundus tamen, ac prope exsanguis, e mediis hostibus regem vivacissimo cursu retulit. [*Quint. 2, 6.* Si qui (discipuli) paulo sunt vivaciores, in his praesertim moribus, etiam irascuntur admonitioni, et taciti repugnant, *h. e.* alacriores, animosiores. *F.*]

VIVE, adv. vivide, valide. *Pl. Epid. 2, 2, 98.* Vive, ut sapis, et placet. [*Ita Bothius recte ex MSS.* Alii *vive sapis.* Nimirum risus captandi gratia servus, quasi *vive* non verbum, sed adverbium esset, ita respondet: Tum tu igitur calide, quidquid acturus's, age. *F.*]

VIVENS, entis, part. a vivo, βιοτεινον. *Hor. Ep. 1, 14, 10.* Rure ego viventem, tu dicis in urbe, beatum. *Petr. Sat. 125. extr.* Quam male est extra legem viventibus! *P. Translate. Stat. Th. 9, 573.* Fluvius vivens. *Op. Fast. 4, 553.* favilla. *V. VI-VUS.*

***VIVENTANI**, orum, populi Umbriae, ab oppido quodam, cui nomen Viventum, fortasse nomen trahentes. *Plin. 3, 14. B. A.*

VIVERRA, ae, f. γαλή κατοικίδιος, animal exiguum domesticum, paulo majus mustela, colore etiam candidiore. Dicitur mel aversari adeo, ut, si gustet, paene intereat. *Albert. M.* vocat furonem et furunculum. *Plin. 11, 49, 109.* Ossea genitalia sunt lupis, vulpibus, mustelis, viverris. *Id. 30, 6, 16.* Jecinoris doloribus medetur mustela silvestris in cibo sumpta: item viverra porcelli modo inassata. *P. Inimica est cuniculis, eosque in antris suis persequitur, et ejicit, et necat. Id. 8, 55, 81.* de cuniculis: Magna propter venatum eum viverris gratia est. Injiciunt eas in specus, qui sunt multiformes in terra, atque ita ejectos superne capiunt.

***VIVERRARIUM**, i, n. *Gloss. Gr. Lat. Γαλιόγρα, Viverrarium, muscellarium. B. A.*

VIVESCO, is, n. 3. ζυμωσος γίνωμαι, vivus fio, vitam acquiro. *Plin. 9, 51, 74.* Anguilla atterunt se scopulis: ea strigmenta vivescunt. *Id. 16, 25, 39.* Favonio maritantur vivescentia e terra; et 17, 10, 10. Semen decidens, exceptumque terra vivescit. *P. Translate* est vires acquirere, vigescere, invalescere. *Lucr. 4, 1131.* verbum, Quod cupido affixum cordi vivescit, ut ignis; et *ib. 1061.* Ulcus enim vivescit, et inveterascit alendo. [*Sulpic. Sev. Vit. S. Mart. 8.* Mox vivescente vultu marcescentibus oculis defunctus erigitur. Alii rectius leg. *vivescente. F.*] *P. Ubique est qui leg. vivisco.* Sic ap. *Prud. Apoth. 970.* rudem fecit vivescere sinum.

***VIVIĀNUM**, i, n. oppidum Rhaetiae. Sic legit *Cellarius (Notit. orb. antiq.) in Paul. Diacon. 3, 31.* pro vulgato *Vitianum. B. A.*

VIVICOMBURIUM, ii, n. supplicium, quo homines vivi comburantur. *Tert. Anim. 1. f.* Sed de patibulo, et vivicomburio per omne ingenium crudelitatis (mortem) exhaustiat; et *ib. 33. med.* Si cogitemus patibula, vivicomburia, culleos, et uncas, et scopulos.

VIVIDE, adv. valide. *Gell. 7, 3. f.* Omnia distinctius, numerosiusque, ac comptius fortasse dici poterunt; fortius, atque vividius potuisse dici non videntur. *Annian. 30, 1.* Milites perterrefacti, vividius, quam venerant, remearunt ad muros, *h. e.* majore vi ac celeritate.

VIVIDULUS, V. UVIDULUS.

VIVIDUS, a, um, adj. ζωικός, vita et vi praeditus, vicens, validus. [**Doederl. 4, 447. sq. vividus* adject. intelligit a vis, differentiamque inter hoc verbum et *vegetus* in eo ponit, quod *vividus* ad mores pertinet vigoremque in rebus gerendis significet: *vegetus* hilarem, mobilemque animum designet.] *Lucr. 1, 178.* vivida tellus Tuto res teneras affert in luminis oras. *Op. Fast. 3, 238.* Vividaque e tenore palmite gemma tumet. Alii leg. *ucida*, sed contra *Heins.*, qui multa affert, quibus eam lectionem confirmet: inter quae illud *Colum.*, quod geminum est loci modo ex *Lucr.* allati, 5, 8. *f.* Sed et densior terra, si vivida et laeta est, commode recipit hanc arborem. Adde 3, 11. *f.* Quamquam utroque loco alii *ucida*, vel *humida* legunt. *Id. 9, 13.* Apes vivido halitu caloribus animatae, resumpto spiritu, etc. *Lucr. 1, 72.* vivida vis animi pervicit, et extra Processit longe flammantia moenia mundi. *Plin. ep. 3, 1. f.* Illi post septimum et septuagesimum annum aurium oculorumque vigor integer: inde agile et vividum corpus, solaque ex senectute prudentia. *Tac. A. 6, 27.* Vivida senectus. *Virg. A. 12, 753.* at vividus Umber (canis) Haeret hians, jam jamque tenet; et *ib. 10, 609.* vivida bello Dextra viris, animusque ferox, *h. e.* valens, fortis. *Mart. 8, 6.* miser jussit amicis Largius Aecides, vividiusque merum, *h. e.* meracius. Alii leg. et *bibit ipse: alii et bibit usque.* *P. Vivida imago* est ad vivum expressa. *Prop. 2, 23, 8.* Quatuor artifices, vivida signa, boves. *Mart. 7, 44.* Cujus adhuc vultum vivida cera tenet. Sic *Virg. A. 6, 848.* spirantia aera, et vivos de marmore vultus. *Claud. B. Get. 468.* vivida Martis imago. *P. Translate. Tac. A. 13, 42.* Vividam et incorruptam eloquentiam tuendis civibus

exercere; et *Liv. 2, 48.* Nimia gloria luxuriare et evanescere vividum quondam illud Kaesonis ingenium. [**Cf. ib. 6, 22.*] Sic *Plin. Pan. 44. med.* Rectos et vividos animos non, ut alii, contundis ac deprimis, sed foves et attollis, *i. e.* alacres. *Virg. A. 5, 754.* Exigui numero, sed bello vivida virtus. *Mart. 11, 42.* Vivida cum poscas epigrammata, mortua ponis Lemmata: quid fieri, Caeciliane, potest? et 12, 62. breve, vividumque carmen In te ne faciam, times, etc. *h. e.* acre; et *Tac. A. 15, 49.* Vivida odia. *Val. Max. 5, 1. n. 1. extr.* Dextra, quae maximi exercitus complexui, humanitate, quam spiritu, vividius sufficit. *P. Sup. Vividissimus* ap. *Paul. ex Festo.* Vividissimus, superlativus a vivo. In libr. editis est *vivissimus.*

VIVIFICATIO, onis, f. actus vivificandi. *Tert. Resurr. carn. 28. extr. et adv. Marc. 5, 9.*

VIVIFICATOR, oris, m. qui vivificat. *Tert. Resurr. carn. 37. med. et adv. Marc. 2, 9.* Adde *August. C. D. 7, 3. V. SENSIFICATOR.*

[VIVIFICATRIX, icis, f. quae vivificat. *Prosper. Aquitan. de ingrat. 21.* Dicite plectentes apices, mortisque ministros Hoc expresse operis, quod gratia vivificatrix. *F.*]

VIVIFICATUS, a, um, part. a vivifico: vivus factus. *Tert. adv. Valent. 14. extr.*

VIVIFICO, as, a. 1. ζωοποιέω, vivum facio, vitam vigoremque do. *Avien. Arat. 500.* de Aganippe fonte: Ascreas donec vaga gurgite valles Vivificet. *Prud. Apoth. 231.* Deus mortalia vivificans. *August. contra Pel. 2, 10. n. 33.* Mortuus in Adam, vivificandus in Christo. Adde *Tert. adv. Marc. 5, 9.* *P. Translate. Hieron. ep. 108. n. 11.* Contemmens occidentem litteram, repererat spiritum vivificantem. *Paul. Nol. carn. 26, 207.* Vivificans animam, vitis in carne peremptis.

VIVIFICUS, a, um, adj. vivum faciens. *Ammian. 21, 1.* Vivificus vigor. *Appul. Trismeg. Quod sursum versus fertur vivificum.*

VIVIPARUS, a, um, adj. ζωοτόκος, qui viros fetus parit: cui opponitur is, qui ovum educit. *Appul. Apol. Discrevit natura (pisces) viviparos, et oviparos.*

VIVIRADIX, icis, f. ρόσχυμα, planta, quae cum radice seritur, vivam radicem habens, ad differentiam malleoli, et talearum. *Cato R. R. 33.* Si vinea a vite calva erit, sulcos interponito, ibique viviradicem serito. *Plin. 17, 22, 35. n. 8.* In arido solo viviradix quoque frustra seritur. *Colum. 3, 14.* Sationis autem duo sunt genera, malleoli, vel viviradicis, quod utrumque ab agricolis usurpatur, et in provinciis magis malleoli. Neque enim seminariis student, nec usum habent faciendae viviradicis. Adde *Cic. Sen. 15. et Varr. R. R. 1, 35.*

VIVISCO, V. VIVESCO.

[VIVISCUS, a, um, adj. ad Viviscos, qui et Bituriges, pertinet, Aquitaniae populos. *V. BITURIGES. Auson. Idyll. 10, 438.* Haec ego, Vivisca dicens ab origine gentem. *F.*]

VIVO, is, ixi, ictum, n. 3. ζάω, βίωω, vita fruor, in vita sum, vitam ago: a βίω: [**Doederl. 4, 441.* a *vivus* derivandum censet. *Id. ib.* discrimen inter *vivere* et *vigere* ita statuit, ut hoc de tota vita, oppor-ti, dici velit; *vigere* cum vita simul et corporis et animi vigorem significet.] et dicitur de omnibus iis, quae vitam habere dicuntur, ut animalia, et plantae. *Pl. Trin. 1, 2, 17.* Tua uxor quid agit? *Me. immortalis* est: vivit, victuraque est. *Cic. Sext. 50. f.* Quis non indignissimum facinus putavit, illum non dicam loqui, sed vivere ac spirare? *Sall. Cat. 2.* Ille mihi vivere et frui anima videtur, qui, etc. *Ter. Heaut. 3, 1, 20.* Numquidnam de gnato meo audisti? *Chre. valet* atque vivit. *Id. Eun. 4, 6, 19.* Egon' formidolosus? nemo est hominum, qui vivat, minus; et *Cic. Brut. 48. med.* Auidius vixit ad summam senectutem. *Id. Sen. 6. med.* Si ad centesimum annum vixisset. *Id. Fl. 26.* Lacedaemonii septingentos jam annos unis moribus, et nunquam Mutatis legibus vivunt. *Cic. Sen. 7. f.* Nemo est tam senex, qui se annum non putet posse vivere. *Sen. ep. 93.* Octoginta annis vixit. *Cic. Off. 3, 2.* Triginta annis vixisse Panaetium. (*Ita omnes fere opt. edit.*) *Plin. 7, 48.* 49. Arcadam reges CCC. annis vixisse; et *infra:* Vixit annos XCVIII. *Id. 30, 16, 53.* In culicum genere muliones non amplius quam uno die vivere. *Cic. Verr. 2, 2, 47. f.* Quo tutiorem vitam sese meo praesidio victuros esse arbitrantur. *Pl. Pers. 3, 1, 18.* Modice et modeste vitam vivere. *Cic. Cluent. 61. med.* Adeone stultus erat, ut illam, quam tu ille vivebat, vitam esse arbitretur? Alii leg. *qua.* *Pl. Mil. 3, 1, 34.* Tamne tibi diu videor vita vivere? *Ter. Ad. 5, 4, 5.* Ego vitam duram, quam vixi usque adhuc, mitto. *P. De plantis. Cic. Fin. 5, 14.* Vivere vitem, et mori dicimus. *Colum. Arb. 16.* In eandem scrobem ulmum et epulum, vel fraxinum deponunt, ut, si ulmus defecerit, opulus vel fraxinus locum obtineant: si autem utraque vixerit, altera eximatur. *Plin. 17, 10, 13.* Avulsi arboribus vixere stolonae. *Op. Fast. 3, 427.* bene vivitis ignes (Vestae) Vivite inextincti flammaque, duxque precor. *Id. Rem. Am. 732.* paene extinctum cinerem si sulphure tangas, Vivet. *P. Vivere*, ali, vitam tolerare. *Caes. B. C. 3, 49.*

Prius se cortice ex arboribus victuros, quam Pompejum dimissuros. *Id. B. G. 4, 10. f.* Piscibus atque ovis avium vivere existimantur. *Pl. Aut. 2, 4, 36.* Esse parcum, et misere vivere, *h. e.* miseris modis victitare, ut *Id. Most. 1, 1, 51. ait. Id. Truc. a. 5. v. 61.* Noster esto: sed de vestro vivito; et *Hor. Ep. 2, 1, 123.* vivit siliquis et pane secundo. *Virg. A. 7, 749.* Convectare praedas, et vivere rapto. *Cajus Dig. 50, 16, 234.* Verbum vivere quidam putant ad cibum pertinere: sed Ofilius ad Atticum ait, his verbis et vestimenta, et stramenta contineri: sine his enim neminem vivere posse. *P. Passive. Ov. Met. 12, 187.* vixi Annos bis centum: nunc tertia vivitur aetas. *P. Passive impersonaliter. Cic. Tusc. 3, 20.* Negat Epicurus, jucunde posse vivi, nisi cum virtute vivatur. *Hor. Od. 2, 16, 13.* Vivitur parvo bene. *Ov. Met. 1, 144.* Vivitur ex rapto. *P. Saepae notat modum actae vitae. Ter. Hec. 3, 5, 11.* Vixit, dum vixit, bene, (Ubi *Donatus:* Plane unum vixit aliud significat, et alterum aliud.) *h. e.* dum vita fuit, fructus est bonis, aetatem egit sibi indulgentia. *Cic. Fam. 13, 28.* Studia illa nostra, quibus antea delectabamur, etiam nunc vivimus; et *ib. 9, 26.* Vivas, inquis, in litteris. An quidquam me aliud agere censes? aut posse vivere, nisi in litteris viverem? *Id. Fin. 3, 20.* Vivere e natura, *h. e.* convenienter naturae. *Id. Off. 3, 1.* Qui in maxima celebritate, et in oculis civium quondam viximus. *Id. Fin. 1, 18.* Clamat Epicurus, non posse jucunde vivi, nisi sapienter, honeste, justeque vivatur: nec sapienter, honeste, juste, nisi jucunde. *Nep. Alc. 11.* Luxuriose vivere. *Id. Att. 14.* Tanta usus est moderatione, ut neque in HS. vicies, quod a patre acceperat, parum se splendide gesserit, neque in HS. centies affluentius vixerit, quam instituerat. *P. Vivere in diem, vel in horam. V. DIES et HORA.* *P. Vivere sibi,* sui tantum ipsius curam habere, publicis, aut alienis negotiis abstinere. *Cic. Marcell. 8.* Tum id audirem, si tibi soli viveres, aut si tibi etiam soli natus esses. *P. Secum vivere,* simile est. *Id. Sen. 14. med.* At illa quanti sunt! animum, tanquam emeritis stipendiis libidinis, ambitionis, contentiois, inimicitiarum, cupiditatum omnium, secum esse, secumque, ut dicitur, vivere. *Sic Pers. 4, 52.* Tecum habita, et noris, quam sit tibi curta suppellex. *P. Vivere alicui,* in obsequium et commodum alterius vitam agere. *Ter. Eun. 3, 2, 27.* Atque haec qui misit, non sibi soli postulat se vivere. *P. Pro degere, habitare. Nep. Tim. 3. f.* Privatus Syracusis, quod reliquum vitae fuit, vixit. *Id. Chabr. 3. f.* Conon plurimum Cypri vixit, Iphicrates in Thracia, Timotheus Lesbii. *P. Vivere cum aliquo,* versari; consuetudinem habere, amicum, familiarem esse. *Nep. Att. 10.* Cum eo, quem puerum in ludo cognoverat, adeo conjuncte vixit, ut ad extremam aetatem amicitia eorum creverit. *Cic. Or. 3. f.* Quibuscumque privatus conjunctissime vixerat, hos in tribunatu spoliare instituit omni dignitate. *Id. Att. 6, 6.* Decreram cum eo valde familiariter vivere; et *ib. 14, 20. med.* Hirtius optime loquitur: sed vixit habitaque cum Balbo, qui item bene loquitur. *Nep. Alc. 10. f.* Mulier, quae cum eo vivere consueverat, muliebri sua veste contactum aedificii incendio mortuum eremavit. *P. De consuetudine parvi temporis. Cic. Att. 14, 20. med.* Cum Pansa vixi in Pompejano: is mihi probabat se bene sentire, et cupere pacem. *P. Interdum vivere absolute est in otio et tranquillitate vitam agere, laetitiae et genio indulgere, ἡδοναδεν. Cic. Q. Fr. 3, 1, 4.* Quod me cohortaris ad ambitionem et laborem, faciam equidem: sed quando vivemus? *Catull. 5, 1.* Vivamus, mea Lesbia, atque amemus; et *Hor. Ep. 1, 6, 66.* vivas in amore jocisque. *Varr. ap. Non. 2, 674.* Properate vivere, pueras, quas sinit aetate ludere, esse, amare. *Lucil. ap. Non. 1, 34.* Vitae luronones, comedones, vivite ventres. *Mart. 1, 104.* Aut vive, aut decies, Scaevola, redde Deis; et *ib. 16.* Non est, crede mihi, sapientis dicere, vivam. Sera nimis vita est crastina: vive hodie. *Inscr. ap. Grut. 609, 3.* Amici, dum vivimus, vivamus. *P. Huc trahi potest formula illa dimittentium, vive, valeque, ap. Hor. Sat. 2, 5, 110. et Ep. 1, 6, 67. Inscr. ap. Grut. 799, 8.* Vive hospes, dum licet, atque vale. *P. Loco verbi sum. Catull. 10, 33.* Sed tu insula male, et molesta vivis. *Ter. Hec. 5, 4, 20.* Morem antiquum atque ingenium obtines, ut unus hominum homo te vivat nusquam quisquam blandior. *Id. Eun. 5, 9, 1.* Equis me vivit hodie fortunatio? *Cic. Att. 3, 5.* Ego vivo miserimus, et maximo dolore conficior. *Pl. Amph. prol. 75.* Virtute dixit vos victores vivere, non ambitione, neque peridia. *Adde Hor. Ep. 2, 2, 157.* *P. Asinum vivere dicitur, qui vitam asinalem ducit Boeth. Consol. philos. 4. pros. 3.* Pavidus ac fugax non metuenda formidat? cervis similis habeatur. Segnis ac stupidus torpet? asinum vivit? *P. Pro durare, manere. Cic. verrens carm. Homeri ap. Gell. 15, 6.* Fabitur hoc aliquis: mea semper gloria vivet. *Iliad. 7, 91. τὸ δὲ ἕκον κλέος οἰνοῦ ὀλέϊται. Virg. A. 4, 67.* tacitum vivit sub pectore vulnus. *Id. G. 3, 454.* alitur vitium, vivitque tegendo. *Petr. Sat. 137.* et languidus Auster Non patitur glaciem resoluta vivere terra. *Stat. Theb. 6, 364.* unde animi fluvii, quae pabula

ventis, Quo fonte immensum vivat mare. *Plin. 19, 5, 23.* Cucumeres vivunt hausti in posterum diem, nec perfici queunt in cibis. *Ov. Am. 3, 1, 65.* Altera das nostro victurum nomen amori. *Stat. Theb. 12, 441.* vivunt odia improba. *Ov. Trist. 1, 7, 25.* vivunt scripta. *Albinov. 1, 265.* Vivent facta ducis, operosaque gloria rerum; et *3, 17.* Vivere sermonibus hominum. *P. Vixit,* mortuus est: omnis causa: ut dicebant fuit, abiit ad plures, siquid humanitus acciderit, etc. *Pl. Bacch. 1, 2, 43.* Vixisse nimio satius est jam, quam vivere. *Id. Most. 4, 3, 9.* Unum vidi mortuum efferrī foras: modo eum vixisse aiebant. *P. Ita vivam,* affirmantis est. *Cic. Fam. 16, 20.* Sollicitat, ita vivam, me tua, mi Tiro, valitudo. *Adde ib. 2, 13. med. et Att. 5, 15. et Sen. ep. 82. med.* *P. Ne vivam,* imprecantis sibi mortem, si fallat, dispeream, ne sim salvus. *Cic. Att. 4, 16. med.* Quid poteris, inquis, pro iis dicere? ne vivam, si scio. *P. Si vivo,* minitantis. *Pl. Cas. 1, 1, 27.* Vae tibi! quot te modis, si vivo, habebō in nuptiis miserum meis! *Id. Ps. 5, 2, 26.* Erit ubi te ulciscar, si vivo. *Ter. Andr. 5, 2, 25.* Jam ego pol hodie, si vivo, tibi ostendam, herum quid sit periculi fallere. *Id. Eun. 5, 6, 19.* Ego te, furcifer, si vivo: ἀποσώζῃς. *P. Vivat, vivite,* dicimus iis, quibus renuntiamus. *Catull. 11, 18.* Cum suis vivat, valeatque moechis. *Virg. Ecl. 8, 58.* vivite silvae, i. e. valete. *Ter. Andr. 5, 3, 18.* Immo habeat, valeat, vivat cum illa. *P. Signa, et tabulae vivere dicitur, quae vivum referunt. Claud. IV. cons. Hon. 589.* picturatumque metallis Vivit opus. *P. Vixet, vixisset, syncope. Virg. A. 11, 118.* Vixet, cui vitam Deus, aut sua dextra dedisset. *P. Voss. de Gramm. 5, 35. med.* scribit, Novium dixisse vivebo pro vivam. *VIVUS, a, um, adj. ζωός, ζῆμυζος, vita praeditus, vivens. Cic. Mil. 33. med.* Qui cum tantum ausus sit ustor pro mortuo, quid signifer pro vivo non esset ausus? In curiam potissimum abiecit, ut eam mortuus incenderet, quam visus everterat. *Sall. Jug. 65. f.* Si Jugurtam vivum, aut necatum sibi traderet. *Phaedr. 2, 3.* Devorare aliquem vivum. *Cic. Q. Fr. 1, 2, 2.* Rogas Fabium, ut et patrem, et filium vivos comburat; et *ib. 5.* Adeo ut Cato vix vivus effugerit. *Virg. Ecl. 9, 2.* O Lycida, vivi pervenimus; advena nostri . . . ut possessor agelli Diceret: haec mea sunt, *h. e.* vivendo ad haec venimus. *Plin. 22, 25, 74.* Ulcera atra lupini aridi deornatque tritii, supposito linteolo, ad vivum corpus redigunt. *P. Me, te vivo, me, te vivente. Caes. B. G. 7, 33. f.* Cum leges duos ex una familia, vivo utroque, magistratus creari vetarent. *Nep. Ann. 12.* Qui Annibale vivo, nunquam se sine insidiis futuris existimabant. *Hirt. B. G. 8, 21. extr.* Nunquam senatum tantum in civitate, illo vivo potuisse. *P. Saepae est formula graviter affirmantis, aut subirati. Cic. Att. 4, 16. med.* Cato affirmat, se vivo illum non triumphare. *Pl. Bacch. 3, 3, 15.* Neque illum me vivo corrumpi sinam; et *3, 4, 17.* Nunquam edepol, viva me, irridebit. *Id. Most. 1, 3, 73.* Siquidem vendendum est, pater vaenibit multo potius, quam te, me vivo, unquam sinam egere. *P. Vivus amor, vivi hominis et praesentis. Virg. A. 1, 724.* paulatim abolere Sichaeum (jam mortuum), et vivo tentat praevertere amore Aeneae: de Didone loquitur. *P. Vivus vidensque, ζῶν καὶ παρών, qui plane sentit ac videt quod patitur. Cic. Quint. 15. V. VIDENS, Sic Plin. 7, 47, 48.* Consecratus est vivus sentiensque oraculi jussu Euthymus pyeta, semper Olympiae victor. *P. Vix vivus metu, vel dolore, vel frigore, dicitur, qui prae metu vel dolore attonitus, vel frigore adstrictus jam mortuo similis videtur. Cic. Verr. 2, 2, 77. med.* Itaque illum in jure metu, conscientiaque peccati mutum atque exanimatum, ac vix vivum relinquo. *Id. Verr. 2, 4, 40.* Cum Sopater esset vinctus nudus in aere, in imbrī, in frigore; et *mox:* De statua, cum jam paene obriguisset, vix vivus auferunt. *Inscr. Patavina ap. Grut. 784, 1.* Flaviae Quintillae P. Q. F. (*h. e.* P. Quintilli filiae) P. Quintillus vix dolore vivus, et sibi, etc. *P. De plantis. Colum. 11, 3. in.* Vivam sepe praetulerunt, *h. e.* quae constat ex virgultis et spinis radice viventibus. *Ov. Met. 13, 891.* Vivaque per rimas, proceraque surgit arundo; et *ib. 4, 300.* stagni ultima vivo Caespitē cinguntur. *Plin. 20, 9, 39.* Scillae bulbo aridis tunicis direptis, quod reliquum e vivo est, consecutum suspenditur. *Colum. 4, 24. med.* Vitē falce eradere vivo tenus. *P. De aliis rebus. Hor. Od. 3, 21, 23.* Vivae lucernae; et *Plin. 19, 1, 4.* de lino asbestino: Inventum est etiam quod ignibus non absumeretur: vivum id vocant. *Id. 29, 3, 11.* Viva calx, *h. e.* quae postquam cocta fuit, aqua non est extincta. *Id. 36, 19, 30.* Vivi lapides, *h. e.* qui ferro percussi scintillas edunt. *Id. 35, 15, 50.* Vivum sulphur, quod Graeci apyron vocant, nascitur solidum, hoc est gleba: quo solum ex omnibus generibus medici utuntur. Solum (cetera enim liquore constant, et conficiuntur oleo incocta) vivum effoditur, translucetque, et viret. *Cels. 5, 18. n. 13.* Sulphur ignem non expertum, quod ἀπυρον vocatur. *Ov. Am. 3, 6, 59.* Ille habet et silices, et vivum in pectore ferrum. Alii leg. durum; et *Fast. 2, 315.* Antra laqueata

tophis et pumice vivo, *h. e.* nativo, non factitio. *Sic Virg. A. 1, 171.* vivoque sedilia saxo. *Id. ib. 2, 719.* et *Liv. 1, 45. f.* flumen vivum; et *Varr. L. L. 4, 26.* Fons, unde funditur e terra aqua viva. *Ov. Fast. 2, 250.* Vivi fontes; et *ib. 4, 778.* vivo prole rore manus. *Virg. G. 2, 469.* Speluncae, vivique lacus. *Ov. Met. 4, 248.* Vivus calor, *h. e.* qui est in vivo corpore. *Mart. 12, 63.* Greges ovium tincti colore vivo, *h. e.* nativo, non fucato. *Id. 6, 49.* viva cupressus, *h. e.* vivax, et quae tempore non corrumpitur. *Id. 10, 30.* Nec languet aequor, viva sed quies ponti Pictam phaselon adjuvante fert aura, *h. e.* mare aura leniter agitatum. *Id. 13, 79.* Spirat in advecto, sed jam piger, aequore, multus Languescit: vivum da mare, fortis erit: vivum opponit advecto. *P. Ac vivum resicare, altius, et usque ad vivam carnem. Colum. 6, 12.* Si sanguis in inferiore parte ungulae est, extrema pars ipsius unguis ad vivum resicatur. *Sic Plin. 28, 10, 13.* Vulnere circumcidere ad vivas usque partes. *P. Translate. Cic. Am. 5.* Hoc primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse: neque id ad vivum resico, ut illi, qui haec subtilius disserunt, *h. e.* altius et accuratius expendo seu exigo. *P. De vivo aliquid detrahere, de ipso rei corpore. Id. Fl. 37.* Dat de lucro: nihil detrahit de vivo, *h. e.* de sorte, et capite; et *Verr. 2, 3, 50.* De vivo igitur erat aliquid resicandum, ut esset unde Apronio ad illos fructus arationum hoc corollarium nummorum adderetur. *P. Viva vox est, quam auribus nostris ab ipso, qui loquitur, percipimus: et opponitur scriptis, lectioni, et narrationi aliorum, ζῆμυζος λόγος. Cic. Agr. 2, 2. med.* Meis comitiis non tabellam vindicem libertatis, sed vivam vocem prae vobis, indicem vestrarum erga me voluntatum ac studiorum, tulistis. *Quint. 2, 2.* Licet enim satis exemplorum ad imitandum ex lectione suppeditet, tamen viva illa, ut dicitur, vox alit plenius, praecipueque ejus praeceptoris, quem discipuli et amant, et verentur. *Sen. ep. 6. med. et ep. 33. f.* Plus tamen tibi et viva vox, et convictus, quam oratio proderit. *Plin. ep. 2, 3. f.* Multo magis, ut vulgo dicitur, viva vox afficit. *Adde Sen. Contror. praef. 1. med.* *P. In signis et tabulis vivum dicitur, quod eum plene refert, cujus est simile. Virg. A. 6, 848.* Excudent alii spirantia mollius aera, Credo equidem, vivos ducent de marmore vultus. *Stat. Silv. 1, 3, 47.* Vidi artes, veterumque manus, variisque metalla Viva modis. *P. Viva facta, res gestae, quorum durat memoria. Naevius ap. Gell. 6, 8.* Qui res magnas manu saepe gessit gloriose, cujus facta viva nunc vigent. *P. Vixi pectoris hominis ap. Arnob. 3, 103.* est minime stupidus aut fatuus, sed praestantis ingenii, acuti, vividi, et perspicacis. *Sic Plin. ep. 8, 6. extr.* Scio, quam sit tibi vivus et ingenuus animus. Alii leg. verus. *VIX, μῖγος, μόλις, σκολῆ, aegre, difficulter. Cic. Fam. 9, 8. f.* Quid est, sine his cur vivere velimus? mihi vero cum his ipsis vix; his autem detractis, ne vix quidem. *Id. N. D. 2, 7. f.* Profluens annis aut vix, aut nullo modo; conclusa autem aqua facile corrumpitur. *Id. Att. 3, 23.* Scis, Clodium sanxisse, ut vix aut omnino non posset nec per senatum, nec per populum infirmari sua lex. *Caes. B. G. 1, 6.* Iter angustum et difficile, quo vix singuli carri ducerentur; et *ib. 2, 28.* Ex hominum millibus sexaginta vix ad quingentos sese redactos esse, dixerunt; et *ib. 3, 4.* Brevi spatio interjecto, vix ut his rebus administrandis tempus daretur. *Cic. Fam. 16, 8.* Vix in ipsis tectis frigus vitatur: nedum in mari et via sit facile abesse ab injuria temporis. *Liv. 24, 4.* Puer vix dum libertatem, nedum dominationem modice laturus. *Cic. Fam. 16, 24.* Ego vix teneo, quin accurram. *Ter. Eun. 5, 2, 20.* Vix me contineo, quin involem in capillum. *Pl. Most. 1, 3, 46.* Vix comprimo, quin involem illi in oculos. *Cic. Q. Fr. 3, 2.* Ego teneo ab accusando vix me hercule: sed tamen teneo. *Id. Pis. 12.* Gabinius collegit ipse se vix; sed collegit tamen. *Cajus Dig. 41, 1, 7. med.* Sed vix est, ut id obtineat. Eodem modo locuti sunt *Mart. ib. 30, 1, 111.* et *African. 16, 1, 19.* *P. Pleonasmus est in illo Plauti Poen. 1, 2, 27.* Vix, aegreque amatorculos invenimus. Alii leg. vix aegre. *Quint. 6, 4. med.* Illud vix saltem praecipendum videtur, ne turbidus et clamorosus tantum sit altercator. *P. Repetitum significationem auget. Albinov. 1, 167.* Quin etiam corpus matri vix vixque remissum Exsequiis caruit, Livia, paene tuis. *P. Refertur ad tempus. Ter. Andr. 3, 1, 12.* Ah, vix tandem sensi, stolidus! *Cic. Fam. 3, 9.* Vix tandem legi litteras dignas Appio. *Catull. 62, 2.* Vesper Olympo Expectata diu vix tandem lumina tollit. *Caes. B. G. 6, 7.* Vix agmen novissimum extra munitiones processerat, cum, etc. *Cic. Verr. 2, 4, 40.* Vix erat hoc plane etiam imperatum, cum illum spoliatum stipatumque lictoribus videres. *Id. Fam. 12, 4. med.* Dolabella valde vituperabatur, quod tibi tam cito succederet, cum vix dum triguinta dies in Syria fuisset. *Id. Att. 9, 2. f.* Vix dum epistolam legeram, cum, etc. *Ter. Phorm. 4, 2, 4.* Vix dum dimidium dixeram; intellexerat. *P. Sequente et pro cum. Val. Fl. 4, 508.* de Vesuvio: vix dum ignea montem Torsit hiems, jamque Eoas cinis induit urbes. *Virg. A. 5, 857.* Vix primos inopina

quies laxaverat artus, Et super incumbens, etc. *Stat. Theb.* 5, 263. vix primus ab ira Pallor, et impulsis surgunt ad proelia mensis. P Pro statim, si *Nonio* 4, 497. creditur. *Varr. ib.* Vix vulgus confluit, non furiarum, sed puerorum atque ancillarum. Si *Donato* ad *Ter. Eun.* 3, 2, 19., ad *Ad.* 3, 2, 12. et ad *Phorm.* 2, 3, 26., est pro non in illo *Lucil.* carcer vix carcere dignus.

VIXET, syncope pro *vixisset*. V. VIVO.

UL

ULCERARIA, ae, f. herba eadem quae marrubium ap. *Appul. Herb.* 45. Fortasse ita est appellata, quia, ut ait *Plin.* 20, 22, 89., ejus succus illitis etiam vulneribus a cane factis medetur.

ULCERATIO, onis, f. *ἔλκος*, *ἔλκωσις*, actus ulcerandi. Item ipsum ulcus. *Sen. Const. Sap.* 6. Dolores, damna, ulcerationes, vulnera. *Plin.* 34, 11, 27. Oris, gingivarumque ulcerationem emendare.

ULCERATUS, a, um, part. ab *ulcero*, *ἔλκωμαι*. *Cic. Fat.* 16. Nondum ulcerato serpentis morso *Philocteta*.

ULCERO, as, a. l. *ἔλκωω*, ulcerosum facio. *Hor. Sat.* 1, 6, 106. nunc mihi curto Ire licet mulo, etc. Mantica cui lumbos onere ulceret, atque eques armos. P Translate. *Id. Ep.* 1, 18, 72. Non ancillatum jecur ulceret ulla, puerve, h. e. amore sanciet. V. v. sq.

ULCEROSUS, a, um, adj. *ἔλκωδης*, ulceribus plenus. *Tac. A.* 4, 57. Ulcerosa facies, ac plerumque medicaminibus interstincta. P De arboribus. *Plin.* 17, 14, 24. Ante omnia gemmantis nitere conveniet, nihil usquam ulcerosum esse, aut retorridum. P Translate. *Hor. Od.* 1, 25, 13. Cum tibi flagrans amor, et libido, Quae solet matres furiae equorum, Saeviet circa jecur ulcerosum Non sine questu, h. e. libidine, turpi prurigne, tanquam ulcere ardens. V. ULCUS.

*ULCIANA PRAEFECTURA ab Ulcis fortasse nomen traxit. Fuit autem Ulci, *Ὀλκιοί*, oppidum Lucaniae, alio nomine Volsci, ut probabile est. *Frontin.* in *Lucania* ap. *Cellar.* B. A.

ULCISCO. V. in sequenti dictione.

ULCISCOR, eris, ultus sum, dep. 3. *ὑλίσσω*, punio aliquem ob illatam injuriam, poenas repeto, injuriam persequor. *Cic. ad Brut.* 1, 3. med. Eos cives, qui contra patriam arma ceperunt, omnibus sententiis ulciscor et persequor. *Id. Mil.* 33. Aliter perire pestis illa non potuit: nunquam illum republica suo jure esset ulta. *Sall. Jug.* 46. f. Dum alteri alteros vincere quovis modo, et victos acerbis ulcisci volunt. *Cic. Div. Verr.* 6. Quos intelligis, non, ut per te alium, sed ut per aliquem te ipsum ulciscantur, laborare. Ubi *Ascon.* Ulciscor et punio significat, et vindico: nunc ergo puniant intelligemus. *Id. Att.* 9, 12. Odi hominem, et odo: utinam ulcisci possem! sed ulciscuntur illum mores sui. *Id. Cat.* 2, 8. Quos ego, si ullo modo fieri posset, non tam ulcisci studeo, quam sanare. *Ter. Eun.* 5, 4. f. Ego pol te pro istis dictis et factis, scelus, ulciscar, ut ne impune nos illuseris. *Prop.* 1, 15, 15. Alpheisiboea suos ulta est pro conjuge fratres. *Caes. B. G.* 1, 14. Consuevisse Deos, quos pro scelere eorum ulcisci velint, his secundoiores interdum res concedere. P *Ulcisci injuriam, scelus, vindicare, persequi, puniendo eos, qui admiserunt.* *Cic. Fam.* 12, 23. Neque enim haec a te non ulciscenda sunt, etiamsi non sunt dolenda. *Id. Verr.* 2, 1, 28. f. Non oportet esse cuiquam, ne in ulciscenda quidem injuria, hominis occidendi potestatem. *Id. ib.* 4, 3. f. Statuerunt istius injurias per vos ulcisci et persequi; et *ib.* 3, 27. Si istius nefarium scelus ulci vi manique essent. *Id. Rab. perd.* 5. Similis viri tu ulcisceris patrii mortem, atque ille persequeretur fratris sui. *Ter. Phorm.* 1, 4, 12. Absque eo esset, recte ego mihi vidissem, et senis essem ultus iracundiam. *Or. Met.* 7, 458. Androgeique necem justis ulciscitur armis. *Id. Trist.* 2, 134. Ultus es offensas, ut decet, ipse tuas. *Hor. Od.* 4, 12, 7. quod male barbaras Regem est ultra libidines. *Phaedr.* 5, 3. punctum volucris parvulae Voluisti morte ulcisci. *Just.* 2, 15. med. Spartani, ut illatum a Persis Graeciae bellum ulciscerentur, ultro fines eorum depopulantur. P *Ultum ire*, procedere ad ulciscendum. *Sall. Jug.* 71. Cum maxima cura injurias ultum ire festinat. *Tac. A.* 4, 73. f. Recipient cohortes alasque fessas vulneribus: neque dux Romanus ultum iit. P *Ulcisci se, patrem, etc.* punire aliquem ob injuriam sibi, patri, etc. illatam. *Cic. Rosc. Am.* 24. Qui patris ulciscendi causa supplicium de matre sumpserunt. *Id. Or.* 1, 8. Tenere arma, quibus possis te ulcisci lacessitus. *Or. Pont.* 1, 8, 20. Se nimis ulciscens, exstist ipse nocens. *Id. Fast.* 3, 709. haec pietas Caesaris, ulcisci justa per arma patrem. *Id. Met.* 12, 603. Vertere in Aeaciden, caesosque ulciscere fratres. *Id. Fast.* 5, 574. ulcisci nomen utrumque paro. *Virg. A.* 2, 575. subit ira cadentem Ulcisci patriam, et sceleratas sumere poenas. *Plin.* 34, 14, 41. A ferro sanguis humanus se ulciscitur. Contactum namque eo celerius subinde rubiginem trahit. P *Ulcisco* activa positione. *Enn.* ap. *Non.* 4, 155. Nisi patrem materno san-

guine exanclando ulciscerem. Hinc passive *Sall. Jug.* 34. Quidquid sine sanguine civium ulcisci nequitur, jure factum sit.

ULCUS, eris, n. *ἔλκος*, solutio ex pure collecto in corpore animalis cum tumore cutis, aut ruptione: a voce Graeca allata: quae quia cum aspiratione est, *hulcus* multis scribi placet. Sed multis item placet Latino more scribi. *Hard.* in *Plinio* semper h retinuit. Aliorum auctorum MSS. pro utraque scriptioe sunt. Differt a vulnere, quod *ulcus* sponte nascitur, *vulnus* ictu infligitur. *Non.* 5, 49. ulcus ait esse tectam et clausam malignitatem, vulnus patientem. Qua ratione *Pers.* 3, 113. tenero latet ulcus in ore Putre. *Virg. G.* 3, 453. ferro rescindere summum Ulceris os: alitur vitium, vivitque tegeo, Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor Abnegat: vulnera hic dicit ipsa ulcera. P Translate. *Mart.* 11, 60. Pulcror est Chione, sed Phlogis ulcus habet, h. e. latentem pruriginem, urticam, obscenum Veneris sensum. V. ULCERO. P *Ulcus tangere*, rei, quae dolorem facit, mentionem facere, et vulnus refricare. *Ter. Phorm.* 4, 4, 10. Quid minus vitibile fuit, quam hoc ulcus tangere, aut nominare uxorem? *Or. Trist.* 3, 11, 63. rescindere vulnera noli, Deque gravi duras ulcere tolle manus. *Cic.* alio sensu *N. D.* 1, 37. f. Horum quidquid atigeris, ulcus est: ita male instituta ratio exitum reperire non potest, h. e. absonum, absurdum, a veritate alienum, et quasi mendacio laborans. P Translate sunt et illa *ejusd. Dom.* 5. Quid, si utrumque fuit, ut et fames stimulet homines, et tu in hoc ulcere tanquam unguis existeres? h. e. in hoc malo esses id, quod est molestius et gravius: esses huic rei caput, ut ait *Lucr.* 4, 1061. de amore: Ulcus enim vivescit, et inveterascit alendo. *Plin.* 36, 15, 24. n. 12. Marmora in lapidicinis crescere, auctor est *Papirius Fabianus*: exemptores quoque affirmant, compleri sponte illa montium ulcera. P Dicitur de quocumque abscessu, sive lateat sub cute, sive apertum sit. *Lucr.* 6, 1164. Et simul ulceribus quasi inustis omne rubere Corpus. *Cels.* 5, 9. Crustas ulceribus inducere; et *ib.* 14. Carnem alere et ulcus implere; et *ib.* 26. n. 31. Interdum vetustas ulcus occupat, induciturque ei callus, et circum orae crassae liveat; (Saepe toto illo cap. *ulcus* et *vulnus* promiscue usurpat.) et *ib.* 28. n. 6. Fiant ex frigore ulcera, maxime in pueris, et praecipue in pedibus. *Plin.* ep. 6, 24. Ulceribus putrescere ex diutino morbo. *Plin. alter* 23, 6, 60. Ulcera quacumque in parte manantia; et *ib.* 9, 81. Tetra ulcera purgare. *Id.* 22, 23, 49. Ulceribus non mature-scentibus laser prodest. *Id.* 10, 74, 95. Avis ulcera asini rostro excavat. P De arboribus *Id.* 17, 24, 37. n. 6. Difficilius tolerant frigora, aut aestus, quoniam in ulcus penetrat omnis a foris injuria.

ULCUSCULUM, i, n. *ὑλκιδιον*, ulcus exiguum. *Cels.* 5, 28. n. 15. Ex pustulis nonnunquam ulcuscula fiunt. *Sen. ep.* 72. med. In corpore interdum robusto solidoque eruptiones quaedam pustularum, et ulcuscula. *Plin.* 28, 19, 78. Ulcuscula oris sanare.

ULEX, icis, m. frutex rosmarino similis, sed asperior, qui retinendi auri gratia sterni solet in fossis, canalibusque ad id fieri solitis, ut ait *Plin.* 33, 4, 21. qui *ib.* subdit: Ulex siccatu uritur, et cinis ejus lavatur substrato caespite herboso, ut sidat aurum. Vicena millia pondo ad hunc modum annis singulis Asturiam, atque Gallaeciam, et Lusitaniam praestare, quidam tradiderunt, ita ut plurimum Asturia gignat. Neque in alia parte terrarum tot saeculis haec fertilitas. Haec *Plinius*.

*ULIANUS, i, insula Galliae adjacens, in sinu Aquitanico. *Plin.* 4, 19. P Hodie est *Oleron*. V. *Olarion*. B. A.

[ULIENSIS, e, adj. ad Uliam pertinens, Hispaniae Baeticae oppidum, nunc *Montemajor* appellatum, cuius mentio est ap. *Hirt. B. Alex.* 61. et *Auct. B. Hisp.* 3. Hinc *Ulienses, ium*, absolute, incolae illius oppidi. *Inscr.* ap. *Grut.* 271, 1. Splendidissimus ordo Reip. Uliensium. F.]

ULIGINOSUS, a, um, adj. *ὑμωδός*, uligine plenus, humidus. *Serv.* ad *G.* 2, 184. scribit, agrum uliginosum dici eum, qui semper humidus est; humidum autem, qui siccatu aliquando possit. *Varr. R. R.* 1, 6. extr. Campester locus, qui est ad libellam aequus, cum aquae non habeat delapsus, fieri solet uliginosus. *Id. ib.* 2, 3. Lapide aut testa sub-sterni oportet, caprile quo minus sit uliginosus ac lutulentum. *Plin.* 17, 5, 3. Uliginosa terra. *Colum.* 2, 4. Uliginosos campos proscindere. *Arnob.* 1, 30. Uliginosa et turgentia viscera, h. e. aqua intercute laborantia.

ULIGO, inis, f. *ὑμωγός*, terrae humor naturalis, ex ea nunquam recedens, ut ait *Serv.* ad *G.* 2, 184. Videtur *uligo* pro *udiligo*, ut *fuligo* pro *fumiligo*, usurpatum fuisse. *Varr. R. R.* 2, 2. med. Solum (*stulubi*) oportet esse eruderatum, et proclivum, ut everri facile possit, ac fieri purum. Non enim solum ea uligo lanam corrumpit ovium, sed etiam ungulas, ac scabras fieri cogit. *Virg. l. c.* At quae pinguis humus, dulcique uligine laeta. *Sil.* 8, 381. Et quos pestifera Pomptini uligine campi, etc. [*Colum.* 1, 6. In nostris regionibus, quae uligine redun-

dant, magis illam positionem pensilis horrei probamus. F.]

ULIXES, is, m. idem ac Ulysses, ut est in quamplurimis MSS. et veterib. libris: quomodo ab *Ἀλκίνοσος* dixere etiam Aegyptus, a *στίψω* stipo, a *στίψω* frigo. *Voss.* in *Etym.* in voce *Stipes*, et alii: atque ita a Latinis aliquando scriptitatum esse, ostendunt illa verba *Plut.* in *Marc.* c. 20. *Τὰ μὲν ἔχοντα Μηλιόρου τὰς δὲ Οὐλλέζου, τὸντίστῃν Ὀδυσσεύς, ἐπιγράφας.*

*ULLA, ae, fluvius Hispaniae Tarraconensis, in hodierna Galicia vel Asturia. *Mela* 3, 1. B. A.

ULLO, ultus fuero, perdidero, futurum antiquum subjunctivi ab *ulcisco* *Accius* ap. *Non.* 2, 894. Qui, nisi genitorem ullo, nullum meis dat finem miseris. Alii leg. *ulto*, quod majorem sane habet analogiam ad particip. *ultus fuero*. Alii *ulso*. [*At Bothius* conjicit, legendum genitore *ulto*. F.]

ULLUS, a, um, pronom. *ὑς*. [*Diminutiv. ab *unus*, contractum ex *unulus*.] idem quod *aliquis*, sed usu ab eo differens: non enim eo utimur affirmative, neque dicimus, *Sunt ulli, qui studia amplectantur*, sicut *Sunt aliqui*; sed vel negative, ut *Non est ullus, qui publica commoda privatis rationibus praeferat*: vel interrogative, ut *Estne ullus, qui legum metu solutus ab injuria temperet?* vel infinite, ut *Nescio, an ullus sit, qui non majorem opibus, quam virtuti honorem deferat*; vel subjunctive, seu conditionaliter, ut *Si ullus me vocabit, statim veniam*. *Cic. Phil.* 2, 38. Omnino ullius rei nemo fuit emptor, cum defuerit hic venditor. *Id. Verr.* 2, 4, 3. f. Nullum, inquam, horum reliquit, neque aliud ullum tamen, praeter unum perverstum ligneum. *Id. ib.* 2, 2, 24. Debebat ullum nummum nemini. *Id. ib.* 2, 5, 3. Sine ulla facultate navium. *Ter. Hec.* 4, 4, 102. Si ullo modo est, ut possit. P Aliquando tamen usurpatur affirmative, eodem modo, quo *aliquis*. [*Exempla, quae *Noster* firmandae sententiae, *ullus* etiam affirmative, poni posse, adhibuit, praeter *Virgili* locum, nihil probant. Stat regula, quam recte *Noster* ab initio ipse proposuit, v. *ullus* nonnisi in negandi sententia, vel expressa, vel tacita poni posse. Sed illud notandum, inveniri locos, in quibus negandi ratio talis sit, ut nisi probe omnia pervestigaveris, facile nullam vidisse videaris. Qualis est *Cic. Brut.* 88, 301. Primum memoria tanta, quantam in nullo cognovisse me arbitror: ubi *Wetzel* et *Goerenz.* in *ullo* defendunt; recte quidem, quod defendunt, sed *Goerenz.* parum feliciter ratione, quam adhibet: *ullus* ideo ferri posse, quod pro quacumque dicatur. Ita enim pronuntiat *V. D.* ad *Cic. Fin.* 5, 21, 59.] *Cic. Div. Verr.* 18. f. Non potes eum sine ulla vituperatione accusare. *Virg. G.* 3, 428. de angue Calabro: Qui, dum amnes ulli rumpuntur fontibus, et dum vere madent udo terrae, ac pluvialibus Austris, Stagna colit, ripisque habitat, etc. *Quint. decl.* 5, 13. Objicit mihi, quod ullum de liberis meis potuerim facere discrimen. P Punitur interdum pro alteruter. *Cic. Verr.* 2, 5, 3. f. Durum hoc fortasse videatur; neque ego ullam in partem disputo. P *Ullius* in genitivo praenuntiam apud poetas habet communem. *Virg. A.* 11, 354. nec te ullius violentia vincat. *Hor. Ep.* 1, 18, 37. Arcanum neque tu scrutaberis ullius unquam. P *Ulli* pro *ullius* habet *Pl. Truc.* 2, 2, 38. Quasi vero corpori reliqueris tuo potestatem coloris ulli capiendi. Adde *Ser. A.* 207., ubi alii aliter leg. *Sic ullae* in dativo pro *ulli*. *Lucr.* 1, 687. neque sunt igni simulata, neque ullae Praeterea rei, quae, etc. P [*Confund. *ullo* et *illo*. V. *Cort* ad *Lucan.* 5, 117. *ullus* et *nullus*. *Id. ib.* 5, 111. *ulla* et *universa*. V. *Heindf.* ad *Cic. N. D.* p. 151.]

*ULMANETES, um, populi Galliae Belgicae, ubi nunc *Senlis*. *Plin.* 4, 17. B. A.

[ULMANUS, a, um, adj. qui ulmis consitus est. Ita oppellatus est pagus septem ab Urbe millib., quia fortasse prope ulmorum nemus erat positus, quemadmodum et *transulmanus* vocatus est alter, qui trans idem nemus fuerat. *Inscr.*, reperta paucis abhinc annis septem ab Urbe millib., ap. *Or. Coll. Inscr. Lat.* n. 111. Clivum medium fregi, et depressi impensa mea regioni Ficulensi, pago *Ulmanno*, et *Transulmano Peleciano*, usque ad *Martis*, et ultra. F.]

ULMARIUM, ii, n. *πυλωριον*, ulmorum seminarium, locus ulmis consitus, ulmetum. *Plin.* 17, 11, 15. Deferendae ex arearum venis post annum in ulmaria, intervallo pedali in quamque partem.

[ULMETUM, i, n. idem ac ulmarium. *Gloss. Phil.* *Πυλωριον*, ὁ τόπος, ulmetum. F.]

ULMEUS, a, um, adj. *πυλωριος*, qui ex ulmo est. *Colum.* 6, 3. f. Probaturque maxime ulmea frons. *Juven.* 11, 141. ulmea coena, h. e. ciborum simulacra ex ulmo. *Pl. Ep.* 5, 1, 20. Quem Apelles ac *Zeuxis* duo pigmentis pingent ulmeis, h. e. virgis ex ulmo caedent. *Id. As.* 2, 2, 96. Interminatus est, nos futuros ulmeos, nisi, etc. *Id. Rud.* 3, 2, 22. Si tibi ulmeam uberem esse speras virgidemiam. *Id. fr.* ap. *Serv.* ad *A.* 1, 482. Corpus tuum virgis ulmeis inscribam. V. ULMUS.

*ULMI, orum, oppidum Pannoniae inferioris. *Anton. Itin.* B. A.

ULMITRIBA, ae, comm. gen. πελλοτριβης, μα-
στυλας, qui assidue ulmeis virgibus caeditur, quasi ul-
mi tritor. Pl. Pers. 2, 4, 7. Nescio, inquam, ul-
mitriba tu.

ULMUS, i, f. πέλεια, arbor propter raritatem fo-
liorum maritandis vitibus maxime idonea. Virg. G.
1, 2. ulmisque adjungere vites. Juven. 8, 78. Stra-
tus humi palmas viduas desiderat ulmos, h. e. vite
carentes, quas fulciat. Quint. 8, 3. Ulmus mari-
ta, h. e. vitem adjunctam habens. Virg. G. 2, 416.
fecundae frondibus ulmi; et ib. 83. fortes. Ov. Met.
10, 100. amictae vitibus ulmi. Pers. 3, 6. patula
pecus omne sub ulmo est. Juven. 6, 149. ulmi Fa-
lerna, h. e. Falernae vites ulmis fultae. P Ex
ulmo fere erant virgae, quibus servi caedebantur.
Pl. Amph. 4, 2, 9. Verbero, etiam quis ego sim,
me rogitas? ulmorum Acheruns! h. e. in cuius tergo
ulmeae virgae quasi moriuntur; vel cuius tergum ul-
meas virgeas vorat, ut Acheron animas. His adde
et illa ejusdem Plauti passim, ulmitriba, ulmei sti-
li, ulmea pigmenta, virgidentia ulmea, quae omnia
ostendunt, ulmeis bacillis servos caedi, morem fuisse.
P De ratione serendi et colendi ulmos multa
Colum. 5, 6., Plin. 17, 11, 15., qui eorum genera
enumerat 16, 17, 9.

ULNA, ae, f. ὀλένη, ἀγκύλη, cubitus, h. e. os
illud brachii, quod inferius est, longiusque quam ra-
dius: item ipsum brachium ex duobus ossibus ulna
et radio constans: a priore voce Graeca allata, per
synopen. Plin. 11, 43, 98. Terrestrialium uni ho-
mini juguli, humeri; ceteris armi; uni ulnae. Cat.
17, 13. pueri instar Bimuli, tremula patris dormi-
entis in ulna. Ov. Met. 7, 847. Ulnis attollere ali-
quem; et ib. 9, 651. Nymphae teneris Lelegeidis
ulnis Tollere conantur. Prop. 2, 14, 11. Fovere
aliquem ulnis. Lucan. 3, 664. Ulnis prensare ali-
quid. Sil. 3, 457. validis gurgis frangitur ulnis, h.
e. jactando brachia natatu. Sic 10, 497. de Cloe-
lia: interrita Tiberim Tranavit, frangens undam puer-
ilibus ulnis. Stat. Silv. 5, 3, 266. Circumdare ali-
quem ulnis; et Ov. Met. 11, 63. Cupidis ulnis am-
plecti. Stat. Achill. 1, 172. avidis circumligare.
Claud. Laud. Seren. 219. Excipere in ulnas. Id.
in Eutrop. 2, 187. niveis reducem complectitur ul-
nis. Nemes. Ecl. 3, 27. Silenus parvum veneratus
alumnus, Aut gremio fovet, aut resupinus sustinet
ulnis. Calpurn. Ecl. 1, 45. maternis qui causam lu-
sit in ulnis, h. e. paene puer, et in gremio matris
causas egit, et eloquentiae specimen dedit. P Est
etiam mensurae genus. Plin. 16, 40, 76. n. 2. Ar-
boris crassitudo quatuor hominum ulnas complecten-
tium implebat. Sic ib. paulo post: Arbor crassitu-
dinis ad trium hominum complexum. Ὀγκυά Graece
dicitur hoc spatium a Polluce, et Hesych., scilicet
quantum extenditur utrumque brachium una cum la-
titudine pectoris. P Est etiam alterum mensurae
genus, nempe ab initio cubiti ad extremum medium
digitum extensum, πῆχυς. Hor. Ep. 4, 7. sacrum
metiente te viam Cum bis trium ulnarum toga. Virg.
Ecl. 3, 105. Die quibus in terris, etc. Tres pateat
coeli spatium, non amplius, ulnas. Id. G. 3, 355.
septemque assurgit in ulnas Semper hiems. P In
illo Aeni Perieg. 346. Nilus et immensos ulnam
dispersit in agros: aut ulnam significat abundantiam,
vel incrementum aquarum ad justam mensuram ascen-
dentium, quae per ulnas seu cubitos indicari solebat,
quaeque fecunditatem Aegypti inferebat: alii tamen
pro ulna leg. vitam, alii limum, alii alia: aut
ulnas legendum videtur, quia velut brachia effundit
aqua suas super utramque ripam: aut ulnam, quae
herba fluminea est.

ULOPHONON vel Ulrophyton, i, n. οὐλόφωνον,
vel οὐλόφυτον, herba est, species chamaeleonis nigri,
cujus succus juvenes necat anginae modo. Plin.
22, 18, 21. [et Appul. Herb. 109. F.]

[ULPIALIS, e, adj. ad Ulpium Trajanum Aug.
pertinens. Inscr. ap. Grut. 393, 6. P. Coelii] P.
F. Ser. Balbino Vibullio Pio flamine Ulpiali, etc. F.]

[ULPIANUS, a, um, adj. ad Ulpium pertinens.
V. ULPIUS. Inscr. ap. Grut. 1084, 7. Imp. Ner-
vae Trajanae Aug. nomine puerorum, puellarumque
Ulpianorum ex S. C. h. e. qui ab Ulpio Trajano alimen-
taria accipiunt. V. ALIMENTARIUS et FAUSTI-
NIANUS. F.]

ULPIANUS, i, m. Domitius Ulpianus Jctus no-
bilis, patria Tyrius, floruit Romae sub Caracalla,
et proximis imperatoribus, Alexandro Severo carus
in primis. V. Lampr. Alex. Sec. 15, 26, 31. et 51.
et Elag. 16. Meminit et Spart. Pesc. 7. Fuit prae-
fectus praetorio, et cum Gallias administraret, se-
ditione orta, interfectus est circa ann. Chr. CCXXXVIII.
Plurima scripsit ad jus pertinentia, quae passim in
Pandectas inserta sunt.

ULPICUM, i, n. ἀρροσκόροdon, genus allii grandis,
praecepit in Africa, inter pulmentaria ruris:
unde et Punicum allium a quibusdam appella-
tur. Pl. Poen. 5, 5, 35. Plenior allii ulpicique,
quam Romani remiges. Colum. 11, 3. med. Ulpi-
cum, quod quidam allium Punicum vocant, Graeci
autem ἀρροσκόροdon appellant, longe majoris est in-
crementi, quam allium. Id. 10, 113. Aliaque in-
fractis spicis, et olentia late Ulpica. Cato R. R.
71. Caput ulpici conterito.

Tom. IV.

ULPIUS, a, um, adj. ad Trajanum Imp. R. per-
tinens, qui e gente Ulpia fuit. Capitol. M. Aurel.
22. Ulpium forum, h. e. a Trajano exstructum.
Nummus Trajani apud Eckhel. D. N. V. T. 6. p.
432. Basilica Ulpia. P Ulpia tribus, ex numero
earum, quae imaginariae seu militares dicuntur.
V. TRIBUS. Inscr. ap. Grut. 532, 9. T. Aurelio
T. F. Ulp. Vindici Eq. Sing. Imp. N., etc. Adde aliam
ap. eund. 940, 9. et aliam ap. De-Vita Antiquit. Be-
nev. cl. 7. n. 6. P *Ulpia Trajana, Augusta cogno-
minatum, oppidum Daciae. Inscr. ap. Grut. 437,
1. Adde Nummum Trajani ap. Cellar. Geograph. Ant.
T. 1. p. 480. Nunc vicus Varhel est. V. Zarnize-
gethusa. P Ulpia Popirus, Οὐλάδα Τόπιρος, audit
Popirus oppidum Thraciae, numis Getae. V. Cel-
lar. Geogr. Ant. T. 1. p. 1057. B. A.

ULS, praep. πέναν, idem ac ultra, apud veteres.
Prius fuit ultis, unde ultra, ut cis a citis, unde ci-
tra. Fest. Uls Cato pro ultra posuit. Pomp. Dig.
1, 2, 2. med. Quinquaginta constituti sunt cis Tibe-
rim, qui possent pro magistratibus fungi. Alii leg-
unt. Varr. L. L. 4, 15. Ideo sacra et uls, et eis
Tiberim non mediocri ritu fiant. Gell. 12, 13. Tres
istae voces intra, citra, ultra, quibus certi locorum
fines demonstrantur, singularibus apud veteres syl-
labis appellabantur, in, cis, uls. Hae deinde par-
ticulae, quoniam parvo exiguoque sonitu obscurius
probebantur, addita est tribus omnibus eadem syl-
laba: et quod dicebatur cis Tiberim, et uls Tiberim,
dici coeptum est citra, et ultra Tiberim. Haec
Gellius.

ULSO. V. ULLO.

ULTER, ra, rum, adj. qui est ultra aliquem lo-
cum. Salmas. in exercit. Plin. p. 721. conatur hanc
vocem intrudere in Plin. et Apulej., sed utroque lo-
co alii aliter. P In usu tamen est ejus comparati-
vum.

ULTERIOR, us, adj. comparat. ab ulter, προω-
τερος, ὁ πέναν. Ter. Ph. 4, 2, 10. Sed eum
ipsum, quis est ulterior? Cic. Prov. cons. 15. Quo-
rum alter ulteriorem Galliam decernit cum Syria,
alter citeriorem, h. e. Transalpinam. V. GALIA.
Ov. Met. 2, 417. Ulterius medio spatium sol altus
habebat. Vell. 2, 107, et Virg. A. 6, 314. Ulter-
ior ripa. Tac. H. 4, 77. Mosellae pons, qui ulter-
iora coloniae annectit; et G. 17. Proximi ripae
negligerent, ulteriores exquisitius. P Translate.
Id. H. 4, 8. Ulteriora mirari, praesentia sequi
Ov. A. Am. 3, 769. (et Fast. 5, 532.) Ulteriora
pudet docuisse, h. e. quae fieri solent post ea, quae
hactenus dicta sunt. Id. Am. 2, 9, 10. Semper
et inventis ulteriora petit, h. e. plura. Sabin. 2, 97.
Sic tamen, ah! potius sic perstes, quam mihi de te
Ulterior tangat pectora, Phylli, dolor, h. e. novus,
aut major, vel longior. Quint. 10, 7. med. Opus
est naturalium quadam mobilitate animi, ut, dum pro-
xima dicimus, struere ulteriora possimus.

ULTERIUS, adv. compar. ab ultra: προωτερος,
longius. Ov. Met. 2, 871. Falsa pedum primis
vestigia ponit in undis, Inde abit ulterius. Id. Trist.
3, 4, 51. Ulterius nihil est, nisi non habitabile frigus.
Prop. 1, 6, 3. Cum quo Riphaeos possim
conscendere montes, Ulteriusque domos vadere Mem-
nonias. Petr. Sat. 120. Equid Romano sentis te
ponderare victam, Nec posse ulterius perituram extol-
lere molem? P Translate. Sen. ep. 102. Episto-
la tua revocavit me cogitationi aptae traditum, et
iturum, si licuisset, ulterius. Virg. A. 12, 938.
Ulterius ne tende odium. Ov. Met. 12, 313. Occu-
pat Aegides, cubitique ingentia frangit Ossa, nec
ulterius dare corpus inutile leto Aut vacat, aut curat,
h. e. amplius feriendo. Id. Her. 17, 28. ulterius nil
habet ille mei; et Met. 6, 470. Rogare quidquam
ulterius justo. Prop. 2, 12, 19. si me ulterius pro-
vexerit ira. Val. Max. 1, 1. n. 15. Coelestibus
injectus est rubor ulterius adversus eam saevienti-
gentem. Pacat. Pan. Theodos. 30. med. Ulterius
se negare supplicio non poterat, h. e. diutius; et
Ov. Met. 3, 487. Non tulit ulterius; et Claud. Rapt.
Pros. 3, 114. Jam non ulterius Phrygia tellure mor-
abor, h. e. non amplius.

ULTIME, adv. Appul. Met. 1. Tandem evado,
et utpote ultime affectus, ad quandam cauponam
devorto. Id. ib. 10. Nudam flagris ultime verber-
at, h. e. ad extremum paene supplicium: ἑσχάτως
μαστίγοι.

ULTIMO, adv. ἑσχάτως, postremo, ad extre-
mum, denique. Suet. Ner. 32. f. Ultimo templis
compluribus dona detraxit, simulataque ex auro,
vel argento fabricata conflavit. Petr. Sat. 20. f. Ac
ne Giton quidem ultimo risum tenuit; et ib. 139.
Cum diu mecum esset locuta, ultimo coepit dicere,
te, etc.

ULTIMO, as, n. 1. in ultima parte sum, ad extre-
mum perveni. Tert. Pall. 1. f. Cum ultimarent
tempora patriae.

ULTIMUM, adv. τὸ ἑσχάτον, postremum. Liv. 1,
29. Nunc errabundi domos suas, ultimum illas vi-
suri, pervagantur. Alii aliter leg. Curt. 5, 12. Da-
rius Artabazum ultimum illum visurus amplectitur.
Appul. Met. 2. Ecce jam ultimum desletus atque con-
clamatus processerat mortuus.

ULTIMUS, a, um, adj. ἑσχάτος, superlativum
ab ultra, postremus, extremus, summus, novissi-
mus: quasi ultra omnes, sive retro, sive ante respi-
cias; et refertur ad ordinem, locum, tempus. Caes.
B. G. 5, 42. med. Se sub ipso vallo constipave-
rant, recessumque primis ultimi non dabant. Cic.
Dio. 2, 43. f. Coelum ipsum, quod extremum at-
que ultimum mundi est. Hor. Ep. 1, 16, 79. mors
ultima linea rerum est. Cic. Somn. Scip. 3. f. Lu-
na quae ultima a coelo, citima terris luce lucebat
aliena. Caes. B. C. 1, 84. extr. Ultimum suppli-
cium, h. e. mortis. Sic Liv. 3, 58. f. et Plin. ep.
2, 11. Remittere alicui ultimam poenam. Tac. A.
15, 61. extr. Denuntiare alicui necessitatem ultimam.
Ov. Fast. 4, 856. Ultima prolato subdita
flamma rogo. Prop. 1, 17, 20. Ultimus lapis, h.
e. sepulcri. Mart. 4, 70. Ultimaerae, h. e. tes-
tamentum. Ter. Ph. 1, 4, 38. Quis hic est se-
nex, quem video in ultima platea? h. e. in ultima
parte plateae. Sic Heaut. 5, 1, 29. Est mihi in ul-
timis conclave aedibus quoddam retro, h. e. in inti-
ma aedium parte; et Cic. Att. 5, 16. f. In ul-
timam provinciam se recepit. Plin. 9, 5, 4. Ultima
cauda. Colum. 11, 2. med. ultimo mense Junio, h.
e. in fine Junii, extremo Junio. Sic Pall. 4, 10.
Mense Martio ultimo; et ib. med. Ultimo Aprili.
Phaedr. 4, 19. Pervenit ad draconis speluncam ul-
timam, h. e. profundissimam, et a terrae superficie
maxime recedentem. Curt. 4, 10. In ultimas terras
trahi; et Liv. 21, 10. f. Devehendum in ultimas
maris terrarumque oras. Ov. Met. 4, 300. stagni
ultima vivo Caespite cinguntur. P Si retro respi-
cias, ultimum dicitur quod est primum. Cic. Prov.
cons. 18. med. Nonne vobis videor et ultimi tempo-
ris recordatione, et proximi memoria, medium illud
tristissimum tempus debere ex animo excidere? Id.
Inv. 2, 2. med. Ab ultimo principio. Id. Fin. 1,
20. Tam multis ab ultima antiquitate repetitis. Id.
Arch. 1. Pueritiae memoriam recordari ultimam.
Nep. Att. 1. Ab origine ultima stirpis Romanae.
Virg. A. 7, 49. tu sanguinis ultimus auctor. Just.
12, 16. Ab ultima saeculorum memoria. Id. 2, 1, 1.
f. Hominum vetustas ultima. Ov. Her. 14, 208.
Ultima quid referam? h. e. antiqua. Sic Sever. Aetn.
17. ultima certamina. P Ultimus, infimus. Liv.
30, 30. Tibi quoque inter multa egregia non in ul-
timis laudum hoc fuerit. Albinov. 1, 41. Ultima
sit laudes inter ut illa tuas. Liv. 34, 18. Consul
parsimonia, et vigiliis, et labore cum ultimis mili-
tum certare. Vell. 1, 11. Qui se Philippum, re-
giaeque stirpis ferebat, cum esset ultimae. Plin. 17,
12, 18. Non fastidienda haec quoque scientia, at-
que non in ultimis ponenda. P Item summus, in
malam partem. Brut. ad Att. inter ep. Cic. ad Brut.
1, 17. med. Nimum timemus mortem et exilium,
et paupertatem: haec videntur Ciceroni ultima esse
in malis. Quint. 2, 2. f. Ut absit ab ultimis vitiis
ipse praceptor, ac schola, ne praecipendum quid-
dem credo. Curt. 5, 12. f. Onusti praeda per ul-
timum scelus parta. Plin. 17, 24, 37. n. 10. Nitrum,
et alumen, et marina aqua calida, ultima venaena
(vitibus) sunt. Just. 24, 2. med. Inauditis ul-
timisque execrationibus adjurat. Liv. 37, 53. Dis-
crimen ultimum vitae et regni, etc. Quint. decl.
12, 24. f. Ultimum omnis memoriae reum una vox
innocentem facit? h. e. pessimum, deterrimum. Sic
Appul. Met. 9. Ultima pistoris illa uxor. Petr. Sat.
141. med. Saguntini oppressi ab Annibale humanas
edere carnes: Petelini idem fecerunt in ultima fame;
et ib. 24. Ad ultimam perductus tristitiam. P
Etiam in bonam. Cic. Fin. 3, 9. et 10. Summum
bonum, quod ultimum appello. Id. N. D. 2, 12.
Ultimae perfectaeque naturae. P Ultimum substantivi
more. Cic. Fam. 7, 17. f. Perfero, et ultima ex-
spectato, quae ego tibi et jucunda, et honesta prae-
stabo. Liv. 2, 28. f. Priusquam ultima experiren-
tur. Id. 37, 54. Omnia ultima pati, quam se regi
tradere maluissent. Id. 45, 19. extr. Fidem ad ul-
timum fratri praestitit; et 28, 28. Consilium scele-
ratum, sed non ad ultimum demens; et Plin. 19, 1,
2. n. 1. Ultimi hominum existimati Morini. Id. 11,
29, 35. extr. Ultimo caudae reflexo. Vell. 2, 125.
Paene in ultimum gladiatorum erupit impunitas. Au-
rel. Vict. orig. gent. R. 10. Matrem ultimo aeta-
tis affectam; et Caes. 40. Constantium patrem ul-
tima vitae agebant, h. e. extremus morbus urgebat.
Calpurn. Ecl. 3, 91. Lycidas habet ultima rerum,
h. e. mortuus est. P Ultima pati, mala gravissi-
ma, quibus pejora nulla sint. Ov. Met. 14, 483.
Ultima jam passi comites belloque fretoque Defi-
ciunt. Adde Trist. 3, 2, 11. et Curt. 3, 1. Sic Id.
9, 9. med. Famem et ultima sibimet ominabantur.
P Ad ultimum, postremo, ad extremum. Liv. 1,
53. f. Vetant mirari, si qualis in cives, qualis in
socios, talis ad ultimum in liberos esset. Id. 5, 10.
med. Ne ulla unquam quies miserae plebi sit, quae
nunc etiam vectigalis ad ultimum facta sit. Id. 26,
27. med. Siqua misericordia tandem flecti possent,
ne se ad ultimum perditum irent. P Ultimus pro
ultimum legitur in Inscr. optima notae ap. Marin.
Inscriz. Alb. p. 159. Ultimum hujus orationis erit
omnia meruisse te, neque omnia contigisse mihi.

ULTIO, onis, f. τιμωρία, ἐδίκησις, injuriae aut

sceleris punitio, vindicta. *Petr. Sat.* 132. Matrona contumeliis verberata, tandem ad ultionem decurrit; et *ib.* 106. *f.* Negat se interpellare supplicium, imo accedere etiam iustissimae ultioni. *Sen. Ira* 2, 32. Inhumanum verbum est, et quidem pro justo receptum, ultio; et *ib.* 3, 5. *f.* Ultio doloris confessio est. *Juven.* 13, 2. prima est haec ultio, quod se Iudice nemo nocens absolvitur; et *ib.* 190. Semper et infirmi est animi, exiguique voluptas, Ultio, continuo sic collige, quod vindicta Nemo magis gaudet, quam femina. *Tac. A.* 2, 13. Perfidos et ruptores pacis ultioni et gloriae mactandos. *Iust.* 1, 4. Exigere ab aliquo ultionem necati infantis; et *ib.* 5. *med.* In ultionem servati nepotis filium ejus interfecit. *Id.* 2, 4. Ultionem caesorum conjugum excidio finitimum consequuntur. *Id.* 12, 9. Ultionem alicui dare, *h. e.* ulcisci aliquem, puniendo qui eum laeserant. *Tac. A.* 3, 7. Petere ultionem ex aliquo, *h. e.* eum punire. *Id.* *ib.* 13, 21. *extr.* Obtinere ultionem in delatores; et *ib.* 4, 25. *f.* Explere se ultione, et sanguine; et *ib.* 12, 38. Acris ad ultionem exarsere. *Flor.* 2, 18. In ultionem exaudivit. *Id.* 1, 9. Mandare alicui ultionem sui. *Suet. Tib.* 25. Non contemnendam manum in ultionem domini comparaverat. *P. Ultio* fuit etiam nomen Deae, ut videtur. *Tac. A.* 3, 18. Cum Valerius Messallinus, signum aureum in aede Martis Ultoris, Caecina Severus, aram Ultioni statuendam censuissent, Tiberius prohibuit.

ULTIS. V. ULS.

ULTO. V. ULLO.

ULTOR, oris, m. *τιμωρὸς, ἔδικος*, qui injuriam illatam ulciscitur. *Cic. Sull.* 30. *f.* Ego ille conjurationis investigator, atque ultor, certe non defenderem Sullam, si conjurasse arbitraret. *Virg. A.* 4, 625. Exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor. *Sil.* 2, 495. Statque dies ausis olim tam tristibus ultor. *P.* Est appositum Martis, qui aedem Romae hoc nomine habuit, in Foro ab Augusto exstructam. *Suet. Aug.* 21. et 29. et *Cal.* 24. *extr.*, item *Or. Fast.* 5. a. v. 567. et *Inscr. ap. Grut.* 121. *lin.* 9, 232. *med.* et 317, 8.

ULTORIUS, a, um, adj. ad ulciscendum pertinens. *Tert. adv. Marc.* 2, 24. Deus immittit mala non peccatoria, sed ultoria.

ULTRA, *πέρα, πώρῳ*, trans, praeter, ulterius; praepositivum accusativum regens: cui opponitur *cis*, et *citra*: ab *uls*, ut *citra a cis*. *V. ULS.* *Caes. B. C.* 3, 66. Caesar paulo ultra eum locum castra transtulit. *Cic. Att.* 12, 27. Ultra Silianam villam est villula sordida, et valde pusilla. *Liv.* 5, 35. Cum audirent, saepe ab iis *cis* Padum, ultraque, legiones Etruscorum fusas. *Tac. A.* 15, 17. *f.* Diruta, quae Euphratem ultra communierat Corbulo. *Hor. Od.* 1, 22, 10. Ultra terminum vagari. *Prop.* 4, 7, 29. Si piguit portas ultra procedere. *P. Translate.* *Cic. Tusc.* 4, 17. *med.* Sed adhibent modum quendam, quem ultra progredi non oporteat. *Id. Phil.* 1, 5. *f.* Quis unquam tanto damno senatorem cogit? aut quid est ultra pignus, aut multa? *Hor. Od.* 3, 29, 32. Trepidare ultra fas; et *Sall. or. Licin. ad pleb. med.* Animi ignavi, non ultra concionis locum memores libertatis. *Id. fragm. ap. Macr. Sat.* 2, 9. Cum eum ad coenam invitaverant, ultra Romanorum et mortalium etiam morem curabant, exornatis aedibus, etc. *h. e.* praeter, aut supra. *Virg. Ecl.* 7, 27. si ultra placitum laudarit, *h. e.* plus, quam placet. *Id. A.* 6, 114. ultra vires, sortemque senectae. *Hor. Sat.* 1, 1, 106. sunt certi denique fines, Quos ultra, citraque nequit consistere rectum. *Flor.* 2, 7. Cum ille ultra jus victoriae, in templa, aras, et sepulcra ipsa saeviret; et *mox*: Vulnera ultra mortem patebant; et *Vell.* 2, 118. Juvenis ultra barbarum promptus ingenio, *h. e.* supra barbarorum indolem; et *ib.* 88. Maecenas otio ac mollitibus paene ultra feminam fluens. Alii leg. *ultra famam*, *h. e.* plusquam fama praedicaret, aut homines crederent. [**Frustra sunt isti correctores, Ruhnkenio quidem incogniti, quem v.*] *P. De numero.* *Hirt. B. Alex.* 21. *med.* Hoc proelio desiderati sunt circiter CCC. et paulo ultra eum numerum classarii et remiges. *P. De mensura.* *Cels.* 4, 2. n. 4. *f.* Si res coegerit, non ultra heminam aquae assumere. *P.* Saepe sine casu ponitur, et significat amplius, praeterea, insuper. *Cic. Univ.* 3. Si probabilia dicentur, nil ultra requiratis. *Id. Verr.* 2, 5, 45. *med.* Estne aliquid ultra, quo progredi crudelitas possit? *Id. Att.* 15, 1. *med.* Oratio scripta elegantissime sententiis, verbis, ut nihil possit ultra. *Liv.* 2, 19. Nec ultra bellum Latinum dilatatum est; et *Quint.* 3, 1. Gorgias et illorum fuit aemulus, et ultra, Socratem usque, duravit. *Sall. Jug.* 50. Mortem cuncta mortalium mala dissolvere: ultra neque curae, neque gaudium locum esse, *h. e.* post mortem. *Id. or. Lep. contra Sull. med.* Hac tempestate serviendum, aut imperitandum: nam quid ultra? *Virg. A.* 3, 480. quid ultra Provehor, et fando surgentes demoror Austros? et *ib.* 9, 782. Quos alios muros, quae jam ultra moenia habetis? *P. Sequente quam.* *Cic. Tusc.* 1, 9. Ultra enim quo progrediar, quam ut veri videam similia, non habeo. *Id. Inv.* 1, 18. *med.*; et *ib.* 49.

Exordium longum est, quod pluribus verbis aut sententiis, ultra quam satis est, producit. *Cels.* 3, 6. *f.* Potio esse debet magis liberalis, et ultra quam sitis cogit. *Liv.* 40, 30. Per dies aliquos nihil ultra motum, quam ut hae duae turmae ostenderentur. *Tac. A.* 6, 44. Nec ultra moratus, quam dum Scytharum auxilia conciret. *P.* Sunt qui putant, ultimam corripere posse cum *Ser. Sam.* 63, 1087. Curaque nil prodest, nec dicitur ultra cicatrix. Sed meliores libri habent *ulla*.

ULTRAMUNDANUS, a, um, adj. qui ultra mundum est. *Appul. Dogm. Plat.* 1. Deus ille summus, ultramundanus. *Capell.* 2. p. 43. *in carm.* Ultramundanus fas est cui cernere patrem.

ULTRIX, icis, *f. ἀντιτρία, τιμωρική*, quae ulciscitur. *Cic. Dom.* 43. Haec ultrix afflictae civitatis, reipublicae spoliis ornabitur? *Virg. A.* 6, 274. ultrices posuere cubilia Curae. *Id. ib.* 4, 473. ultricesque sedent in limine Dirae, *h. e.* Furiae, quas vocat *Sen. Med.* 967. ultrices Deas; et *Claud. ep.* 1, 14. ultrices Furias. *Id. III. cons. Hon.* 103. ultrices in se converterat iras. *Id. ep.* 19, 5. Ultrices pharetras tandem deponere, Cupido. *Id. Laud. Stil.* 1, 98. tractusque rotis ultricibus Hector. *Sen. Herc. Fur.* 895. ultrice dextra fusus Lycus. *P. Ultricia* in neutro plur. ut *victricia. Sil.* 2, 423. Mandabat Tyriis ultricia bella futuris. *Stat. Th.* 10. 911. et tela ultricia poscit.

ULTRO, adv. *ἐκωντῶ, ἐκ προαιρέσεως*, sponte, nemine rogante, aut cogente. *Cic. Fam.* 4, 13. Nec mihi quicquam tali tempore in mentem venit optare, quod non ultro mihi Caesar detulerit. *Virg. A.* 5, 446. Entellus vires in ventum effudit, et ultro Ipse gravis, graviterque ad terram pondere vasto Concidit, *h. e.* nullo impellente, ut *Donatus* interpretatur. *P.* Interdum significat prius. *Ter. Ad.* 4, 3, 3. Nisi si me in illo credidisti esse hominum numero, qui ita putant, Sibi fieri injuriam ultro, si, quam fecere ipsi, expositos, Et ultro accusant, *h. e.* ipsi priores accusant, non expectata querela eorum, qui injuria sunt affecti. Aliqui explicant, *perverse*, vice versa. *Id. Phorm.* 2, 3, 13. O audaciam! etiam me ultro accusatum advenit. Adde *Liv.* 40, 12. *P.* Interdum imo, vel e contrario. *Cic. Quint.* 23. Sextus Naevius, qui, cum ipse ultro deberet, cupidissime contenderet, etc. *Pl. Aul.* 3, 5, 55. Ubi disputata est ratio cum argentario, etiam plus ipsus ultro debet argentario. *P.* Interdum procul. *Id. Amph.* 1, 1, 164. Ultro istunc, qui exorat homines. *Id. Capt.* 3, 4, 19. Ultro istum a me. *P.* Interdum insuper, ultra, praeterea. *Virg. A.* 2, 145. His lacrimis vitam damus, et miserescimus ultro. Ita *Serv.* exponit. *Ter. Eun.* 5, 2, 21. Etiam ultro derisum advenit. *Cic. Fl.* 19. *f.* Cum pro frumento pecuniam accepisset, celavit cives suos, ultroque iis sumptum intulit. *P.* Ultro citroque, *δέξτερο κειτόσα, πρόσω καὶ ὀπίσω, ἔμπροσθεν καὶ ὀπίσθεν*, ultra et citra, huc et illuc, sursum et deorsum. *Caes. B. G.* 1, 42. Cum saepe ultro citroque legati inter eos mitterentur. *Cic. Rosc. Am.* 22. Postea homines cursare ultro et citro non destiterunt. *Id. N. D.* 2, 33. *med.* Sic naturis his, ex quibus omnia constant, sursum deorsum, ultro citroque commeantibus, mundi partium conjunctio continetur. *Liv.* 40, 40. Bis ultro citroque cum magna strage hostium transcurrerunt. *Suet. Cal.* 19. Per hunc pontem ultro citro commeavit. Alii leg. *citroque*. *P.* Translate ponitur pro vicissim, hinc inde, ac utraque parte. *Cic. Somn. Scip.* 1. Multisque verbis ultro citroque habitis, ille nobis consumptus est dies. *Id. Off.* 1, 17. Magna etiam illa communitas est, quae conficitur ex beneficiis ultro citro datis acceptis. *Id. Am.* 22. *f.* Nam implicati ultro et citro vel usu diuturno, vel etiam officiis, repente in medio cursu amicitias, exorta aliqua offensione, dirumpimus, *h. e.* hinc inde, modo hac, modo illa re.

[ULTRONEITAS, atis, *f. τὸ ἀντιζήσιον*, facultas sponte aliquid faciendi. *Fulg. Myth.* 3, 6. *f.* Quibus tres filias addunt, id est carnem, ultroneitatem, quam libertatem arbitrii dicimus, et animam. *F.*]

ULTRONEUS, a, um, adj. *ἑθελής, ἐκὼν*, spontaneus, voluntarius. *Sen. Q. N.* 2, 59. *med.* Quid interest ad mortem, utrum jussi eamus, an ultronei? *Appul. Met.* 1. Ultroneum exsiliium amplexus.

ULTRORSUM, adv. ultra. *Sulpic. Sev. H. sacr.* 2, 26. *med.* Ultrorsum pergere, et vicina quaeque R. imperio adjungere cupiens.

ULTROTRIBUTUM, et *disjunctim* Ultro tributum, i, n. sumptus est operum publicorum, *ἐργολαβία*: ita autem appellatur, quia qui opera publica faciendae, vel reficiendae redimebant, de pecunia sua impensas omnes faciebant, ut, re confecta, id ipsis ex aerario solveretur, in quod locatione conveniant. Differt a vectigali, quia qui vectigal conducebat, pecuniam prius colligebat, deinde vero aerario inferebat; qui vero ultrotributa, prius pecuniam ultro erogabat, deinde ex aerario, quod sibi debebatur, accipiebat: vel quia ultro ex aerario pecunia erogabatur redimentibus opera publica; cum in vectigalibus, qui conducebant, pecuniam in aerarium inferrent. *Ex Inscr. ap. Grut.* 207. *col.* 3. constat,

dimidiam partem pecuniae, quae ultrotributorum conductoribus ex aerario solvenda erat, tum solutam iisdem fuisse, cum praedia satisfactionibus obnoxia subsignata essent, alteram vero partem dimidiam, postquam opus effectum probatumque fuisset. *V. Asconii l. c.* in PRAEDIUM. *Varr. L. L.* 5, 2. *f.* Quinto quoque anno vectigalia, et ultrotributa per censores persolvebantur. *Liv.* 39, 44. *med.* Censores vectigalia summis pretiis, ultrotributa infimis locaverunt. *Id.* 43, 16. Publica vectigalia, aut ultrotributa conducere; et *mox*: locare, *h. e.* ipsa opera publica, in quae impensa faciendae erat, conducere, et locare. *Tab. Heracl. ap. Mazoch.* p. 378. Quibus locis ex lege locationis, quam censor aliusve quis magistratus publicis vectigalibus ultrove tributis fruendis, tuendisve dixit, dixerit, eis qui ea fruenda, tuendave conducta habebunt, ut uti, frui liceat, ut ea ab iis custodiantur, cautum est. *P. Translate.* *Sen. Ben.* 4, 1. Virtus saepius in ultrotributis est, *h. e.* cum duo sint actus virtutis, v. gr. liberalitatis, impendere et accipere, saepius est in impendendo, quam in accipiendo; ideoque similior est ultrotributis, quam vectigalibus.

ULTUS, a, um, part. ab *ulciscor*: qui ultus est. *Sall. Cat.* 34. *extr.* Ulti sanguinem nostrum. *Virg. A.* 6, 841. Ultus avos Trojae, templa et temerata Minervae. Adde *ib.* 4, 656. *P.* Passive. *Liv.* 2, 17. *extr.* Ob iras graviter ultas. *Val. Fl.* 4, 753. lege quod occidit ultus Ipse sua. Adde *Or. Her.* 8, 120.

ULVA, ae, *f. ὑβρη, (V. TYPHE)*, herba palustris, eadem ac buda et sari, quae ad ripas fluviorum stagnantium, ac in paludibus nascitur; ut alga, quae in mari. (*V. M. A. Macrium* in *Mem. dell' Accad. Pontan.* T. 1. p. 263. et sqq., qui de ulva, et ampelodesmo docte disserit, atque postrema hanc plantam longe differre ab ulva statuit, ideoque corrigenda sunt, quae in AMPELODESMOS diximus.) *Cato R. R.* 37. Circa salicita herbam altam, ulvamque (*vellito*): eam substernito ovibus bubusque. *Hor. Sat.* 2, 4, 42. Laurens aper ulvis et arundine pinguis. *Virg. A.* 2, 135. Limosoque lacu per noctem obscurus in ulva Delitit. *Id. ib.* 6, 415. trans fluvium incolomes vatemque, virumque Informi limo, glaucaque exponit in ulva. *Id. Ecl.* 8, 87. Ulva viridis. *Id. G.* 3, 175. et *Vitr.* 2, 1. *med.* et 5, 1. *med.* et *Pall.* 12, 7. *f.* palustris. *Or. Mel.* 4, 299. sterilis. *Id. ib.* 6, 344. legebant Vimina cum juncis, gratamque paludibus ulvam; et *ib.* 8, 335. tenet ima lacunae Lenta salix, ulvaeque leves, juncibus palustres; et *ib.* 14, 103. loca feta palustribus ulvis. *Id. Fast.* 1, 200. Et dabat exiguum fluminis ulva torum; et *ib.* 5, 519. flumineam lino celantibus ulvam, Sic quoque non altis, incubuere toris. *Id. Trist.* 4, 2, 41. Rhenus viridi male tectus ab ulva. *Lucan.* 2, 70. Exsul limosa Marius caput abdidit ulva. *Auson. Idyll.* 10, 122. Lucius obscuras ulva coenoque lacunas Obsidet. *Colum.* 4, 13. Optima est (*ligandis vitibus*) genista, vel paludibus desectus juncus, aut ulva. *Sidon. ep.* 2, 2. *f.* Hunc (*lacum*) circa lubrici scirporum cirri plicantur, simulque pingues ulvarum paginae natant. Adde *Plin.* 16, 1, 1. et 17, 23, 35. n. 26. et 21, 17, 68. *V. ULVOSUS.*

ULUBRAE, arum, *f. plur.* oppidum excisum, seu pagus desertus Latii apud Velitras urbem. *Cic. Fam.* 7, 18. Ulubris honoris mei causa vim maximam ranunculorum se commosse constabat. *Hor. Ep.* 1, 21, 29. quod petis, hic est, Est Ulubris, animus si te non deficit aequus. *Juven.* 10, 102. vasa minoras Frangere pannosus vacuis aedilis Ulubris. *V. Cardinali Inscr. Velit.* p. 47. — 57.

ULUBRANUS, a, um, et ULUBRENSIS, e, adj. ad Ulubras pertinens, ut Ulubranus populus, ap. *Cic. Fam.* 7, 12. et *Ulubrenses, ium*, absolute, incolae Ulubrarum, ap. *Plin.* 3, 5, 9.

ULUCUS. V. ALUCUS. ULULĀ, ae, *f. ὀλολύγαν, αἰγολύγος*, avis nocturna ex genere noctuarum: ab *ululando*, uti Graece ei nomen est ab *ὀλολύζειν*. *Virg. Ecl.* 8, 55. Certent et cygnis ululae, sit Tityrus Orpheus. *Plin.* 10, 12, 16. Uncos unguis et nocturnae aves habent, ut noctuae, bubo, ululae. *P.* Proverb. est illud *Varron.* ap. *Non.* 4, 226. Homines eum pejus formidant, quam fullo ululam: fullo genus quoddam scarabaei hoc loco significat: eo ulula libentissime vescitur.

ULULĀBĪLIS, e, adj. ululans, ululatu plenus, ut Ululabilis plangor, *Appul. Met.* 4. vox, *Id. ib.* 5. clamor, *Id. ib.* 10. et *Ammian.* 24, 1.

ULULĀMEN, inis, n. idem quod ululatus. *Prud. Cath.* 10, 122. Turba clangens ululamina miscet.

ULULĀTIO, onis, *f.* ululamen, ululatus. *Inscr.* ap. *Grut.* 705, 11. et 12. Parentes infelicissimi amissione ejus perpetuis tenebris, et quotidiana miserabili ululatione damnati.

ULULATUS, a, um, part. ab *ululo*: ululatus conclamatus. *Stat. Th.* 9, 724. Tu dulces lituos, ululataque proelia gaudes. Alii leg. *ululanda*, *h. e.* luctuosa. *Virg. A.* 4, 609. Nocturnisque Hecate trivis ululata per urbem, *h. e.* ululatus invocata. *Sic Stat. Th.* 3, 158. Quis steriles thalami, nulloque ululata dolore Respexit Lucina domum. *P.*

Ululatus completus Val. Fl. 4, 608. ululataque tellus Intremis. Stat. Silo. 1, 3, 85. juga Circes Dulichii ululata lupis. Id. Th. 1, 328. Ogygiis ululata furoribus antra. Claud. IV. cons. Honor. 139. ululata verendis Aula puerperis.

ULULATUS, us, m. ὀλογγός, ὀλογγή, actus ululandi, clamor clarus, sed inconditus. Caes. B. G. 5, 36. med. Tum vero suo more victoriam clamant, atque ululatum tollunt; et ib. 7, 80. Clamore et ululatu suorum animos confirmabant. Virg. A. 4, 667. Lamentis, gemituque et femineo ululatu Tecta fremunt. Ov. Met. 3, 528. Liber adest, festisque fremunt ululatus agri. Stat. Th. 9, 177. jam gaudia magnae Testantur voces, victorque ululatus aderrat Auribus. Catull. 63, 24. Maenades sacra acutis ululatus agitant.

ULULO, as, avi, atum, n. ὀλοῦζω, flebilem moestumque sonum edo, gannio: proprium canum et luporum: a voce Graeca allata, quae et ipsa per onomatopoeiam ficta est. Enn. ap. Fest. in Nictare: Canis ululat acute. Virg. A. 6, 257. visaeque canes ululare per umbram; et ib. 7, 18. formae magnorum ululare luporum; et G. 1, 486. Ululantes lupi. Ov. Met. 4, 404. Falsaque saevorum simulacra ululare ferarum. P Transfertur ad quamvis vociferationem et clamorem ululatus similem. Cic. Or. 6. Cum vero inclinata ululantique voce, more Asiatico, canere coepisset, quis eum ferret? Virg. A. 4, 168. summoque ululantur vertice Nymphae. Ov. Fast. 2, 553. Perque vias urbis, Latiosque ululasse per agros Deformes animas, vulgus inane, ferunt. Id. Her. 2, 117. Pronuba Tisiphone thalamis ululavit in illis. Catull. 63, 28. Thiasus repente linguis trepidantibus ululat. Lucan. 6, 261. laetis ululare triumphis. Id. 1, 567. Sanguinei populi ululant tristia Galli, h. e. ululantes praedixerunt. Mart. 5, 41. Et concubino mollior Celae naco, Quem sectus ululat matris Enthaeae Gallus, h. e. ululando inelamat: nam et in sacris ululare dicebant, et Graeca consuetudine, ut ait Servius ad A. 4, 168. V. ULULATUS, a, um. Prud. Hamart. 452. Orbatam propriis ululavit civibus urbem, h. e. ululando questus est. Sil. 6, 563. jacent portis ululante dolore Dispersum vulgus, h. e. vulgus ululans ob dolorem. Hieron. in Isai. 5, 16, 6. Propter hanc superbiam ululaturus sit Moab. P Ululare, ululatus resonare. Virg. A. 2, 487. penitusque cavae plangoribus aedes Femineis ululant: ferit aurea sidera clamor. Sil. 6, 285. et lucus, et antrum, et resonare silvis ululantur flebile ripae. Claud. Rapt. Pros. 2, 269. Seu tu sanguineis ululantia Dindyma Gallis Incolis.

ULVONUS, a, um, adj. ulva abundans. Sidon. Carm. 7, 324. ulvosa quem vel Nicer abluat unda, Prorumpit Francus. Id. ep. 1, 5. med. Ulvolum Lambrum subvectus. F.]

*ULURTINI, orum, populi Italiae inferioris, ab oppido quodam, sed ignoto, fortasse nomen trahentes. Plin. 3, 14. B. A.

ULUSUBRITANUS, a, um, adj. ad Ulu subram pertinens, Africae Byzacenaee oppidum, quod Ὀλυζιβίττα dicitur a Ptolemaeo. l. 4. c. 4. Unuzibirra in Notit. utr. imp. Plin. 5, 4, 4. Oppida libera, Ulu subritanum, Vicense, etc. F.]

ULYSSES, et Ulyxes, is, m. Ὀδυσσεύς, filius Laertae ex Anticlea, pronepos Jovis Saturni filii, rex Ithacae et Dulichii insularum maris Ionii. Alii patrem fuisse dicunt Sisyphum Aeoli filium, latronem scelestissimum, qui cum Anticlea concubuerit, ante quam Laertae nuberet. V. SISYPHIDES. Fuit facundissimus, et callidissimus omnium, qui ad Trojam oppugnandam profecti sunt. Ejus res gestas, errores, laboresque, praeter Homer. in Odys., recensent Prop. 3, 10. a v. 23., Tibull. 4, 1. a v. 52., Hyg. fab. 125. et Sidon. Carm. 9. a v. 143., ipse quoque praedicat in oratione contra Ajacem ap. Ov. Met. 13. a v. 128. V. etiam ipsam Ajacis orationem ib. a v. 1. et Her. 1. P In gen. non solum Ulyssis dicimus, sed etiam Ulyssae a recto Ulysses, et Ulyssi contractione v. ei. Ov. Her. 1, 83. tua sum, tua dicar oportet Penelope: conjux semper Ulyssis ero. Hor. Od. 1, 6, 7. Nec cursus duplicis per mare Ulyssae. Id. Ep. 1, 7, 40. Haud male Telemachus, proles patientis Ulyssi. Virg. A. 3, 273. Et terram altricem saevi exsecramur Ulyxi. Alii leg. Ulyssis: Pierius in Mediceo Cod. Ulyxei. De hac declinandi ratione diximus in ACHILLES et OGYGES. P In dat. Ulyssi habet, in accusat. Ulysses, et Graeca positione Ulyssen: in vocativo, et ablat. Ulysse. Ov. Am. 2, 18, 21. Aut quod Penelope verbis reddatur Ulyssi. Prop. 2, 20, 37. Quicumque et venti miserum vexastis Ulyssen. Ov. Her. 1, 1. Hanc tua Penelope lento tibi mittit, Ulysse. Id. Pont. 4, 14, 35. Quis patriam solerte magis dilexit Ulysse? P Frequentissime in libris reperitur x pro duobus ss: frequenter etiam i pro y. V. ULTES. P *Portus Ulyssis, oppidum Siciliae cum portu, Catanae Aetnaeque monti vicinum. Plin. 3, 8. B. A.

[ULYSSEUS, et Ulyxeus, a, um, adj. ad Ulysem pertinens. Appul. Met. 2. Hostes et omnes inimici nostri tam diram, immo vero Ulyxeam peregrinationem incidunt. F.]

ULYSSIPONENSIS. V. OLISIPONENSIS.

UM

UMBELLĀ, ae, f. οὐμβέλιον, proprie est parva umbra: metonymice est umbraculum, h. e. instrumentum, quod supra caput expanditur, soli et pluviae arcendae. Mart. 14, 28. cujus lemma Umbella: Accipe, quae nimios vincant umbracula soles: Sit licet et ventus, te tua vela tegent. Id. 11, 73. Umbellam luscae, Lygde, feras dominae. Juven. 9, 50. En, cui tu viridem umbellam, cui succina mittas.

UMBER, bra, brum, adj. ὀμβριος, qui est ex Umbria. Catull. 39, 11. Aut porcus UMBER, aut obesus Etruscus. Stat. Silo. 4, 6, 10. cur Tusce aper generosior Umbrō? Id. ib. 2, 4, 4. UMBER aper. Mart. 7, 31. villicus. Ov. A. Am. 3, 303. conjux Umbri rubicunda mariti. Ludit in ambiguo Pl. Most. 3, 2, 83. Nec mihi umbra usquam est, nisi in puteo quaequam est. Tr. quid? Sarsinatis ecqua est, si Umbram non habes? h. e. mulierem ex Umbria. P Umbrae canis laus est in venando. Virg. A. 12, 752. insidiis et ripa territus alta (cervus) Mille fugit refugitque vias: at vividus Umber Haeret hians, jamjamque tenet. Sen. Thyest. 497. cum feras vestigat, et longo sagax Loro tenetur Umber, ac presso vias scrutatur ore, etc. Val. Fl. 6, 420. petit cervos Umbrō venator edaci. Sil. 3, 295. exigit Umber Nare sagax e calle feras. Sidon. Carm. 7, 191. suum latratibus improbus Umber Terruit. Adde Nemes. Cyn. a v. 231., ubi Tuscos canes (Umbri olim et in Tuscia fuere, teste Plin. 3, 5, 8. et Umbriam partem esse Tusciae, tradit Serr. ad l. c.) laudat a sagacitate, villosos tamen esse dicit ac deformes. Grat. quoque Cyn. 171. Umbrōs canes commendat quidem a fide et solertia, sed animis et virtute destituti, et fugere adversam feram, postquam indagaverint. P Umbri, orum, ὀμβρικοί, ὀμβροί, populi Umbriae. Plin. 3, 14, 19. Umbrorum gens antiquissima Italiae existimatur, ut quos Ombrios a Graecis putent dictos, quod inundatione terrarum imbribus superfuissent. Solin. 2. Bocchus absolvit, Gallorum veterem propaginem Umbrōs esse: M. Antonius (al. Antoninus) refert eosdem, quod tempore aquosae cladis imbribus superfuerint, Umbrios Graecae nominatos. Similia habet Serr. l. c. P Musmones (animal caprino vellere) ex capra et ove natos, prisci umbrōs vocarunt, teste Plin. 8, 49, 75., nempe a Graeco ὀμβρῶτας, hybrida, spurius. Huc spectat, quod habetur in Gloss. Philox. Imbrum, ἰμβρονον, ἰμβρονον, h. e. mulum, ovem.

UMBILICARIS, e, adj. ad umbilicū pertinens, ut Umbilicaris nervus, ap. Tert. Car. Chr. 20. med. Si non adhaesit utero, quomodo avulsus est? si adhaesit, uti avulsus est, quomodo adhaesisset, nisi dum ex utero per illum nervum umbilicarem, quasi folliculi sui traducem, adnexus origini vulvae?

UMBILICATUS, a, um, adj. ὀμφαλόεις, ad umbilici similitudinem factus. Plin. 13, 4, 7. de semine palma: Et in alvo media plerisque umbilicatum.

UMBILICUS, i, m. ὀμφαλός, regio media alvi et abdominis, cavitate quadam praedita, vestigia servans vasorum, per quae fetus, dum est in utero matris, nutritur. Isid. Or. 11, 1. med. Umbilicus est dictus, quod sit umbo iliorum. Plin. 11, 37, 89. Venarum in umbilico nodus ac coctus. Cels. 7, 14. Sunt etiam circa umbilicū plura vitia, etc. et 6, 17. Ad umbilicos prominentes, ne manu ferroque utendum sit, etc. Lib. 26, 45. f. Ventus adeo nudaverat vada, ut alibi umbilico tenuis aqua esset, alibi genua vix superaret. Hirt. B. Afr. 85. Per mare umbilici sine ingressi, terram petebant. P Cels. 7, 29. f. eodem nomine appellat nervum umbilicarem. Medicus, inquit, manu leniter trahere umbilicū debet ita, ne abruptat. P Translate est media pars cujusque rei. Cic. Verr. 2, 4, 48. Qui locus, quod in media est insula situs, umbilicus Siciliae nominatur. Pl. Men. 1, 2, 45. Dies quidem jam ad umbilicū est dimidiatus mortuus. Liv. 35, 18. Aetoli, qui umbilicū Graeciae incolunt. Adde Plin. 3, 12, 17. et Accium ap. Varr. L. L. 6, 2. et ap. Cic. Div. 2, 56., ubi Delphi umbilicus terrarum dicuntur, et ab Auct. Priap. 77. umbilicus orbis, et a Liv. 34, 48. umbilicus orbis terrarum. V. DELPHI. P In libris umbilicus erat bacillus teres, et cedro, vel buxo, vel ebore, vel osse, aliave materia, circa quem vollebantur chartae, et volumen fiebat: ita dictus, quod volumine complicato, medium locum teneret. Vel (quod paene eodem recidit) umbilici dictae sunt ejus bacilli partes extremae, quae hinc inde exstabant, convoluta volumine: quibus ad ornatum praefigi solebant, quae dicebantur cornua, modo picta, modo ex aere, aut ebore, etc. Mart. 2, 6. Quid prodest mihi tam macer libellus? Nullo crassior ut sit umbilico, Si totus tibi triduo legatur? Id. 3, 2. ad libr. suum: Cedro nunc licet ambules perunctus, Et frontis gemino nitens honore Pictis luxurietis umbilicis; et 5, 6. Quae cedro decorata, purpuraque Nigris pagina crevit umbilicis. Id. 8, 61. Liber umbilicis decorus, et cedro. Adde 1, 67. et Catull. 22, 7. Et quia hic ornatus non affigitur libris, nisi cum absoluti sunt,

hinc umbilicus interdum pro fine ponitur. Mart. 4, 91. Ohe, jam satis est, ohe libelle: Jam pervenimus usque ad umbilicos. Hor. Epod. 14, 6. Deus me vetat Inceptos, olim promissum carmen, iambos Ad umbilicū adducere. Sunt tamen qui putant, umbilicū aliud quiddam fuisse, sed Winckelmannus oper. suor. T. 7. p. 11. et 24. ac praecipue 203. et sqq. ed. Pratens. veterum hac super re opinionem pluribus confirmare conatur, fretus nempe illis papyris, quae paucis abhinc annis repertae sunt Herculanis. V. CORNU et FRONS, tis. P In eadem medii loci significatione sunt illa Plin. 15, 22, 24. Ponticis nucibus umbilicis intus in ventre medio. Id. 18, 14, 36. In humido vermiculi umbilicū lupini in sterilitatem castrant. Id. 10, 52, 74. Umbilicus ovis cacumine inest, ceu gutta eminens in putamine. Id. 16, 7, 10. de robore: Gignunt et alae ramorum ejus pilulas, corpore, non pediculo adhaerentes, candicantes umbilicis. Pall. 12, 7. med. Item bene servantur (persica), si umbilicū pomi gutta picis calentis opplexeris. V. similem Gargilii l. c. in SUESSAS. P De parvo circulo. Id. 37, 5, 20. Non oportere perforari beryllos, quorum sit absoluta bonitas, umbilicis tantum ex auro capita comprehendentibus. Id. 18, 33, 76. Duci sarculo sulcum, vel cinere lineam pedum viginti conveniet: mediamque mensuram, hoc est in decimo pede, circūscribi circulo parvo, qui vocetur umbilicus. P De gnomone. Id. 6, 34, 39. In hoc coeli circumflexu, aequinoctii die media, umbilicus, quem gnomonem vocant, septem pedes longus, umbram non amplius quatuor pedes longam reddit. Adde ib. 34, 39. f. et 2, 72, 74. P Umbilici praeterea dicuntur marinae cochleae, quarum testa rotunda, et contorta similitudinem quandam habet cum umbilico hominis. Cic. Or. 2, 6. de Scipione Aemiliano, et C. Laelio: Solet narrare Scaevola, conchas eos, et umbilicos ad Cajetam, et Laurentum legere consuesse. Val. Max. 8, 8. n. 1. Constat namque eos Cajetae, et Laurenti vagas litoribus conchulas, et umbilicos lectitasse. Alii leg. calculos, et umbilicos parvos rotundosque lapillos interpretantur. Sed Aurel. Vict. Caes. 3. cum narrasset, jussas a Caligula legiones, conchas, et umbilicos in ora maris legere; subdit deinde: hujusmodi pisces Graecae Nympharum lumina, seu ocellos appellari: ex quo intelligimus, pisces esse, aut certe marinas conchulas, aut cochleas, quae a maris fluctibus subinde ejectantur. V. OCELATUS. P Umbilicus Veneris, ὀμφαλόειδος, herba est in officinis nomen retinens, folio in acetabuli formam tornato, brevi in medio cauliculo, in quo semen inest, radice olivae modo rotunda. Est et alterum ejusdem generis, cymbalion aliqui vocant, pinguibus foliis, latioribus, ligularum modo densis, circa radicem medium oculi ambitum describentibus, ut in majore sempervivo, astringentis gustus, cauliculo tenui, in quo flores, et semina hyperici, radice majuscula. Appul. Herb. 43. P Umbilicus per synecopem pro umbilicus quidam leg. non sine auctoritate Codd. ap. Catull. 64, 18. Nymphae Umbilicū tenus exstantes et gurgite vasto. Alii tamen nutricium habent.

UMBO, onis, m. ὄμβρον, ὄμφαλον, quiddid in plano rotunda, aut conii figura exstat ac prominet: a priore voce Graeca allata. Speciatim sic dicitur media pars clypei eminentior. Virg. A. 2, 544. telum imbelles sine ictu Conjecit, raucū quod protinus aere repulsum, Et summo clypei nequidquam umbone pependit. P Per synecopem est ipse clypeus. Id. ib. 7, 632. Tegmina tuta cavant capitum, flectuntque salignas Umbonum crates; et ib. 9, 810. nec sufficit umbo ictibus; et ib. 10, 884. sed sustinet aureus umbo. Liv. 4, 19. Adsurgentem regem umbone resupinat. Id. 30, 34. Hostium aciem Romani ala, et umbonibus pulsantes, etc. Just. 33, 2. Umbone se protegere. Sil. 4, 354. teritur junctis umbonibus umbo, Pesque pedem perit. Adde Lucan. 6, 192., Petr. Sat. 124., Stat. Th. 1, 377. et ib. 9, 147. et Claud. in Eutrop. 2, 387. et Rapt. Pros. 2, 224. Simile est illud Prudentii Psych. 255. Hostem humilem cupiens impulsu umbonis equini Sternere. In illo Juven. 2, 46. illos Defendit numerus, junctaeque umbone phalanges: eadem est sententia, quae ap. Val. Fl. 3, 90. sic contextis umbonibus urgent. Respicitur enim mos militaris: cum arctis ordinibus milites densantur, junctisque scutis alter alterum protegit. P De cubito, quia ibi clypeus tenetur. Mart. 3, 46. In turbam incidere, cunctos umbone repellat. Stat. Th. 2, 670. manus cassos defertur in ictus, Turbatique gradus, clypeum nec sustinet umbo. P Umbo togae est sinus et rugae collectae ad sinistrum brachium, praesertim in vestitu ditiorum, quibus toga magis laxa et fluxa erat, quam pauperibus. Tert. Pall. 5. in. De palla Appul. Met. 11. usurpat. Persius vero 5, 33. candidum umbonem per synecopem dicit ipsam togam virilem. P Praeterea quiddid prominet, et protenditur, ut diximus, umbo est: idem enim et ὄμβρον, et ὄμφη significat. Stat. Achill. 1, 408. undisonae quos circumcui umbo Malleae, h. e. promontorium. Id. Th. 7, 15. Isthmius umbo, h. e. ipse Isthmus. Id. Silv. 3, 1, 110. solidus contra riget umbo maligni Montis; et ib. 6, 257. Stant juga, et objectus geminis um-

bonibus agger Campum exire vetat; et *ib.* 4, 3, 47. Tunc umbonibus hinc et hinc coactis, Et crebris iter alligare gomphis, *h. e.* crepidinibus, quibus via marginatur. *Id. Th.* 6, 352. saxeus umbo Arbuter agricolis, *h. e.* lapis terminalis in modum clypei rotundatus, et exstans. *P* In gemmis quoque *umbo* est earum pars prominentior. *Plin.* 37, 6, 23. Arabice *ardonyches* excellunt candore circuli praelucido, atque non gracili, neque in recessu gemmae, aut in dejecto renidente, sed in ipsis umbonibus nitente.

UMBRA, ae, f. *οὐβρα*, aer sole carens ex objectu alicujus corporis, ut parietis, arboris, nubium, montium. *Cic. Or.* 1, 7. *f.* Platani umbram sequi. *Id. Dio.* 2, 6. *f.* Quando luna incurrit in umbram terrae, quae est meta noctis. *Virg. Ecl.* 1, 84. Majoresque cadunt altis de montibus umbrae. *Id. ib.* 5, 70. Ante focum, si frigus erit; si messis, in umbra; et *A.* 6, 257. visaque canes ululare per umbram; et *Hor. Od.* 1, 17, 22. sub umbra ducere pocula. *Id. Ep.* 2, 2, 185. ad umbram lucis ab ortu; et *Cels.* 1, 2. *med.* Melior est ambulatio in umbra, quam parietes aut viridaria efficiunt, quam quae tecto sobest. *Petr. Sat.* 131. Nobilis aestivas platanus diffuderat umbras. *Plin.* 6, 29, 34. Regio, in qua XLV. diebus ante solstitium, totidemque postea, hora sexta consumuntur umbrae, et in meridiem reliquis horis cadunt. *Id.* 2, 73, 73. Mons, juxta quem umbra aestate in Austrum jaciuntur. *Id.* 4, 12, 23. In cujus forum solstitio Athos ejaculatur umbram. *Virg. G.* 2, 58. arbor umbram facit. *Op. Met.* 3, 58. Feceerat exiguas jam sol altissimus umbras. *Virg. A.* 3, 589. Humentemque aurora polo dimoverat umbram, *h. e.* noctem. Sic *Val. Fl.* 5, 607. prius humentem nox solverit umbram. *Hor. Sat.* 1, 5, 9. Jam nox inducere terris Umbras, etc. parabat. *Virg. A.* 2, 251. nox involvens umbra magna terramque, polumque. *Id. ib.* 6, 452. agnovitque per umbram Obscuram. *Hor. Od.* 1, 7, 21. densa Tiburis umbra. *Virg. A.* 2, 621. spissis noctis se condidit umbris; et *ib.* 9, 373. sublustri noctis in umbra. *Lucr.* 4, 341. nigras discit umbras. *Sen. Oed.* 713. nemus umbram praebet. *Plin.* 37, 5, 18. Quibusdam smaragdum intercurrit umbra, surdusque fit color. *P* Umbra in pictura est color obscurior, quo qui clarior est, magis eminet. *Cic. Acad.* 4, 7. *med.* Quam multa vident pictores in umbris, et in eminentia, quae nos non videmus! *Plin.* 35, 5, 11. Tandem se ars ipsa distinxit, et invenit lumen atque umbras, differentia colorum alterna vice sese excitante. *Id.* 33, 3, 57. Ratio in pictura ad incisuras, hoc est umbras dividendas ab lumine. *Id.* 35, 11, 40. n. 28. Nicias lumen et umbras custodivit, atque ut eminent e tabulis picturae, maxime curavit. *P* Metonymice umbra est quidquid umbram facit, v. gr. arbores frondosae, tentoria, aedificia. *Op. Met.* 12, 512. nudus Arboris Othrys erat, nec habebat Pelion umbras. *Virg. G.* 1, 156. ruris opaci Falce premes umbras. *Id. Ecl.* 9, 20. viridi fontes induceret umbra, *h. e.* circumstis viridibus umbrosos facere; et *ib.* 5, 5. sub incertis, Zephyris motantibus umbras, *h. e.* frondes. Sic *Calpurn. Ecl.* 5, 101. tremulas non excutit Africus umbras. *Sil.* 14, 301. turris tabulata decem cui crescere Grajus Feceerat, et multas nemorum consumperat umbras, *h. e.* arbores. *Id.* 4, 681. ignis Nutritas fluvio populatur fervidus umbras, *h. e.* arbores in ripa fluminis sitas. *Id.* 12, 354. Virgulta tegitur valle, ac frondentibus umbris, *h. e.* frondibus umbrosis. *Val. Fl.* 7, 55. caesa descendet Caucasus umbra. *Stat. Silv.* 3, 4, 29. sed non erat illi Arcus, et ex humeris nullae fulgentibus umbrae, *h. e.* pharetra. *Id. Th.* 4, 336. Dum roseis venit umbra genis, *h. e.* lanugo, barba. *Claudian. Nupt. Pall. et Celer.* 42. dubiam lanuginis umbram Caesaries intonsa tegit. *Petr. Sat.* 109. Nunc umbra nudata sua jam tempora moerent, *h. e.* capillis. *Stat. Th.* 6, 226. summae cassidis umbra, *h. e.* crista. *P* De tentoriis, et aedificiis. *Paul. ex Festo:* Umbrae vocabantur Neptunalibus casae frondeae pro tabernaculis. *Hor. Ep.* 1, 7, 50. vacua tonsoris in umbra, *h. e.* taberna. *Op. A. Am.* 167. (et *ib.* 3, 387, *Prop.* 4, 8, 75. et *Mart.* 11, 49.) Pompeja lentus spatiare sub umbra, *h. e.* portica Pompeji. *Juven.* 7, 173. Ad pugnam qui rhetorica descendit ab umbra, *h. e.* a declamationibus, quae habentur in scholis, ad veras causas in foro agendas. *Tac. A.* 14, 53. Studia in umbra educata, *h. e.* in privata domo. *P* Translate *facere umbram alicui*, ejus decora obscurare, et gloriam minuire. *Sil.* 14, 282. de Syracusis: Et Salaminiaque quantam, Eoisque tropaeis Ingenio portus urbs in via fecerit umbram. *P* Dicitur umbra, qui invocatus venit ad coenam cum eo, qui vocatus fuit: quia illum sequitur, tanquam umbra corpus. *Hor. Sat.* 2, 8, 21. cum Servilio Balatrone Vibidius, quos Maecenas adduxerat umbras; et *Ep.* 1, 5, 28. locus est et pluribus umbris. *P* Item tenuis species, signum, vestigium alicujus rei. *Cic. Off.* 3, 17. Veri juris, germanaque justitiae solidam et expressam effigiem nullam tenemus, umbra et imaginibus utimur. *Id. Att.* 7, 11. O hominem amentem, et miserum, qui ne umbram quidem unquam τοῦ καλοῦ viderit! *Id. Mur.* 6. *med.* In quo ipsam luxuriam reperire non potes, in eo te umbram luxuriae reper-

turum putas? *Id. Pis.* 24. Inanem aucupari rumorem, et omnes umbras falsae gloriae consecrari. *Pl. Mil.* 3, 1, 31. Nihil amas: umbra es amantum magis, quam amator. *Sil.* 15, 316. Belli per Grajas umbram circumtulit oras. *Lucan.* 3, 146. Umbram libertatis servare. *Op. Met.* 9, 459. Mendax umbra pietatis. *Plin.* 30, 2, 6. Habere quasdam veritatis umbras. *P* Hinc *timere umbras*, nimis meticulosum esse, ex vana causa timere, proverb. *Cic. Att.* 15, 20. *f.* Videtur mihi iste, qui umbras timet, ad caedem spectare. *Prop.* 2, 25, 19. Ipse meas solus, quod nil est, aemulor umbras, Stultus, quod stulto saepe timore tremo. *Q. Cic. Petit. cons.* 2. *f.* Quamobrem, quod inanius, umbram suam timet. *P* Punitur et pro colore, praetextu, causa. *Liv.* 8, 4. Si sub umbra foederis aequi servitutum pati possumus. *Claud. Laud. Stil.* 1, 272. scelerique profano Fallax legitimam regni praetexerat umbram. *P* Et pro tutela ac praesidio. *Liv.* 7, 30. *med.* Umbra auxilii vestri ac praesidium. *Id.* 32, 21. *med.* Sub umbra auxilii vestri latere voluit; et 34, 9. *med.* Sub umbra Romanae amicitiae latebant. *Just.* 5, 2. Morum vitia sub umbra eloquentiae primo latebant. *P* Et pro otio et pace. *Op. Am.* 2, 18, 3. Nos, Maecr, ignava Veneris cessamus in umbra. *Albinov.* 2, 93. victor amet: victor potiat in umbra. *Cic. Mur.* 14. *med.* Cedat forum castris, otium militiae, stilus gladio, umbra soli. *P* Saepissime *umbram* dicuntur de Manibus defunctorum, simulacra, imagines. Fingunt enim ethnici poetae, defuncto corpore ejus imaginem aut simulacrum expers corporis, et aeri simile ad inferos descendere, et siquidem revisat ad superos, obscuri aeris pallente colore videri. (*V. Lucr.* 1. a v. 120. et *Serv. ad A.* 4, 654., cuius verba in SIMULACRUM recitavimus:) quod si contractes, par levibus ventis, volucrique somno simillimum experiere. Vel ipsum animum aere vestiri, retentaque defuncti corporis figura, oculis quidem percipi posse, tactu non posse. *Hor. Od.* 4, 7, 14. Nos ubi decidimus, quo Tullus, dives et Ancus, Pulvis et umbra sumus: pulvis ex resoluta corpore, umbra effugit et simulacro. *Tibull.* 3, 2, 9. cum tenuem fuero mutatus in umbram, Candidaque ossa super nigra favilla teget. *Sen. Herc. Oet.* 1377. emensus freta, Terrasque, et umbras, *h. e.* mare, terras, inferos. *Virg. A.* 5, 731. non me Tartara habent, tristes umbrae. *Op. Met.* 7, 219. Umbrarum rex, *h. e.* Pluto, qui a *Petr. Sat.* 112. *pater umbrarum* dicitur. *Id. ib.* Umbrarum facies diro stridore minantur. *Plin.* 30, 2, 6. Se evocasse umbras ad percontandum Homerum. *Tibull.* 4, 1, 67. ut inferno Plutonis subdita regno Magna Deum proles levibus discurreret umbris. *Op. Met.* 9, 410. Vultibus Eumenidum, matrisque agitabitur umbris. *Suet. Cal.* 59. Hortorum custodes umbris inquietati. *Sil.* 11, 348. Et Pauli stare ingentem miraberis umbram. *Sen. Troad.* 181. Emicuit ingens umbra Thessalici ducis, *h. e.* Achillis. *P* Denique umbra est piscis genus, sic a colore nigrescente appellatum, ut auctor est *Varro L. L.* 4, 12. his verbis: Vocabula piscium pleraque translata a terrestribus ex aliqua parte similibus rebus, ut anguilla, lingulaca, sudis: alia a coloribus, ut haec, asellus, umbra, turdus: alia a vi qualam, ut haec, lupus, canicula, torpedo. Haec *Varro*. Umbra quoque hic piscis appellatus videri potest ob lineas quasdam obliquas a dorso descendentes, aureas, et obscuras, quae aliarum videntur umbrae. Una enim manifesta est, sequens obscura, et sic deinceps a capite ad caudam usque, quemadmodum tradit *Rondeletius l. 5. de piscibus*, c. 9. ubi plura hoc de pisce legere potes. Graecis similiter piscis hic *οὐβρα* appellatur a *οὐβρα*. V. SCIADEUS. Italis *ombrina* dicitur. *Op. Hal.* 111. et auri Chrysothryphus imitata decus, tum corporis umbrae Liventis, rapidique lupi. Adde *Colum.* 8, 16. et *Auson. Idyll.* 10, 90.

*UMBRACIA, ae, f. an sit regionis nomen, an oppidi, incertum. *Appul. Apol.* 299. *med.* *Elmenh.* Est Mitylenae pecten, aperque (*piscis*) apud Umbraciae amnes. Sed legendum, ut videtur, *Ambraciae*: nam in Acheloo flumine reperitur aper piscis (*χαρτος*), testibus *Aristot. Hist. Anim.* 4, 9. *Plin.* 11, 51. ubi male *caper* reponunt quidam. Nec multum ab Ambracia urbe Achelous. V. in *Aper. B. A.*

UMBRACULUM, i, n. *οὐβρα*, *οὐβρα*, locus in quo est umbra, locus compositus et tectus frondibus, aut alia re quacumque ad umbram praebendam, tabernaculum velumve umbrae causa erectum. *Varr. R. R.* 1, 51. Ubi ea (*area*) resecta, et loca arida, prope aream faciundum umbracula, quo succedant homines in aestu, tempore meridiano. *Cic. fragm.* ap. *Macr. Sat.* 6, 4. Visne, ea quae restant, in illis alnorum umbraculis prosequamur? *Virg. Ecl.* 9, 42. et lentae texunt umbracula vites. *P* Pro umbella, qua tegitur facies ad solis calores arcendos. *Op. Fast.* 2, 311. Aurea pellebant tepidos umbracula soles. *Id. A. Am.* 2, 209. Ipse tene distenta suis umbracula virgis. *Mart.* 14, 28. Accipe quae nimios vincant umbracula soles. *Tibull.* 2, 5, 97. Aut e veste sua tendent umbracula sertis Vincita. *Ammian.* 28, 4. *med.* Si per foramen umbraculi pensilis radiolus irruerit solis, queruntur, quod non sunt apud Cimmericos nati. *P* Sumitur quoque pro scho-

la, ducta appellatione a philosophorum veterum ambulationibus, quae arborum umbraculis erant opacae, ut Academia, et Lyceum. *Cic. Brut.* 9. *med.* Processerat enim in solem et pulverem: non ut e militari tabernaculo, sed ut e Theophrasti doctissimi hominis umbraculis. *Id. Leg.* 3, 6. Post a Theophrasto Phalereus ille Demetrius mirabiliter doctrinam ex umbraculis eruditorum, otioque, non modo in solem atque pulverem, sed in ipsum discrimen aciemque produxit.

*UMBRAE, arum, populi Indiae, ci Gangem. *Plin.* 6, 20. *B. A.*

UMBRALITER, adv. per umbram et imaginem. *August. ep.* 37. *f.* Deus in templo manufacto non corporaliter, sed umbraliter habitavit.

*UMBRANICI, orum, populi Galliae Narbonensis. *Plin.* 3, 4. *B. A.*

UMBRANS, antis, part. ab *umbrō*: umbram inducens, opacans. *Sen. Herc. Fur.* 717. ingens domus Umbrante luco tegitur. *Claud. B. Get.* 575. Alpheas umbrantia Maenala ripas. *Sen. Hipp.* 836. Polus vasto carcere umbrans manes, *h. e.* tenebris coercens. *Sil.* 1, 403. frontem intonsam umbrante capillo Septus, et horrentes effingens crine galeros. Alii leg. *vibrante*.

UMBRATICOLĀ, ae, m. et f. qui umbra delectatur, homo delicatus, et mollis, ignavus, qui solem pulveremque ferre non potest. *Pl. Truc.* 2, 7, 49. Moechum malacum, cinnamatum, umbraticolam, tympanotribam amas. *P* Eodem sensu etiam *umbraticus* dicitur. *Id. Curc.* 4, 3, 23. Quid refert, me fecisse regibus, ut mihi obedirent, si hic me hodie umbraticus deriserit? *Sen. Ben.* 4, 2. Epicureorum delicata et umbratica turba.

UMBRATICUS, a, um, adj. qui in umbra degit. *Umbraticus homo* est ignavus, mollis. V. v. *praece.* *P* *Umbraticae litterae* dicuntur, quae domi exercitii causa, aut in scholis exarantur. *Plin. ep.* 9, 2. Nisi forte volumus scholasticas tibi, atque, ut ita dicam, umbraticas litteras mittere. *Petr. Sat.* 2. Umbraticus doctor, *h. e.* ludi magister, qui domi et in otio pueros docet. *P* *Umbraticum negotium* est, quod domi agitur, et sine multo labore. *Gell.* 3, 1. *med.* Negotiis se plerumque umbraticis, et sellulariis quaestibus intentos habent.

UMBRATILIS, e, adj. *οὐβρα*, ad umbram pertinens, ut *Vita umbratilis*, quae umbra atque otio marcescit, *οὐβρα*. *Cic. Tusc.* 2, 11. Sic ad malam domesticam disciplinam, vitamque umbratilem et delicatam cum accesserunt etiam poetae, nervos omnes virtutis elidunt. *Colum.* 1, 2. Nec sit mora segnis, et umbratilis. *P* *Exercitatio umbratilis*, quae in loco operto, atque adeo in otio fit. *Cic. Or.* 1, 34. Educenda deinde dictio est ex hae domestica exercitatione et umbratili medium in agmen, in pulverem: in clamorem, in castra atque aciem foresem. *P* *Oratio umbratilis*, est oratio philosophorum, ita dicta ad differentiam orationis oratorum, quia philosophi in umbraculis versabantur, oratores in foro sub sole. *Cic. Or.* 19. Mollis est oratio philosophorum, et umbratilis, nec verbis instructa popularibus.

UMBRATILITER, adv. leviter, rudi descriptione, et quasi per umbras. *Sidon. ep.* 2, 10. Quae imaginarie tantum, et quodammodo umbratiler effingimus.

UMBRATUS, a, um, part. ab *umbrō*: umbra tectus. *Virg. A.* 6, 772. Atque umbrata gerunt civili tempora quereu, *h. e.* circumdata quereu quodammodo umbram faciente. *Stat. Th.* 6, 554. Olympiacis umbratus tempora ramis. *Id. Silv.* 3, 4, 79. Umbratus genas, *h. e.* barbatus. *Val. Fl.* 4, 137. tempora umbrata galero, *h. e.* intacta. *Claud. B. Gild.* 444. Umbratus dux ipse rosis, et marcidus ibit Unguentis.

UMBRI, orum. V. UMBRA.

UMBRIA, ae, f. *Umbria*, *Ἰουβρία*, regio Italiae inter Apenninum et mare superum, Picenum, et Narem fluvium, cujus incolae *Umbri*. V. UMBER. Fuit patrium solum *Plauti*, et *Propertii*. Olim pars fuit Etruriae. *Prop.* 4, 1, 63. (et 1, 22, 9.) Ut nostris tumefacta superbiat Umbria libris: Umbria Romani patria Callimachi, *h. e.* Propertii. *Mart.* 7, 97. Montanae decus Umbriae, *h. e.* Caesius Sabinus. Adde *Plin.* 3, 5, 8. *P* Adjective. *Gell.* 3, 2. Umbria terra. V. ARABIA.

*UMBRICIUS, i, m. nomen haruspicii ap. *Tac. H.* 1, 27. *B. A.*

[UMBRICOLĀ, ae, adj. comm. gen. qui colit umbram. *Strabo Gallus* 2, 26. umbricolis habitata cubilia talpis Diruo, lumbricos revocans in luminis oras. *F.*]

UMBRICUS, a, um, adj. ad Umbriam pertinens, ut Umbria creta, quae non nisi poliandis vestibus assumitur, inquit *Plin.* 35, 17, 57.

UMBRIFER, ra, rum, adj. *οὐβρα*, ferens umbram, umbrosus. *Varr. R. R.* 2, 2. *med.* Circiter meridianos aestus, dum defervescant, sub umbriferas rupes, et arbores patulas subjiciunt oves. *Virg. A.* 6, 473. Nemus umbriferum. *Cic.* vertens *Homeri* carmina *Dio.* 2, 30. Umbrifera platanus. *P* Item ferens umbras defunctorum. *Albinov.* 1, 427. Supprime jam lacrimas: non est revocabilis istis.

Quem semel umbrifera navita lintre tulit. Stat. Th. 8, 18. Umbriferaeque fremit sulcator pallidus undae; et ib. 1, 57. tuque umbrifero Styx livida fundo.

[UMBRINUS, a, um, adj. deriv. ab Umber, bri. Est cogn. R. Inscr. ap. Grut. 200, 6. C. Petronius Umbrinus curator locorum publicorum judicandorum. F.]

*UMBRIITAE, arum, populi Indiae, cis Gangem. Plin. 6, 20. ed. Hard. Antea legebatur Gumbriitae. B. A.

UMBRO, as, avi, atum, a. I. οὐμβροῦ, umbra tego, umbram induco, adumbro, inumbro, obumbro, opaco. Colum. 5, 7. Omnes paene virgae, ne umbrent, abraduntur. Plin. 37, 7, 25. Carchedonios umbrante tecto purpureos videri, h. e. sub tecto, et in umbra. Sil. 5, 488. de quercu: Umbrabatque coma summi fastigia montis. Stat. Silv. 4, 2, 36. vitifero sub palmite nudos Umbravit colles, et sobria rura Lyaeus, h. e. consevit, et umbrosa reddidit. Sic Sil. 14, 24. Montes umbrare olea, h. e. conserere. Varr. ap. Non. 2, 790. Umbrantur somno pupulae, h. e. clauduntur, et lucem non admittunt. Claud. in Ruf. 2, 121. de Xerxe: Narratur rapuisse vagos exercitus amnes, Et telis umbrasse diem, h. e. obscurasse. Id. VI. cons. Honor. 163. rami caput umbrare virentes Heliadum, h. e. corona populea caput cinxit. Id. Nupt. Honor. et Mar. 149. de Tritone: Umbratura Deam retro sinuatur in arcum Bellua.

*UMBRO, onis, Italiae fluvius, hodie Ombrone, mediam fere, Arnun inter Tiberimque, secans Etruriam. Inde ad Tiberim Umbria proprie appellata, quae patuit quondam latius. Haec Harduinus ad Plin. 3, 5. P. Et nomen viri proprium ap. Virg. A. 7, 752. B. A.

UMBROSUS, a, um, adj. οὐμβρός, umbram habens, opacus. Cic. Q. Fr. 3, 2, 1. Ego locum aestate umbrosiorem vidi nunquam. Sen. Q. N. 3, 11. med. Fere agrosissima sunt quaecumque umbrosissima. Virg. G. 3, 331. Aestibus ad mediis umbram exquirere vallem. Id. A. 8, 242. Umbrosae cavernae. Tibull. 1, 4, 1. Umbrosa tecta. Hor. Od. 3, 1, 23. ripa. P. Item umbram inducens. Plin. 16, 26, 49. Fico folium maximum umbrosissimumque. Virg. Ecl. 2, 3. inter densas, umbrosa cacumina, fagos. Id. A. 8, 34. crines umbrosa tegebant arundo. Prop. 1, 20, 7. Umbrosa silva. Ov. Fast. 3, 17. Umbrosae salices.

*UMEO pro humeo, in MSS. V. Drakenb. ad Sil. 3, 522. B. A.

*UMERUS pro humerus scribitur interdum, v. g. in Terent. Ph. 5, 6, 4. ed. Bentl. B. A.

*UMIDIUS vel Ummidius (pro quo Ummidius invenias etiam) nomen gentis Romanae. Varr. R. R. 3, 3. Ummidii (ut adhuc editum est) mentio: ubi Ursinus Ummidius ex monumentis adfert. Hor. Sat. 1, 1, 95. Ummidius restitutus certatim a viris doctis. V. Bentl. et Spanh. de num. Diss. 10, 7. Havercamp. ad numos familiar. in Durmia. B. A.

UN

UNĀ, adv. ἀμα, ὁμοῦς, ὁμοῦ, simul, pariter. Cic. Att. 7, 10. Si in Italia Pompejus consistit, erimus una. Id. Fin. 2, 24. extr. Quo minus ambo una necaremini, non precarere? Id. Brut. 21. Tenuit cum hac locum quendam etiam Ser. Fulvius, et una Fabius Pictor. Tac. H. 2, 28. Cohortes turbidas, ac, si una forent, praevalidas, dispergere. Hor. Sat. 2, 2, 77. corpus onustum Hesternis vitibus animum quoque praegravata una. Cic. Am. 10. Quod summi puerorum amores saepe una cum praetexta ponerentur. Ter. Ad. 4, 3, 7. Quaeso, ut una mecum ad matrem virginis eas. Pl. Mil. 2, 1, 61. Qui amantes una inter se facerem convenas. Cic. Div. Verr. 1. Si mei consilii causam cognoverit, una et id quod facio, probabit, et in hac causa neminem praeponeundum mihi actorem putabit. Pl. Most. 2, 3, 43. I mecum, obsecro una simul. V. SIMUL. P. Cum dativo. Virg. A. 8, 104. Pallas huic filius una, Una omnes juvenum primi, pauperque senatus Tura dabant. V. BLANDITOR. P. Una pro una cum. Jul. Valer. res gest. Alex. (ed. A. Maio) 1, 55. extr. Praedae autem, una servitiis pecuisque vel quae vebant, pecunia fuit talenta quatuor milia. Id. 3, 40. Una Theodecto. Aliud exemplum V. in Blanditor. B. A.

UNAETVICESIMANUS miles dicitur, qui est ex legione vicesima prima. Tac. H. 2, 43. Stratis Unaetvicesimanorum principis, aquilam abstulere. Id. A. 1, 51. Sinistrum latus Unaetvicesimani, dextrum Quintani clausere. P. Legitur etiam unetvicesimanus.

UNAETVICESIMUS, a, um, adj. vicesimus primus, ut Unaetvicesima legio, ap. Tac. A. 1, 45. et H. 2, 43. P. Legitur et nnetvicesimus.

UNANIMANS, antis, adj. idem quod unanimis. Pl. Truc. 2, 4, 80. Non amantis mulieris, sed sociae unanimantis, fidentis fuit officium.

UNANIMIS, e, adj. ὁμόφωνος, qui unius animi est, et unius sententiae cum altero. Virg. A. 4, 8. Cum sic unanitem alloquitur male sana sororem. Claud. Cons. Prob. et Olybr. 231. Unanimes fratres. Tom. IV.

Id. epigr. 37, 3. paribusque lupatis Unanimes frenantur equi. V. UNANIMUS.

UNANIMITAS, atis, f. ὁμοφωνία, ὁμόνοια, concordia, consensus. Liv. 40, 8. med. Miqi, Antiocho, et cuilibet regum hujus aetatis nulla re magis, quam fraterna unanimitate regnum aequasse. Pacuv. ap. Non. 2, 256. et 571. Per nostram egregiam unanimitatem.

UNANIMITER, adv. ὁμόφωτος, uno animo, concorditer. Vopisc. Tac. 4. f. Me unanimiter deligistis. Tert. Pat. 1. f. Philosophi cum inter se variis sectarum libidinibus discordent, patientiae unanimiter student. Arnob. 1, 33. Unanimiter vivere.

UNANIMUS, a, um, adj. idem quod unanimis, et eo etiam usitatus. Liv. 7, 21. Quae distingere unanimes videbatur. Catull. 30, 1. Alphene immemor, atque unanimes false sodalibus. Stat. Th. 8, 669. Unanimes fratres. Alii leg. unanimes. Pl. Stich. 5, 4, 40. Ego tu sum, tu es ego; unanimes sumus. Plures vett. Codd. unanimi habent. Claud. Rapt. Pros. 2, 368. unanimes consortia discite somni Val. Fl. 1, 614. venti induxere hiemem, raucoque ad litora tractu Unanimes freta curva ferunt: unanimes proprie, quia ἀνέμος, et animus est flatus, ventus. Id. 4, 161. nomenque secutus Otreos unanimi.

UNCATIO, onis, f. curvatura. Coel. Aurel. Acut. 2, 32. med. Unguium uncatio, quam γυψίωση vocant.

UNCĀTUS, a, um, adj. curvatus, inflexus, uncus. Coel. Aurel. Tard. 5, 3. med. Adeo ut quidam uncati permanent, h. e. curvati. Sidon. ep. 4, 20. med. Uncatae lanceae. P. Translate. Id. ep. 9, 9. f. Uncatis syllogismis aliquem inhamare.

UNCIA, ae, f. (ὀνχία Sicularum lingua) duodecima pars assis, seu librae. Rhemn. Fann. de ponderib. et mensur. 28. Unciaeque in libra pars est, quae mensis in anno. Plin. 20, 13, 51. Fasciculum rutae in rosaceo decoctum, addita uncia aloes. Mart. 1, 107. Diluti bibis unciam Falerni. Pl. Men. 3, 3, 3. Huic ut addas auri pondo unciam. P. Unciae partes sunt unciaria, drachma, sextula, duella, sicilicus: quae V. suis loc. Drachma est octava pars unciae: sextula sexta: duella tertia: sicilicus quarta. P. Ap. Cels. 5, 17. in uncia est pondus septem denariorum: denarii autem pondus in sex partes dividitur, id est sextantes, qui Graecorum obolis respondent. P. Saepae dicitur de duodecima parte totius alicujus, sive pondere, sive mensura constantis: quemadmodum as totum aliquid significat. Colum. 5, 1. med. Pars duodecima jegeri pedes efficit duo millia et quadringentos: hoc est uncia. Sen. Controv. 4, 28. med. Ex uncia heres erat patris sui Gallia. Front. Aquaed. 21. Digitus est sextadecima pars pedis; uncia duodecima. Plin. 6, 34, 39. Gnomonis centum unciae umbram septuaginta septem unciarum faciunt. Mart. 9, 4. non erit uncia tota, Decidat tecum qua pater ipse Deum, h. e. duodecima pars aeris alieni, quod Jupiter tibi debet. P. Uncia bonorum est pars duodecima eorum, quae quis possidet. Imp. Arcad. et Honor. Cod. 5, 27, 2. Matre vel legitimis filiis, vel nepotibus, aut pronepotibus ejuscumque sexus, uno pluribusque existentibus; bonorum suorum unam tantum unciam pater naturalibus filiis seu filiabus, eorumque gentrici; vel si sola sit concubina, semiunciam largiendi, vel relinquendi habeat potestatem. Hinc Cic. Att. 13, 48. Lepta me rogat, ut, si quid sibi opus sit, accurram: mortuus enim Babullius. Caesar, opinor, ex uncia; etsi nihil adhuc: sed Lepta ex triente: veretur autem, ne non liceat tenere hereditatem. P. De minima quantitate ejuscumque rei. Mart. 9, 49. De quadrante tuo quid sperem, Gallice? nulla De nostro nobis uncia venit apro. Pl. Rud. 4, 2, 8. Neque piscium ullam unciam hodie pondo cepi. Juven. 11, 131. adeo nulla uncia nobis Est eboris, nec tessellae, nec calculus ex hac Materia. P. Usura uncia, quae saepius unciaria dicitur, est pars duodecima usurae centesimae: Centesima autem erat, cum centesima pars sortis singulis mensibus solvebatur, h. e. duodecim pro centum in annos singulos. Dicitur etiam unciaria, quia sicut uncia est assis pars duodecima, ita haec usura est pars duodecima centesimae, quae est velut as, et maxime usurarum, ut in CENTESIMUS dictum est. Semunciaria autem sei per cento. Itaque usura, quae duodecim solvit pro centum assibus, duo habet nomina: cum centesima dicitur, refertur ad sortem, quae est centum; cum uncia et unciaria, ad as, quatenus ipsam sortem significat. Hoc vero in aliis minoribus usuris locum non habet, quae una appellatione effertur, triens, quadrans, semis, etc., quae solum ab as descendunt. Sunt tamen qui docent, unciariam usuram esse omnium levissimam, et centesimae oppositam, qua scilicet unum pro centum non singulis mensibus, sed singulis annis solveretur. Quae si aliquando in usu fuisset, non erat cur in XII. Tab. caveretur, ne quis unciario fenore plus exerceat; quod refert Tac. V. l. c. in UNCIARIUS. Gronov. in Αρχαιολογία de Usur., ubi hac de re multa. Scaevola Dig. 26, 7, 47. §. 4. med. Quaero, uncias usuras, an vero eas, quas stipulati sunt, praestare debeant.

UNCIA, ae, f. (ὀνχία Sicularum lingua) duodecima pars assis, seu librae. Rhemn. Fann. de ponderib. et mensur. 28. Unciaeque in libra pars est, quae mensis in anno. Plin. 20, 13, 51. Fasciculum rutae in rosaceo decoctum, addita uncia aloes. Mart. 1, 107. Diluti bibis unciam Falerni. Pl. Men. 3, 3, 3. Huic ut addas auri pondo unciam. P. Unciae partes sunt unciaria, drachma, sextula, duella, sicilicus: quae V. suis loc. Drachma est octava pars unciae: sextula sexta: duella tertia: sicilicus quarta. P. Ap. Cels. 5, 17. in uncia est pondus septem denariorum: denarii autem pondus in sex partes dividitur, id est sextantes, qui Graecorum obolis respondent. P. Saepae dicitur de duodecima parte totius alicujus, sive pondere, sive mensura constantis: quemadmodum as totum aliquid significat. Colum. 5, 1. med. Pars duodecima jegeri pedes efficit duo millia et quadringentos: hoc est uncia. Sen. Controv. 4, 28. med. Ex uncia heres erat patris sui Gallia. Front. Aquaed. 21. Digitus est sextadecima pars pedis; uncia duodecima. Plin. 6, 34, 39. Gnomonis centum unciae umbram septuaginta septem unciarum faciunt. Mart. 9, 4. non erit uncia tota, Decidat tecum qua pater ipse Deum, h. e. duodecima pars aeris alieni, quod Jupiter tibi debet. P. Uncia bonorum est pars duodecima eorum, quae quis possidet. Imp. Arcad. et Honor. Cod. 5, 27, 2. Matre vel legitimis filiis, vel nepotibus, aut pronepotibus ejuscumque sexus, uno pluribusque existentibus; bonorum suorum unam tantum unciam pater naturalibus filiis seu filiabus, eorumque gentrici; vel si sola sit concubina, semiunciam largiendi, vel relinquendi habeat potestatem. Hinc Cic. Att. 13, 48. Lepta me rogat, ut, si quid sibi opus sit, accurram: mortuus enim Babullius. Caesar, opinor, ex uncia; etsi nihil adhuc: sed Lepta ex triente: veretur autem, ne non liceat tenere hereditatem. P. De minima quantitate ejuscumque rei. Mart. 9, 49. De quadrante tuo quid sperem, Gallice? nulla De nostro nobis uncia venit apro. Pl. Rud. 4, 2, 8. Neque piscium ullam unciam hodie pondo cepi. Juven. 11, 131. adeo nulla uncia nobis Est eboris, nec tessellae, nec calculus ex hac Materia. P. Usura uncia, quae saepius unciaria dicitur, est pars duodecima usurae centesimae: Centesima autem erat, cum centesima pars sortis singulis mensibus solvebatur, h. e. duodecim pro centum in annos singulos. Dicitur etiam unciaria, quia sicut uncia est assis pars duodecima, ita haec usura est pars duodecima centesimae, quae est velut as, et maxime usurarum, ut in CENTESIMUS dictum est. Semunciaria autem sei per cento. Itaque usura, quae duodecim solvit pro centum assibus, duo habet nomina: cum centesima dicitur, refertur ad sortem, quae est centum; cum uncia et unciaria, ad as, quatenus ipsam sortem significat. Hoc vero in aliis minoribus usuris locum non habet, quae una appellatione effertur, triens, quadrans, semis, etc., quae solum ab as descendunt. Sunt tamen qui docent, unciariam usuram esse omnium levissimam, et centesimae oppositam, qua scilicet unum pro centum non singulis mensibus, sed singulis annis solveretur. Quae si aliquando in usu fuisset, non erat cur in XII. Tab. caveretur, ne quis unciario fenore plus exerceat; quod refert Tac. V. l. c. in UNCIARIUS. Gronov. in Αρχαιολογία de Usur., ubi hac de re multa. Scaevola Dig. 26, 7, 47. §. 4. med. Quaero, uncias usuras, an vero eas, quas stipulati sunt, praestare debeant.

UNCIA, ae, f. (ὀνχία Sicularum lingua) duodecima pars assis, seu librae. Rhemn. Fann. de ponderib. et mensur. 28. Unciaeque in libra pars est, quae mensis in anno. Plin. 20, 13, 51. Fasciculum rutae in rosaceo decoctum, addita uncia aloes. Mart. 1, 107. Diluti bibis unciam Falerni. Pl. Men. 3, 3, 3. Huic ut addas auri pondo unciam. P. Unciae partes sunt unciaria, drachma, sextula, duella, sicilicus: quae V. suis loc. Drachma est octava pars unciae: sextula sexta: duella tertia: sicilicus quarta. P. Ap. Cels. 5, 17. in uncia est pondus septem denariorum: denarii autem pondus in sex partes dividitur, id est sextantes, qui Graecorum obolis respondent. P. Saepae dicitur de duodecima parte totius alicujus, sive pondere, sive mensura constantis: quemadmodum as totum aliquid significat. Colum. 5, 1. med. Pars duodecima jegeri pedes efficit duo millia et quadringentos: hoc est uncia. Sen. Controv. 4, 28. med. Ex uncia heres erat patris sui Gallia. Front. Aquaed. 21. Digitus est sextadecima pars pedis; uncia duodecima. Plin. 6, 34, 39. Gnomonis centum unciae umbram septuaginta septem unciarum faciunt. Mart. 9, 4. non erit uncia tota, Decidat tecum qua pater ipse Deum, h. e. duodecima pars aeris alieni, quod Jupiter tibi debet. P. Uncia bonorum est pars duodecima eorum, quae quis possidet. Imp. Arcad. et Honor. Cod. 5, 27, 2. Matre vel legitimis filiis, vel nepotibus, aut pronepotibus ejuscumque sexus, uno pluribusque existentibus; bonorum suorum unam tantum unciam pater naturalibus filiis seu filiabus, eorumque gentrici; vel si sola sit concubina, semiunciam largiendi, vel relinquendi habeat potestatem. Hinc Cic. Att. 13, 48. Lepta me rogat, ut, si quid sibi opus sit, accurram: mortuus enim Babullius. Caesar, opinor, ex uncia; etsi nihil adhuc: sed Lepta ex triente: veretur autem, ne non liceat tenere hereditatem. P. De minima quantitate ejuscumque rei. Mart. 9, 49. De quadrante tuo quid sperem, Gallice? nulla De nostro nobis uncia venit apro. Pl. Rud. 4, 2, 8. Neque piscium ullam unciam hodie pondo cepi. Juven. 11, 131. adeo nulla uncia nobis Est eboris, nec tessellae, nec calculus ex hac Materia. P. Usura uncia, quae saepius unciaria dicitur, est pars duodecima usurae centesimae: Centesima autem erat, cum centesima pars sortis singulis mensibus solvebatur, h. e. duodecim pro centum in annos singulos. Dicitur etiam unciaria, quia sicut uncia est assis pars duodecima, ita haec usura est pars duodecima centesimae, quae est velut as, et maxime usurarum, ut in CENTESIMUS dictum est. Semunciaria autem sei per cento. Itaque usura, quae duodecim solvit pro centum assibus, duo habet nomina: cum centesima dicitur, refertur ad sortem, quae est centum; cum uncia et unciaria, ad as, quatenus ipsam sortem significat. Hoc vero in aliis minoribus usuris locum non habet, quae una appellatione effertur, triens, quadrans, semis, etc., quae solum ab as descendunt. Sunt tamen qui docent, unciariam usuram esse omnium levissimam, et centesimae oppositam, qua scilicet unum pro centum non singulis mensibus, sed singulis annis solveretur. Quae si aliquando in usu fuisset, non erat cur in XII. Tab. caveretur, ne quis unciario fenore plus exerceat; quod refert Tac. V. l. c. in UNCIARIUS. Gronov. in Αρχαιολογία de Usur., ubi hac de re multa. Scaevola Dig. 26, 7, 47. §. 4. med. Quaero, uncias usuras, an vero eas, quas stipulati sunt, praestare debeant.

UNCIA, ae, f. (ὀνχία Sicularum lingua) duodecima pars assis, seu librae. Rhemn. Fann. de ponderib. et mensur. 28. Unciaeque in libra pars est, quae mensis in anno. Plin. 20, 13, 51. Fasciculum rutae in rosaceo decoctum, addita uncia aloes. Mart. 1, 107. Diluti bibis unciam Falerni. Pl. Men. 3, 3, 3. Huic ut addas auri pondo unciam. P. Unciae partes sunt unciaria, drachma, sextula, duella, sicilicus: quae V. suis loc. Drachma est octava pars unciae: sextula sexta: duella tertia: sicilicus quarta. P. Ap. Cels. 5, 17. in uncia est pondus septem denariorum: denarii autem pondus in sex partes dividitur, id est sextantes, qui Graecorum obolis respondent. P. Saepae dicitur de duodecima parte totius alicujus, sive pondere, sive mensura constantis: quemadmodum as totum aliquid significat. Colum. 5, 1. med. Pars duodecima jegeri pedes efficit duo millia et quadringentos: hoc est uncia. Sen. Controv. 4, 28. med. Ex uncia heres erat patris sui Gallia. Front. Aquaed. 21. Digitus est sextadecima pars pedis; uncia duodecima. Plin. 6, 34, 39. Gnomonis centum unciae umbram septuaginta septem unciarum faciunt. Mart. 9, 4. non erit uncia tota, Decidat tecum qua pater ipse Deum, h. e. duodecima pars aeris alieni, quod Jupiter tibi debet. P. Uncia bonorum est pars duodecima eorum, quae quis possidet. Imp. Arcad. et Honor. Cod. 5, 27, 2. Matre vel legitimis filiis, vel nepotibus, aut pronepotibus ejuscumque sexus, uno pluribusque existentibus; bonorum suorum unam tantum unciam pater naturalibus filiis seu filiabus, eorumque gentrici; vel si sola sit concubina, semiunciam largiendi, vel relinquendi habeat potestatem. Hinc Cic. Att. 13, 48. Lepta me rogat, ut, si quid sibi opus sit, accurram: mortuus enim Babullius. Caesar, opinor, ex uncia; etsi nihil adhuc: sed Lepta ex triente: veretur autem, ne non liceat tenere hereditatem. P. De minima quantitate ejuscumque rei. Mart. 9, 49. De quadrante tuo quid sperem, Gallice? nulla De nostro nobis uncia venit apro. Pl. Rud. 4, 2, 8. Neque piscium ullam unciam hodie pondo cepi. Juven. 11, 131. adeo nulla uncia nobis Est eboris, nec tessellae, nec calculus ex hac Materia. P. Usura uncia, quae saepius unciaria dicitur, est pars duodecima usurae centesimae: Centesima autem erat, cum centesima pars sortis singulis mensibus solvebatur, h. e. duodecim pro centum in annos singulos. Dicitur etiam unciaria, quia sicut uncia est assis pars duodecima, ita haec usura est pars duodecima centesimae, quae est velut as, et maxime usurarum, ut in CENTESIMUS dictum est. Semunciaria autem sei per cento. Itaque usura, quae duodecim solvit pro centum assibus, duo habet nomina: cum centesima dicitur, refertur ad sortem, quae est centum; cum uncia et unciaria, ad as, quatenus ipsam sortem significat. Hoc vero in aliis minoribus usuris locum non habet, quae una appellatione effertur, triens, quadrans, semis, etc., quae solum ab as descendunt. Sunt tamen qui docent, unciariam usuram esse omnium levissimam, et centesimae oppositam, qua scilicet unum pro centum non singulis mensibus, sed singulis annis solveretur. Quae si aliquando in usu fuisset, non erat cur in XII. Tab. caveretur, ne quis unciario fenore plus exerceat; quod refert Tac. V. l. c. in UNCIARIUS. Gronov. in Αρχαιολογία de Usur., ubi hac de re multa. Scaevola Dig. 26, 7, 47. §. 4. med. Quaero, uncias usuras, an vero eas, quas stipulati sunt, praestare debeant.

UNCIA, ae, f. (ὀνχία Sicularum lingua) duodecima pars assis, seu librae. Rhemn. Fann. de ponderib. et mensur. 28. Unciaeque in libra pars est, quae mensis in anno. Plin. 20, 13, 51. Fasciculum rutae in rosaceo decoctum, addita uncia aloes. Mart. 1, 107. Diluti bibis unciam Falerni. Pl. Men. 3, 3, 3. Huic ut addas auri pondo unciam. P. Unciae partes sunt unciaria, drachma, sextula, duella, sicilicus: quae V. suis loc. Drachma est octava pars unciae: sextula sexta: duella tertia: sicilicus quarta. P. Ap. Cels. 5, 17. in uncia est pondus septem denariorum: denarii autem pondus in sex partes dividitur, id est sextantes, qui Graecorum obolis respondent. P. Saepae dicitur de duodecima parte totius alicujus, sive pondere, sive mensura constantis: quemadmodum as totum aliquid significat. Colum. 5, 1. med. Pars duodecima jegeri pedes efficit duo millia et quadringentos: hoc est uncia. Sen. Controv. 4, 28. med. Ex uncia heres erat patris sui Gallia. Front. Aquaed. 21. Digitus est sextadecima pars pedis; uncia duodecima. Plin. 6, 34, 39. Gnomonis centum unciae umbram septuaginta septem unciarum faciunt. Mart. 9, 4. non erit uncia tota, Decidat tecum qua pater ipse Deum, h. e. duodecima pars aeris alieni, quod Jupiter tibi debet. P. Uncia bonorum est pars duodecima eorum, quae quis possidet. Imp. Arcad. et Honor. Cod. 5, 27, 2. Matre vel legitimis filiis, vel nepotibus, aut pronepotibus ejuscumque sexus, uno pluribusque existentibus; bonorum suorum unam tantum unciam pater naturalibus filiis seu filiabus, eorumque gentrici; vel si sola sit concubina, semiunciam largiendi, vel relinquendi habeat potestatem. Hinc Cic. Att. 13, 48. Lepta me rogat, ut, si quid sibi opus sit, accurram: mortuus enim Babullius. Caesar, opinor, ex uncia; etsi nihil adhuc: sed Lepta ex triente: veretur autem, ne non liceat tenere hereditatem. P. De minima quantitate ejuscumque rei. Mart. 9, 49. De quadrante tuo quid sperem, Gallice? nulla De nostro nobis uncia venit apro. Pl. Rud. 4, 2, 8. Neque piscium ullam unciam hodie pondo cepi. Juven. 11, 131. adeo nulla uncia nobis Est eboris, nec tessellae, nec calculus ex hac Materia. P. Usura uncia, quae saepius unciaria dicitur, est pars duodecima usurae centesimae: Centesima autem erat, cum centesima pars sortis singulis mensibus solvebatur, h. e. duodecim pro centum in annos singulos. Dicitur etiam unciaria, quia sicut uncia est assis pars duodecima, ita haec usura est pars duodecima centesimae, quae est velut as, et maxime usurarum, ut in CENTESIMUS dictum est. Semunciaria autem sei per cento. Itaque usura, quae duodecim solvit pro centum assibus, duo habet nomina: cum centesima dicitur, refertur ad sortem, quae est centum; cum uncia et unciaria, ad as, quatenus ipsam sortem significat. Hoc vero in aliis minoribus usuris locum non habet, quae una appellatione effertur, triens, quadrans, semis, etc., quae solum ab as descendunt. Sunt tamen qui docent, unciariam usuram esse omnium levissimam, et centesimae oppositam, qua scilicet unum pro centum non singulis mensibus, sed singulis annis solveretur. Quae si aliquando in usu fuisset, non erat cur in XII. Tab. caveretur, ne quis unciario fenore plus exerceat; quod refert Tac. V. l. c. in UNCIARIUS. Gronov. in Αρχαιολογία de Usur., ubi hac de re multa. Scaevola Dig. 26, 7, 47. §. 4. med. Quaero, uncias usuras, an vero eas, quas stipulati sunt, praestare debeant.

UNCIA, ae, f. (ὀνχία Sicularum lingua) duodecima pars assis, seu librae. Rhemn. Fann. de ponderib. et mensur. 28. Unciaeque in libra pars est, quae mensis in anno. Plin. 20, 13, 51. Fasciculum rutae in rosaceo decoctum, addita uncia aloes. Mart. 1, 107. Diluti bibis unciam Falerni. Pl. Men. 3, 3, 3. Huic ut addas auri pondo unciam. P. Unciae partes sunt unciaria, drachma, sextula, duella, sicilicus: quae V. suis loc. Drachma est octava pars unciae: sextula sexta: duella tertia: sicilicus quarta. P. Ap. Cels. 5, 17. in uncia est pondus septem denariorum: denarii autem pondus in sex partes dividitur, id est sextantes, qui Graecorum obolis respondent. P. Saepae dicitur de duodecima parte totius alicujus, sive pondere, sive mensura constantis: quemadmodum as totum aliquid significat. Colum. 5, 1. med. Pars duodecima jegeri pedes efficit duo millia et quadringentos: hoc est uncia. Sen. Controv. 4, 28. med. Ex uncia heres erat patris sui Gallia. Front. Aquaed. 21. Digitus est sextadecima pars pedis; uncia duodecima. Plin. 6, 34, 39. Gnomonis centum unciae umbram septuaginta septem unciarum faciunt. Mart. 9, 4. non erit uncia tota, Decidat tecum qua pater ipse Deum, h. e. duodecima pars aeris alieni, quod Jupiter tibi debet. P. Uncia bonorum est pars duodecima eorum, quae quis possidet. Imp. Arcad. et Honor. Cod. 5, 27, 2. Matre vel legitimis filiis, vel nepotibus, aut pronepotibus ejuscumque sexus, uno pluribusque existentibus; bonorum suorum unam tantum unciam pater naturalibus filiis seu filiabus, eorumque gentrici; vel si sola sit concubina, semiunciam largiendi, vel relinquendi habeat potestatem. Hinc Cic. Att. 13, 48. Lepta me rogat, ut, si quid sibi opus sit, accurram: mortuus enim Babullius. Caesar, opinor, ex uncia; etsi nihil adhuc: sed Lepta ex triente: veretur autem, ne non liceat tenere hereditatem. P. De minima quantitate ejuscumque rei. Mart. 9, 49. De quadrante tuo quid sperem, Gallice? nulla De nostro nobis uncia venit apro. Pl. Rud. 4, 2, 8. Neque piscium ullam unciam hodie pondo cepi. Juven. 11, 131. adeo nulla uncia nobis Est eboris, nec tessellae, nec calculus ex hac Materia. P. Usura uncia, quae saepius unciaria dicitur, est pars duodecima usurae centesimae: Centesima autem erat, cum centesima pars sortis singulis mensibus solvebatur, h. e. duodecim pro centum in annos singulos. Dicitur etiam unciaria, quia sicut uncia est assis pars duodecima, ita haec usura est pars duodecima centesimae, quae est velut as, et maxime usurarum, ut in CENTESIMUS dictum est. Semunciaria autem sei per cento. Itaque usura, quae duodecim solvit pro centum assibus, duo habet nomina: cum centesima dicitur, refertur ad sortem, quae est centum; cum uncia et unciaria, ad as, quatenus ipsam sortem significat. Hoc vero in aliis minoribus usuris locum non habet, quae una appellatione effertur, triens, quadrans, semis, etc., quae solum ab as descendunt. Sunt tamen qui docent, unciariam usuram esse omnium levissimam, et centesimae oppositam, qua scilicet unum pro centum non singulis mensibus, sed singulis annis solveretur. Quae si aliquando in usu fuisset, non erat cur in XII. Tab. caveretur, ne quis unciario fenore plus exerceat; quod refert Tac. V. l. c. in UNCIARIUS. Gronov. in Αρχαιολογία de Usur., ubi hac de re multa. Scaevola Dig. 26, 7, 47. §. 4. med. Quaero, uncias usuras, an vero eas, quas stipulati sunt, praestare debeant.

UNCIA, ae, f. (ὀνχία Sicularum lingua) duodecima pars assis, seu librae. Rhemn. Fann. de ponderib. et mensur. 28. Unciaeque in libra pars est, quae mensis in anno. Plin. 20, 13, 51. Fasciculum rutae in rosaceo decoctum, addita uncia aloes. Mart. 1, 107. Diluti bibis unciam Falerni. Pl. Men. 3, 3, 3. Huic ut addas auri pondo unciam. P. Unciae partes sunt unciaria, drachma, sextula, duella, sicilicus: quae V. suis loc. Drachma est octava pars unciae: sextula sexta: duella tertia: sicilicus quarta. P. Ap. Cels. 5, 17. in uncia est pondus septem denariorum: denarii autem pondus in sex partes dividitur, id est sextantes, qui Graecorum obolis respondent. P. Saepae dicitur de duodecima parte totius alicujus, sive pondere, sive mensura constantis: quemadmodum as totum aliquid significat. Colum. 5, 1. med. Pars duodecima jegeri pedes efficit duo millia et quadringentos: hoc est uncia. Sen. Controv. 4, 28. med. Ex uncia heres erat patris sui Gallia. Front. Aquaed. 21. Digitus est sextadecima pars pedis; uncia duodecima. Plin. 6, 34, 39. Gnomonis centum unciae umbram septuaginta septem unciarum faciunt. Mart. 9, 4. non erit uncia tota, Decidat tecum qua pater ipse Deum, h. e. duodecima pars aeris alieni, quod Jupiter tibi debet. P. Uncia bonorum est pars duodecima eorum, quae quis possidet. Imp. Arcad. et Honor. Cod. 5, 27, 2. Matre vel legitimis filiis, vel nepotibus, aut pronepotibus ejuscumque sexus, uno pluribusque existentibus; bonorum suorum unam tantum unciam pater naturalibus filiis seu filiabus, eorumque gentrici; vel si sola sit concubina, semiunciam largiendi, vel relinquendi habeat potestatem. Hinc Cic. Att. 13, 48. Lepta me rogat, ut, si quid sibi opus sit, accurram: mortuus enim Babullius. Caesar, opinor, ex uncia; etsi nihil adhuc: sed Lepta ex triente: veretur autem, ne non liceat tenere hereditatem. P. De minima quantitate ejuscumque rei. Mart. 9, 49. De quadrante tuo quid sperem, Gallice? nulla De nostro nobis uncia venit apro. Pl. Rud. 4, 2, 8. Neque piscium ullam unciam hodie pondo cepi. Juven. 11, 131. adeo nulla uncia nobis Est eboris, nec tessellae, nec calculus ex hac Materia. P. Usura uncia, quae saepius unciaria dicitur, est pars duodecima usurae centesimae: Centesima autem erat, cum centesima pars sortis singulis mensibus solvebatur, h. e. duodecim pro centum in annos singulos. Dicitur etiam unciaria, quia sicut uncia est assis pars duodecima, ita haec usura est pars duodecima centesimae, quae est velut as, et maxime usurarum, ut in CENTESIMUS dictum est. Semunciaria autem sei per cento. Itaque usura, quae duodecim solvit pro centum assibus, duo habet nomina: cum centesima dicitur, refertur ad sortem, quae est centum; cum uncia et unciaria, ad as, quatenus ipsam sortem significat. Hoc vero in aliis minoribus usuris locum non habet, quae una appellatione effertur, triens, quadrans, semis, etc., quae solum ab as descendunt. Sunt tamen qui docent, unciariam usuram esse omnium levissimam, et centesimae oppositam, qua scilicet unum pro centum non singulis mensibus, sed singulis annis solveretur. Quae si aliquando in usu fuisset, non erat cur in XII. Tab. caveretur, ne quis unciario fenore plus exerceat; quod refert Tac. V. l. c. in UNCIARIUS. Gronov. in Αρχαιολογία de Usur., ubi hac de re multa. Scaevola Dig. 26, 7, 47. §. 4. med. Quaero, uncias usuras, an vero eas, quas stipulati sunt, praestare debeant.

UNCIA, ae, f. (ὀνχία Sicularum lingua) duodecima pars assis, seu librae. Rhemn. Fann. de ponderib. et mensur. 28. Unciaeque in libra pars est, quae mensis in anno. Plin. 20, 13, 51. Fasciculum rutae in rosaceo decoctum, addita uncia aloes. Mart. 1, 107. Diluti bibis unciam Falerni. Pl. Men. 3, 3, 3. Huic ut addas auri pondo unciam. P. Unciae partes sunt unciaria, drachma, sextula, duella, sicilicus: quae V. suis loc. Drachma est octava pars unciae: sextula sexta: duella tertia: sicilicus quarta. P. Ap. Cels. 5, 17. in uncia est pondus septem denariorum: denarii autem pondus in sex partes dividitur, id est sextantes, qui Graecorum obolis respondent. P. Saepae dicitur de duodecima parte totius alicujus, sive pondere, sive mensura constantis: quemadmodum as totum aliquid significat. Colum. 5, 1. med. Pars duodecima jegeri pedes efficit duo millia et quadringentos: hoc est uncia. Sen. Controv. 4, 28. med. Ex uncia heres erat patris sui Gallia. Front. Aquaed. 21. Digitus est sextadecima pars pedis; uncia duodecima. Plin. 6, 34, 39. Gnomonis centum unciae umbram septuaginta septem unciarum faciunt. Mart. 9, 4. non erit uncia tota, Decidat tecum

et ib. 5, 143. genus unde tibi, Romane Cluenti. Just. 5, 4. med. Ut unde stetit, eo se victoria transferret, h. e. a cuius partibus. Adde 14, 1. P In re forensi, unde petitur, est reus, a quo aliquid petitur. Cato ap. Gell. 14, 2. f. Si quis quid alter ab altero peterent, si ambo pares essent, illi unde petitur, potius credendum esse. Ter. Eun. prol. 11. Causam dicere prius unde petitur aurum, quare sit suum, quam ille qui petit, unde is sit thesaurus sibi. Cic. Fam. 7, 11. Ego omnibus, unde petitur, hoc consilii dederim. Id. Or. 1, 37. Ut illi, unde peteretur, vetus atque usitata exceptio daretur. P Unde pro unde unde, undecumque. Tert. Anim. 51. extr. Certe unde sunt ista, signis potius, et ostentis deputanda. Id. adv. Hermog. 22. med. Quamquam possimus unde illas prolatas aestimare, dum ne ex nihilo. Scioppius utrobique legit unde unde.

UNDECENI, ae, a, adj. distrib. quod et pro cardinali ponitur, undecentum. Plin. 36, 8, 14, n. 2. Obeliscum posuit longitudine undecenis pedibus, per latera cubitis quatuor.

UNDECENTESIMUS, a, um, adj. idem quod noagesimus nonus. Val. Max. 8, 7. extr. n. 11. Ad undecentesimum annum.

UNDECENTUM, nomen numerale indecl. εννενηχοικαεννια, nonaginta novem, centum minus uno. Plin. 7, 60, 60. Paruerunt tamen eis annis undecentum.

UNDECIES, adv. ενδεκαεις, undecim vicibus. Cic. Verr. 2, 2, 7. Sestertium undecies numeratum esse. Colum. 5, 2. Hanc summam undecies multiplicato, fiunt, etc. Mart. 5, 79. Undecies una surrexti, Zoile, coena.

UNDECIM, nomen numerale, cardinale, indeclin. ενδεκα, unus supra decem. Cic. Fam. 6, 18. Undecim legiones. Mart. 2, 44. Phoebo quatuor, undecim Phileto. Adde Vitr. 3, 1. med.

[UNDECIMANUS miles, qui est ex legione undecima. V. BOVIANUS. F.]

UNDECIMUS, a, um, adj. ενδεκατος, ultimus ex undecim. Virg. Ecl. 8, 39. Alter ab undecimo tum me jam ceperat annus. Ov. Trist. 1, 2, 50. de fluctu decumano: Posterior nono est, undecimoque prior. V. DECIMANUS. Plin. 11, 54, 118. Ad ultra undecimum diem plerisque certum est mori.

UNDECIREMIS, is, f. ενδεκαρης, navis quae habet undecim remorum ordines. Plin. 16, 40, 76, n. 2. Maxima ea in Cypro traditur ad undeciremem Demetrii succisa, centum triginta pedum longitudinis, crassitudinis vero ad trium hominum complexum. V. DECEMREMIS.

UNDECUMQUE, adv. δεποθεν αν, ex quocumque loco, undique. Sen. V. B. 27. med. Rupes in vadoso mari destituta, quam fluctus non desinunt, undecumque moti sunt, verberare. Plin. 27, 4, 5. Sanguinem vulnere et undecumque fluentem sistit. Plin. alter ep. 9, 4. Undecumque inceperis, ubicumque desieris. Quint. 7, 3. f. Nec undecumque causa fluxit, ibi culpa est. Vopisc. Firm. etc. 14. Si quando legati barbarorum undecumque gentium venissent. Gentium pleonasmus est. Trogus est in illo Lucr. 6, 1015. cunctas in partes unde vacet Cumque locus. P Pro ubicumque. Plin. 2, 105, 105. Ignes transiliunt protinus in naphtham undecumque visam.

UNDELIBET, adv. δεθεν βοιλεται, ex quocumque libet loco. Auct. ad Her. 4, 50. f. At istud quidem facile fuit undelibet invenire. Cels. 8, 10. Fascia undelibet super fracturam incipere debet.

UNDENARIUS, a, um, adj. undecim continens, ut Undenarius numerus, August. de questionib. in Exod. quaest. 108. et Serm. 51. f. et 83. med.

UNDENI, ae, a, adj. distrib. quod etiam pro cardinali ponitur, undena, unus supra decem. Or. Am. 1, 1, 30. Musa per undenos emodulanda pedes, h. e. hexametro et pentametro versu. Plin. 11, 25, 31. Pariuntur autem undeni. Hor. Ep. 1, 20, 27. Me quater undenos sciat implevisse decembres. P In sing. num. Manil. 4, 451. Bisque undena (pars) nocens, et bis duodena nocens est.

UNDENONAGINTA, nomen numerale, cardinale, indecl. nonaginta, uno dempto. Liv. 37, 30. Classis undenonaginta navium.

UNDEOCTOGINTA, nomen numerale, cardinale, indecl. ογδοηχοικαεννια, septuaginta novem, octoginta minus uno. Hor. Sat. 2, 3, 117. si stramentis incubet unde-Octoginta annos natus, cui stragula vestis Blattarum, ac tinearum epulae putrescat in arca.

UNDEQUADRAGESIMUS, a, um, adj. quadragesimus uno minus. Val. Max. 8, 7. extr. n. 10. Undequadragesimum volumen.

UNDEQUADRAGESIMUS, a, um, adj. εννεα και ηρακοσιεννεις, novies et tricies. Plin. 7, 25, 25. Solus M. Marcellum transgressus, qui undequadragesim dimicaverat.

UNDEQUADRAGINTA, nomen numerale, cardinale, indecl. εννεα και ηρακοσια, triginta novem. [Cic. de rep. (ed. A. Maio) 2, 14. Sic ille cum undequadragesima annos regnavisset, etc. F.] Liv. 23, 37. Ad mille quadringentos Carthaginiensium caesi, undequadragesima vivi capti. Alii leg. undecaginta.

UNDEQUINGAGESIMUS, a, um, adj. τεσσαραχοικαεννιος εννατος, quadragiesimus nonus. Cic. Manil.

12. f. Undequingagesimo die totam ad imperium populi R. Ciliciam adjunxit.

UNDEQUINGAGINTA, nomen numerale, cardinale, indecl. εννεα και ηρακοσιεννεις, quadraginta novem, quinquaginta minus uno. Liv. 37, 58. In eo triumpho undequingaginta coronae translatae sunt. Adde Plin. 13, 4, 9.

UNDESSEXAGESIMUS, a, um, adj. quinquagesimus nonus. Censor. de die nat. 19. Undessexagesima pars.

UNDESSEXAGINTA, nomen numerale, cardinale, indecl. εννεα και πενηχοια, quinquaginta novem. Liv. 23, 37. Ceperint amplius tria millia hominum, paulo minus mille equorum, undessexaginta militaria signa. Adde Plin. 36, 15, 21, n. 9.

UNDETRICESIMI, ae, a, adj. distrib. undetricesimi. Macr. Sat. 1, 13. med. Menses undetricesimum tricennumque (dierum) numero alternaverunt.

UNDETRICESIMUS, a, um, adj. idem quod undetricesimus. Gell. 10, 5. Nigidius in commentariis undetricesimus.

UNDETRICESIMUS, a, um, adj. εικοσις εννατος, vicesimus nonus. Liv. 25, 36. f. Undetricesimo die post fratris mortem interfectus est.

UNDETRIGINTA, nomen numerale, cardinale, indecl. triginta uno minus. Vitr. 9, 4. med. Mensibus undetriginta, et amplius. Adde Macr. Sat. 1, 15.

UNDEVICENI, ae, a, adj. distrib. quod ponitur etiam pro cardinali, decem et novem. Quint. 1, 10. f. Porrecti utrinque undeviceni pedes.

UNDEVICESIMANUS miles, qui est ex legione undevicesima. Hirt. B. Alex. 57. Cum quinque cohortibus undevicesimanorum egreditur.

UNDEVICESIMUS, a, um, adj. εννεα και δεκατος, decimus nonus. Cic. Sen. 5. Anno undevicesimo post ejus mortem. P Etiam undevicesimus scribitur, ut quadragesimus. V. QUADRAGESIMUS. Inscr. ap. Mur. 773, 1. et emendatior ap. Maff. Osserv. letter. T. 4. p. 342. Eripuit nobis undevicesimus annus Ingressum juvenem militiam cupide.

UNDEVICESIMANUS, a, um, adj. undevicesimanus. Tac. A. 1, 37. et 51. ubi alii leg. unactvicesimannus.

UNDEVICESIMUS, a, um, adj. idem quod undevicesimus. Colum. 8, 5. med. Die undevicesimo animadvertat, an pulli rostellis ova percuterint. Vet. Epigr. in Anth. Lat. T. 2. p. 21. Burn. Senserat ire aquilas legio undevicesima, cuius, etc. Secunda et tertia syllaba male hic corripuntur.

UNDEVIGINTI, adj. distrib. quod etiam ponitur pro cardinali, δεκα εννεα, εικοσι ενος δεκατος, novendecim, viginti minus uno. Cic. Brut. 64. Undeviginti annos natus erat eo tempore. Adde Liv. 23, 46.

UNDEUNDE. V. UNDE.

UNDICOLA, ae, m. et f. undas colens, in undis habitans. Varr. ap. Non. 4, 50. Ut Naides undicola. Avien. Arat. 898. Undicola pistris.

[UNDFLŪS, a, um, adj. qui undatim fluit. Dracont. Hexaem. 1, 607. Quis neget undifluis procedere fontibus amnes? F.]

UNDFRAGUS, a, um, adj. undas frangens. Translate. Venant. prol. 3, 4. in. Per undifragos vestri fluctus eloqui me contigit irrorari.

UNDIQUE, adv. πανταχοθεν, παντοθεν, ex omni parte, ex omni genere, passim. Caes. B. G. 3, 1. extr. Vicus altissimis montibus undique continetur; et ib. 6. Undique circumventus interficiunt. Cic. Manil. 11. Sicilia undique cincta periculis. Id. Or. 3, 24. Res exquisitae undique, et collectae, arcesitae comportatae; et ib. 1, 42. extr. Passim carpere, et colligere undique. Id. Verr. 2, 2, 53. med. Concurrunt undique ad istum Syracusas. Id. Tusc. 1, 43. f. Undique ad inferos tantundem viae est. h. e. ab omni terrarum parte. Caes. B. G. 1, 22. Ut undique uno tempore in hostes impetus fieret. Cic. Fin. 5, 24. Honestas undique perfecta et absoluta. Id. Tusc. 5, 31. Vita undique referta bonis. Id. Phil. 2, 43. Aut undique religionem tolle, aut usquequaque conserva. Hor. Sat. 2, 3, 107. delirus et amens Undique dicatur merito. P Cum gentium ponitur ornatus gratia. Aurelian. Imp. in edicto ap. Vopisc. Firm. etc. 5. Pacato undique gentium toto, qua patet, orbe terrarum. P Item cum alio genit. Appul. Met. 8. Canes rabidi et immanes undique laterum circumfusi passim insiliunt. P Pro undecumque usurpari videtur in illo Tert. ad Valent. 5. Nec undique dicemur ipsi nobis effinxisse materias.

UNDIQUE SECUS, adv. undique. Solin. 27. med. Non sine miraculo lucus viret, undique secus agris arentibus. Alii conjunctim undiquesecus scribunt.

UNDIQUE VERSUM, et versus, et Undique versus, adv. idem quod undique, quaque versus. Just. 44, 1. f. Marinae auras undique versus assidui flatus. Gell. 12, 13. med. Oceanus terras omnifariam, et undique versus circumfluit. Id. 7, 16. Has undique versus indagines cupidinarum majore detestatione dignas censebimus. Solin. 40. med. Undique versus, quod usquam gentium sit, ad regiam Memnonis convenire. Appul. Apol. Cum undique versus tabulis flagitaretur. P Scribitur et conjunctim undiqueversum.

UNDISONUS, a, um, adj. undis strepens, fluctibus murmur edens. Dicitur de insulis et scopulis, ad quos undae maris allisae sonum edunt. Val. Fl. 1, 364. Qui tenet undisonam Psamathem; et 4, 44. undisoni crepidine saxi. Stat. Achill. 1, 198. Undisonae rupes. Prop. 3, 20, 18. Dei undisoni, h. e. maris praesides.

[UNDIVAGUS, a, um, adj. qui undatim vagatur. Coripp. Johann. 6, 342. mistum genus omne bibebat Undivagos latices. Id. ib. 7, 344. Undivagumque salum. Vet. Poeta in Anth. Lat. F. 2. p. 303. Burn. Tethyos undivagae cum prosilit aequore Titan. F.]

UNDO, as, avi, atum, a. i. undatim, undas facio, undis agitor, fluctuo. Sen. Q. N. 3, 28. med. Solet aestus aequinoctialis omnibus aliis major undare. Petr. Sat. 123. flumina montibus altis Undabant modo nata. Virg. A. 12, 672. flammis inter tabulata volutus Ad coelum undabat vortex. V. UNDANS. P Item inundo. Stat. Achill. 1, 86. Cum tuus Aeacides tepido modo sanguine Teucros Undabit campos. Claud. in Ruf. 2, 67. puerique cruore Maternos undare sinus. P Translate ponitur pro abundare. Val. Fl. 1, 539. regio Undat equis, floretque viris. Claud. Rapt. Pros. 3, 25. Undaret ne silva favis. Id. Cons. Prob. et Olybr. 46. populis undare penates, Assiduus intrare inopes. Id. VI. cons. Honor. 545. undare videres Ima viris, altas effulgere matribus aedes. Id. Cons. Mall. Theod. 21. Mox undare foro victrix opulentia linguae, Tutarique reos. V. alia in Particip. UNDANS suo loco. P Item pro fluctuando moveri. Appul. Met. 2. Fotis spinam mobilem quatiens placide, decenter undabat, h. e. lumborum crispitudine fluctuabat.

UNDOSE, adv. undas excitando. Ammian. 27, 4. med. Freto undosius ab Euxino Ponto labenti.

UNDOSUS, a, um, adj. υπεραιδης, undis et fluctibus abundans, undis agitatus, undans. Virg. A. 4, 313. Undosum aequor; et ib. 3, 693. Plemmyrium. Sil. 5, 21. Undosa regna. Solin. 12. f. Fluctus undosior. August. C. D. 22, 11. med. Torrentes violentissimi, atque undosissimi.

UNDULATUS, a, um, adj. υπεραιδης, undae similis, undas repraesentans, ut vestis undulata, υπεραιδης, ιδης, per quam imago undarum discurret: qua ratione vestis scutulata appellatur a scutulis, quales in araneorum telis cernimus. In genere undularum vestium sunt, quae ex hircorum et caprarum pilis (varii quidem, sed nativi coloris) verius, quam lanis conficiuntur. Nam haec undis quibusdam depictae sunt. Varr. ap. Non. 2, 926. A quibusdam dicitur esse Fortunae virginis simulacrum, ab eo, quod duabus undulatis togis est opertum, perinde ut reges nostri undulatas, et praetextas togas soliti sunt habere. Ubi Nonius scribit, undulatum nove positum pro puro, fortasse quia hujusmodi vestes nulla tinctura infectae, purum nativumque colorem habeant. Adde Plin. 8, 48, 74, ubi eadem fere cum Varrone habentur.

UNEDO, onis, m. fructus arbuti, terrestribus fragis non dissimilis: ab unus, et edo, quod plures edi non possint. Nempe cibus iste, si unico plus sumas, noxius est. Unde et cognoscimus, corripere paenultimam. Plin. 15, 24, 28. Aliud corpus est terrestribus fragis, aliud congeneri eorum unedoni, quod solum pomum simile fructi, terraeque gignitur. Arbor ipsa fruticosa. Fructus anno maturescit: pariterque floret subnascens, et prior coquitur. Mas sit, an femina sterilis, inter auctores non constat. Pomum inhonorum, ut cui nomen ex argumento sit unum tantum edendi. Haec Plin. P Ipsa etiam arbutus eodem nomine significatur. Id. 23, 8, 79. Arbutus, sive unedo fructum fert difficilem confectioni, et stomacho inutilem. Adde 16, 31, 55.

*UNELLI, orum, populi Galliae Celticae sive Lugdunensis, ex maritimis civitatibus Oceanum attingentibus. Caes. B. G. 2, 34, 3. et 11, 17. et 7, 75. Plin. 4, 18. Vulgo la pays du Perche. B. A. UNETVICIESIMUS. V. UNACTVICIESIMUS.

UNGELLA, ae, f. dimin. unguis, ungula, quam vocem vide. Ita vocatur ungula cum pede suilla. Apic. 4, 5. Ungellae, et avicellae divisa cum bulbis ferveant. Marcell. Empir. 20. med. Edulia quoque prosunt haec, cochleae bullientis frustella, ungelae, turdi, perdices, etc. et mox. Statim dare debes vel ova hapala, vel ungelam disiectam, vel cochleas elixas, etc. Edict. Dioclet. p. 14. Ungellae, quatuor, et aqualiculum pretio quo caro distrahitur. P Etiam unguella scribitur. V. Vespae l. c. in SYCOTUM.

UNGITO. V. INUNGITO.

UNGO, et Unguo, is, nxi, nctum, a. 3. ανηγω, ζωλω, oleo. aliove pingui obliuo. Cato R. R. 79. Globos melle unguito. Varr. R. R. 1, 2. f. Ranam luridam conjicere in aquam, usque quo ad tertiam partem decoxeris: eoque unguere corpus. Pl. Most. 1, 3, 115. Etiamne unguentis unguendam censes? Cic. Verr. 2, 4, 35. Matronas, et virgines, cum Diana exportaretur ex oppido, unxisse unguentis, complexisse coronis et floribus. Pers. 6, 68. impensius unge, Unge puer, caules, h. e. condi. Hor. Sat. 2, 3, 125. Unguere si caules oleo meliore, ca-

ctibus murmur edens. Dicitur de insulis et scopulis, ad quos undae maris allisae sonum edunt. Val. Fl. 1, 364. Qui tenet undisonam Psamathem; et 4, 44. undisoni crepidine saxi. Stat. Achill. 1, 198. Undisonae rupes. Prop. 3, 20, 18. Dei undisoni, h. e. maris praesides.

[UNDIVAGUS, a, um, adj. qui undatim vagatur. Coripp. Johann. 6, 342. mistum genus omne bibebat Undivagos latices. Id. ib. 7, 344. Undivagumque salum. Vet. Poeta in Anth. Lat. F. 2. p. 303. Burn. Tethyos undivagae cum prosilit aequore Titan. F.]

UNDO, as, avi, atum, a. i. undatim, undas facio, undis agitor, fluctuo. Sen. Q. N. 3, 28. med. Solet aestus aequinoctialis omnibus aliis major undare. Petr. Sat. 123. flumina montibus altis Undabant modo nata. Virg. A. 12, 672. flammis inter tabulata volutus Ad coelum undabat vortex. V. UNDANS. P Item inundo. Stat. Achill. 1, 86. Cum tuus Aeacides tepido modo sanguine Teucros Undabit campos. Claud. in Ruf. 2, 67. puerique cruore Maternos undare sinus. P Translate ponitur pro abundare. Val. Fl. 1, 539. regio Undat equis, floretque viris. Claud. Rapt. Pros. 3, 25. Undaret ne silva favis. Id. Cons. Prob. et Olybr. 46. populis undare penates, Assiduus intrare inopes. Id. VI. cons. Honor. 545. undare videres Ima viris, altas effulgere matribus aedes. Id. Cons. Mall. Theod. 21. Mox undare foro victrix opulentia linguae, Tutarique reos. V. alia in Particip. UNDANS suo loco. P Item pro fluctuando moveri. Appul. Met. 2. Fotis spinam mobilem quatiens placide, decenter undabat, h. e. lumborum crispitudine fluctuabat.

UNDOSE, adv. undas excitando. Ammian. 27, 4. med. Freto undosius ab Euxino Ponto labenti.

UNDOSUS, a, um, adj. υπεραιδης, undis et fluctibus abundans, undis agitatus, undans. Virg. A. 4, 313. Undosum aequor; et ib. 3, 693. Plemmyrium. Sil. 5, 21. Undosa regna. Solin. 12. f. Fluctus undosior. August. C. D. 22, 11. med. Torrentes violentissimi, atque undosissimi.

UNDULATUS, a, um, adj. υπεραιδης, undae similis, undas repraesentans, ut vestis undulata, υπεραιδης, ιδης, per quam imago undarum discurret: qua ratione vestis scutulata appellatur a scutulis, quales in araneorum telis cernimus. In genere undularum vestium sunt, quae ex hircorum et caprarum pilis (varii quidem, sed nativi coloris) verius, quam lanis conficiuntur. Nam haec undis quibusdam depictae sunt. Varr. ap. Non. 2, 926. A quibusdam dicitur esse Fortunae virginis simulacrum, ab eo, quod duabus undulatis togis est opertum, perinde ut reges nostri undulatas, et praetextas togas soliti sunt habere. Ubi Nonius scribit, undulatum nove positum pro puro, fortasse quia hujusmodi vestes nulla tinctura infectae, purum nativumque colorem habeant. Adde Plin. 8, 48, 74, ubi eadem fere cum Varrone habentur.

UNEDO, onis, m. fructus arbuti, terrestribus fragis non dissimilis: ab unus, et edo, quod plures edi non possint. Nempe cibus iste, si unico plus sumas, noxius est. Unde et cognoscimus, corripere paenultimam. Plin. 15, 24, 28. Aliud corpus est terrestribus fragis, aliud congeneri eorum unedoni, quod solum pomum simile fructi, terraeque gignitur. Arbor ipsa fruticosa. Fructus anno maturescit: pariterque floret subnascens, et prior coquitur. Mas sit, an femina sterilis, inter auctores non constat. Pomum inhonorum, ut cui nomen ex argumento sit unum tantum edendi. Haec Plin. P Ipsa etiam arbutus eodem nomine significatur. Id. 23, 8, 79. Arbutus, sive unedo fructum fert difficilem confectioni, et stomacho inutilem. Adde 16, 31, 55.

*UNELLI, orum, populi Galliae Celticae sive Lugdunensis, ex maritimis civitatibus Oceanum attingentibus. Caes. B. G. 2, 34, 3. et 11, 17. et 7, 75. Plin. 4, 18. Vulgo la pays du Perche. B. A. UNETVICIESIMUS. V. UNACTVICIESIMUS.

UNGELLA, ae, f. dimin. unguis, ungula, quam vocem vide. Ita vocatur ungula cum pede suilla. Apic. 4, 5. Ungellae, et avicellae divisa cum bulbis ferveant. Marcell. Empir. 20. med. Edulia quoque prosunt haec, cochleae bullientis frustella, ungelae, turdi, perdices, etc. et mox. Statim dare debes vel ova hapala, vel ungelam disiectam, vel cochleas elixas, etc. Edict. Dioclet. p. 14. Ungellae, quatuor, et aqualiculum pretio quo caro distrahitur. P Etiam unguella scribitur. V. Vespae l. c. in SYCOTUM.

UNGITO. V. INUNGITO.

UNGO, et Unguo, is, nxi, nctum, a. 3. ανηγω, ζωλω, oleo. aliove pingui obliuo. Cato R. R. 79. Globos melle unguito. Varr. R. R. 1, 2. f. Ranam luridam conjicere in aquam, usque quo ad tertiam partem decoxeris: eoque unguere corpus. Pl. Most. 1, 3, 115. Etiamne unguentis unguendam censes? Cic. Verr. 2, 4, 35. Matronas, et virgines, cum Diana exportaretur ex oppido, unxisse unguentis, complexisse coronis et floribus. Pers. 6, 68. impensius unge, Unge puer, caules, h. e. condi. Hor. Sat. 2, 3, 125. Unguere si caules oleo meliore, ca-

putque Coeperis impexa foedum porrigine. *Mart.* 2, 77. Utilis unguendis axibus esse potes. *Lucr.* 4, 1170. exclusus amator limina saepe Floribus, et sertis operit, postesque superbos Unguit amaracino, et foribus miser oscula figit. *Hor. Ep.* 1, 18, 22. Gloria quem supra vires et vestit, et ungit, h. e. qui ostentationis et vanae gloriae causa supra vires rei familiaris sumptus facit in cultu corporis, unguentis et deliciis. *Cels.* 5, 28. n. 15. extr. Prius ungi ex cerussa pustulae debent. P Mos unguendi frequens in balneis post lotionem. *Cic. Att.* 13, 52. Post horam octavam in balneum: tum audivit de Mamurra, vultum non mutavit; unctus est, accubuit. *Augustus* in ep. ap. *Suet. Aug.* 76. In balneo demum duas buccas manducavi, priusquam ungi inciperem. P et mortuorum cadavera. *Or. Pont.* 1, 9, 47. Funera nec potui comitare, nec ungere corpus. *Id. Fast.* 4, 853. Arsurosque artus unxit. Adde *Her.* 10, 122., *Mart.* 3, 12., *Pers.* 3, 104., *Val. Max.* 4, 6. n. 3. et *Enn.* ap. *Serv.* ad *A.* 6, 219. P Pro tingere, madefacere. *Plin.* 19, 6, 34. Caepas aqua salsa tepida ungere. *Virg. A.* 9, 773. Ungere tela manu, ferramque armare veneno. *Sil.* 9, 8. ante omnes invadere bella Mancinus gaudens, hostilique unguere primus Tela cruore. P Utrum sit rectius, unguo, an ungo, non facile dixerim. *Cellar.* et *Dausqu.* praefert ungo. Ex unguo quidam grammatici ap. *Prisc.* 10, 881. praeteritum ungui faciunt. Ex eodem sunt unguedo, unguen, unguentum. Quamquam *Servius* ad *Virg. l. c.* vult dici ungentum. V. UNGUENTARIUS. Ne Vegetium quidem imitari ausim, qui *Vet.* 3, 47. ungueri dixit (ut quidam leg.) ab unguo; et *ib.* 54. perunguebis. Tametsi et *Fest.* in *Persillum* eadem ratione usurpare videtur.

UNGUEDO, inis, f. idem quod unguen, seu unguentum. *Appul. Met.* 3. Pyxides plusculas depromit, atque indidem egesta unguedine, etc.

UNGUILLA, ae, f. i. q. unguiculus. *Gloss. Lat. Gr.* Unguilla, ὄνυχια, ὄνυχιον, τὸ ἐσθίουμενον. B. A.

UNGUEN, inis, n. ὄνυχον, idem ac unguentum, vel succus liquidus et crassus unguento similis. *Cato R. R.* 79. et 80. In ahenum caldum unguen indito. *Virg. G.* 3, 450. et pingues unguine ceras. *Pers.* 6, 40. Foeniseae crasso vitiantur unguine pultes, h. e. oleo. V. FOENISECA. *Pall.* 1, 17. Sumas tantundem unguinis, quod vocamus axungiam, vel sebum. *Val. Fl.* 8, 302. armant alii picis unguine flammis. *Id.* 6, 360. pingui fluit unguine tellus. P Translate est salus. *Venant. Vit. S. Martin.* 2, 12. de benedictione: A digitis salit alta salus, fluit unguen ab ungue.

UNGUENTARIUS, a, um, adj. μνηστικός, ad unguentum pertinens. *Plin.* 36, 8, 12. Unguentaria vasa. *Sen. ep.* 108., *Varr. L. L.* 7, 30. et *Suet. Aug.* 4. med. Unguentariam tabernam exercere. *Sidon. ep.* 2, 2. med. Unguentaria cella. P Unguentarius absolute, ἀλκιμῆς, μνηστικός, qui unguenta conficit, et vendit. *Cic. Off.* 1, 42. Minime artes hae probandae, quae ministrae sunt voluptatum: ceterarii, lanii, coqui; adde huc unguentarios, saltatores, totumque ludum talarium. Adde *Hor. Sat.* 2, 3, 228., *Plin.* 31, 7, 42. et *Inscr. ap. Grut.* 366, 9. P Quod scribit *Sen. Q. N.* 4, 13. med. Unguentarios Lacedaemonii urbe expulerunt, et prope cadere finibus suis iusserunt, quia oleum disperderent: *Lips.* adscribit, aliptas et iatraliptas significari. P Unguentaria, quae unguenta conficit, et vendit, μνηστικός. *Plin.* 8, 5, 5. Unguentaria quaedam dilecta Jubae. *Inscr. ap. Don. cl.* 8. n. 88. Liciniae Primigeniae unguentariae, etc. P Item ars ipsa unguentorum conficiendorum. *Pl. Poen.* 3, 3, 90. Faciam, ubi tu laveris, ibi ut balneator faciat unguentariam. P Unguentarium, pecunia, quae alicui datur ad unguenta. *Plin. ep.* 2, 11. f. Accepisse sestertium decem millia, foedissimo titulo, nomine unguentarii. P In antiquis *Inscr.* saepe legitur unguentarius. V. *Fabr.* p. 219.

UNGUENTATUS, a, um, part. ab unguento: μνηστικός, unguento oblitus. *Catull.* 61, 142. Diceris male te a tuis Unguentate glabris marite Abstinerere. *Pl. Cas.* 2, 3, 23. Senecta aetate unguentatus per vias, ignave, incedis. *Id. Truc.* 2, 2, 32. Cincinni compositi, crispis, unguentati. P *Scipio Afric.* ap. *Gell.* 7, 12. Qui quotidie unguentatus adversus speculum ornatur. *Sen. fragm. ap. eund.* 12, 2. f. Quidam sunt tam magni sensus Q. Ennii, ut licet scripti sint inter hircosos, possint tamen inter unguentatos placere, h. e. bene olentes ex unguentis, atque adeo delicatos et molles.

[UNGUENTO, as, avi, atum, a. 1. ὄνυχον, ungo, unguentis perfusus orno. *Inscr. ap. Marin. Frat. Arv. n. XL. lin.* 13. Ture et vino fecerunt, et Deam unguentaverunt, et in in cathedris consederunt; et n. *XXI. lin.* 31. et Deas unguentaverunt. Ex *Cic. l. c.* in UNGO constat, id moris fuisse apud veteres, ut honoris cultusque causa Deorum, Dearumque signa unguentis ungerent. Hinc alia *Inscr. ap. eund. ib. XXXV. n.* Deinde coronis inlatis, signisque unctis C. Victorium magistrum annum nominaverunt; et n. *XXXVI.* Deinde coronis inlatis, si-

gnisque unctis C. Catelium Modestinum magistrum annum fecerunt. F.]

UNGUENTUM, i, n. ὄνυχον, μνηστικός, ὄνυχον, omnis succus pinguis, quo unguimur deliciarum et luxus causa. *Pl. Most.* 1, 1, 41. Non possunt omnes olere unguenta exotica. *Id. ib.* 3, 115. Etiamne unguentis unguendam censes? et mox: Quae se unguentis unctitant. *Cic. Verr.* 2, 3, 25. Cum interea Apronius caput, atque os suum unguento perfricaret. *Id. Cat.* 2, 3. Nitere unguentis, fulgere purpura. *Hor. Od.* 2, 3, 13. Huc vina, et unguenta, et nimium breves Flores amoenae ferve jubet rosae; et *ib.* 7, 22. funde capacibus Unguenta de conchis. *Id. ib.* 3, 14, 17. 1, pete unguentum, puer, et coronas, Et cadum Marsi memorem duelli. *Or. Her.* 21, 161. Saepe coronatis stillant unguenta capillis. *Petr. Sat.* 105. Mero, et unguentis perfusi. *Claud. B. Gild.* 444. Umbratus dux ipse rosas, et marcidus ibit Unguentis, erudisque cibo, titubansque Lyaeo; et *ib.* 183. mixtis redolent unguenta coronis. *Phaedr.* 5, 1. Unguento delibutus, vestibis affluens. *Cic. Sext.* 8. Unguentis affluens, calamistrata coma. *Id. in Sen.* 5. f. oblitus. *Id. Or.* 3, 25. med. Unguentis minus diu nos delectari summa et acerrima suavitate conditis. P De unguentis multa *Plin.* 13. in. et *sqy. capitib.* P Odoris praecipue gratia, adhibebantur ex variis floribus, foliis, succis, lacrimis, ut ex croco, nardo, ture, amomo, iri, lilio, rosa, etc. et varia mixtura ex his: quo liquidiora, eo gratiora: eratque plurimus eorum usus in conviviis, in balneis, in funeribus, ut in UNGO dictum est: et praeter assignata ibi scriptor. Ioca, V. de balneis *Petr. Sat.* 28., de conviviis *Cic. Tusc.* 5, 21. et *Hor. A. P.* 375., de funeribus *Prop.* 3, 14, 23., *Or. Fast.* 3, 561. et *Poen.* 1, 9. f., *Mart.* 11, 54., *Pers.* 3, 104. et *Stat. Sil.* 2, 1. a. v. 157. P Perfundeant iis non solum caput et comam, nares, pectus, et pedes, sed etiam vestes. *Petr. fragm. Trag.* 70. *Burm.*, *Prop.* 3, 8, 21., *Tibull.* 1, 8, 51., *Plin.* 13, 3, 4., *Mart.* 6, 57., 8, 3. et 14, 146. P Ab unguentis idem est ac unguentarius. *Inscr. ap. Donat.* 310, 3. T. Flavius Aug. Lib. Eglectus ab unguentis. P Unguentum pro unguentorum ap. *Pl. Curc.* 1, 2, 5. Nam omnium unguentum odor prae tuo nautea est. Adde *Poen.* 3, 3, 88.

*UNGUICULA, ae, f. i. q. unguella. *Gloss. Lat. Gr.* Unguicula, ὄνυχιον. B. A.

*UNGUICULARIUM, i, n. instrumentum rescandis unguibus. *Gloss. Gr. Lat.* ὄνυχιαίριον, Unguicularium. Cf. *Colum.* 6, 15. B. A.

UNGUICULUS, i, m. ὄνυχιον, parvus unguis. *Cic. Fin.* 5, 27. Quae quidem bona dicunt, valetudinem, vires, staturam, formam, integritatem unguiculorum omnium. *Pl. Epid.* 5, 1, 17. Contempla; usque ab unguiculo ad capillum summum est festivissima. *Id. Stich.* 5, 5, 20. Ut perpruriscamus usque ex unguiculis. *Sen. Q. N.* 6, 2. Unguiculi nos, et ne totius quidem dolor, sed aliqua a latere ejus scissura conficit. P A teneris unguiculis, proverbialiter, ab infantia, ab incunabulis, ἐκ τῶν ἐπιπέλων ὄνυχων. *Cic. Fam.* 1, 6. Sed praesta te eum, qui mihi a teneris, ut Graeci dicunt, unguiculis es cognitus.

UNGUILLA, ae, f. vas, ex quo inungebant. *Solin.* 27. f. Dum avide venantium gestus affectant (simiae), relictae consulto visci unguilla, quod mendacio factum vident, oculos suos oblinunt: ita visu obducto, pronum est, eas corripere. P Alii unguillam interpretantur unguen, unguedinem.

UNGUINOSUS, a, um, adj. pinguis, unguine, seu unguento abundans. *Plin.* 13, 1, 2. de unguento: Susino unguinosum, Mendesio nigrum, rhodino candidum, myrrha pallidum. *Id.* 23, 8, 77. Sunt autem recentes (nucis juglandes) jucundiores, siccae unguinosiores, et stomacho inutiles. Adde *Cels.* 5, 26. n. 20.

UNGUIS, is, m. ὄνυξ, corneum illud, quod in extremis digitis nascitur, non solum in manibus, verum etiam in pedibus, neque in iis solum humanis, sed ceterorum etiam animalium, quae pedum digitos habent separatos, ut sunt simiae, et aves. In ablativo ungue et ungui facit. *Cic. Rosc. Com.* 7. Nonne ab imis unguibus usque ad verticem summum ex fraude et fallaciis constare totus videtur? *Plin.* 11, 45, 101. Ungues clausulae nervorum summae existimantur. Omnibus hi, quibus et digiti. Sed simiae imbricati, hominibus lati, rapacibus unci, ceteris recti, ut canibus, praeter eum, qui a crure plerisque dependet. *Id.* 10, 35, 52. Ungues recidere; et 28, 2, 5. ressecare. *Petr. Sat.* 104. deponere. *Hor. A. P.* 297. ponere, h. e. recidere. *Or. Fast.* 6, 230. subsecare ferro. *Hor. Ep.* 1, 7, 51. cultello purgare. *Prop.* 4, 8, 57. iratos conicere alicui in vultum. *Id.* 1, 20, 39. Ungui florem decerpere. *Or. A. Am.* 3, 708. Ungue sanciare genas. *Id. Am.* 2, 6, 4. rigido notare genas; et *ib.* 1, 7, 64. Unguibis ire in vultus alicujus. *Mart.* 8, 33. Ungue quippiam deradere. P Unguis et ungula differunt in eo, quod unguis est in iis animalibus, quae digitos habent, ungula vero in illis, quae solidos, vel bisulcos habent pedes. Illud Graeci ὄνυχα, hoc ὄνυχη appellat. *Or. Met.* 1. de transformatione

Ius e bovis effigie in primam formam redeuntis, 742. Ungulaque in quinos delapsa absumitur ungues: et de Oeyrhoe filia Chironis in equam mutata, *ib.* 2, 670. Tum digiti coeunt, et quinos adligat ungues Perpetuo cornu levis ungula. *Plin.* 11, 45, 101. de elephantis: Huic informes numero quidem quinque, sed indivisi, ac leviter discreti, unguisque, haud unguibus similes. P Interdum tamen ungues de unguibus bifidis dicuntur. *Colum.* 6, 12. Si sanguis in unguis est, inter duos ungues cultello leviter aperies; et mox: Si sanguis in inferiore parte unguulae est, extrema pars ipsius unguis ad vivum resecat. P Et de unguis solidis. *Mart.* 14, 199. Hic brevis, ad numerum rapidos qui colligit ungues, Venit ab auriferis gentibus Astur aquus. P Unguis transversus, et unguis latus, proverbialiter usurpantur pro quam minimo spatio. *Cic. Att.* 13, 20. A recta conscientia transversum unguem non oportet discedere. *Id. Fam.* 7, 25. Urge igitur, nec transversum unguem, quod ajunt, a stulo, subaudi recede. *Pl. Aul.* 1, 1, 18. Si hercle tu ex istoc loco digitum transversum, aut unguem latum excesseris. P Medium unguem ostendere, proverbialiter est summe contemere: inde sumptum, quod medius digitus pro impudico habebatur. *Juven.* 10, 52. cum fortunae ipse minaci Mandaret laqueum, mediumque ostenderet unguem. P Ungues arrodere, est illorum, qui cogitabundi sunt, qui rem aliquam secum agitant, et in ea haerent, aut deliberant, utrum eam amplecti, an mutare debeant. *Hor. Sat.* 1, 10, 70. In versu faciendo Saepe caput scaberet, vivos et roderet ungues. *Pers.* 1, 106. Nec pluteum caedit, nec demorsos sapit ungues. P De tenero ungui, idem ac a teneris unguiculis, id est a pueritia. *Hor. Od.* 3, 6, 21. Motus doceri gaudet Ionicis Matura virgo: et fingitur artubus Jam nunc, et incestos amores De tenero meditatatur ungui. P In unguem, vel ad unguem, Graece ἐπὶ ὄνυχος, vel πρὸς ὄνυχος, est ad perfectionem, perfecte, absolute: translatione a lapicidis, qui ungue marmoris laevitatem experiuntur. *Cels.* 8, 1. Suturae capitis in unguem committuntur. *Colum.* 11, 2. med. Materiem dolere ad unguem; et mox: Quadrare abietem ad unguem. *Appul. Flor.* 23. Lapis laeviter ex optimis oris ad unguem coequatus. Translate. *Virg. G.* 2, 277. nec secius omnis in unguem Arboribus positus secto via tramite quadret. Ad haec *Servius*: Est translatio a marmorariis, qui juncturas unguibus probant. *Hor. Sat.* 1, 5, 32. Capitoque simul Fontejus, ad unguem Factus homo, h. e. omni ex parte politus, urbanus. *Acron*: Translatio a marmoribus, quorum juncturae unguibus explorantur. His similia *Porphyrio* habet. *Hor. A. P.* 294. carmen Perfectum decies non castigavit ad unguem. Huc pertinet et illud *Pers.* 1, 64. carmina molli Nunc demum numero fluere, ut per laeve severos Effundat junctura ungues, h. e. carminum compositionem ita aequabilem et expolitam, nihil ut sit, quod aures offendat, quemadmodum duorum marmorum junctura apte commissa unguis nulla asperitate remoratur. P Mordere ungues, gestus irati, aut poenitentis. *Prop.* 3, 23, 24. Ungue meam morso saepe querere fidem. Sic 2, 3, 3. Et saepe immeritos corrumpas dentibus ungues. P Translate dicitur etiam de plantis. *Plin.* 12, 9, 19. de bdellio: Bactriano nidore siccus, multique candidi ungues, h. e. lucentes ac leves, instar unguium, maculae. *Id.* 21, 18, 73. de rosa: Capita foliorum, partesque candidae, unguae vocantur. P In vite unguis extrema pars est hornotinae materiae supra gemmam, sicut unguis est extrema pars digiti, saetulo Italice. *Colum.* 4, 21. med. Ungues custodum annotinos resecat. Adde *Pall.* 3, 12. med. P Ungues ferrei, instrumenta ferrea, quibus vindemiatores unguium vice utantur ad colligendas uvas. *Colum.* 12, 18. Et ungues ferrei quam plurimi parandi, et exacuendi sunt, ne vindemiator manu dstringat uvas, et non minima fructus portio, dispersis acinis, in terram dilabatur. P Unguis etiam est vitium oculi, id est nervosa quaedam adnatae membranae excrescentia, a majori oculi angulo ut plurimum adnascens, ad oculi coronam ita procedens, ut quandoque pupillam operiat. *Cels.* 7, 7. n. 4. Unguis vero, quod πτερόνιον Graeci vocant, est membrana nervosa oriens ab angulo, quae nonnunquam ad pupillam quoque pervenit, eique officit. P Proverbii genus est illud *Petr. fragm. Trag.* 57. *Burm. f.* Homo cujus pluris erat unguis, quam tu totus es. P Denique unguis est genus conchylii binis testis velut canalibus clausum, et carne unguis colore referens, cappa lunga Veneti vocant. Meminit *Varr. L. L.* 4, 12. V. SOLEN, et ONYX.

UNGULA, ae, f. ὄνυχη, calceus corneus, pedes muniens eorum animalium, quae digitos non habent, sive etiam ea pars pedis, quae cornu tegitur: et differt ab unguis, ut in voce praec. dictum est. *Virg. A.* 8, 596. Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum. *Cic. N. D.* 3, 5. Ergo illud in silice, quod hodie apparet apud Regillum, tanquam vestigium unguulae Castoris equi credis esse? *Plin.* 11, 46, 106. Ungulae veterino tantum generi renascuntur. *Varr. R. R.* 2, 7. in. Ungula indivisa equorum. P Per synecdochen dicitur de equis.

Hor. Epod. 16, 11. urbem Eques sonante verberabit ungula. Sic Sat. 1, 1, 114. Ut cum carceribus missos rapit ungula currus. Mart. 7, 7. Et ungularum pulsibus calens Is. er. Adde 12, 50. P Dicitur etiam de unguibus. Pl. Aul. 3, 4, 8. Gallus gallinaceus ocoepit ibi scalpturire unguis. Id. Ps. 3, 2, 63. An invenire postulas quenquam cocum, nisi miluinis, aut aquilinis unguis? P Omnibus unguis, proverbii speciem habet pro eo, quod est omnibus viribus, et conatu totius corporis nisi, ut etiam unguis, qui sunt in extremitate collocati, intenduntur. Cic. Tusc. 2, 24. Toto corpore atque omnibus unguis, ut dicitur, contentioni vocis asservunt. P Injicere unguis, est rapere, vel furari. Pl. Ps. 2, 2, 48. Nunc scio, febrim tibi esse, quia non licet hoc injicere unguis. P Ungula quoque dixere supplicii genus unguis ferarum referens, quo latera reorum effodiebant ac sulcabant ad veritatem extorquendam. Prud. per. 1, 44. Illa virgas, et secures, et bisulcas unguis Ultro fortis expetebat. Impp. Constant. et Julian. Cod. 9, 18, 7. extr. Ungulis sulcatis latera. Hieron. ep. 1. n. 3. Cum lividas carnes ungula cruenta pulsaret, et sulcatis lateribus dolor quaereret veritatem. P In vulgata Eccli. 24, 21 ungula est onyx unguento plenus. V. ONYX. P Ungula est etiam extrema pars pedis suilli. Cato R. R. 158. Eo addito unguam de perna; si unguem non habebis, addito de perna frustum Cels. 4, 14. Neque alienum est prioribus cibis adjicere ex oleribus porrum, ex carne unguam, et summa trunculorum. Id. 2, 17. Ex eodem sue unguis, rostrum, aures, cerebellum, aliquanto quae cetera membra, leviora sunt. Marcell. Empir. 20. med. Ungula porcina excocta et madida. V. UNGELLA.

UNGULATUS, a, um, adj. unguis habens. Tert. Apol. 16 f. Auribus asininis, altero pede unguatus. Capell. 4. p. 113. Alicujus unguatus ungula. P Item magnos habens unguis. Festus: Ungulatus, qui habent unguis magnos, atque asperos, Cato appellavit.

UNGULUM, Oscorum lingua significat anulum. Paul. ex Festo. Sic Plin. 33, 1, 4. Miror Tarquinii statuam sine anulo esse. Quamquam et de nomine ipso ambigi video. Graeci a digitis appellaverunt: apud nos prisci unguis vocabant: postea et Graeci, et nostri symbolum. P Est autem unguis mascul. gen. Vet. Scriptor. apud Fest. Ungulus, quem ei detrahit. Pacuv. ib. Repugnanti ego porro hunc vi detraxi unguis. Id. ib. Suspensum in laevo brachio ostendo unguis.

UNGUO. V. UNGO.

UNGUSTUS, fustus unguis. Paul. ex Festo.

UNIANIMUS. V. UNANIMUS.

UNICALAMUS, a, um, adj. unum habens calammum. Plin. 18, 7, 12. n. 13. de frumento: Unicalamum praeterea, nec usquam capax, seriturque non nisi tenui terra.

UNICAULIS, e, adj. μονόκλωνος, unum habens caulem. Plin. 20, 23, 99. Carduorum silvestrium genera duo: unum fructuosius a terra statim, alterum unicaule crassius. Id. 18, 7, 10. n. 5. Leguminum unicaulis faba sola.

UNICE, adv. μονός, singulariter, valde, admodum. Hor. Od. 1, 26, 5. Quid Tiridaten terreat, unice securus, h. e. ego singulariter, et e multis unus sum, qui nihil curo: quid Tiridaten terreat. Cic. Or. 1. Negare ei, quem unice diligebam, durum admodum mihi videbatur. Plin. ep. 7, 32. Quod scribis plurimos manumissos, unice laetor. Id. ep. 9, 9. Unice probo, quod, etc. Gell. 11, 13. Hoc eximie nos et unice delectabat. Quint. 8, 3, med. Eoque ornamento acerrimi iudicii P. Virginius unice est usus. Plin. 32, 4, 14. med. Fel testudinum unice purulentis auribus prodest. Id. 26, 15, 92. Mammarm vitis aizoom unice medetur. P Fere jungitur cum unis ap. Pl. As. 1, 3, 56. Me unice unum ex omnibus te, atque illam amare, ajebas mihi; et Bacch. 2, 2, 28. Quidam meminit Mnesticchi? Pist. rogas? immo unice unum plurimi pendit; et Stich. 1, 1, 12. Unice qui unus civibus ex omnibus probus perhibetur. Adde Truc. 1, 2, 90.

*UNICOLEUS, a, um, adj. Gloss. Lat. Gr. Lat. Μονοκόλιος. Unitestis unicolorus. B. A.

UNICOLOR, oris, adj. comm. gen. μονόχρους, qui unius coloris est. Varr. R. R. 2, 4. Sues unicolores potius, quam varias, eligere oportet. Ov. Met. 11, 619. de lecto Somni: In medio torus est hebeno sublimis in atra, Plumens, unicolor, pullo velamine tectus. Plin. 11, 37, 54. Oculis unicolor nullis: cum candore omnibus color differens. [Front ad Verum (ed. A. Maio) 1. in. Quid, si quis Parrhasium versicolora pingere juberet, aut Apellem unicolora, h. e. picturas monochromatas. F.]

UNICOLORUS, a, um, adj. unicolor μονοχρόματος. Prud. Hamart. 821. Sic animas coeli de fontibus unicoloras Infundit natura solo.

UNICORNIS, e, adj. μονοκέρας, unicum habens cornu. Plin. 8, 21, 30. Indici boves, unicornes, tricornesque. Id. 11, 46, 106. Unicornes (animal) asinus tantum Indicus. Tert. adv. Marc. 3, 18. Rhinoceros unicornis.

*UNICORNUS. V. voc. seq. B. A.

UNICORNUUS, i, m. μονόκερος, fabulosum animal, de quo V. in Monoceros. Tert. adv. Judaeos c. 10. et adv. Marcion. 3, 18. Cornua unicornuorum. Alludit ad Psalm. 28, 22. ubi Vulg. Interpr. Salva me ex ore leonis, et a cornibus unicornium (alii unicornium, sed fortasse legendum unicornuorum) humilitatem meam. V. Bartholin. de unicornu libell. praesertim c. 6. P Gloss. Lat. Gr. Unicornus, μονόκερος. In MSS. Sangerm. (ait Cangius) est Unicornus. B. A.

UNICORPOREUS, a, um, adj. integrum corpus habens. Firm. Math. 2, 12. med. Taurus est signum in coelo femininum, septentrionale, unicorporeum.

[UNICUBA, ae, f. quae uni tantum viro nupsit, eique soli succubuit. Gloss. Isid. Unicuba, unius viri uxor. Hieron. adv. Jovin. 1. n. 49. f. Legant ergo nuptae, antequam religio nostra fulgeret in mundo, Claudias, atque Cornelias unicubas semper habuisse decus. F.]

UNICULTOR, oris, m. qui unum Deum colit. Prud. per. 13, 90. unicultor, inquit, Servo salutiferi mysteria consecrata Christi.

UNICUS, a, um, adj. μόνος, unus, singularis. Cic. Rosc. Am. 14. f. Quae ramus quae tanta vitla fuerint in unico filio, quare is patri displiceret. Id. in Sen. 4. med. Si Metellus illo tempore consul fuisset unicus. Sen. Ira 2, 21. med. Unicus quo plus indulgetur, corruptior animus est. Hor. Od. 3, 14, 5. Unico gaudens mulier marito. Ov. Trist. 4, 5, 2. Unica fortunis ara reperta meis. Sen. Troad. 703. Unicum afflictatae mihi solamen hoc est. Id. Phoen. 89. Unica Oedipodae est salus non esse salvum. P Pleonasmus est in illo Lucr. 2, 541. quamlibet esto Unica res quaedam nativo corpore sola, Cui similis toto terrarum non sit in orbe; et ib. 1075. ut in summa res nulla sit una, Unica quae gignatur, et unica solaque crescat. P Quia quae bona unica sunt, maxime amantur, v. gr. unicus filius; unicus interdu est summe dilectus, ἀγαπητός. Pl. Capt. 1, 2, 47. Tibi ille unicus est, mihi etiam unico magis unicus. Id. Bacch. 3, 3, 3. Quae tuum perdidit tibi filium uni unicum. Catull. 73, 6. qui me unum atque unicum habuit. Virg. Cir. 333. Quod si non alia poteris ratione parentem flectere: sed poteris, quid enim non unica possis? P Interdu est maxime aptus, et idoneus. Pl. As. 4, 1, 3. Nam tu poeta es prorsus ad eam rem unicus. P Item eximius, singularis, praecipuus, excellens, praeclarus, insignis, egregius. Turpil. ap. Non. 8, 60. Homo unica est natura et singularis. Afran. ap. Fest. in Sagaces. Quis tam sagaci corde, atque ingenio unico? Liv. 6, 6. f. Unicus imperator. Id. 7, 12. med. Eximius imperator, unicus dux. Id. 24, 34. Archimedes unicus spectator coeli et siderum. Id. 33, 21. Unicum fidem sociis praestitit. Id. 9, 15. med. Ultor unicus Romanae ignominiae. Cic. Quint. 12. f. Unica liberalitas. Fest. in Talassion. Virgo unicae pulcritudinis. Cic. Sen. 17. med. Elogium unicum. Lucan. 4, 509. quo plus habeat mors unica famae. P In malam partem. Vellej. 2, 7. Huic atrocitati adjectum scelus unicum. Paul. ex Festo, in Sardapanal. Sardanapalus rex Assyriorum fuit unicae luxuria. Auct. ad Her. 3, 6. med. Utile est, ab omnibus unicum malitiam atque nequitiam cognosci.

UNIFORMIS, e, adj. μονοειδής, unam habens formam, similis, simplex. Macr. Sat. 7, 5. med. Ut horrore uniformis alimoniae edendi desiderium langueretur. Appul. Met. 11. Deorum Dearumque facies uniformis. Auct. dial. de Or. 32. Simplex quiddam, et uniforme doceri. Mamertin. Genethl. Maxim. 9. Hieme saevissima cum agros glacies, nivem premerent, coelo pariter ac terris uniformibus, h. e. unicoloribus. Aurel. Vict. Epit. 9. med. Institutum uniforme omni imperio tenuit.

UNIFORMITAS, atis, f. unitas in forma, similitudo, simplicitate. Macr. Sat. 7, 5. med. Cur illis providere varietatem laboras, isti squalorem uniformitatis adjicis? Adde Arnob. 7. p. 212. et Tert. Anim. 17. med.

UNIFORMITER, adv. similiter, simpliciter. Appul. Trimeg. Omnis humana immortalis est anima, sed non uniformiter cunctae. Arnob. 2. p. 88. Christus sublimibus, infimis uniformiter potestatem veniendi ad se facit.

UNIGENA, ae, adj. comm. gen. μονογενής, unus, unicus, unigenitus. Cic. Univ. 4. med. Idcirco singularem Deum hunc mundum, atque unigenam procreavit. P Uno eodemque partu genitus, οὐγγενής. Catull. 64, 300. te solum, Phoebe, relinquens, Unigenamque simul cultricem montibus Idri, h. e. Dianam una cum Phoebos ab Latona genitam. Id. 66, 52. cum se Memnonis Aethiopsis Unigena impellens nutantibus aera pennis Obtulit Arsinooe Loeridos ales equus, h. e. Zephyrus simul cum Memnone ex Aurora genitus. P Christiani poetae unigenam intelligunt Filium Dei unigenitum. Paul. Nol. carm. 5, 46. si te Dominique, Deique Unigenae cognosco Patrem. V. v. sq.

UNIGENITUS, i, m. unicus ex suis parentibus natus. Hieron. adv. Helo. n. 9. Unigenitus ille vocatur, qui parentibus solus sit. Omnis autem unigenitus est primogenitus, non omnis primogenitus est unigenitus. Tert. adv. Gnost. 7. med. Filius primogenitus, et unigenitus. August. C. D. 11, 24. Pater genuit Verbum, unigenitum Filium.

UNIJUGUS, a, um, adj. μονόζυγος, unum jugum habens, ut Unijuga vinea, quae simplici nititur jugo. Plin. 17, 22, 35. n. 11. Si unijuga erit vinea. V. CANTERIATUS. P Translate qui semel tantum matrimonium iniiit. Tert. Monog. 6. f. Joseph unijugus.

UNIMAMMIA, ae, f. vox ficta ad significandam regionem Amazonum, quae alteram secabant mammam, quo expeditiores essent ad tela jacienda. Pl. Curc. 3, 75. Centauromachiam, et Classiam Unimammiam subegit solus intra viginti dies. P [Etiam unimamma scribitur. Auct. Itin. Alex. M. (ed. A. Maio) 96. Pharasmenes quoque Chorasmiom rex equites adduxerat Alexandro militatum, vicinis Scythicis unimammis. Jul. Valer. res gest. Alex. M. (ed. eod.) 3, 82. Propter Thermodonta genus Amazonum colit, mulieres magnitudine corporis pariter ac pulcritudine cetera hominum genera superveciae, amictae vero, ut in picturis est visere unimammis. F.]

UNIMANUS, a, um, adj. μονόχειρος, unam tantum manum habens. Liv. 35, 21. Nuntiatum est, Aretii puerum natum unimanum. Adde 41, 21. f. P Est etiam cogn. R., ut Claudius Unimanus apud Flor. 2, 17. f.

[UNIMEMBRIS, e, adj. unum habens membrum. Ulp. Dig. 12, 2, 13. §. 2. Et quasi μονομής, id est unimembris, conditio dari debet adversus furis heredem. Alii omittunt ea verba id est unimembris. F.]

UNIMODUS, a, um, adj. unius modi, seu formae. Prud. Psych. 768. unimodis compagibus unus. Appul. Dogn. Plat. 2. Unimodam esse virtutem.

UNIO, is, a. 4. ἑνώω, in unum redigo, conjungo, copulo. Tert. Anim. 17. med. Sic et coelum mari unitor, ubi visio absuntur. Sulpic. Sev. H. S. 2, 43. Legatos concilli compellit imperator uniri haereticorum communioni.

UNIO, onis, f. ἑνώσις, unitas. Isid. Or. 18, 65. Jactus quisque apud lusores veteres a numero vocabatur, ut unio, binio, trinio, etc. et Hieron. in Anos 2, 5, 3. Decas decima unione completur. Tert. Monog. 4. Perseveravit unio conjugii in auctoribus generis ad finem usque, h. e. monogamia. Id. Resurr. car. 2. f. Et hoc latere unio divinitatis defendetur, h. e. unicus Deus. P Item duorum, aut plurium rerum copulatio. Hieron. ep. 18. n. 14. Haec forcipe, quae unionis retinetur virtute. Id. ep. 22. n. 19. Maria Dei unione fecunda. P Apud veteres unio est margarita grandior, quae nunquam alteri similis reperitur, μαργαρίτης, et masc. gen. Plin. 9, 35, 56. Dos omnis in candore, magnitudine, arbe, levore, pondere, haud promptis rebus: in tantum ut nulli duo reperiantur indiscreti: unde nomen unionum Romanae scilicet imposuere deliciae. Nam id apud Graecos non est, ne apud Barbaros quidem inventores ejus aliud, quam margaritae. Id. ib. 59. Aelius Stilo Jugurthino bello unionum nomen impositum maxime grandibus margaritis prodit. Solin. 53. f., Ammian. 23, 6. f. et Is. Or. 16, 10. scribunt, ideo uniones dictos, quia nunquam duo simul reperiantur. Sed a Plinio standum est. Mart. 8, 81. Non per mystica sacra Dindymenes Jurat Gellia, sed per uniones. Hos fratres vocat, et vocat sorores: Hos natis amat acris duobus. Adde 12, 49. Sen. Ben. 7, 9. med. Video uniones non singulos singulis auribus comparatos: jam enim excitatae aures oneri ferendo sunt: junguntur inter se, et insuper alii binis superponuntur. Inscr. ap. Mur. 139, 1. In basilio unio, et margarita N. VI. h. e. margaritum grandius unum in summo basilio, et alia sex minora deinceps. V. UNIUNCULUS. P In femin. genere. Treb. in XXX. Tyr. 32. f. Haec uniones Cleopatranas habuisse perhibetur. P E iam genus caepe unicaulis unio dicitur a rusticis Colum. 12, 10. Pompejanam caepam, vel etiam Marsicam simplicem, quam vocant unionem rustici, eligito, ea est autem, quae non fruticavit, nec habuit sabbules adhaerentes. P [Unio est etiam cogn. libert. R. in Inscr. ap. Maff. Mus. Ver. 454, 7., quam legis in TURICENSIS. F.]

UNIOCCULUS. V. UNOCULUS.

UNIOCLA, ae, f. herba, quae et gramen dicitur. Appul. Herb. 77.

UNIONITAE, arum, m. plur. haeretici fuerunt, Trinitatem negantes, Deum unum sine Filio affirmantes, quos contra scripsit Prud. Apoth. a. v. 246., et pro titulo hanc ipsam vocem posuit, quae sane cadentis Latinitatis est.

*UNIPES, edis, adj. Gloss. Lat. Gr. Unipes, μονόπους. B. A.

UNIPETIUS, a, um, adj. uno tantum pede, seu caule praeditus. Marcell. Empir. 15. med. Manipulus urticae unipetiae.

UNISTIRPIS, e, adj. μονοστέλης, a radice caudicem unicum habens assurgentem. Plin. 16, 30, 54. In longitudinem exerescent abies, larix, palma, cupressus, ulmus, et siqua unistirpia.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus. Omnis autem unigenitus est primogenitus, non omnis primogenitus est unigenitus. Tert. adv. Gnost. 7. med. Filius primogenitus, et unigenitus. August. C. D. 11, 24. Pater genuit Verbum, unigenitum Filium.

UNIJUGUS, a, um, adj. μονόζυγος, unum jugum habens, ut Unijuga vinea, quae simplici nititur jugo. Plin. 17, 22, 35. n. 11. Si unijuga erit vinea. V. CANTERIATUS. P Translate qui semel tantum matrimonium iniiit. Tert. Monog. 6. f. Joseph unijugus.

UNIMAMMIA, ae, f. vox ficta ad significandam regionem Amazonum, quae alteram secabant mammam, quo expeditiores essent ad tela jacienda. Pl. Curc. 3, 75. Centauromachiam, et Classiam Unimammiam subegit solus intra viginti dies. P [Etiam unimamma scribitur. Auct. Itin. Alex. M. (ed. A. Maio) 96. Pharasmenes quoque Chorasmiom rex equites adduxerat Alexandro militatum, vicinis Scythicis unimammis. Jul. Valer. res gest. Alex. M. (ed. eod.) 3, 82. Propter Thermodonta genus Amazonum colit, mulieres magnitudine corporis pariter ac pulcritudine cetera hominum genera superveciae, amictae vero, ut in picturis est visere unimammis. F.]

UNIMANUS, a, um, adj. μονόχειρος, unam tantum manum habens. Liv. 35, 21. Nuntiatum est, Aretii puerum natum unimanum. Adde 41, 21. f. P Est etiam cogn. R., ut Claudius Unimanus apud Flor. 2, 17. f.

[UNIMEMBRIS, e, adj. unum habens membrum. Ulp. Dig. 12, 2, 13. §. 2. Et quasi μονομής, id est unimembris, conditio dari debet adversus furis heredem. Alii omittunt ea verba id est unimembris. F.]

UNIMODUS, a, um, adj. unius modi, seu formae. Prud. Psych. 768. unimodis compagibus unus. Appul. Dogn. Plat. 2. Unimodam esse virtutem.

UNIO, is, a. 4. ἑνώω, in unum redigo, conjungo, copulo. Tert. Anim. 17. med. Sic et coelum mari unitor, ubi visio absuntur. Sulpic. Sev. H. S. 2, 43. Legatos concilli compellit imperator uniri haereticorum communioni.

UNIO, onis, f. ἑνώσις, unitas. Isid. Or. 18, 65. Jactus quisque apud lusores veteres a numero vocabatur, ut unio, binio, trinio, etc. et Hieron. in Anos 2, 5, 3. Decas decima unione completur. Tert. Monog. 4. Perseveravit unio conjugii in auctoribus generis ad finem usque, h. e. monogamia. Id. Resurr. car. 2. f. Et hoc latere unio divinitatis defendetur, h. e. unicus Deus. P Item duorum, aut plurium rerum copulatio. Hieron. ep. 18. n. 14. Haec forcipe, quae unionis retinetur virtute. Id. ep. 22. n. 19. Maria Dei unione fecunda. P Apud veteres unio est margarita grandior, quae nunquam alteri similis reperitur, μαργαρίτης, et masc. gen. Plin. 9, 35, 56. Dos omnis in candore, magnitudine, arbe, levore, pondere, haud promptis rebus: in tantum ut nulli duo reperiantur indiscreti: unde nomen unionum Romanae scilicet imposuere deliciae. Nam id apud Graecos non est, ne apud Barbaros quidem inventores ejus aliud, quam margaritae. Id. ib. 59. Aelius Stilo Jugurthino bello unionum nomen impositum maxime grandibus margaritis prodit. Solin. 53. f., Ammian. 23, 6. f. et Is. Or. 16, 10. scribunt, ideo uniones dictos, quia nunquam duo simul reperiantur. Sed a Plinio standum est. Mart. 8, 81. Non per mystica sacra Dindymenes Jurat Gellia, sed per uniones. Hos fratres vocat, et vocat sorores: Hos natis amat acris duobus. Adde 12, 49. Sen. Ben. 7, 9. med. Video uniones non singulos singulis auribus comparatos: jam enim excitatae aures oneri ferendo sunt: junguntur inter se, et insuper alii binis superponuntur. Inscr. ap. Mur. 139, 1. In basilio unio, et margarita N. VI. h. e. margaritum grandius unum in summo basilio, et alia sex minora deinceps. V. UNIUNCULUS. P In femin. genere. Treb. in XXX. Tyr. 32. f. Haec uniones Cleopatranas habuisse perhibetur. P E iam genus caepe unicaulis unio dicitur a rusticis Colum. 12, 10. Pompejanam caepam, vel etiam Marsicam simplicem, quam vocant unionem rustici, eligito, ea est autem, quae non fruticavit, nec habuit sabbules adhaerentes. P [Unio est etiam cogn. libert. R. in Inscr. ap. Maff. Mus. Ver. 454, 7., quam legis in TURICENSIS. F.]

UNIOCCULUS. V. UNOCULUS.

UNIOCLA, ae, f. herba, quae et gramen dicitur. Appul. Herb. 77.

UNIONITAE, arum, m. plur. haeretici fuerunt, Trinitatem negantes, Deum unum sine Filio affirmantes, quos contra scripsit Prud. Apoth. a. v. 246., et pro titulo hanc ipsam vocem posuit, quae sane cadentis Latinitatis est.

*UNIPES, edis, adj. Gloss. Lat. Gr. Unipes, μονόπους. B. A.

UNIPETIUS, a, um, adj. uno tantum pede, seu caule praeditus. Marcell. Empir. 15. med. Manipulus urticae unipetiae.

UNISTIRPIS, e, adj. μονοστέλης, a radice caudicem unicum habens assurgentem. Plin. 16, 30, 54. In longitudinem exerescent abies, larix, palma, cupressus, ulmus, et siqua unistirpia.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

UNITAS, atis, f. ἑνωσις, unio, h. e. unus numerus.

rus. *Tert. adv. Valent.* 37. Monotes, et Henotes, id est solitas, et unitas. *Plin.* 5, 9, 9. Mensura Nili ab unitate alvei, unde se primum findit in latera, ad Canopicum ostium CXLVI. *M. P. Just.* 2, 1. *med.* Si mundi quae nunc partes sunt, aliquando unitas fuit, h. e. una re tantum constitit, v. gr. igne, aut aqua, ut veteres physici docuerunt. *Gell.* 19, 8. *med.* Singularis numeri unitas. *V. Macr. Somn. Scip.* 1, 6, ubi unitatis laudes persequitur. *P* Item conjunctio et copulatio duorum aut plurium, quae in unum coalescunt. *Senec. Q. N.* 2, 2. Aliquid est continuum, aliquid commissum. Continuatio est partium inter se non intermissa conjunctio. Unitas est sine commissura continuatio, et duorum inter se conjunctorum corporum tactus. *Front. Aquaed.* 123. Ut ex humore commode structura combibat, et in unitate corroboretur. *Colum.* 12, 22. Spatha lignea permisceto, usque eo dum ea, quae addideris, in pice colliquescant, et unitas fiat; et *ib.* 24. *f.* Ubi toti duo sextarii cum pice coierint, et quasi unitatem fecerint. *Cels.* 4, 19. *med.* Coquendum id, donec omnia, quae indita sunt, liquata in unitatem quandam coeant. *Plin.* 17, 16, 26. de insitione: Exempta scutula cortici, imprimatur ex alia cortex par, sic compage densata, ut cicatricis locus non sit, et statim fiat unitas nec humorem nec afflatum recipiens. *Cels.* 7, 4. *n. 4.* Linum duplex, triplexve, sic tortum, ut unitas in eo facta sit. *Adde* 6, 6. *n. 1. f.* *P* Item congruentia, indiscreta species, similitudo. *Varr. L. L.* 7, 2. Si alterum horum diceretur Priamus, alterum Hebe, nullam unitatem adsignificaret, quae apparet in lego, et legi, et in Priamus Priami. *Plin.* 7, 12, 10. Eximios forma pueros, alterum in Asia genitum, alterum trans Alpes, ut geminos vendidit: tanta unitas erat. *Id.* 16, 22, 35. Foliorum unitas in suo cuique genere permanet, praeterquam populo, hederiae, etc. h. e. unus et idem color, et forma. *Id.* 35, 1, 1. Maculas, quae non essent (in marmore) crustis inserendo, unitatem variare, h. e. unum colorem multis distinguere. *Id.* 33, 2, 8. In unitatem venit equester ordo, h. e. una appellatione equites vocari coepit, cum antea variis nominibus distingueretur. *P* Translate est concordia. *Sen. V. B.* 8. *extr.* Virtutes ibi esse debent, ubi consensus atque unitas erit: dissident vitia.

UNITER, adv. in unum, conjuncte, concorditer. *Lucr.* 3, 850. cum corporis atque animae concordia fuerit, quibus e sumis uniter apti. *Adde* 5, 538. et 556.

UNITESTIS, e, adj. *Gloss. Lat. Gr.* Unitestis, *μονοστις.* *B. A.*

UNITUS, a, um, part. ab *unio*: conjunctus. *Sen. Q. N.* 2, 2. *f.* Expedire me poteram, si philosophorum lingua uti voluissem, ut dicerem unita corpora. *Gell.* 17, 7. *f.* Unitas patiendi declinatione. *Appul. Apol.* Radium nostri lumini extrario uniti, atque ei uniti. *Mamert. Grat. act. ad Julian.* 24. Imis mentis sedibus alligatus animus, et vitae immixtus et unitus. *Arnob.* 3. *in.* Si linguae omnes ad fidem illius abrogandam consensionis unitae animositate conspirent.

UNIVERSALIS, e, adj. *καθολικός,* ad universos pertinens. *Auct. ad Her.* 2, 24. Nam in hujusmodi rationibus non universali atque absoluta, sed extenuata ratione expositio confirmatur. Plerique alii leg. *universa.* *Quint.* 2, 13. *f.* Praecepta, quae *καθολικά* vocant, id est (ut dicamus quomodo possumus) universalis, vel perpetua. *Plin.* ep. 10, 71. Auditis constitutionibus principum, nihil inveniebam aut proprium, aut universale, quod ad Bithynos ferretur.

UNIVERSALITAS, atis, f. *universality.* *Gloss. Lat. Gr.* Universalitas, *τὸ καθόλου.* *B. A.*

UNIVERSALITER, adv. universe. *Cajus. Dig.* 18, 1, 35. *f.* Si grex universaliter venerit, h. e. totus una venditione.

UNIVERSATIM, adv. universe. *Sidon. ep.* 8, 2. Universatim ferventibus votis aliquem consecrare.

UNIVERSE, adv. *καθόλου, ὅλως,* generaliter, generatim: cui *singillatim* opponitur. *Cic. Verr.* 2, 5, 55. Quid ego de exteris civium R. supplicis singillatim potius, quam generatim atque universe loquar? *Id.* *Att.* 8, 11. *med.* Nec tam sectio pertimescenda est, quam universe interitus. *Id.* *ib.* 5, 2. Venit ad me noster Hortensius, cui deposcenti mea mandata, cetera universe mandavi: illud proprie, ne pateretur prorogari nobis provincias.

UNIVERSIM, adv. idem ac universe. *Gell.* 1, 3. *med.* Sed generibus rerum summam universimque utitur.

UNIVERSITAS, atis, f. *τὸ πᾶν,* rerum tota multitudo. *Cic. N. D.* 2, 65. *f.* Licet enim contrahere universitatem generis humani, eamque gradatim ad pauciores, postremo deducere ad singulos. *Colum. praef.* 1. *f.* De rusticationis universitate nihil attinet nunc plura dicere. *P* Saepae ponitur pro mundo. *Cic. N. D.* 1, 43. Tum enim censet imagines divinitate praeditas inesse universitati rerum. *Id. Univ.* 5. Quod si universitatis corpus planum et aequabile explicaretur. *Id.* *ib.* 12. Singulos adjunxit ad singula, atque ita quasi in currum universitatis impo-

suit. *Plin.* 2, 5, 4. Terram solam immobilem, circa eam volubili universitate. *P* Universitas alicujus rei est tota ipsa res. *Plin.* ep. 2, 5. *med.* Ac sicut veremur, ne quibusdam pars aliqua (*orationis*) secundum suam cujusque naturam, non probetur; ita videmus posse confidere, ut universitatem omnibus varietas ipsa commendat; et ep. 3, 15. *extr.* Non temere jam nunc de universitate pronuntio: de partibus experiar legendo. *Plin. alter* 2, 22, 20. Ita septem tonos effici, quam diapason harmoniam vocant, hoc est universitatem concentus. *Id.* 27, 13, 109. Radix prodest et contra phalangia, in vino pota, sed particulatim, quoniam diapason harmoniam movet. *P* Hoc sensu saepe adhibetur a *Jctis.* *Ulp. Dig.* 43, 2, 1. Hoc interdictum ad universitatem bonorum, non ad singulas res pertinet. *Paul. ib.* 48, 20, 7. Ut qui ad universitatem venturi erant jure successionis, ex ea portiones concessas haberent, h. e. qui heredes ex asse esse debebant. *Cajus ib.* 41, 1, 7. *f.* Universitas aedificii. *Jabolen. ib.* 3, 23. aedium. *P* Universitas etiam dicuntur collegia, corpora, curiae: quibus permissum est, ad exemplum reipublicae, arcam habere communem, et actorem, sive syndicum. Hujusmodi sunt societates pistorum, naviculariorum, publicanorum, etc. de quibus est in *Dig.* 3, tit. 4. qui inscribitur *Quod cumjuscumque universitatis nomine, vel contra eam agatur,* et alibi. Item civitates ipsae, et respublica. *Mart. ib.* 1, 8, 6. Universitatis sunt, non singulorum, quae in civitatibus sunt theatra, stadia, et si quae alia sunt communia civitatum. *Adde ib.* 38, tit. 3. cuius lemma est, *De libertis universitatum.*

UNIVERSUS, a, um, adj. *ὅμματος,* totus, omnis, integer. *Cic. Acad.* 4, 23. Democritus ita ausus est ordiri: Haec loquor de universis. Nihil excipit, de quo non profiteatur: quid enim esse potest extra universa? *Nep. Them.* 2. Bellum universae Europae inferre. *Ter. Eun.* 2, 1, 18. Universum triduum. *Cic. Caecin.* 20. *f.* Tam restitues, si unus servulus, quam si familia dejecerit universa. *Id. N. D.* 1, 43. Universum mundum complecti. *Id. Fin.* 2, 34. *med.* Omne coelum, totamque cum universo mari terram mente complecti. *Id. Verr.* 2, 2, 69. *med.* Ab universa provincia, generatimque a singulis ejus partibus diligitur. *Id. Rosc. Com.* 15. Est tuae contumaciae, arrogantiae, vitaeque universae vox. *Id. Pis.* 27. Fac hujus odii tanti ac tam universi periculum, si audes; et *Sext.* 2. *f.* Confusa atque universa defensio; et *Martial.* 5, 24. Hermes gloria Martis universi, h. e. in omni genere gladiatoriae pugnae. *Liv.* 7, 11. Tanti ea ad universi belli eventum momenti dimicatio fuit, ut, etc. *Id.* 27, 12. *med.* Casum universae pugnae non necessarium censebat. *Sic* 22, 32. In casum universae dimicationis non veniebant; et 4, 27. Spem universae victoriae praecipere; et 10, 5. *med.* Ut prope serum auxilium jam paene circumventis, ita universa requies data est; et *Colum.* 11, 2. *med.* Universo jugero satisfacere modios stercoris MCCCCXI. *P* Pleonasmus est in illo *Plauti Trin.* 1, 2, 134. Lupus gregem totum voluit universum avertere. *P* In plur. num. omnes. *Plaedr.* 5, 7. Ab universis capite est protusus foras. *Petr. Sat.* 25. Plaudentibus universis, et postulantibus, nuptias fecerunt. *Caes. B. G.* 5, 43. In illum universi tela conjiciunt. *P* Saepae significat omnes conjunctim, et opponitur singulis, aut in partes divisus. *Nep. Them.* 4. Universos esse pares aiebat, dispersos testabatur perituros. *Cic. N. D.* 2, 17. Non minus operis videtur de universis generibus rerum, quam de singulorum causis dicere. *Id. Or.* 1, 5. *f.* Ex iis rebus universis eloquentia constat, quibus in singulis elaborare permagnum est. *Id. N. D.* 2, 66. Dii earum urbium separatim ad universis singulos diligit. *Id. Off.* 3, 6. Ut eadem sit utilitas uniuscujusque et universorum. *Id. Dom.* 52. Se a me bis salutem accepisse, separatim semel, iterum cum universis. *Plin.* 8, 17, 24. Scaurus acdilitate sua varias (h. e. pantheras) centum quinquaginta universas misit. *P* *Universi omnes,* pleonasmus satis commodus ad significandum omnes et singulos, omnino omnes, et neminem excipi. *Pl. Trin.* 4, 3, 40. Id genus hominum omnibus universis est adversum, atque omni populo male facit. *Cic. N. D.* 1, 15. *med.* Communis rerum natura, universa atque omnia continens. *Appul. Met.* 7. Talibus dictis universi omnes assenserunt. *P* *Universum,* absolute, res omnes, universitas rerum, mundus, *τὸ πᾶν.* *Cic. N. D.* 1, 43. Censet, imagines divinitate praeditas inesse universitati rerum: tum principia mentesque, quae sunt in eodem universo, Deos esse dicit. *Colum.* 3, 10. *med.* Quod hominibus ignotum voluit esse genitor universi. *P* *In universum,* universe, generatim, *καθόλου, ἑλκται.* *Liv.* 9, 26. Non nominatim, qui Capuae, sed in universum, qui usquam conjurassent adversus rempublicam. *Tac. G.* 5. Terra etsi aliquando specie differt, in universum tamen aut silvis horrida, aut paludibus foeda; et *ib.* 6. In universum aestimanti, plus penes peditem roboris. *Plin.* 6, 17, 19. Ultra sunt Scytharum populi. Persae illos Sacas in universum appellaverunt. *P* Ut locum habeat in heroico versu, extritum est in illo *Lucret.* 4, 260. non privam quamque solemus Particulam ventis sentire, et frigoris ejus,

Sed magis unvorsum. Alii tamen retinent, ut sit pes creticus pro dactylo.

UNIVIRA, ae, f. mulier, quae unum tantum virum habuit. *Tert. Exhort. ad castit.* 13. Ut et virginibus legitime nubentibus univira pronuba adhibeatur. *Id. adv. Psych.* 8. Univira viduitas. *Hieron. adv. Jovin.* 1. n. 11. Univira Juno. *Id. ep.* 22. n. 14. vocat agapetarum mulieres *meretrices univiras,* quia eadem domo, uno cubiculo, saepe uno tenebantur lectulo cum fratribus suis agapetis. *P* *Univiria* etiam legitur. *Trebell. in XXX. Tyr.* 32. Quam majores nostri univiriam sacerdotem inter sacratissimas feminas adorarunt. *Inscr. ap. Grut.* 307, 3. et 748, 4. Volusiae Justae omnium feminarum sanctioris univiriae, etc. *Adde* 1141, 1, ubi habetur *univirae.* *P* Etiam *univiria* scribitur. *Inscr. apud Fabr.* 324. n. 450. Hic sita est Arria M. F. Maximilla univiria. *Alia ap. Marin. Inscriz. Alb.* 242. C. Similius Philocyrius Similiae Philetiae conjugii univiriae.

UNIVIRATUS, us, m. status monogamiae, h. e. ejus, quae semel tantum nupsit. *Tert. Exhort. ad castit.* 13. Feminae ob univiratus obstinationem famam consequutae. *Adde ad Uxor.* 1, 9. et *ib.* 2, 1. UNIVIRIA. V. UNIVIRA.

UNIUNCULUS, i, m. dimin. unionis, quatenus margaritae genus significat. *Not. Tir.* p. 161. Margarita, unio, uniunculus. *F.*

UNIVOCUS, a, um, adj. Vox univoca dicitur, quae multis diversis rebus tribuitur. *Capell.* 4. *in.* Univocis aequivoce connectere.

UNIUSMODI, ὁμοειδής, uniformis, non varius. Sunt duae voces inter se distinctae, sed vulgo conjunctim pronuntiantur instar adverbii. *Ter. Heaut.* 1, 2, 31. Nam parentum injuriae uniusmodi sunt ferme. *Cic. Att.* 9, 7. *med.* Noli enim putare tolerabiles horum insanias, nec uniusmodi fore. *Id. Univ.* 7. Materia uniusmodi, et sui similis. *Auson. Ephem.* in *parech.* 16. Ac Filii summi Dei Majestas uniusmodi.

UNO, as, a. I. unio, unum facio. *Tert. adv. Prax.* 27. Incipiunt illos dividere potius, quam unare.

UNOCULUS, a, um, adj. *μονόφθαλμος,* unicum habens oculum, quales poetae fingunt fuisse Cyclopes. *Pl. Curc.* a. 3. v. 22. Unocule salve. Quidam *unocule* legunt. *Accius ap. Gell.* 3, 11. de Cyclope: Itidem, inquit, vel maxime, quod unoculus fuit, rem tam insignem non praeterisset. *Solin.* 15. *med.* Arimaspi unocula gens.

UNOSE, adv. una, simul. *Pacuv. ap. Non.* 2, 881. Occidisti, ut multa paucis verba unose obnuntiem.

UNQUAM, adv. *ποτέ,* aliquo tempore, ullo tempore. *Pl. Aul.* 3, 3, 2. Neque id in tantis periculis unquam committam, ut siet. *Cic. Har. resp.* 17. *f.* Quod quidem sacrificium nemo ante P. Clodium omni memoria violavit, nemo unquam adiit. *Virg. Ecl.* 1, 36. Non unquam gravis aere domum mihi dextra redibat, h. e. nunquam. *Sic Prop.* 1, 6, 2. Nam tua non aetas unquam cessavit amori. *Cic. Att.* 3, 12. Cum ita sim afflictus, ut nemo unquam, h. e. ut nemo unquam magis: vel quam qui maxime. *Sic Liv.* 34, 32. Tyrannus, quam qui unquam, saevissimus et violentissimus in suos. *Or. Am.* 1, 6, 25. Excute: sic unquam longa relevere catena. Nec tibi perpetuo serva bibatur aqua, i. e. aliquando. *Accius ap. Cic. Tusc.* 4, 36. Quis homo te exsuperavit unquam gentium impudentia? Alii lego. *usquam.* *Cic. Att.* 4, 2. Si unquam in dicendo fuimus aliquid, aut etiam si unquam alias fuimus, tum profecto, etc. et *Liv.* 10, 14. *med.* Si quando unquam equestri ope adjutum rempublicam meminerint, illo die admittantur, ut, etc. *Ter. Heaut.* 5, 4, 8. Et cave posthac, si me amas, unquam istuc verbum ex te audiam. *Id. Phorm.* 2, 2, 15. En unquam injuriam audisti mihi scriptam dicam? *P* *Semel unquam,* una tantum vice in omni tempore. *Plin.* 2, 35, 36. Scintillam e stella cadere, et augeri terrae appropinquantem, etc. semel unquam proditur, Cn. Octavio, C. Scribonio Coss.

UNUCA, ae, oppidum Africae propriae, in Zeugitana. *Anton. Itin.* *B. A.*

UNUS, a, um, adj. numerale, cardinale, *εις, μία, ἓν,* ita scribitur pro vetustiore *oenus,* q. v. r. s. 1. *Cic. Or.* 3, 6. Quia omnia haec, quae supra et subter, unum esse, et una vi, atque una conceptione naturae constricta esse dixerunt. *Caes. B. G.* 1, 1. Gallia est omnis divisa in partes tres: quarum unam incolunt Belgae, aliam, etc. et *ib.* 2. Helvetii continentur una ex parte flumine Rheno, altera ex parte monte Jura. *Cic. Off.* 2, 12. Ad unum aliquem confugiebant virtute praestantem. *Ter. Andr.* 1, 5. *f.* Verbum unum cave de nuptiis; et 1, 1, 18. Quin tu uno verbo dic, quid est quod me velis; et *Pl. Truc.* 2, 4, 30. Cum inter nos sorderemus unus alteri; et *Cic. Sen.* 5. Qui uno et octogesimo anno scribens mortuus est. *Colum.* 5, 3. Has summam inter se multiplicabis, vicies et semel ducentos et unum: atque ita efficies quatuor millia ducentos et viginti unum. *Plin.* 29, 6, 39. *f.* Blattae impositae diebus viginti uno. *Solin.* 52. Ab hoc ad Alexandrum M. numerantur annorum sex millia quadringenti quinquaginta unus. [*De hoc usu, quo unus pro primus

ponitur cf. *Ruddim.* 1, 195. *Ramsh. Gr. L.* §. 156. Not. 2. p. 512.] P Sequenti genitivo aut ablativo cum *de*, aut *ex*. [*Cf. *Rudd.* 2, 81.] *Tac. A.* 12, 5. Unum se civium, et consensui imparem respondit. Alii rectius leg. *Unum se, et civium consensui imparem.* *Colum.* 11, 1. Unus ex multis; et *Sen. ep.* 39. Concupisces et ipse ex illis unus esse. *Op. Pont.* 3, 5, 23. sedissem forsitan unus De centum iudex in tua verba viris. *Cic. Mil.* 24. Se gladio percussus esse ab uno de illis, ne indicaret. *Just.* 42, 3. f. Unus de numero ducum Iasonis. P *Unus multorum*, et *de multis* dicitur, qui non est eximius, nec singularis, qui nulla re a vulgo distinguitur, qui unus est de vulgo, *εἷς ἐν πολλοῖς*. [*Cf. *Beier.* ad *Cic. Off.* 1, 235.] *Cic. Brut.* 79. Qui non fuit orator unus e multis: potius inter multos prope singularis fuit. *Op. Rem. am.* 682. Jam facito e multis una sit illa tibi. *Sen. ep.* 10. *med.* Iste homo non est unus e populo: ad salutem spectat. *Cic. Fin.* 2, 20. Tenus L. Virginii, unusque de multis; et *Plin. ep.* 1, 3. Si te possident, felix beatusque es: sin minus, unus ex multis; et *Hor. Sat.* 1, 9, 71. sum paulo infirmior: unus multorum. P *Interdum unus* subicitur. *Quint.* 9, 1. *in.* Nec desunt, qui tropis figurarum nomen imponant: quorum est C. Artorius Proculus. P *Unus* est etiam solus, unus tantum, *πῶρος.* *Caes. B. G.* 1, 7. Erat omnino in Gallia ulteriore legio una. *Ter. Andr.* 1, 5, 46. Unum hoc scio, hanc meritam esse, ut memor esses sui. *Cic. Att.* 6, 1. Pompejus plus potest unus, quam ceteri omnes. *Id. Q. Fr.* 1, 1, 13. In tuis summis laudibus excipiunt unam iracundiam; et *ib. f.* Cui semper uni magis, quam universi placere voluisti. *Id. Phil.* 12, 9. *med.* Quis mihi praestat, Lentonem uno capite esse contentum? *Id. Or.* 29. *f.* Demosthenes unus eminet inter omnes in omni genere dicendi. *Id. Or.* 1, 22. Cum te unum ex omnibus ad dicendum maxime natum cognossem. *Id. Att.* 8, 4. Unus omnium loquacissimus, et minime aptus ad docendum. *Id. Rab. Post.* 9. Vir unus totius Graeciae facile doctissimus Plato. *Virg. A.* 1, 19. Quam Juno fertur terris magis omnibus unam Posthabita coluisse Samo. P *Additur et solus*, aut *tantum* ad majorem vim. *Cic. Pis.* 40. Te unum, solum suum depeculatorem, vexatorem, praedonem, hostem venisse senserunt. *Id. Har. resp.* 7. *med.* Senatus, uno illo solo antistite sacrorum dissentiente, frequentissimum judicavit. *Id. Verr.* 2, 2, 5. Unam solam scitote esse civitatem Mamertinam, quae legatos miserit; et *ib.* 75. Ex uno oppido solo; et *Sext.* 62. Unus est solus inventus, qui, etc. *Hor. Ep.* 1, 6, 1. Nil admirari, prope res est una, Numici, Solaque, quae possit facere et servare beatum. *Cic. Cluent.* 7. *f.* Uti sibi restituerent eum filium, quem tantum unum ex multis fortuna reliquum esse voluisset. P *Unus pro idem.* *Pl. Capt. prol.* 19. Postquam hunc emit, dedit eum huic gnato suo peculiarem, quia quasi una aetas erat. *Id. Mil.* 3, 1, 129. Ne uno exemplo omnes vitam viverent. *Cic. Cluent.* 9. *med.* Illa cum uno tempore addisset, sibi non solum filium, sed etiam exsequiarum munus ereptum, etc. *Caes. B. C.* 3, 15. Atque uno etiam tempore accidit, ut, etc. *Just.* 6, 2. *med.* Quippe aetas, virtus, consilium, sapientia utriusque prope una, gloria quoque rerum gestarum eadem. P *Item unus.* *Catull.* 68, 119. Nam neque tam carum confecto aetate parenti Una caput seri nata nepotis alit. *Albinov.* 1, 4. Unum qui dicat jam tibi, mater, habes. P *Jungitur et cum idem* ad majorem explicationem. *Cic. Cat.* 4, 7. In qua causa omnes sentiunt unum atque idem. *Id. Div.* 2, 47. Exitus quidem omnium unus et idem fuit. *Id. Or.* 40. Sic dicit ille, ut verset saepe multis modis eandem et unam rem. P *Unus pro aliquis, quidam*, et saepe in contemptum. *Cic. Phil.* 2, 3. *f.* Tanquam mihi cum M. Crasso contentio esset, non cum uno gladiatore nequissimo. *Id. Or.* 1, 29. Sic ut unus paterfamilias his de rebus loquor. *Id. Att.* 9, 10. Me una haec res torquet, quod non Pompejum tanquam unus manipularis secutus sum, h. e. tanquam miles gregarius. *Pl. Truc.* 2, 1, 39. Est huic unus servus violentissimus, qui, etc. *Catull.* 22, 9. tum bellus ille et urbanus Suffenus, unus caprimulgus aut fossor Rursus videtur. Huc pertinet, cum *unus* substantivis additur ea ratione, qua *Italice uno, un certo.* *Ter. Andr.* 1, 1, 90. Inter mulieres, quae ibi aderant, forte unam adspicio adolescentulam forma et vultu adeo modesto, etc. Ubi *Donatus*: Ex consuetudine dicit *unam*, ut dicimus, *unus est adolescens*: tolle *unam*, et ita fiet, ut sensui nihil desit: sed consuetudo mirantis non erit expressa. *Unam* ergo *ἑῷ ἰδιωτισμῷ* dixit, vel *unam* pro *quodam.* *Suet. Caes.* 32. Rapta ab uno tuba prosiluit ad flumen. *Cic. Rosc. Com.* 5. *f.* Advocatio ea est, quam propter eximium splendorem, ut iudicem unum, vereri debeamus. *Pl. Most.* 3, 1, 146. Iterum jam ad unum saxum me fluctus ferunt. *Id. Ps.* 4, 1, 38. Ibi una aderit mulier lepida, quae, etc. *Id. Most.* 4, 3, 9. Unum vidi mortuum efferrī foras. *In arg. Merc.* 2, 2. Is peregre unius redimit ancillam hospitii. *Quadrig.* ap. *Gell.* 15, 1. Ut Archelai turrim unam, quam ille interposuit, ligneam incenderet. *Plin.* 35, 10, 36. n. 11. Aberat ipse: sed tabulam in machina aptatam picturae anus una custo-

diebat. *Op. Met.* 6, 578. perfectaue (*stamina*) tradidit uni, Utque ferat dominae, gestu rogat. P *Jungitur cum ille, quisquam, aliquis, quivis, quilibet, ullus, quidam, nemo, nihil.* *Cic. Agr.* 2, 13. *extr.* Ratum sit, quod finitor uni illi, a quo missus erit, renuntiaverit. Alii leg. *uni ulli.* [**Orell.* nullam habet scripturae differentiam.] *Lic.* 32, 20. *extr.* Haec adhortatio praetoris non modo quemquam unum elicit ad suadendum, sed ne fremitum quidem concionis tantae movit. *Cic. Div. Verr.* 9. Cognosce ex me, quam multa esse oporteat in eo, qui alterum accuset: ex quibus si unum aliquod in te cognoveris, etc. *Id. Off.* 2, 12. Cum premere tur inops multitudo ab iis, qui majores opes habebant, ad unum aliquem confugiebant virtute praestantem, qui, etc. *Id. Fin.* 3, 19. *med.* Vir bonus et sapiens utilitati omnium, plus quam unius alicujus, aut suae consulit. *Id. Brut.* 93. Quantum non quivis unus ex populo, sed aestimator doctus et intelligens posset cognoscere. Adde *Caecin.* 22. *Lic.* 9, 17. *med.* Id vero erat periculum, ne solertius, quam quilibet unus ex iis, quos nominavi, castris locum caperet. *Id.* 6, 40. Si non sim ex patricio sanguine ortus, sed unus Quiritium quilibet. *Id.* 42, 42. Queratur unus quilibet militis mei injuriam. *Cic. Brut.* 59. *f.* Nulla re una magis oratorem commendari, quam verborum splendore et copia. *Id. Prov. cons.* 4. Unum signum Byzantii ex maximo numero nullum haberent. *Id. Or.* 3, 14. *f.* Est enim eloquentia una quaedam de summis virtutibus; et *ib.* 2, 16. Nam hesterno sermone unius eujusdam operis remigem alicum, aut bajulum nobis oratorem descriperas. *Id. Phil.* 10, 1. *f.* Cur nunquam tam frequens senatus fuit, ut unus aliquis tuam sententiam secutus sit? *Id. Tusc.* 5, 36. *med.* Nemo de nobis unus excellat. *Liv.* 2, 6. Nemo unus satis dignus regno visus est. *Id.* 41, 20. (al. 25.) Rhodiis ut nihil unum insigne, ita omnis generis, ut quaeque usus eorum postulaverunt, dona dedit. P *Unus alter, unus et alter*, duo significat, quae unum post aliud sequantur. *Cic. Verr.* 2, 5, 29. *f.* Unum, alterum mensem, prope annum denique, domi tuae piratae fuerunt; et *ib.* 29. Rex primo nihil meture, nihil suspicari: dies unus, alter, plures: non referri. *Id. Cluent.* 64. Unum, alterum, tertium annum Sassa quiescebat; et *ib.* 28. Unus et alter dies interesse rat, cum, etc. *Liv.* 6, 10. *med.* Uno alteroque subinde ictu ventrem hausit. *Auct. dial. de Or.* 39. Unus inter haec dicenti, ac alter assistit. *Cic. Mur.* 21. Neque in uno aut altero animadversum est, sed jam in pluribus. P *Aliquando ponitur non ad duo significanda, sed aliquot pauca.* *Ter. Andr.* 1, 1, 47. Primum haec pudice vitam agebat: postquam amans accessit, pretium pollicens, unus et item alter, accepit conditionem; et *Or. Trist.* 1, 3, 15. Alloquor extremum moestos abiturus amicos, Qui modo de multis unus et alter erant. P *Unus post unum, unus post alium.* *Aurel. Vict. Epit.* 26. Duo Gordiani, pater et filius, unus post unum interiere. P *Cum iis nominibus, quae plurali numero efferrī solent, etiam unus pluraliter effertur, sive careant ea nomina singulari, sive non.* [**Tetigit hunc usum Voss. de Analog.* 1, 39. p. 579. quocum cf. *Z. Gr. L.* §. 115. not. p. 104. et *Ramsh.* §. 156. 3. p. 114. *Ruddim.* 1. p. 146.] *Pl. Ps.* 1, 1, 52. Unae quinque remorantur minae. *Id. Bacch.* 4, 7, 34. Sequere me tres unos passus; et *Sall. Cat.* 6. Postquam in una moenia convenerunt. *Caes. B. G.* 4, 16. Ubi, qui uni ex Transrhenanis ad Caesarem legatos miserant, h. e. soli. *Sic Catull.* 68, 147. Quare illud satis est, si nobis is datur unis. *Virg. A.* 2, 642. satis una, superque Vidimus excidia. *Ter. Eun.* 2, 3, 75. Aderit una in unis aedibus. *Id. Andr.* 4, 1, 51. Ex unis geminas mihi conficis nuptias. *Cic. Verr.* 2, 3, 98. Cum unae decumae lege et conditione trahantur, alterae novis institutis imperentur. *Id. Att.* 14, 18. Adductus sum tuis unis et alteris litteris. *Id. Fl.* 26. Unis moribus, et nunquam mutatis legibus vivunt, h. e. iisdem. *Cato R. R.* 10. *med.* Molas asinarias unas, et trusatiles unas, Hispanienses unas; et *ib.* 13. Molas unas, cribrum unum, etc. *Molas* dixit in plurali, quia mola e duobus saxis constat, ut in *MOLA* dictum est. *Varr. R. R.* 2, 1. *med.* Unae quadrigae. P *In unum, in eundem locum, simul.* *Sall. Jug.* 55. Metellus paulatim milites in unum conducit. *Cic. Leg.* 2, 3. Fluvius divisus in duas partes latera haec alluit, rapideque dilapsus cito in unum confluit. *Liv.* 30, 11. Omnibus, qui bello apti erant, in unum coactis. *Virg. Ecl.* 7, 2. Compulerantque greges Corydon, et Thyrsis in unum. *Op. Rem. Am.* 673. Quod si vos aliquis conducet casus in unum. P *Ad unum omnes, omnino omnes, usque ad unum, h. e. ne uno quidem excepto.* *Lentul.* ad *Cic. Fam.* 12, 14. Onerariae omnes ad unam a nobis sunt exceptae. *Cic. Am.* 23. De amicitia omnes ad unum idem sentiunt. Adde *Liv.* 2, 50. *f.* Et omisso *ῥῶ* omnes. *Virg. A.* 5, 687. si non exosus ad unum Trojanos. *Epit. Liv.* 2. *f.* Qui ad Cremeram ad unum ab hostibus caesi sunt. P *Genitivus unius* paenultimam habet longam, apud poetas accipitem. *Virg. A.* 1, 45. Unius ob noxam, et furias Ajacis Oilei; et *ib.* 255. Navibus (infandum!) amissis unius ob iram. P *Reperitur et uni,*

pro *unius.* *Titin.* ap. *Prisc.* 6, 691. et 717. Namque uni collegii sumus. *Catull.* 17, 17. Ludere hanc sinit, ut lubet, nec pili facit uni. *Pl. Stich.* 5, 4, 49. Ego tu sum, tu es ego: uni animi sumus. Alii scrib. conjunctim *unianimi*, vel *unanimi.* P *In dativo uno, et unae pro uni.* *Varr. R. R.* 1, 18. *med.* Singula jugera quaternis operis uno operario ad conficiendum satis esse. *Cato R. R.* 19. Unae fibulae locum facito. P *Une* in vocativo *Plaut. fragm.* ap. *Prisc.* 5, 673. O amice ex multis mihi une, Cephalio. *Catull.* 37, 17. Tu praeter omnes une de capillatis. *August. Conf.* 1, 7. *med.* Nisi tu une (*Deus*), a quo omnis modus, etc. *UNUSQUILIBET*, quilibet unus. Ita conjunctim interdum scriptum legitur. *V. in v. praec.* *UNUSQUISQUE*, unaquaeque, unumquodque, et unumquidque, *πᾶς ἕκαστος, πᾶς ἕς, πάντες ὅσοι*, singuli. *Cic. Font.* 6. Mihi enim semper unaquaque de re testis non solum semel, verum etiam breviter interrogatus. *Id. Rosc. Am.* 30. Leviter unumquodque tangam. *Id. Verr.* 2, 4, 59. Qui hospites ad ea, quae visenda sunt, ducere solent, et unumquodque ostendere. *Id. Par.* 1, 3. Ponite ante oculos unumquemque regum. P *Unumquidquid*, pro unumquidque. *Lucr.* 5, 1387. Sic unumquidquid paulatim protrahit aetas. *Pl. Trin.* 4, 2, 39. Si unumquidquid singillatim, et placide percontabere. *UNUSQUIVIS*, quivis unus. *V. UNUS.* **UNX*, Unguis, *ὄνυξ.* *Gloss. Lat. Gr. B. A.* *UNXIA*, ae, f. Dea, quae unctionibus praeratur. *Arnob.* 3, 115. Uctionum superest Unxia, cingulorum Cinctia replicationi. *Id.* 7, 227. Bos sterilis Unxiae mactatur. Adde *Capell.* 2, 37. *extr.*, ubi Junonem significari tradit, quae nuptiis praeratur, et cum sponsa viri domum ingressa postes de more ungeret, faustum omen affligere credebatur. *Cinctia* quoque, vel *Cinctia* Junonis appellatio erat in nuptiis. *V O* **VOBERNA*, ae, oppidum Italiae superioris, in Gallia transpadana. *Inscr. ap. Cellar.* in *Notit. Orb. antiq. B. A.* *VOCABILIS*, e, adj. idem quod *vocalis.* *Gell.* 13, 20. *med.* Sonus vocalibilior est visus, et amoenior. Alii leg. *vocalior.* **VOCABULARITER*, adv. *προσηγορικῶς.* *Gloss. Lat. Gr. B. A.* *VOCABULUM*, i, n. *λέξις*, dictio, qua res singulae vocantur, aut voce efferuntur. *Cic. Or.* 3, 40. Si res suum nomen et proprium vocabulum non habet, ut pes in navi, etc. *Plin. ep.* 2, 14. *f.* Neque enim alio vocabulo potest exprimi. *Hor. Sat.* 2, 3, 280. Vocabula rebus imponere. [**Saepeius quam ap. al. scriptt.* permutatur cum *nominis* voce *vocabulum* ap. *Tac.* *V. nubem* exemplorum in *Boettlich. Lex. Tac. s. h. v.*] P *Differunt nomina, et vocabula, ut docet Varr. L. L.* 9, 1. *med.*, quia nomina finita sunt, et significant res proprias, ut *Romulus, Helena*; vocabula autem infinita, et res communes designant, ut *mulier, scutum.* *Varr. ib.* Non enim idem oppidum, et Roma, cum oppidum sit vocabulum, Roma nomen. Adde *ib.* 7, 23. P *Non raro tamen vocabulum pro nomine proprio ponitur.* *Tac. A.* 12, 66. Deligitur artifex talium, vocabulo Locusta. *Id. ib.* 13, 12. Liberta, cui vocabulum Acte fuit. *Op. Fast.* 3, 511. Tu mihi juncta toro, mihi juncta vocabula sumes. P *Et pro cognomento.* *V. Tac.* 1. c. in *VITIS.* P *Sumitur etiam universim pro nomine, ut accipitur a grammaticis, et a verbo distinguitur.* *Varr. L. L.* 7, 4. Aristoteles duas partes orationis esse dicit, vocabula, et verba, ut homo, et equus; et legit, et currit. *Sen. ep.* 58. Cogor verbum pro vocabulo ponere: sed si id necesse est, ponam. P *Fuerunt, qui vocabulum ab appellatione diducerent, ut esset vocabulum corpus visu tactuque manifestum, ut domus, lectus: appellatio, cui vel alterum deest, vel utrumque, ut ventus, coelum, Deus, virtus.* *Quint.* 1, 4. *med.* *VOCALIS*, e, adj. *φωνήεις, εἴφωνος*, qui est magnae vocis, sonorus. *Op. Met.* 11, 317. Carmine vocali clarus, citharaque Philammon. *Tibull.* 2, 5, 3. vocales impellere pollice chordas. *Sen. Q. N.* 2, 29. Vocaliora sunt vacua, quam plena. *Quint.* 8, 3. *med.* Ut syllabae et litteris melius sonantibus clariores sunt, ita verba e syllabis magis vocalia. *Plin.* 8, 58, 83. Ranae vocales, et mutae. *Id.* 9, 19, 34. Piscis vocalis. *Id.* 11, 28, 34. Scarabaei nocturno stridore vocales. *Id.* 10, 51, 72. Aves cantu aliquo, aut humano sermone vocales. *Hor. Od.* 1, 12, 7. vocalem temere insecutae Orphea silvae, h. e. fidibus praestantem. *Plin. ep.* 4, 7. Eligere vocalissimum alicum, qui legeret. P *Ponitur etiam simpliciter pro eo, qui vocem habet, qui est in numero loquentium.* *Cic. Brut.* 69. Addamus huc etiam, ne quem vocalem praeteriisse videamus, C. Cosconium. *Val. Mar.* 1, 8. *extr. n. 4.* de miraculis: Aegles Samius athleta mutus, cum ei victoriae, quam adeptus erat, titulus et praemium eriperetur, indignatione accensus vocalis evasit. *Stat. Theb.* 1, 492. montisque datos vocalibus antris, h. e. in quibus oracula et responsa dantur. P *Item pro eo, qui humana voce*

loquitur. *Tibull.* 2, 5, 78. Fataque vocales praemouisse boves. *Prop.* 2, 25, 37. vocalis equus. Adde *Or. Met.* 13, 716. P Litterae vocales, apud grammaticos, *ῥηματα φωνηεντα*, sunt illae, quae per se vocem faciunt, id est quae per se sine consonantibus pronuntiantur, ut *a, e, i, o, u*, et in Graecis dictionibus etiam *y*. *Cic. Or.* 23. *med.* Habet enim ille tanquam hiatus concursu vocalium molle quiddam. *Quint.* 1, 4. *med.* Veteres geminatione earum (*vocalium*) velut apice utebantur. *Id. ib.* 7. *med.* Usque ad Accium et ultra, porrectas syllabas geminis vocalibus scripserunt. *Scaurus* p. 2255. Illa videntur esse vitiosa, quod Accius geminatis vocalibus scribi natura longas syllabas voluit, cum alioqui adjecto vel sublato apice longitudinis et brevitatis nota posset ostendi. P Tria sunt instrumenti villatici genera: vocale, semivocale, et mutum: vocale, in quo sunt servi: semivocale, in quo sunt boves: mutum, in quo sunt plaustra. *Varr. R. R.* 1, 17. P Similiter tria sunt in exercitu signorum militarium genera. Vocale dicitur signum, quod voce humana et verbis pronuntiat: semivocale, quod voce sine verbis, tuba scilicet, bucina, cornu: mutum aquilae, dracones, vexilla, pinnae, etc. *Veg. Mil.* 3, 5. P Aliquando *vocales* dicti sunt, qui voci et cantui operam dabant. *Lampr. Alex. Sev.* 31. Vocales exoletos, et omnia acroamata, et pantomimos populo donavit. *Sidon. ep.* 1, 2. *f.* Nec sub phonasco vocalium concentus meditatum acroama simul intonat. P Vocales undas Castaliae *Stat. dixit Silo.* 1, 2, 6. et *ib.* 5, 5, 2., quia vocem et carmina iis, qui biberint, dare dicuntur.

VOCALITAS, atis, f. *ἔμφωντα*, consonantia. *Quint.* 1, 5. Sola est quae notari possit, velut vocalitas, quae *ἔμφωντα* dicitur: cuius in eo delectus est, ut inter duo, quae idem significant, ac tantundem valent, quod melius sonat, malis.

VOCALITER, adv. per vocem, seu vocabulum. *Tert. ad. Prax.* 3. *Μορῶντα*, inquit, tenemus, et ita sonum ipsum vocaliter expriment etiam Latini. P Item magna voce. *Appul. Met.* 1. Januam firmiter oppressulam pulsare vocaliter incipio, *h. e.* pulsare simul clamando, et vocando.

VOCAMEN, inis, n. *ὄνομα*, nomen, appellatio. *Lucr.* 2, 655. Bacchi nomine abuti Mavolt, quam laticis proprium proferre vocamen. *Solin.* 5. *med.* Tibiae puellatoriae, quibus a sono clariore vocamen datur. Adde *Arnob.* 4, 128. et 7, 251.

VOCANUM agrum meminit *Liv.* 33, 48. In Africa Propria fuit, a Voca quodam oppido fortasse nomen trahens. *B. A.*

VOCARIUM, i, n. oppidum Norici. *Tab. Peut.* *B. A.*

VOCATES, ium, populi Galliae Aquitanicae. *Caes. B. G.* 3, 23 et 27. *B. A.*

VOCATIO, onis, f. *κλήσις*, invitatio ad coenam. *Catull.* 47, 5. Vos convivia lauta sumptuose De die facitis: mei sodales Quaeerunt in trivio vocationes, *h. e.* eo miseriae sunt redacti, ut quaerant, a quibus vocentur ad coenam. *Iust.* 37, 4. Non in convivio, sed in campo: non in vocationibus, sed in exercitationibus. Alii leg. *vocationibus*. P Item actio vocandi in jus, *πρόκλησις*. *Varr. ap. Gell.* 13, 12. In magistratu habent alii vocationem, alii praensionem, alii neutrum. Adde *Atejum Capiton. ib.* et *cursum Varr. ib.* 13. Ubi *Gell.* Non pauci existimabant, jus vocationis in eum praetori non esse.

VOCATIVE, adv. vocando: item casu vocativo. *Gell.* 13, 22. Varro, Nerienes, vocative dicit in his versibus.

VOCATIVUS, a, um, adj. *κλητικὸς*, ad vocandum spectans, ut *Vocativus casus*, *κλητικὴ πῶσις*, per quem aliquem vocamus. *Gell.* 14, 5. In casu vocativo *vir egregi* dicendum contenderet.

VOCATOR, oris, m. *κλήτωρ*, *κλητήρ*, qui vocat. *Prud. per. orat.* 2, 461. Paulus vocator gentium. P Speciatim *vocatores* dicti sunt, quibus datum erat invitandi negotium, sive qui ipsi vocabant ad coenas. *Sen. Ira* 3, 37. *med.* Minus honorato loco positus irasci coepisti convivatori, vocatori, ipsi qui tibi praeferebatur. *Plin.* 35, 10, 36. n. 14. Invitatus ad regis coenam venit. Indignantique Ptolemaeo, et vocatores suos ostendenti, ut diceret, a quo eorum invitatus esset, etc. *Suet. Cal.* 39. Compererat, provincialem locupletem ducenta HS. numerasse vocatoribus, ut per fallaciam convivio interponeretur. V. VOCATIO.

VOCATORIUS, a, um, adj. ad vocandum pertinet. *Tert. Anim.* 47. Si qua (*somnia*) honesta, sancta, revelatoria, aedificatoria, vocatoria. *Gloss. Lat. Gr.* Vocatorium, *κλητικόν*. *B. A.*

VOCATUS, a, um, part. a *voco*, *κεκλημένος*. *Or. Met.* 1, 167. Conciliumque vocat: tenuit mora nulla vocatos. *Pl. Capt.* 1, 2, 69. Numquo foras vocatus ad coenam? et *Men. prol.* 44. Ipsius eodem avus est vocatus nomine. *Hor. Epod.* 5, 5. si vocata partibus Lucina veris affluit. P Cum infinito. *Id. Od.* 2, 18, 38. hic levare functum Pauperem laboribus Vocatus, atque non vocatus audit.

VOCATUS, us, m. *κλήσις*, vocatio, appellatio. *Virg. A.* 12, 95. o nunquam frustrata vocatus Hasta meos, *h. e.* invocationes, et preces. *Cic. Or.* 3, 1. Mane Idibus Septembr. et ille, et senatus frequens

vocatu Drusi in curiam venit. *Suet. Cal.* 39. Misit qui diceret, coenaturum apud Caesarem vocatu ipsius.

VOCETIUS mons in Helvetia fuit. *Tac. H.* 1, 68. P Jurae montis pars fuit asperrima. Hodie *Bözen* vel *Bözberg* appellatur. *B. A.*

VOCIFERARIUS, i, m. qui vociferari arte quadam docet. *Gloss. Lat. Gr.* Vociferarius, *φωνοκλήτης*. *B. A.*

VOCIFERATIO, onis, f. *φωνή*, *βοή*, actus vociferandi, clamor. *Cic. Verr.* 2, 5, 60. An te L. Flavii, ceterorumque de L. Herennio vociferatio commovebat? *Id. Cluent.* 10. *f.* Nam in ipso sermone hoc et vociferatione mortua est. *Auct. ad Her.* 3, 12. *f.* Acuta exclamatio habet quiddam liberale, et ad muliebrem potius vociferationem, quam ad virilem dignitatem in dicendo accommodatum. *Suet. Claud.* 36. Lacrimis et vociferatione miseratus est conditionem suam. *Petr. Sat.* 14. *med.* Magna vociferatione clamare.

VOCIFERATOR, oris, m. qui vociferatur. *Tert. adv. Marc.* 4, 11. Joannes vociferator in solitudine.

VOCIFERATUS, us, m. idem quod vociferatio, clamor. *Plin.* 10, 60, 79. Cum vociferatu sanguinem profundunt.

VOCIFERO, as, n. 1 idem ac vociferor. *Varr. R. R.* 3, 9. de gallis gallinaceis: Item qui elati sunt, ac vociferant saepe, in certamine pertinaces. Tribuitur etiam *Livio* 7, 12. *f.* 8, 38. *f.* et alibi, ex MSS. et *Cic. Verr.* 2, 21. et *ib.* 2, 4, 18., sed plerique alii his locis *vociferari*.

VOCIFEROR, aris, atus sum, dep. 1. *κράζω*, *βοάω*, *ἀλαλάω*, vehementer exclamo, majorem vocem emitto: quod fit in dolore, et indignatione, vel etiam extra omnem affectum, seu animi perturbationem. *Cic. Verr.* 2, 4, 18. *f.* Minitari absenti Diodoro, vociferari palam, lacrimas interdum vix tenere. *Id. Rab. Post.* 8. Quod vociferabare, decem millia talentum Gabinio esse promissa? *Liv.* 10, 29. Pontifex *Livius* vociferari, vicisse Romanos; et *ib.* 28. *med.* Vociferari Decius, quo fugerit? quamve in fuga spem haberent? *Lucr.* 2, 1019. res ipsaque per se vociferatur, *h. e.* loquitur, testatur, ostendit. *Sic* 1, 732. Carmina quin etiam divini pectoris ejus Vociferantur, et exponunt praeclara reperta. *Id.* 2, 450. Aeraque, quae claustris restantia vociferantur, *h. e.* sonitum edunt, stridunt. *Colum.* 8, 13. Adventu Gallorum (*anser*) vociferatus est canibus silentibus. *Ascon. in Dio. Verr.* 5. Siculi accusatorie vociferantur. *Virg. A.* 2, 679. Talia vociferans.

VOCIFICO, as, n. 1 idem quod vociferor, voce declaro. *Varr. R. R.* 3, 16. de apib.: A se eiecit fucus, quos vocificantes persequuntur. Alii leg. *vociferantes*. *Gell.* 9, 3. Demosthenis orationes, concionesque vocificant. Alii leg. *notificant*.

*VOCIO, onis, rex Norici. *Caes. B. G.* 1, 53. *B. A.* VOCIATUS, a, um, part. a *vocito*. *Liv.* 4, 51. extr. Servius Romanus vocitatus. *Plin.* 3, 9, 14. Lipara antea Melogonis vocitata.

VOCITO, as, a. 1. appello, frequenter voco. *Cic. Rab. Post.* 9. Demetrius, qui Phalereus vocitatus est. *Id. in Arat. N. D.* 2, 43. Has Graeci stellas Hyadas vocitare suerunt. *Lucr.* 6, 297. quod patrio vocitatus nomine fulmen. *Tac. H.* 2, 41. Incertus undique clamor accurrentium, voritantium; et *ib.* 5, 2. Accolas Idaeos, aucto in Barbarum cognomento, Judaeos vocitari. *Nep. Dion.* 10. Qui vivum eum tyrannum vocitarant, eundem liberatorem patriae praedicabant.

VOCO, as, avi, atum, a. 1. *καλέω*, *φωνέω*, voce accesso, advoco. *Pl. Curc.* 2, 3, 24. Heus Curcilio! te volo. *Curc.* quis vocat? quis nominat me? *Id. Capt.* 2, 2. *f.* Vin' vocem patrem huc ad te? *Tyn. voca.* *Caes. B. G.* 5, 42. Nutu, vocibusque hostes, si introire vellent, vocare coeperunt. *Id. B. C.* 3, 105. Ejus rei causa senatores omnes ex provincia vocasse, ut iis testibus uteretur. *Id. B. G.* 1, 20. *f.* Dumnorigem ad se vocat; et *B. C.* 2, 1. Ad ea perficienda opera magnam jumentorum atque hominum multitudinem ex omni provincia vocat. *Liv.* 5, 47. *med.* Vocare classico ad concilium milites ac tribunos. *Id.* 36, 20. Vocare senatum. Alii leg. *in senatum*; et 44, 20. Extemplo senatum vocaturi consules. *Cic. Acad.* 4, 47. Vocare in concionem. *Iust.* 14, 1. ad concionem. *Tac. A.* 1, 29. concionem. *Id. H.* 4, 14. juventutem ad delectum. *Virg. A.* 10, 2. Conciliumque vocat Divum pater. *Id. ib.* 11, 730. variis instigat vocibus alas, Nominem quemque vocans. P Pro nominare. *Id. ib.* 4, 171. Nec jam furtivum Dido meditatur amorem: Conjugium vocat: hoc praetexit nomine culpam. *Caes. B. G.* 5, 21. Oppidum Britanni vocant, cum silvas impeditas vallo atque fossa munierunt. *Sall. Cat.* 57. Alii alios increpantes, timidus vocant; et *Jug.* 21. *med.* Aedificia Numidarum agrestium, quae mapalia illi vocant. *Cic. fr. ap. August. contra Acad.* 2, 11. Quae si tu alio nomine vis vocare, nihil repugno. *Iust.* 15, 4. Urbem ex Antiochi patris nomine Antiochiam vocavit. *Liv.* 45, 33. *f.* Ad Spelaum, quod vocant, biduum moratus. *Tac. A.* 12, 34. Vocabatque nomina majorum, qui dictatorem. Caesarem pepulissent, *h. e.* memorabat, recitabat. *Or. Met.* 14, 246. neque enim finito Marte vocan-

du Hostis es. P Et *vocari*, nomen habere, appellari, nominari. *Pl. Aul.* 4, 10, 49. Meus fuit pater Antimachus: ego vocor Lyconides. *Ter. Ad.* 5, 6, 3. O qui vocare? *Ge. Geta.* *Id. ib.* 7, 13. Euge, jam lepidus vocor. *Id. Eun.* 2, 2, 33. Parasiti ut Gnathonici vocentur. *Id. Phorm. prol.* 25. Epidica zomenon quam vocant comoediam Graeci, Latini Phormionem nominant. Adde *Hor. Carm. saecul.* 15. P Solemne verbum est invitandi ad coenam. *Cic. Att.* 6, 3. *f.* Hunc ego patris causa vocavi ad coenam, quo die venit. *Ter. Phorm. f.* Me ad coenam voca. *Naus* pol vero voco. *Pl. Stich.* 4, 4, 19. Solus coenabo domi? *Gel.* non enim solus: me vocato. *Id. ib.* 1, 3, 28. Nulli negare soleo, si quis esum me vocat. Adde *Ter. Andr.* 2, 6, 22. P Et absolute. *Pl. Capt.* 1, 1, 7. Nos parasiti, quos nunquam quisquam neque vocat, neque invocat. *Ter. Phorm.* 4, 4, 21. Spatium apparandis nuptiis, vocandi, sacrificandi, dabitur paululum. *Pl. As.* 4, 1, 23. Vocet convivam neminem illa: tu voces. *Suet. Tib.* 53. Quondam inter coenam porrecta a se poma gustare non ausam, etiam vocare desit. Adde *Nep. Att.* 14. V. VOCATOR. P *Vocata est opera*, vel *res*, dicit ap. *Pl. Stich.* 3, 2, 17. et *Curc.* 4, 4, 7. qui vocatus ad coenam excusat se, quod alteri jam promisit. P *Vocare ad sacra*, idem est ac inaugurare; nam cum novus sacerdos electus et cooptatus esset in aliquo sacerdotio, ad sacra, *h. e.* ad sacrificia vocabatur, ut nempe eorum, quae ipsius collegae fecerant, particeps esset. *Inscr. Frat. Arv.* ap. *Marin.* n. 1. Cn. Lentulus augur magister in locum L. Pauli Drusum Caesarem Ti. F. Augusti N. arvale cooptavit, et ad sacra vocavit. P *Vocare Deos*, implorare, invocare, quaerere. *Virg. A.* 6, 247. Voce vocans Hecaten coeloque, Ereboque potentem, (*voce vocare* dixit *Id.* etiam *A.* 4, 680. et *ib.* 12, 638., item *Tibull.* 2, 1, 83. et *Iust.* 38, 7. *med.* ubique autem est invocare, in auxilium vocare;) et 5, 686. Auxilioque vocare Deos, et tendere palmas. *Hor. Od.* 1, 14, 10. Non tibi sunt Dii, quos iterum pressa voces malo. *Virg. A.* 5, 234. Vocare Deos in voca. P Item ad magistratum, in jus voco, *πρόκαλις*. *Cic. Quint.* 19. *f.* Vadari vis: promittit, in jus vocas: sequitur. *Varr. ap. Gell.* 13, 12. *med.* Tribuni etiam consulem in rostra vocari jusserunt: ego triumvir vocatus a Porcio trib. pleb. non ivi auctoribus principibus; et vetus jus tenui. Item tribunus cum essem, vocari neminem jussi, neque vocatum a collega parere invitum. P *Vocare in crimen*, reum facere, insimulare, accusare. *Nep. Timoth.* 3. *f.* et *Cic. Rab. perduell.* 8. extr. et *Verr.* 2, 5, 50. *f.* Sic *Or. Pont.* 4, 14, 41. At malus interpres populi mihi concitat iram, Inque novum crimen carmina nostra vocat. P Simile est *vocare in invidiam*, *odium*, adducere, invidiam conflare. *Cic. Phil.* 2, 24. *med.* Ne me apud milites in invidiam voces. *Id. Off.* 1, 25. Falsis criminibus in odium aut invidiam quemquam vocare. Adde *Sext.* 43. Sic *vocare in iudicium*, adducere, ut de eo a iudicibus sententia feratur. *Cic. Or.* 1, 57., *Verr.* 2, 1, 12. *f.* et *Balb.* 28. Sic *Or. Pont.* 1, 5, 20. sub iudicium singula verba vocem. P Similia sunt et illa *Cic. Or.* 2, 72. Rem in disceptationem, aut controversiam vocare; et *Manil.* 5. Salus sociorum summum in periculum ac discrimen vocatur; et *Verr.* 2, 5, 4. *f.* Leonidae familia in suspicionem vocata est conjurationis. P *Vocare aliquod ad iudicem*, quod dixit *Quint.* 2, 4. *f.*, est referre ad iudicem, ut de eo sententiam ferat. Hinc *Cic. Acad.* 4, 18. Me ad Drmoeritum vocas, cui non asentior. *Tac. A.* 1, 6. extr. Ne Tiberius vim principatus resolveret, cuncta ad senatum vocando. Pro trahere, pertrahere. *Cic. Cat.* 1, 5. *med.* Tempia Deorum immortalium, tecta urbis, vitam omnium civium, Italia denique totam ad exitum et vastitatem vocas. *Id. Att.* 3, 7. Ne et meum moerorem exagitem, et te in eundem luctum vocem. P Invitare, allicere. *Id. ib.* Quod me ad vitam vocas, unum efficis, ut a me manus abstineam. *Planc.* ad *Cic. Fam.* 10, 7. *f.* Quarum rerum spe ad laudem me vocasti. *Cic. Att.* 3, 15. *med.* Haec nisi vides expediri, quam in spem me vocas? P *Vocare offensas* ap. *Tac. H.* 4, 80. *med.* est provocare. Similem sensum habere videtur in ludo talorum. *Or. A. Am.* 3, 355. modo cogitet apte, Quam subeat partem callida, quamque vocet. *Mazzonius* ita exponit, ut *subire partem* sit eligere punctum aliquod, ut vincaris, si exierit; *vocare*, ut vincas. P Item appellare, *h. e.* alloqui. *Petr. Sat.* 113. *med.* Nec Giton me aut tralaticia propinatione dignum iudicabat, aut, quod minimum est, sermone communi vocabat. P Item revocare, avocare. *Cic. Deiot.* 11. Deiotarus vestram familiam abjectam et obscuram et tenebris in lucem vocavit. Alii leg. *evocavit*: alii *revocavit*. *Id. Att.* 12, 37. *f.* Quod me a moestitia vocas, multum levavi, si, etc. Plerique alii leg. *avocas*. P *Vocare aliquem in partem*, invitare, ut particeps sit cuiuspiam rei. *Id. Caecin.* 4. extr. Itaque in partem (*hereditatis*) mulieres vocatae sunt. *Virg. A.* 3, 223. ipsumque vocamus in praedam partemque Jovem. *Tac. A.* 1, 11. Vocare aliquem in partem curarum. *Iust.* 5, 2. *med.* in portionem muneris. P *Vocare*

aliquem ad coelum, est laudare. *Catull. 6, 16.* volo te ac tuos amores ad coelum lepido vocare versu, h. e. summis laudibus efferre. *P. Vocare ad calculos, ad computationem, adigere ad ineundas rationes. Cic. Am. 16. med.* Hoc quidem est nimis exigue et exiliter ad calculos vocare amicitiam, ut par sit ratio acceptorum et datorum. (Adde *Liv. 5, 4. med.*) *Plin. Pan. 38.* Nemo recentem et attonitam orbitatem ad computationem vocet, cogatque patrem, quid reliquerit filius, scire. *P. Vocare in dubium, dubiam rem facere. Cic. Inv. 2, 28. med.* Injuria ita perspicua, ut ne ab ipso quidem, qui fecisset, in dubium vocaretur. *P. Tribuitur et rebus inanimis, quae ad aliquid invitare videntur. Liv. 28, 15. med.* Carthaginienses fessos nox imberque ad necessariam quietem vocabat. *Id. 24, 36. f.* Ut quocumque vocasset defectionis ab Romanis spes, admovent exercitum. *Auct. B. Hisp. 24.* Haec res necessario vocabat, ut ad dimicandum descenderet. *Virg. A. 3, 70.* lenis crepitans vocat Auster in altum. *Ob. Rem. Am. 532.* Quoque vocant fluctus, hac tibi remus eat. *Phaedr. 3. prol.* aliquae venient feriae, Quae me soluto pectore ad studium vocent. *P. Cum infinito. Lucr. 5, 943.* sedare sitim fontes fluviique vocabant. *P. Poetice praesagire est in illo Virg. G. 1, 388.* Tum cornix rauca pluviam vocat improba voce. Ubi *Servius* vocat, poetice ait, non enim vocat, sed denuntiat pluviam. Et notandum, cornicem et rauca voce, et solam, pluviam praediceret. *Id. ib. 157.* votisque vocaberis imbre. *Lucr. 5, 1083.* cornicum ut saecula vetusta, Corvorumque greges, ubi aquam dicuntur et imbres Poscere, et interdum ventos aurasque vocare. *P. Casus vocandi, qui et vocatus, est quintus inter casus nominum: ita dictus, quia illo utimur, cum vocamus. Nigid. ap. Gell. 13, 25, ipse Gell. 14, 5, Charis, Diomed., Prisc., etc.*

VOCONIUS, a, um, adj. ad Voconios pertinens. Fuere Voconii gens Romana ex municipio Aricino, ut colligitur ex *Cic. Phil. 3, 6.* Hujus gentis meminit etiam *Mart. 7, 28.* Testile, Victoris tormentum dulce Voconil. *P. Voconia lex de coercendis mulierum hereditatibus, lata fuit a Q. Voconio Saxa Trib. pleb. ann. U. C. DLXXXV., sancitumque in ea, ne qui census esset, virginem, neve mulierem supra centena millia HS. heredem institueret, plusve cuiquam legaret, quam ad heredes perveniret: item ne feminae cuiquam ab intestato succederent. Meminit ejus legis *Cic. l. c. et Sen. 5., Fin. 2, 17, Verr. 2, 1, 41.* [et de rep. 3, 10. (ed. A. Maio), ubi V. adnot. ejusd. F.] *P. Voconia pira fortasse dicta sunt a quodam Voconio, qui ea primum severit; quamquam Plin. 15, 15, 16. inter ea refert, quorum nominis dictio ignoratur. In MSS. Harduini est vocina. Dicuntur esse viridita, et oblonga.**

VOCONTIUS, a, um, adj. ad Vocontios pertinens, Galliae Narbonensis populus, ubi nunc ille *vescovado di Vaison.* Hinc *Plin. 3, 4, 5.* Vocontiorum civitatis foederatae duo capita Vasio et Lucus Augusti. *Inscr. ap. Grut. 484, 2.* Ordo Vocontiorum. *Sil. 3, 467.* Jam faciles campos, jam rura Vocontia carpit (*Annibal*). *V. Liv. 21, 31. F.*

VOCULA, ae, f. *q. voculor*, parva vox. *Cic. Or. 3, 25.* Quanto molliores sunt, et delicatiores in cantu flexiones, ac falsae voculae, quam certae et severae? *Prop. 1, 16, 27.* O utinam trajecta cava mea vocula rima Percussas dominae vertat in auriculas! *Cic. Att. 2, 23.* Cum recreandae voculae causa necesse esset mihi ambulare. *P. Ponitur et pro parva, seu brevi dictione. Gell. 12, 14.* de verbo saltem: Significatio hujus voculae. *Cic. Fam. 2, 16.* Malevolorum voculae, h. e. detractioes. *P. [Est etiam cogn. R., ut C. Dillius A. F. Ser. Vocula legatus in Germania legionis duodevicesimae, ap. Tac. H. 4, 24. et in Inscr. ap. Mur. 697, 5. F.]*

VOCULATIO, onis, f. vocis quantitas, accentus, pronuntiatio dictionis alicujus juxta accentum. *Nigid. ap. Gell. 13, 25.* Voculatio qui poterit servari, si non sciemus in nominibus, ut Valeri, utrum interrogandi, an vocandi (casus) sint? nam interrogandi secunda syllaba superiore tono est, quam prima, etc. *Gell. ib.* Quem accentum nos dicimus, vocalationem appellat. *Id. 13, 6.* Quas Graeci *προσῳδίας* dicunt, eas veteres docti tum notas vocum, tum accentuinculas, tum vocalationes appellabant.

VOGESUS, i, m. *Ὀβόγος*, mons in finibus Lingonum, a quo Mosa fluvius profluit, non longe a fonte Matronae fluvii. Hodie *Wasgau* audit. *Lucan. 1, 397.* Castraque, quae Vogesi curvam super ardua ripam Pugnaces pictis cohibebant Lingones armis. Adde *Plin. 16, 39.* *P. Vosegus* audit *Caes. B. G. 4, 10.* edd. *Oudend. et Juntin.* Ex monte Vosego. Sed edd. *Cellar. et Plantin.* omnino *Vogeso.* *P. Vosegus* appellatur a *Venant. Fortun. Carm. 7, 5.* Ardenna an Vosegus cervi, caprae, ilicis, ursi Caedae sagittifera silva fragore tonat: ubi paenultima corripitur, quod et in *Lucani l. c.* factum. *Caesaris Metaphrast. est Βόσγος. B. A.*

VOLA, ae, f. *ὄλα*, cava pars manus, et pedis. *Fest.* Vola, vestigium medii pedis concavum: Sed et palma manus vola dicitur. *Serv. in G. 2, 88.* Vola, medietas palmae, et pedis. *Plin. 11, 45, 105.* Vola homini tantum, exceptis quibusdam: namque

et hinc cognomina inventa, Planci, Plauti, Scauri, h. e. qui planis pedibus essent, et vola carentibus. *Prud. Apoth. 927.* numquid manus articulatim Est digesta Dei? numquid vola, numquid et unguis? *P. Nec vola, nec vestigium,* proverb. quo significamus, alicujus rei nullum indicium, nullum momentum exstare, omnemque memoriam abolitam esse. *Varr. ap. Non. 4, 480.* Haec Numa Pompilius fieri si viderit, sciet, suorum institutorum nec volam, nec vestigium apparere; et *ib.* Quoniam in sepulchris nec vola, nec vestigium exstat. *P. Vola, terra. V. VOLATICA.*

VOLAE, arum, *Βόλαι*, oppidum Latii. *Liv. 44, 49. bis, ed. Gronov.* ubi ed. *Drakenb.* habet *Bola.* Cf. 6, 2. extr. ubi *Bolas* legitur in edd. *Drakenb. et Gronov.* *P. Bola* audit *Virg. A. 6, 776. V. Bola. B. A.*

VOLABILE videtur positum adverbii more pro volando, hoc est velociter, celeremque, volantis modo, in illis *Varronis* verbis, quae refert *Non. 18, 8.* et 21. Aut ille cervum qui volabile currens, Sparo secutus tragulae trajicit. Alii tamen leg. *volabilem*, ut intelligat *volantem ceruum*, alii *volabilem*, ut intelligat *volantem ceruum*, alii *volabilem*.

VOLANA, ae, f. oppidum Italiae, in Samnio. *Liv. 10, 44. extr. et 46. B. A.*

VOLANDUM, i, n. castellum in Armenia. *Tac. A. 13, 39. B. A.*

VOLANE, es, unum e Padi ostiis, prius Olane dictum. *Plin. 3, 16.* Dein Volane, quod (*ostium*) ante Olane vocabatur. *B. A.*

VOLANS, antis, part. a *volo*, as: *πρόδρομος*, volitans, item celer, citus. *Virg. G. 1, 321.* culumque levem, stipulasque volantes. *Ob. Trist. 3, 10, 55.* Hostis equo pollens, longeque volante sagitta. *Lucan. 7, 489.* Sed quota pars cladis jaculis ferroque volanti Exacta est? h. e. sagittis: *ἔξ ὅλα δόο.* *Hor. Od. 2, 16, 11.* curas laqueata circum Tecta volantes; et *ib. 1, 37, 16.* ab Italia volantem Remis adurgens, h. e. prope fugientem. *Virg. G. 3, 181.* currus agitare volantes; et *ib. 2, 41.* pelagoque volans da vela patenti. *P. Volantes* absolute, volucres, alites. *Id. A. 6, 728.* Inde hominum, pecudumque genus, vitaeque volantum; et *ib. 239.* de Averno: Quam super haud ullae poterant impune volantes Tendere iter pennis. *Lucr. 2, 1081.* Squamigerum pecudes, et corpora cuncta volantum.

VOLANUS, a, um, adj. ad Volas pertinens. *Liv. 4, 49.* Agrum Volanum. Sic ed. *Gronov.* ubi ed. *Drakenb.* exhibet *Bolanum.* *P. Volani, orum,* incolae Volarum dicti a *Liv. 4, 49.* ed. *Gronov.* ubi ed. *Drakenb.* habet *Bolani.* *Bolani* appellantur a *Plin. 3, 5. B. A.*

VOLATERRANUS, a, um, adj. ad Volaterras (nunc *Volterra*) pertinens, antiquum Etruriae oppidum, Romanorum colonia, inter Caecinam, et Arnun fluvios, non longe a mari, ubi Vada Volaterrana sunt, quorum mentio est ap. *Cic. Quint. 6. et Plin. 3, 5, 8. Rutil. Itin. 1, 453.* In Volaterranum, vero Vada nomine, tractum Ingressus, dubbii tramitis alta lego. *P. Volaterrani, orum,* ejus incolae. *Cic. Dom. 10, Liv. 28, 45. et Plin. l. c.*

VOLATICA, ae, f. lamia, venefica, strix: a *volo*, quia veteres putarunt, veneficas se in striges aves convertere. *Fest. in Strigas:* Striges, aves nocturnas, ut ait *Verrius*, Graeci *ορυγγας* appellant: a quo maleficus mulieribus nomen inditum est, quas volaticas etiam vocant. *P. Exstat praeterea ap. Tert. Pall. 6.* Et grammaticus, *inquit*, et rhetor, et sophista, et medicus, et poeta, et qui musicam pulsant, et qui stellarem conjectant, et qui volaticam spectant. Alii eum qui volaticam spectant, intelligunt haruspem, qui ex volatu avium conjectat; alii geometram sic appellatum volunt a *vola* manus, quae res dimittitur: vel a *vola*, quae significat terram in Etrusca disciplina, ducta origine a lingua Phoenicia.

VOLATICUS, a, um, adj. *πρόδρομος*, qui volat et cito transit, velox: et translate inconstans, levis, instabilis. *Pl. Poen. a. 2. v. 29.* An obsecro, usquam sunt homines volatici? *Cic. Att. 13, 25. f. O* Academiam volaticam, et sui similem, modo huc, modo illic, etc. *Id. Har. resp. 22.* Illius furentes ac volaticos impetus in se ipsos posse converti. Alii hic leg. *volentos.* *Sen. ep. 42. med.* Volaticum esse, ac levem. *Tert. Poen. 11.* magistratus Romanos vocat *unius anni volaticum gaudium.*

VOLATILIS, e, adj. *πρόδρομος*, *πρόδρομος*, qui volat. *Cic. N. D. 2, 60.* Praeterea vescimur bestiis et terrenis, et aquatilibus, et volatilibus, partim capiendo, partim alendo. *Ob. Am. 2, 7, 27.* pueri volatilis arcus, h. e. Cupidinis. *P. Saepae* translate sumitur pro celeri, veloci, ut *ferrum volatile* est sagitta ferrea cuspidis praemunita, quae ex arcu emissae celeriter fugit, velocitatem adjuvantibus pennis. *Virg. A. 4, 70.* de cerva: Quam procul incautam nemora inter Cressia fixit Pastor agens telis, liquitque volatile ferrum Nescius. *Lucr. 1, 968.* et *Ob. A. Am. 1, 169.* volatile telum. *P. Accipitur et pro fluxu, caduco, quod facile praeterit, transit, elabatur. Id. Met. 10, 519.* Labitur occulte, fallitque volatilis aetas, Et nihil est annis velocius. *Sen. ep. 123. f.* Gloria vanum et volatile quiddam est, auruque mobilius.

VOLATERRA, ae, f. idem quod volatus. *Varr. R. R. 3, 5. med.* Ibi in prima volatura cum veniunt, morantur dies paucos requiescendi causa. *Colum. 8, 9.* Turtur a volatura, ita ut capitur, farturque destinatur; et *ib. 10. med.* de turdis: Fere etiam in agris ab ejusmodi volucris haec appetuntur: quae in aviariis quoque desidentium detergent fastidia, faciuntque avidiorem volaturam: quod maxime expedit: nam largiore cibo celerius pinguescit, h. e. ipsos turdos, qui advolarunt, et capti sunt.

VOLATUS, us, m. *πρόδρομος*, *πρόδρομος*, volatio, actus volandi. *Cic. N. D. 2, 39. f.* Aer et volatus alitum sustinet, et spiritu ductus alit et sustentat animantes. *Id. Div. 1, 1. f.* Volatibus avium, cantibusque declarari res futuras putant. *Catull. 55, 24.* Non si Pegaseo ferar volatu. *Claud. Cons. Mall. Theod. 270.* Nuntia votorum celeri jam fama volatu Moverat, etc. et in *Entr. 2, 168.* illa (*hasta*) per auras Tot freta, tot montes, uno contenta volatu, Transilit. *Id. Gigant. 47.* lucem Insolitam mirantur equi, trepidoque volatu Spissas caeruleis tenebras e naribus efflant, h. e. celeri cursu. *Mart. 11, 91.* Si tam praecipiti fuerant ventura volatu, Debuerant alia fata venire via, h. e. si mors tam cito ventura erat.

VOLCAE, arum, populi Galliae Narbonensis, ubi nunc *Languedoc:* quorum pars una *Volcae Tectosages* dieti, memorati a *Caes. B. G. 6, 24. Plin. 3, 4. bis.* Altera, *Volcae Arecomici*, de quibus *Caes. B. G. 7, 7.* *Volcae* nude appellati a *Cic. pro Font. 8. in. Liv. 21, 26.* ac *Plin. 3, 19.* In *Mela 2, 5.* *Arecomici* appellatur gentis hujus pars una, *Tectosages* autem altera, absque mentione v. *Volcae. B. A.*

VOLCATIUS, et *Vulcatius*, ii, m. nomen propr. R. civis. *Volcatius* Gallicanus, qui sub *Diocletiano* vixit, scripsisse dicitur aliquot R. Imperatorum vitas, ex quibus illa *Avidii Cassii* adhuc exstat. *V. CAPITOLINUS, i.* *P. Volcatius* Tullus, consul Romanus, qui *Catulinam* a consulatus petitione detruit. *V. Ascon. Pedian. in Or. Cic. in toga cand. 149.* *P. Volcatius* Terentianus, scriptor rerum suorum temporum sub *Gordianis.* *P. Volcatius* *Epitius*, grammaticus, scripsit vitam *Pompeii Magni. B. A.* *P. Volcatius* *Sedigitus* scripsit de poetis *Latinis*, cujus versus aliquot leguntur ap. *Gell. 15, 24.*

[**VOLCEJANENSIS**, vel *Vulcianensis*, e, et *F.*] [**VOLCEJANUS**, vel *Vulcejanus*, a, um, et *F.*] [**VOLCENS**, entis, et *F.*]

[**VOLCENTANUS**, a, um, adj. ad *Volcejos*, seu *Volcentum* pertinens, urbem mediterraneam *Lucaniae* prope *Tangrum* fluv., nunc *Buccino* appellatam, cujus mentio est in *Inscr. ap. Grut. 447, 1.* *M. Paccius M. F. Pom. Bassus* augur, aedilis, *H. Vir. Volceis, h. e. Volcejis;* et in *alia ap. Marin. Frat. Arv. p. 334.* *M. Sattius Rufinus* *Volceis.* *Frontin. de colon. p. 109.* *Goes.* Praefecturae *Ulcianensis* (lege *Vulcianensis*), *Paestana, Potentina.* *Inscr. ap. Mur. 1095, 5.* Ordo *populusque* *Volcejanus.* *Alia ap. Grut. 209, 2.* *Vulcejana* civitas. Hinc *Volcentes, ium,* et *Volcentani, orum,* absolute, incolae illius urbis. *Liv. 27, 15.* *Hirpini*, et *Lucani* et *Volscentes* (lege *Lucani Volcentes*). *Plin. 3, 11, 15.* *Lucanorum* *Grumentini, Potentini, Volcentani. F.*

[**VOLCENTINUS. V. VULCENTANUS.**]

VOLEMA, orum, n. plur. pira praegrandia. Secundum *Serv. in A. 3, 233.* dicta sunt a *vola*, eo quod volam impleant, *Id. in G. 2, 88.* pira *volema* interpretatur magna, h. e. quae in Graecis *ζεστοπληθία* sunt. Sed addit *volema pira* lingua Gallica bona, et grandia dici. Quod si est, non e *Latio* vox est arcessenda, sed ex *Gallia Cisalpina*, quae saepe *Gallia* absolute dicitur. *Virg. G. 2, 88.* nec surculus idem *Crustumis, Syriisque* *piris*, gravibusque *volemis.* *Cato R. R. 7.* Pira *volema, Aniciana,* et *sementiva.* Adde *Colum. 5, 10. med. et 12, 10.* *P. In* sing. num. *Cloatus* ap. *Maer. Sat. 2, 15. f.* *Pirum* *Turranianum, praecox, volemum,* etc.

VOLENS, entis, part. a *volo*, vis: *ἐκόν*, sponte, et non invitatus aliquid faciens, libenter faciens. *Vell. 2, 62.* Pecunias etiam a volentibus acceperant. *Virg. A. 10, 676.* vos o potius miserescite venti: In rupes et saxa (volens vos *Turnus* adoro) Ferte ratem. *Maer. Sat. 1, 7. med.* Facite, si volentibus vobis erit, diem communibus et fabulis, et epulis exigamus. *Ob. Met. 2, 128.* de equis *Solis:* Sponte sua properant: labor est inhibere volentes; et *Virg. G. 3, 129.* Ipse autem macie tenuant armenta volentes; et *Sen. ep. 107. f.* Ducunt volentem fata, nolentem trahunt. *Liv. 7, 26.* Si *Divus*, si *Diva* esset, qui sibi praepetem misisset, volens, propitius adesset, h. e. benevolus, favens. *Sic Sall. Jug. 17.* Virtute, ac *Diis* volentibus magni estis, et opulenti; et *ib. 111.* *Munificus* nemo putabatur, nisi pariter volens, h. e. benevolus, amicus, et qui vellet omnia ejus causa, cui munificus esset. *Largitio* enim ipsius causa facta, qui largiretur, ignota erat. *P. Volentia alicui* dicuntur, quae grata, accepta, jucundaque sunt. *Tac. H. 3, 52.* *Muciano* *volentia* rescripsere. *Sall. Jug. 76.* *Litteris*, quae de *Metello* ac *Mario* missae erant, cognitio *volentia* de ambobus acceperant. Alii leg. *volentis animo de ambobus acce-*

perant. *Id. H. 4. ap. Non. 2, 900.* Volentia plebi facere.

VOLENTER, adv. voluntarie, libenter. *Appul. Met. 6.* Perrexit Psyche volenter.

VOLENTIA, ae, f. *βοδληοις*, idem quod voluntas, favor. *Appul. Met. 11.* Mea voluntia fretus. *Solin. 36.* Volentia resistendi prompta.

[VOLERO, onis, m. praenomen R. plebejæ gentis Publiliae seu Publiliae proprium. *Auct. Epit. de nomin. rat.* Volero in praenomen abiit, et volentibus nasci liberis parentibus debebatur. Quo usus est Publilius Philo. Hinc in *N. Framm. de fast. cons. T. 2.* editis a *B. Borghesio*, Voler. Publilius P. F. Voler. N. Philo, est unus ex tribunis mil. consulari potestate ann. U. C. CCCLV., quem *Liv. 5, 13.* Voleronom Publilius appellat, cujusque avum eodem praenomine nominat *Id. 2, 55. F.*]

[VOLESUS, et Volusus, i, m. cogn. R. patriciæ gentis Valeriae seu Valesiae proprium. *V. B. Borghes. in N. Framm. de fast. cons. T. 1. p. 45.* et sqq. *Inscr. ap. Grut. 6, 5.* P. Valesius Volesi F. Poplicola; et *97, 2.* P. Valesius Volusi F. Poplicola. *Juven. 8, 18.* et quæ Turpia cerdoni, Volesos, Brutosque decebunt? *h. e.* Valerios et Junios, quorum cognomina fuerunt Volesus et Brutus. *Sil. 2, 8.* Poplicola, ingentis Volesi Spartana propago, *h. e.* P. Valerius Volesi F. Poplicola, cujus patrem oriundum ex Sabinis, qui originem ducunt a Spartanis, cum Tatio Sabinorum rege Romam venisse, narrat *Dionys. Halic. l. 2. c. 46. Inscr. ap. Grut. 290. C.* Valerius L. F. Vol. N. Potitus Volusus, qui trib. mil. consul. potestate fuit ann. U. C. CCCXXXIX., deinde consul ann. CCCXLIV., tum iterum trib. mil. consul. pot. ann. CCCXLVII. et CCCL. P. Sunt qui falso putant, *Volusum* esse praenomen, propterea quod legitur in nummo gentis Valeriae ap. *Morell. Numism. Fam. R. tab. 2. n. 7.* et *8.* et ap. *Eckhel. D. N. V. T. 5. p. 334.* Volusus Valer. Messal. III. Vir A. A. F. F. At hic *Volusus*, licet cognomen fuerit, loco tamen praenominis usurpatum est ea de causa, quam attulimus in COGNOMEN: etenim hujus viri nomina fuerunt L. Valerius Messala Volusus, ideoque in *Inscr. ap. Grut. 883, 15.* et in alia ap. *eund. 1083, 8.* appellatur L. Valerius Volusus, Cos. una cum Cn. Cornelio Cinna ann. a Chr. n. V.; idemque deinde proconsul Asiae fuit, atque a *Tac. A. 3, 68.* *Volusus Messala*, et a *Sen. Ira 2, 5.* *Volusus*-tantum nominatur. P. *Volusus* est etiam nomen proprium unius e ducibus Volscorum, ap. *Virg. A. 11, 463.* Tu Voluse, armari Volscorum edice manipulis. *F.*]

VOLGIOLUS, i, m. rusticum instrumentum. *V. VALGIUM.*

VOLITATUS, us, m. idem ac volatus: est a *volito*, ut a *volo* est volatus. *Venant. Vit. S. Mart. 4, 223.* Ecce repens oritur variante fragore procella, Stridula sidereo volitatu, et multa tumultu. *F.*

VOLITO, as, n. I. *ἀνεπέτομαι*, frequenter volo. *Cic. Or. 2, 6.* de avib. Easdem autem, cum aliquid effecerint, levandi laboris sui causa passim ac libere solutas opere volitare. *Id. N. D. 1, 20.* In hac igitur immensitate latitudinum, longitudinum, altitudinum infinita vis innumerabilium volitat atomorum. P. Translate ponitur pro discurre, hac atque illac currere, vagari. *Cic. Or. 1, 38.* Volitare in foro. *Id. Agr. 2, 22.* Volitat enim ante oculos istorum Jubae regis filius, adolescens minus bene nummatus, quam bene capillatus. *Id. Phil. 11, 2. f.* Et nunc tota Asia vagatur, volitat ut rex. *Id. Dom. 19.* Cum tu florens ac potens per medium forum popularis volitares. P. Item pro libere agere, relaxari. *Id. Or. 2, 6.* Sic nosri animi forensibus negotiis, atque urbano opere defessi gestiunt, ac volitare cupiunt vacui cura atque labore. P. Item pro animos altos gerere, efferri, magna aggredi. *Id. Pis. 25.* Valebis apud hominem volitantem gloriae cupiditate vir moderatus et constans. *Mart. 1, 4.* Aetherias, lascive, cupis volitare per auras: 1, fuge, sed poteras tutior esse domi. P. Item pro celebrari, laudari, nominari. *Enn. ap. Cic. Tusc. 1, 15.* Nemo me lacrimis deoerit, nec funera fletu Faxit. Quis? volito vivu' per ora virum. P. Item pro molestum esse, jactare sese, efferri. *Cic. Fl. 16.* Nunc vero non insultabo vehementius, nec volitabo in hoc insolentius.

VOLO, as, avi, atum, n. I. *πέτομαι*, per aerem feror: proprium alas habentium. *Prop. 2, 23, 20.* Denique ut ad Trojae tecta volarit avis. *Cic. Phil. 10, 5.* Ne C. quidem Antonii celeritas contemnenda est, quem nisi in via caducae hereditates retardassent, volasse eum, non iter fecisse diceret. *Pl. Poen. 4, 2, 49.* Sine pennis volare haud facile est: proverb. et *Ps. 3, 2, 52.* Volare in coelum. *Lucr. 1, 1062.* in coeli templa. *Op. A. Am. 2, 69.* de Daedalo: Jamque volaturus parvo dedit oscula nato. *Virg. A. 1, 304.* volat ille per aera magnum Remigio alarum. *Id. G. 1, 364.* altam supra volat ardea nubem. *Id. A. 4, 184.* Nocte volat coeli medio, terraeque; et *ib. 254.* avis volat circum litora. *Op. Art. Am. 1, 96.* de apibus: nactae Pascua, per flores, et thyma summa volant. *Juven. 8, 251.* corvi ad Cimbros, stragemque volabant. P. Varias in avibus volandi rationes accurate persequitur *Plin. 10, 38, 54.*

P. De aliis rebus, quae per aera sine alis feruntur. *Lucr. 2, 213.* Transversosque volare per imbres fulmina cernis. *Virg. A. 7, 466.* volat vapor ater ad auras. *Sall. Jug. 64.* Strepitus armorum ad coelum ferri: tela utrinque volare. *Liv. 26, 44. med.* gens vis telorum e muris volabat. *Virg. A. 9, 699.* volat hasta per aera; et *ib. 12, 596.* ignes ad tecta volare. *Id. G. 3, 201.* ventus volat. *Op. Trist. 3, 3, 61.* morte carens vacuum vola altus in auram Spiritus. P. Est etiam celeriter ire instar volantis. *Pl. Pers. 2, 2, 17.* I sane, vola curriculo. *Op. Met. 10, 587.* passu volat alite virgo. *Virg. G. 3, 107.* volat vi fervidus axis. *Id. A. 5, 819.* per summa levis volat aequora curru; et *ib. 7, 808.* Illa vel intactae segetis per summa volaret Gramina, nec tenebras cursu laesisset aristas; et *ib. 12, 650.* medios volat ecce per hostes Vectus equo spumante Saces. *Val. Fl. 6, 631.* Ille volat campis, immensaque funera miscet. *Op. Her. 6, 65.* Ultimus e sociis sacram conscendis in Argo: Illa volat. *Val. Fl. 1, 741.* volat ille mari, *h. e.* celeriter navigat. *Catull. 4, 4.* Phaselus palmulis, sive linteo volat. *Hor. Epod. 16, 40.* Etrusca praeter et volate litora. P. Cum infinito. *Val. Fl. 4, 407.* Ast Erebi virgo ditem volat aethere Memphis Praecipere, et Pharia venientem pellere terra. P. Illa quoque commode translata sunt. *Cic. Att. 2, 19. med.* Litterae Capuam ad Pompejum volare dicebantur, *h. e.* crebro et cito perferri. *Petr. Sat. 137. extr.* Volabant inter haec potiones meracae, *h. e.* crebra circumferbantur pocula. *Cic. Tusc. 1, 31. med.* Veniet tempus, et quidem celeriter: volat enim aetas. *Sen. Hipp. 1141.* Volat ambiguus mobilis alis hora. *Virg. A. 3, 121.* Fama volat, pulsum regnis cessisse paternis Idomeneae ducem. *Hor. Ep. 1, 18, 71.* Et semel emissum volat irrevocabile verbum.

VOLO, vis, volui, a. anom. *βόλομαι*, *τέλω*, voluntas mihi est, opto, studeo. V. etymon verbi in VOLTUMNA. *Cic. Q. Fr. 3, 8. med.* Velit, nolit, scire difficile est; et *Plin. Pan. 20.* Praeterea futuri principes, velint, nolint, sciunt, etc. et *Cic. Cluent. 66. med.* Nihil est enim mali, quod illa non ab initio filio voluerit, optaverit, cogitaverit, effecerit. *Tibull. 4, 13, 21.* Jam faciam quodcumque voles: tuus usque manebo. *Juven. 6, 222.* Hoc volo, sic jubeo: sit pro ratione voluntas. *Pl. As. 1, 2, 25.* Hic ante ostium meo modo loquar, quae volam. *Cic. Lig. 4. med.* Qui cum a te nemini ignosci vellent, impedirent clementiam tuam. *Id. Att. 14, 7.* Volo mense Quintili in Graeciam: subaudi proficisci. *Id. Brut. 56.* Idem Stoicus esse voluit: orator nec studuit unquam, nec fuit; et *fragm. ap. Macr. Sat. 6, 4.* Visne ea, quae restant, in illis aliorum umbraculis prosequamur? *Id. Brut. 84.* Volo, hoc oratori contingat, ut, etc. *Catull. 61, 216.* Torquatus, volo, parvulus Matris e gremio suae Dulce rideat ad patrem. *Virg. Ecl. 3, 28.* Vis ergo, inter nos, quid possit uterque, vicissim Experiamur? *Ter. Eun. 5, 9, 24.* Quid vis faciam? *Cic. Vatin. 7.* Volo, uti mihi respondeas, num, etc. P. *Te volo* interdum est volo te convenire, tecum colloqui. *Pl. Capt. 5, 2, 24.* Philocrates, per tuum te ingenium obsecro, exi te volo. *Ter. Andr. 1, 1, 2.* Sosia adesdum: paucis te volo; et *5, 3, 1.* Quis me vult? *Cicero* integre locutus est *Att. 10, 16. med.* Centuriones trium cohortium me velle postredie convenire. Alii tamen plerique v. *convenire* omittunt. P. *Si quid me vis*, si quid me vis facere, si aliquid a me vis. *Pl. Aut. 2, 2, 32.* Redeo ad te, Megadore, si quid me vis. *Id. Asin. 1, 1, 75.* Nunc verba in pauca conferam, quid te velim. *Cic. B. G. 1, 24.* Si quid ille se velit, illum ad se venire oportere. *Ter. Andr. 1, 1, 18.* Quin tu uno verbo dic, quid est, quod me velis. P. *Velim* frequenter pro *vellem*, aut *volo* ponitur. *Cic. Fam. 15, 3. f.* Tu, velim, ut consuisti, nos absentes diligas, et defendas. *Pl. Truc. 2, 5, 28.* Nunc ecaster, ut veniret miles, velim. P. *Volo*, bene cupio, opto, *desidero*: praesertim cum tua, aut *ejus causa* additur. *Cic. Manil. 16. f.* Quod ut illi proprium ac perpetuum sit, cum communis salutis, tum ipsius hominis causa velle et optare debetis. *Id. Fam. 12, 19.* Eam rem tibi volo bene, et feliciter evenire; et *ib. 13, 22.* Varro magnopere ejus causa vult omnia; et *ib. 16, 17. extr.* Cuspis quod operam dedisti, valde gratum est. Valde enim ejus causa volo; et *ib. 13, 71.* Etsi omnium causa, quos commendo, velle debeo, tamen cum omnibus non eadem mihi causa est. *Sen. Ben. 6, 11. f.* Et volam illi aliquid praestare: nam et ille voluit mihi. P. *Bene aut male alicui velle*, bona aut mala cupere, amare aut odisse. *Ter. Heaut. 5, 2, 6.* Tibi bene ex animo volo. *Pl. Ps. 1, 3, 4.* Jamdiu ego huic, et hic mihi volumus bene, et amicitia est antiqua. *Id. Trin. 2, 4, 36.* Quid agit filius? *Phil.* bene vult tibi. *Stas.* Nequam illud verbum est, bene vult, nisi qui bene facit. *Id. As. 5, 1, 13.* Utinam male qui mihi volunt, sic rideant. *Petr. fragm. Tragur. 38. Burm. med.* Est tamen sub alapa, et non sibi male vult, i. e. genio indulget. P. *Factum volo*, cupio feliciter evenire. *Ter. Ad. 5, 7, 19.* Dii tibi bene faciant, cum te video nostrae familiae tam ex animo factum velle. *Gell. 7, 3. med.* Cum et utiles essent, et vellent re-

gi esse factum. *Pl. As. 3, 3, 94.* Da mihi istas viginti minas. *Lib. videbitur: factum volo.* P. *Vellem*, et *velim* quae velles, formula qua significamus aegre esse nobis, quod alteri male sit, et optare, ut feliciter ei succedat. *Id. Most. 3, 2, 53.* Velim, ut velles, Tranio. *Sen. ep. 67. f.* Aspice M. Catonem sacro illi pectori purissimas manus admoventem, et vulnera parum demissa laxantem; utrum illi dicturus es, Vellem quae velles; et, Molesto fero; an, Feliciter quod agis. P. *Quam vellem!* aut *velim!* magnopere optantis. *Ter. Ad. 4, 1, 16.* Vah, quam vellem etiam noctu amicis operam mos esset dari! Ubi *Donatus*: Proprie dicimus in his, quae non videmus fieri. *Cic. Att. 14, 15. extr.* Quam velim, Bruto persuadeas, ut Asturae sit! *Id. Fin. 3, 3.* Quam vellem, te ad Stoicos inclinavisses! P. *Ut volo*, ex mei animi sententia, ex voto. *Cic. Off. 1, 20. extr.* Libertatis proprium est, sic vivere, ut velis. *Pers. 5, 84.* licet, ut volo, vivere, non sim Liberior Bruto? *Cic. Att. 6, 7.* Confido rem, ut volumus, esse. *Ter. Andr. 4, 5, 10.* Ut quimus, quando, ut volumus, non licet. *Pl. Most. 3, 2, 47.* Nos profecto probe, ut volumus, vivimus. P. *Ad velle* pro cupere pertinent etiam illa, quibus impetus quidam volendi, et ardentem optandi significatur. *Virg. A. 7, 340.* Arma velit, poscatque simul, rapiatque juvenus. *Val. Fl. 1, 67.* nunc acrii plantaria vellet Perseos. *Stat. Th. 3, 664.* Ne mihi tunc, moneo, lituos atque arma volenti Obvius ire pares. *Sil. 13, 318.* Ne flammam taedasque velint. P. *Velle alicui aliquid*, cupere, aut parare. *Stat. Th. 11, 509.* Hasta subit velox equitis femur inter equique Iliā, letum utriusque volens. Adde *Cic. Cluent. supra* allatum. P. *Velle*, optare, cupere, idem fere sunt: cupere tamen aliquid plus valet, nempe praeter voluntatem, conatum etiam et operam. *Op. Pont. 3, 1, 34.* Invenies, vere si reperire velis. Velle parum est: cupias, ut re potiaris, oportet: Et faciat somnos haec tibi cura leves. Velle reor multos, quis enim mihi tam sit iniquus, Optet ut exsilium pace carere meum? P. *Quid sibi vult*, quid significat. *Cic. Leg. 3, 14. extr.* Nec satis intellexi, quid sibi lex, aut quid verba ista vellent. *Id. Verr. 2, 2, 61.* Quid ergo illae sibi statuæ equestres inauratae volunt? P. Alio sensu. *Ter. Andr. 2, 3, 1.* Quid sibi vult pater? cur simulat? *h. e.* quid parat, molitur, quaerit? P. Interdum *velle* redundat, sed cum quadam elegantia. *Tibull. 1, 5, 50.* Et manibus canas fingere velle comas. *Id. 3, 4, 4.* Desinite in vobis quaerere verbi fidem. *Op. Fast. 2, 262.* et audes Fatidicum verbis fallere Deum? et *Am. 1, 4, 38.* Oscula praecipue nulla dedisse velis. *Caedr. 1, 29.* et quaerit, cur sic mentiri velit. *Pho R. R. 5.* Villicus ne quid emissae velit insciente domino, neu quid dominum celavisse velit. *Petr. Sat. 98.* Si Gitonem tuum amas, incipe velle servare. P. *Velle* dicitur populus, cum leges sibi latas probat: itaque sic rogatur: *Velitis, jubeatis, Quirites?* *Liv. 38, 54.* Velitis, jubeatis, Quirites, quae pecunia capta, ablata est, uti de ea re Ser. Sulpicius praetor Urbis ad senatum referat, etc.? Adde *21, 19., 22, 10., 31, 6., Cic. Dom. 17. et Pis. 29.* P. *Velle* saepe loco substantivi nominis adhibetur, addito pronome possessivo, apud sequiores praesertim aevi scriptores, unde Itali suum *il volere* nunc habent. *August. de divers. quaest. 1, 10.* Nihil valet velle nostrum, nisi, ut perticiamus, adjuvet Deus. [*Auct. Itin. Alex. M. (ed. A. Maio) 1.* Meum velle id exigit. *F.*] P. *Volim* pro *velim* proferebant antiqui. Cicero in II. de natura Deorum: Quo facilius id, quod docere volumus, intelligi possit. Haec *Prisc. 9, 848.* Locus autem *Cicer.* est *c. 32.* ubi nunc plerique omnes leg. *volumus*, quidam *velimus*. P. Etiam *volt*, et *voltis* pro *vult*; et *vultis* dixerunt: et legitur ap. *Plaut.* et alios saepe. Ejusdem generis sunt *volgus, volnus, Volcanus, volsus, volus*, etc., in quibus e duabus u illa, quae est vocalis, in o mutatur: itaque legitur in MSS etiam *Horatii, Virgillii*, etc., et in quibusd. *Lapidib. Quint. 1, 7. med.* Nostri praepceptores *cervom, sertomque, u et o* litteris scripserunt, etc. nunc u gemina scribuntur. P. Part. *Volens* V. supra s. l.

*VOLOGESOCERTA, ae, Babyloniae urbs, a Vologeso Parthorum rege condita. *Plin. 6, 26.* P. *Vologessia* audit *Ammian. 23, 20.* Hodiernum nomen *Nemrut. B. A.*

*VOLOGESUS, i, m. Parthorum rex, Vononis filius. *Sucton. Ner. 57. Vesp. 6. et Domit. 2. Plin. 6, 26.* P. *Vologeses* audit *Tac. A. 12, 14, 44, 50,* etc. *B. A.*

VOLONES, um, m. plur. servi Romanorum, qui post Cannensem cladem voluntarie militiam susceperunt: a *volendo*. *Macr. Sat. 1, 11. med.* Bello Punico, cum deessent qui scriberentur, servi pro dominis pugnatos se polliciti, in civitatem recepti sunt, et volones, quia sponte hoc voluerunt, appellati. *Fest.* Volones dicti sunt milites, qui post Cannensem cladem, usque ad octo millia, cum essent servi, voluntarie se ad militiam obtulerunt. *Liv. 23, 35.* Ut tirones (ea maxima pars volonum erat) discerent signa sequi. *V. eund. 22, 57. f. et Macr. l. c.* ubi et aliarum nationum exempla refert, quae

volonum opera in bello usae sunt. V. *Capitol. l. c.* in VOLUNTARIUS.

VOLPES. V. VULPES.

VOLSCE, adv. Volscorum more. *Titin. ap. Fest.* in *Oscum*: Osce, et Volsce fabulantur: nam Latine nesciunt.

VOLSCEI, orum, m. plur. pop. Latii, ubi hodie pars Orientalis Campaniae Romanae. Ab Occ. habebant Rutulos, et Latinos; ab Or. Samnites et Campanos; a Sept. Aequos, Hernicos, et Marsos; a Mer. mare Tyrrhenum. Eorum caput fuit Anxur, sive Terracina. *Virg. G. 2, 168.* Assuetumque malo Ligurum, Volscosque verutos. *P. Adj. Id. A. 7, 803.* Volscia de gente Camilla. *Liv. 10, 1.* Volscus ager.

VOLSCINUS. V. VULCINUS.

VOLSELLA et Vulsella, ae, f. *τοξολαβίς*, instrumentum pilis et corpore radicitus evellendis idoneum: item ad varios chirurgorum usus: a supino *volsum* aut *vulsium* verbi *vello*. *Mart. 9, 28.* Purgentque saevae cana labra volsellae. *Adde Pl. Curc. 4, 4, 21.* De chirurgis. *Cels. 7, 12, n. 1.* Specillo conquirenda est testa, quae recessit, et volsella protractenda est; et 6, 18, n. 3. Orae cutis volsella protractenda est, tum quiddam corruptum est, excidendum. *P. Translate. Farr. L. L. 8, 26.* Pugnae volsellis, non gladio, h. e. leviter, et parum damni inferendo.

VOLSGRAM, avem, quae se vellit: augures hanc eandem fecilitram appellant. *Festus.* Alii pro *fecilitram* leg. *fulcitram* a *fulica*.

VOLSINIENSIS et Vulsiniensis, e, adj. ad Volsinios, aut Vulsinios pertinens, quod est oppidum Etruriae, nunc *Bolsena*, ad radices collis, in via, quae Romam Etruriam ducit: ubi primum inventas esse molas versatiles *Plin. scribit 36, 18, 29.* Hinc Volsiniensis ager, *Liv. 5, 32, provincia, ib.* Et Vulsiniensis lacus, qui ad illud oppidum est, *lago di Bolsena*, figura fere rotunda, circuitu M. pass. circiter XXII., in quo et duae insulae sunt, Martana, et Bisentina. *Plin. 36, 22, 49, et Colum. 8, 16.* P. Oppidi mentio fit ab *ead. Plin. 2, 52, 53, et ib. 53, 54, Liv. 10, 37, et 27, 23, et Juven. 3, 191.* P. *Volsinienses, ium*, ejus oppidi cives. *Li. l. c. et 7, 3, et Plin. 3, 5, 8.*

VOLSUS. V. VULSUS.

[VOLTA, ae, f. ignoti monstri nomen ap. *Plin. 2, 53, 54.* Vetus fama Etruriae est, impetratum fulmen, Volsinios urbem, agris depopulatis, subeunte monstro, quod vocavere voltam. *Volam* Tusci terram vocabant, inde *volta* fortasse terrigena est bella. V. VOLATICA. F.]

VOLTINIA seu Volsinia, ae, f. tribus Romana, una ex rusticis: quo loco constituta fuerit, et a quo dicta, ignoratur ab eruditiss. Qui *Volsinia* legunt, putant appellatam a Volsinio oppido. Ejus meminit *Cic. Planc. 16, et 17, Inscr. ap. Grut. 418, 3, 1.* Helvio L. Filio Voltin. Frugi, etc. *Alia ap. eund. 48, 11, P. Apulejus P. F. Vol. Paternus, etc.*

VOLTINIENSES, ium, m. plur. cives tribus Voltiniae. *Cic. Planc. 17.*

VOLTUM. V. VULTUS.

VOLTUMNA aut Volturnae Fanum, locus Etruriae apud Ciminum montem, prope recentiore urbem, quae nunc *Viterbo* appellatur. Sunt qui Massam esse velint, urbem in Senensi ditone, inter Senas et Populoniam. [Vox autem videtur esse a verbo *βολύμαι*, vel antiquiore *βόλω*, unde Latinorum *volo*; hinc *ὁ βολεῖς* pro *βουλευτής*, consultor, unde Etruscae contractum in *vultu* seu *voltu* cum terminatione *ma* ex Dorico *μαῖνα* pro *εἶνα*, esse, ut in *Pilumnus, Pilumnus, Vertumnus*: eo quod, ut narrat *Liv. 4, 23, 25, et 61, ad Voltumnae fanum duodecim omnis Etruriae populorum indicii soleret de rebus publicis consultandis concilium. F.]*

VOLTURNUS. V. VULTURNUS.

VOLVA, ae, f. *χολῶν*, involucrem fetus in utero, seu vulva: a *volvendo*. *Varr. R. R. 2, 1, med.* Dicuntur agni chordi, qui post tempus nascuntur, ac remanserunt in volvis intimis: vocant *χολῶν*: a quo chordi appellati. *P. Item involucrem fungorum, quale est album illud, quo boleti integuntur. Plin. 22, 22, 46.* *Volvam* terra prius gignit, ipsum (*boletum*) postea in volva, ceu in ovo est luteum. *P. et quorundam pomorum. Scrib. Comp. 104, f. Feloides, volva pomorum, sorba, mala orbiculata, etc. Rhodius in Lex. adscribit, a quibusdam putari esse pomi medium, ubi semina continentur: ab aliis pro *volva pomorum* legi *volema*.*

*VOLUBILE, is, oppidum Mauritaniae Tingitanae. *Plin. 5, 1.* *P. Volubilis* audit *Melae 3, 10, et Anton Itin. B. A.*

VOLUBILIS, e, adj. *εὐρόροφος, ἐλαφροφος, ἑλακός*, qui facile volvitur, fluit, et circumagitur. *Virg. A. 7, 382.* Impubesque manus mirata volubile buxum, h. e. trochum. *Cic. Univ. 6, f. et Lucan. 6, 447.* Volubile coelum. *Prud. Cath. praef. 3.* Sol volubilis. *Cic. N. D. 2, 17, med.* Volubilis et rotundus Deus. *Or. Met. 3, 41, de angue; Ille volubilibus squamosos nexibus orbes Torquet, et immensos saltu sinuatur in arcus. Plin. 11, 23, 27, de bombycibus. Lanuginem foliorum ab his cogi: postea apprehensam corpori involvi nido volubili, h. e. ovalis*

figurae, et facilis volvendo. *Lucr. 3, 190.* movetur aqua et tantillo momine fluctuat, Quippe volubilibus, parvisque creata figuris; et 2, 454. Et procurus item in proclive volubilis exstat. *Hor. Ep. 1, 2, 42.* annis Labitur, et labetur in omne volubilis aevum. *Or. Her. 20, 209, et 10, Met. 667.* Aurum volubile, h. e. malum aureum. *Plin. 37, 3, 11, n. 2.* de electro: In litora expellitur, ita volubile, ut pendere videatur. *Appul. Met. 2.* Pila volubilis. *Arnob. 5, 169.* Volubiles rotulae. *P. Translate. Cic. Mil. 26.* Vide, quam sit varia commutabilisque ratio, quam vaga volubilibus fortuna. *Plin. ep. 4, 24.* Quod potest esse documento, nihil desperare, nulli rei fidere: cum videamus tot varietates tam volubili orbe circumagi. *P. Oratio volubilis est copiosa, fusa, concitata, et simul facile fluens. Cic. Brut. 28.* Appii Claudii volubilis, sed paulo fervidior erat oratio. *Auct. ad Her. 3, 14.* Cum contendere oportebit, vocem quoque adaugere, et celeriter cum clamore verba conficere, ut vim volubilem orationis vociferatio consequi possit. *Gell. 11, 13.* Cursus hic, et sonus rotundae volubilibus sententiae eximie nos et unico delectabat. *P. Volubilis is quoque dicitur, qui tali oratione utitur. Cic. Brut. 27.* Canorum oratore et volubilem, et satis acrem, atque eundem et vehementem, et valde dulcem, et perfactum esse dicebat. *Id. Flacc. 20, f.* Cum se homo volubilis quadam praecipiti celeritate dicendi illa oratione jactaret. *Id. fr. ap. Prisc. 3, 617.* Et enim est ad Lucii Crassi eloquentiam gravis, et vehemens, et volubilis.

VOLUBILITAS, atis, f. *εὐρόροφία, τὸ εὐρόροφον*, aptitudo ad volvendum, facilitas, qua aliquid movetur. *Cic. N. D. 2, 19.* Mundi volubilitas, quae nisi in globosa forma esse non posset. [**Id. Univ. 10.* Deus coelum ad volubilitatem retundavit.] *P. Item rotunda, aut ovalis figura, qua aliquid volubile est. Or. Fast. 6, 269.* Terra pilae similis, nullo fulcimine nixa, Aere subjecto tam grave pendet onus. Ipsa volubilitas libratum sustinet orbem. *Id. Met. 12, 433.* Phonolentem a summo vertice fregit: Fracta volubilitas capitis latissima. *Cic. Fat. 19.* Qui protulit cylindrum, dedit ei principium motionis, volubilitatem autem non dedit. *P. Translate* sumitur pro inconstantia. *Id. Div. 2, 6.* Quomodo ergo id, quod temere fit, caeco casu, et volubilitate fortunae, praesentiri et praedici potest! *P. Item pro promptitudine dicendi cum verborum copia conjuncta. Id. Planc. 25, med.* Virtus, probitas, integritas in candidato, non linguae volubilitas, non ars, non scientia requiritur. *Id. Or. 1, 5.* Verborum volubilitas, h. e. copia, apta connexio, et facilitas. *Plin. ep. 5, 20.* Mos est plerisque Graecorum, ut illis sit pro copia (*rerum*) volubilitas: tam longas, tamque frigidis periodos uno spiritu, tanquam torrente, contorquent. *Quint. 10, 1.* Nobis copia (*verborum*) cum judicio paranda est, vim orandi, non circulatoriam volubilitatem spectantibus.

VOLUBILITER, adv. *εὐρόροφως*, cum volubilitate, varie, copiose, et facile. *Cic. Or. 62.* Saepe etiam in amplificanda re, concessu omnium, funditur numero et volubilitate oratio. [**Ergiesst sich die Rede in Schwingung und rhythmischen Wohlklang. Schütz. cl. Cic. s. h. v.*]

VOLUCER, cris, cre, adj. *πειρώς, περώεις*, volans, volatilis: et proprie de alatis dicitur: a *volo*, as. *Cic. N. D. 1, 36, med.* Volucres angues ex vastitate Libyae vento Africo invecetae. *Id. Tusc. 5, 13.* Alias bestias nantes aquarum incolas natura esse voluit: alias volucres coelo frui libero. *Or. Met. 7, 770.* volucris non segnius alite ludit. *Tibull. 4, 1, 209.* Sive ego per liquidum volucris vehar aera penna. *Stat. Theb. 2, 55.* Volucer Deus, h. e. Mercurius, de quo *Or. Fast. 5, 88.* Aetherium volucris qui pede carpit iter. *Or. Met. 5, 301.* Volucris turba, h. e. aves. *Varr. R. R. 3, 16, med.* Meum erat, eas novisse volucres, etc. h. e. apris. *Prop. 1, 20, 30.* Volucres insidiae, h. e. quae tendebant Hylae Zethes et Caleis Boreae filii alati. *P. De iis quae alata non sunt, et per aera feruntur. Virg. G. 2, 217.* tenuem exhalat nebulam, fumosque volucres. *Id. A. 5, 242.* Noto citius, volucrique sagitta; et *ib. 544.* volucris arundo, h. e. sagitta; quae ab *Or.* dicitur *Trist. 3, 10, 64, et a Plin. 34, 14, 39.* voluere ferrum. *Virg. A. 11, 795.* Volucres aurae. *Or. Am. 2, 11, 33, procellae.* *P. Univerisim velox, citus. Virg. A. 1, 321.* volucrumque fuga praeventitur Hebrum. *Mart. Spect. 15.* Et volucrum longo porrexit vulnere pardum. *Or. Met. 2, 154.* Volucres equi; et *ib. 7, 460.* volucris freta classe pererrat. *Virg. A. 2, 794.* Par levibus ventis, volucrique simillima somno. *Hor. Od. 1, 34, 7.* per purum tonantes Egit equos, volucrumque currum. *Id. ib. 3, 28, 6.* Volucris dies. *Cic. Div. 1, 12.* Astrorum volucres motus. *Id. Quint. 25, f.* O nuntium volucrum! Administris Sex. Naevii Roma trans Alpes biduo veniant. *Id. Planc. 23, f.* Nihil est tam voluere, quam maledictum: nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur, nihil latius dissipatur. *Id. Sull. 33.* O falsam spem! o volucrum fortunam! *Or. Her. 17, 207.* Non ita contemno volucris praeconia Famae. *Auct. dial. de Or. 9, med.* Volucris gaudium. *P. Volucer* in femin.

gen. *Petr. Sat. 123, med.* Interea volucer motis conterrita pennis Fama volat. V. ACER. *P. Volucris* in recto masculino. *Sil. 10, 471.* cum rapta volucris Transigeret cursu sonipes certamina campi. Est qui leg. *volucris*. *P. Volucris*, absolute, avis, *ὄρνις*. Quomodo ab *ales* et *avis* differat, in his vobis dictum est. Aliquando usurpatur in masc. gen., saepius in feminino. *Cic. vertens Homeri locum. Div. 2, 30.* Hunc ubi tam teneros volucres matremque peremit, etc. *Id. Or. 2, 6.* Volucres videmus procreationis atque utilitatis suae causa construere nidos. *Or. Met. 13, 607.* Et primo similis volucris, mox vera volucris. *Id. Met. 15, 385, et Med. fac. 33.* Junonia volucris, h. e. pavo. *Suet. Aug. 13.* Suppliciter sepulturam precanti respondisse dicitur jam istam in volucrum fore potestatem, h. e. vulturum. *Sic Propert. 2, 16, 31.* Tityi volucres; et *ib. 5.* Attica volucris funesta, h. e. Philomela, vel Progne. *Mart. 13, 45.* Libyca, h. e. gallina Africana, seu Numidica: quam *Petr.* dicit *Sat. 93.* Afram volucrum. *Stat. Silv. 5, 3, 82.* Tyrrhenae volucres, h. e. Sirenes. *Sic Coripp. Laud. Just. 1, 199.* Exactam primi noctem sensere volucres, Et laetum cecinere diem. *Lucan. 6, 129.* Tot simul e campis Latiae fulsere volucres, h. e. aquilae, signa legionum. *Sil. 14, 22.* Et matutini cantus volucrum. *P. Volucer* fuit nomen proprium equi, a velocitate fortasse illi inditum, quem praecipue dilexit L. Verus Aug. *Capitol. Ver. 6.* Volucris, equo Prasino, aureum, simulacrum fecerat, quod secum portabat, etc., cui mortuo sepulcrum in Vaticano fecit. *P. Etiam calicem eodem nomine in vaticano equi honorem nuncupavit idem Augustus. Id. ib. 10.* Habuit inter alium luxuriae apparatus calicem crystallinum nomine Volucrum, ex ejus equi nomine, quem dilexit, humanae potionis modum supergressum. *P. In genit plur. etiam volucrum dicitur. Dixit enim Cic. de Finib., item Fabian. natural. causar. l. 2, et 3, teste Charis. 1, 119.*

VOLUCRA, ae, f. genus animalis, quod aliis nominibus *volvo*, *convolvulus*, *involvulus* vocatur: a *volvendo*. V. CONVULVULUS. *Colum. Arb. 15.* Genus est animalis, volucra appellatur: id fere praerodit teneros adhuc pampinos, et uvae; quod ne fiat, falces, quibus vineam putaveris, peracta putatione sanguine ursino linito; vel, si pellem fibri habueris, in ipsa putatione, quoties falcem acueris, ea pelle aciem detergit. *P. De eodem insecti genere loqui videtur. Id. 10, 332.* Ex quibus (*imbribus pestiferis*) infestae Baccho, glaucisque salictis Nascuntur volucres; scil. volucrae, quae vitibus infestae, et *cerambyces moschati*, ut appellantur ab *Hist. natural. scriptoribus*, qui circa salicta versari solent.

VOLUCRIPES, edis, adj. omni gen. qui, vel quae volucris pede est, velox, celer. *Auson. ep. 21, 14.* Fer hanc salutem praepes, et volucris Paulini ad usque moenia. *Adde Sidon. ep. 9, 15, in carmine.*

VOLUCRIS. V. VOLUCER.

[VOLUCRITAS, atis, f. volubilitas volucrum propria. *Fulg. Myth. 2, 9.* Philosophi vulturem in modum mundi posuerunt, quod mundus et celeri quadam volucritate versetur, et cadaverum nascentium, occidentiumque perennitate depascitur. F.]

VOLUCRITER, adv. velociter. *Ammian. 17, 1, f.* Volucriter congregati. *Id. 29, 1, med.* Nocentes innocentesque maligna insectatione volucriter perurgebat.

VOLVENS, entis, part. a *volvo*, *διώδω*. *Virg. A. 1, 238.* Certe hinc Romanos olim volventibus annis, etc. h. e. vertentibus, se volventibus, et perpetuo cursu serieque succedentibus. *Id. G. 2, 295.* de aesculo: multosque per annos Multa virum volvens durando saecula vincit, h. e. temporis cursu se velut circumagens, et veluti cum eo se volvens. *Id. ib. 1, 163.* Tardaue Eleusinae matris volventia plaustra, h. e. se volventia. *Sic Id. A. 10, 362.* saxa rotantia late Impulerat torrens, h. e. quae rotantur.

VOLUMEN, inis, n. *εἰλις, στρογγίς*, quiddam in gyrum volvitur, flectitur, et simul procedit. *Virg. A. 2, 208.* de anguib. sinuantque immensa volumine terga; et *ib. 5, 84.* adytis cum lubricis anguis ab imis Septem ingens gyros, septena volumina traxit; et *ib. 11, 753.* Saucius at serpens sinuosa volumina versat. *Id. G. 3, 191.* de equo: Carpere mox gyrum incipiat, gradibusque sonare Compositis, sinuetque alterna volumina crurum. *Id. A. 5, 407.* de caestib. et pondus, et ipsa Huc illuc vinculorum immensa volumina versat. *Or. Met. 13, 601.* nigricque volumina fumi Infecere diem. *Lucan. 3, 505.* nigri spatiosa volumina fumi. *Id. 5, 565.* longo per multa volumina tractu Aestuat unda minax. *P. De circumactu sphaerarum coelestium. Or. Met. 2, 71.* assidua rapitur vertigine coelum, Sideraque alta trahit, celerique volumine versat. *P. Translate. Plin. 7, 45, 46.* In divo quoque Augusto magna sortis humanae reperitur volumina, h. e. varii casus, et volubilitas fortunae. *P. Saepe volumen* est opus scriptum, syntagma, liber, *βιβλίον*, quia antiqui libros, id est cortices arborum, membranas, et hujusmodi, in quarum altera tantum parte fere scribe-

bant, quo commodius ferrent, convolvere solebant ad cylindri similitudinem, et umbilicis ornare. V. UMBILICUS, et Tib. 3, 1, 9. et sqq. Hinc dicimus *libros evolvere*, h. e. convolutos explicare lectitandi gratia. Cic. Att. 10, 10. Evolvere volumem epistolae tuarum, quod ego sub signo habeo, servoque diligentissime. Erat igitur in ea, quam X cal. Februar. dederas, hoc modo, etc. *Volumen* dicitur, non quia singulae epistolae involutae clauderentur (haec enim plicabantur), sed quia multae cum essent, unum quasi corpus et librum simul compactae convolutaeque conficerent. Plin. 13, 11, 21. Publica monumenta plumbeis voluminibus, mox et privata linteis confici coepta, aut ceris, h. e. laminis plumbeis inscriptis, et convolutis. Plin. jun. ep. 3, 18. *volumen* appellat Panegyricum suum ad Trajanum. Adde Hor. Ep. 2, 1, 26., Tibull. 4, 1, 34., Prop. 2, 1, 6., Mart. 5, 78. Hinc illa ap. Plin. 14, 22, 28. Edere volumem de aliqua re; et 25, 1, 3. componere; et 6, 17, 20. condere; et 18, 7, 15. dicere laudibus pisaniae; et 12, 14; 31. scribere ad aliquem. P Quos dicimus *libros*, h. e. partes, in quas opus aliquod dividitur, saepius *volumina* appellantur, quam *libri*. Plin. ep. 3, 5. Libri studiosi tres in sex volumina propter amplitudinem divisi. Ov. Trist. 3, 14, 19. Sunt quoque mutatae ter quinque volumina formae. Rut. Itin. 2, 1. Nondum longus erat, nec multa volumina passus, Jure suo poterat longior esse liber. Just. 1, 10. extr. Post haec Darius bellum Scythis infert, quod sequenti volumine referetur. Colum. 3, 21. f. Superest, ut praecipiamus cultus vinearum: de quibus sequenti volumine pluribus disseremus. Plin. 6, 29, 34. Haec est regio secundo volumine a nobis significata. Sic Vitruv. 7. praef. extr. Sexto volumine privatorum aedificiorum rationes perscripsi. Quint. 9, 4. f. Finem imponere egresso destinatum modum volumini festino. Adde Cels. 7. praef. extr. P Interdum *volumen* est totum ipsum opus, quod in libros dividitur. Ulp. Dig. 32, 1, 50. Si cui centum libri sint legati, centum volumina ei dabimus, non centum, quae quis ingenio suo metitus est: ut puta cum haberet Homerum totum in uno volumine, non quadraginta octo libros computamus, sed universum Homeri volumem pro libro accipiendum est. Nep. praef. f. Plura persequi magnitudo voluminis prohibet: quare in hoc exponemus libro vitas excellentium imperatorum. Plin. 3, 5, 9. Theophrastus in eo volumine, quod scripsit, etc. h. e. in opere de histor. plantar. quod in decem libros distribuitur. Suet. Gr. 2. Naevii Punicum bellum, quod unico volumine, et continenti scriptura expositum divisit in septem libros.

VOLUMINOSUS, a, um, adj. Sidon. carn. 9, 76. Angues corporibus voluminosus.

*VOLUMNIA, ae, f. uxor Coriolani. Liv. 2, 40. P Volumnia, liberta Volumnii Eutrapeli, mimico nomine Cytheris. Cic. Phil. 2, 24. P Volumniae ejusdam mentio facta apud eund. Fam. 14, 16. quem ad locum sic Ernestus: Non facile dixerim, utrum senatoris Volumnii, quocum magnus usus Ciceroni fuit, soror aut filia, an nota illa liberta fuerit. B. A.

VOLUMNIANUS, a, um, adj. ad Volumnium, *Ὀυλοῦντιον*, pertinens, nomen propr. R. civis; ut Volumniani exercitus, ap. Liv. 10, 21. h. e. a. L. Volumnio ann. U. C. CCCCLVIII. iterum consule ductus.

VOLUMNUS, i, m. et Volumna, ae, f. Deus, et Dea Tuscorum, et Romanorum, quibus commendabantur nascentes, ut bona vellent, ap. August. C. D. 4, 21. Meminit et Varro ap. Non. 4, 335., ubi *Volumnus* legitur.

VOLUNTARIE, adv. *ἐκ ἑωυτοῦ*, *ἐκ ἑωυτοῦ*, sponte, animo libenti, non coacto. Arnob. 2, 74. Ut nihil intersit, voluntarie venerint, an illius obtemperaverint jussioni. Hyg. fab. 41. Voluntarie se ad Minotaurum pollicitus est ire.

VOLUNTARIUS, a, um, adj. *ἐκ ἑωυτοῦ*, *ἐκ ἑωυτοῦ*, *ἀν-ῶματος*, qui sponte agit, ut *militis voluntarii*, qui sponte nomina dant, *auxilia voluntaria*, quae sponte dantur, *mors voluntaria*, quae sponte eligitur. Caes. B. G. 5, 54. Neque sic voluntariorum copias defore, si ex finibus suis progredi coepisset. Capitol. M. Aurel. 21. Servos, quemadmodum bello Punico factum fuerat, ad militiam paravit, quos voluntarios, exemplo volonum, appellavit. Inscr. apud Mur. 1101, 1. Trib. Milit. Coh. XXXII. voluntariorum. Cic. Fam. 7, 3. med. Aut capiendus tanquam exsilio locus, aut consiscenda mors voluntaria. Id. Fam. 15, 4. Et populorum liberorum, regumque sociorum auxilia voluntaria comparavissim. Liv. 1, 59. Feroicissimus quisque juvenum cum armis voluntarius adest. Cic. Sext. 1. Eos, qui omnia divina et humana violant, non solum alacres laetosque volitare, sed etiam voluntarios optimis civibus periculum moliri, h. e. ipsos ultro; et Phil. 13, 13. Est Asinius quidam, senator voluntarius, lectus ipse a se; et Brut. 4. extr. Voluntarius procurator, h. e. qui ultro se praebet. Petr. Sat. 107. Voluntaria lex, h. e. quam sibi aliquis sponte imposuit. Just. 5, 7. Atheniensium civitates voluntarias recepit, h. e., ut ait Tac. H. 2, 45.,

voluntaria deditio. Id. Just. 2, 8. Voluntariis verberibus domi affectus. Tac. G. 24. Voluntariam servitutem adire. Val. Max. 1, 8. n. 3. Nec minus voluntarius Junonis in urbem nostram transitus. Auct. dial. de Or. 41. Voluntariae accusationes. Mart. Dig. 1, 16, 2. Jurisdictio voluntaria, h. e. quae in volentes exercetur, et contentiosae opponitur. P Per catachresim ponitur pro naturali, ut *herba voluntaria*, quae sua sponte nascitur, cui *sativa* opponitur. Plin. 20, 22, 90. de serpyllo: Sativum non serpit, sed ad palmi altitudinem increscit. Pinguis voluntarium, et candidioribus foliis.

VOLUNTAS, atis, f. *βουλῆ*, *θέλημα*, facultas, seu potentia, qua animus hominis bonum eligit atque amplectitur. Cic. Tus. 4, 6. Natura enim omnes ea, quae bona videntur, sequuntur, fugiuntque contraria. Quamobrem simul objecta species ejuspiam est, quod bonum videatur, ad id adipiscendum impellit ipsa natura, id cum constanter prudenterque sit, ejusmodi appetitionem Stoici *βούλησιν* appellant, nos appellamus voluntatem: eam illi putant in solo esse sapiente, quam sic definiunt: Voluntas est, quae quid cum ratione desiderat. Quae autem adversus rationem incitata est vehementius, ea libido est, vel cupiditas effrenata, quae in omnibus stultis invenitur. Hactenus Cicero. Id. Fam. 1, 8. Veruntamen ipse me conformo ad ejus voluntatem, a quo honeste dissentire non possum. P Aliquando ponitur pro intentione, proposito, sententia. Id. Cat. 3, 9. med. Diis ego immortalibus ducibus hanc mentem, Quirites, voluntatemque suscepi. Id. Lig. 2. Profectio voluntatem habuit non turpem. Id. Manil. 16. med. Ut ejus semper voluntatibus non modo civis assenserint, sociis obtemperarint, sed etiam venti tempestatesque obsecundarint. P Item pro amore, benevolentia, propensione in aliquem. Id. Q. Fr. 3, 1, 6. Quod de sua erga Caesarem voluntate humanissime diligentissimeque locutus esses. Id. Fam. 5, 2. Timuissent, ne qua mihi pars abs te voluntatis mutuae tribueretur. Id. Lig. 2. f. Nullum habes signum alienae a te voluntatis. Nep. Dat. 5. extr. Qua voluntate esset in rege, celans. P Item pro favore, studio. Ter. Phorm. prol. 29. Voluntas vestra si ad poetam accesserit. Cic. Rab. perd. 3. Cum tanto studio C. Rabirius totius Apuliae, singulari voluntate Campaniae vicinitatis ornetur. P *Voluntate*, ablativus pulcre ponitur pro eo, quod est, bona cum gratia, sponte, voluntarie. Id. Verr. 1, 9. Ego jam tibi ipse istud, quod expetis, mea voluntate concedam. Id. Fam. 13, 5. Reditus tamen in patriam voluntate omnium concedi videretur. Ter. Ad. 3, 5, 44. Fidem vestram implorat, quod vos jus cogit, id voluntate ut impetret. Liv. 29, 38. Aliae civitates voluntate in ditionem venerunt. Pl. Mil. 2, 5, 40. Nisi voluntate ibis, rapiam de domum. P *Ex*, et *de voluntate*, est secundum voluntatem. Cic. Pis. 20. Illud accidit praeter optatum meum, sed valde ex voluntate. Id. Fam. 13, 29. f. Siquid fecerim hoc ipso in bello minus ex Caesaris voluntate. Id. Att. 4, 2. med. Vix tamen ei de mea voluntate concessum est. P *Ad voluntatem loqui*, est assentari. Id. Quint. 30. med. Se non belle dicere, non ad voluntatem loqui posse. Est qui leg. *voluptatem*, eod. sensu. Adde Par. 5, 2. f. Sic Q. Cic. Pet. cons. 11. Vultum, et sermonem ad aliorum sensum et voluntatem cummutare. P Dicitur etiam de testamento, et absolute, et cum adjecto *ultimae*. Plin. ep. 5, 7. Mihi defuncti voluntas antiquior jure est. Id. ep. 4, 10. Religiosissime custodire defunctorum voluntatem. Ammian. 28, 1. med. Finxit, maritum in voluntate, quam condiderat nuper, argenti tria millia pondo eidem reliquisse; et ib. 4. med. Subsident alii copiosos homines, ad voluntates condendas allicientes eos praestigis miris. Pomp. Dig. 35, 1, 6. Qui ex ultima voluntate aliquid lucratur. P *Voluntas nominis* est ejus significatio. Quint. 7, 10. in. In finitione quae sit voluntas nominis, quaeritur. P [*Cf. voluntas et voluptas. V. Beier. ad Cic. Off. 1, 90. et 2, 439. Curt. ad Lucan. 4, 705. et 8, 294.]

VOLVO, is, volvi, lutum, a. 3. *ῥέλω*, *πείλω*, verso, in orbem torqueo, in gyrum ago, convolvo. Liv. 22, 29. (et 4, 28.) Qui terga dederant, conversi in hostem, volventesque orbem, nunc sensim referre pedem, nunc conglobati restare. Cic. Fat. 18. extr. Cylindrum volvi, et versari turbinem putant. Ov. Trist. 3, 12, 20. Nunc pila, nunc celeri volvitur orbe trochus. Virg. A. 4, 363. Huc illic volvens oculos; et ib. 8, 618. oculos per singula volvit. Id. ib. 7, 349. de angue: Ille inter vestes, et levia pectora lapsus Volvitur. Varr. L. L. 4, 23. Volvere filum. Plin. 25, 9, 68. Herba circa arbores se volvens. Id. 30, 11, 30. Scarabeus, qui pilas volvit, h. e. lutum pedibus in pilas cogit, easque versat. Id. 9, 3, 2. Procellae ab imo vertunt maria, pulsatasque ex profundo belluas cum fluctibus volvant. Cic. Somn. Scip. 4. Illi, qui voluntur, stellarum cursus sempiterni. Sil. 17, 122. turbidus annis, Qui, silvas ac saxa trahens, per devia praeceps Volvitur, h. e. volvendo se decurrit. Sic Virg. A. 4, 419. lacrimae voluntur inanes, h. e. ex oculis desluunt. Hor. Od. 2, 9, 22. Flumen

volvit vortices. Id. ib. 3, 29, 37. de flum. nunc lapides adesos, Stirpesque raptas, et pecus, et domos volvens. Ov. Ib. 177. Sisyphus est illic saxum volvensque, petensque, h. e. de monte dejiciens: quod decurrendo se volvit. Et translate. Ter. Eun. 5, 9, 55. Satis diu saxum hoc volvo. V. SAXUM. Virg. A. 11, 529. Sive invtare jugis, et grandia volvere saxa, h. e. devolvere; et ib. 1, 119. excutitur, pronusque magister Volvitur in caput. (Similiter dixit Tassus Gerus. 11, 81. *Ecce in giù, come paleo, rotando*). Et ib. 11, 888. Pars in praecipites fossas, urgente ruina, Volvitur. Propert. 3, 6, 12. Et Veneris magnae volvitur ante pedes. Lucan. 7, 379. Volverer ante pedes. Contra Virg. A. 2, 758. ignis edax summa ad fastigia vento Volvitur, h. e. volvendo se scandit. Id. G. 3, 85. de equo: Collectumque premens volvit sub naribus ignem, h. e. exspirat, efflat. Sic Tibull. 3, 4, 86. flammam volvens ore Chimaera fero; et Virg. G. 1, 472. Vidimus undantem ruptis fornacibus Aetnam Flammarumque globus, liquefactaque volvere saxa, h. e. eructare, evomere, et provolvere. P *Volvere*, sternere, prosternere. Virg. A. 12, 329. Semineces volvit multos, aut agmina curru Proterit. P Et *volvi*, sterni, concidere, et stratum versare se humi. Id. ib. 10, 590. Excussus curru moribundus volvitur arvis; et ib. 11, 640. Volvitur ille excussus humi, h. e. excussus equo procumbit humi; et ib. 634. permixti caede virorum Semianimes volvantur equi. Id. ib. 9, 433. Volvitur Euryalus leto. P Item versari, agitari. Id. ib. 5, 629. Italiam sequimur fugientem, et volvimur undis. P *Volvere libros*, evolvere, versare. Cic. Brut. 87. Volvendi sunt libri cum aliorum, tum in primis Catonis. P Translate. Virg. A. 1, 26. populum Venturum excidio Libyae: sic volvere Parcas, h. e. disponere. Et respicit ad Parcarum officium, quae dicuntur vitae hominum fila nere, et fusos volvere; et ib. 3, 375. sic fata Deum rex Sortitur, volvitque vices, h. e. disponit, ut una post aliam succedant, instar annis undas suas unam post aliam volventis. V. VOLVENS. Sic Sen. Troad. 387. Quo cursu properat saecula volvere Astrorum dominus. Hor. Od. 4, 6, 40. Luna celeris pronos Volvere menses. Virg. A. 9, 6. quod optanti Divum promittere nemo Auderet, volvenda dies in attulit ultro. Id. ib. 1, 273. Triginta magnos volvendis mensibus orbis Imperio explebit, h. e. volubilibus, et qui perpetuo cursu se volvent, et unus post alium succedent. Id. ib. 6, 748. Has (animas) omnes, ubi mille rotam volvere per annos, h. e. mille annorum cursum exegerunt. Id. ib. 1, 12. Musa, mihi causas memora, quo numine laeso, Quidve dolens regina Deum, tot volvere casus Insignem pietate virum, tot adire labores Impulerit, h. e. unum post alium subire et experiri. Servius vult esse hypallagen, pro casibus volvi. Sic Sen. Octav. 926. Per quae casus volvit varios Semper nobis metuenda dies. P Saepe est cogitare, versare animo, multa secum mente agitare, reputare. Sall. Jug. 6. med. Vehementer eo negotio permotus, multa cum animo suoolvebat. Id. Cat. 33. Multa secum ipse volvens. Id. or. 2. in Caes. de rep. ord. 7. Aestuau, multa in pectore volvit. Id. Cat. 42. Haec illi volventibus, tandem vicit fortuna reipublicae. Liv. 2, 49. Nihil Medium, nec spem, nec curam, sed immensa omnia volventes animo. Id. 42, 5. Perseus jam bellum vivo patre cogitatum in animo volvens. Id. 34, 18. f. Ingentes jamdiu iras in pectore volvens. Virg. A. 7, 254. Et veteris Fauni volvit sub pectore sortem. Liv. 26, 7. Multa secum, quoniam inde ire pergeret, volventi, subiit animum impetus, caput ipsius belli Romam petendi. Tac. A. 3, 38. Qua tempestate bellum adversus nos volverat. P *Volvere verba* refertur ad orationem, et significat verba proferre, profundere, non intermisso cursu, aequabiliter et copiose. Cic. Brut. 70. M. Pontidius celeriter sane verba volvens, nec hebes in causis; et ib. 81. Facile soluteque verbis volvere sententias. Id. Or. 3, 47. Longissima est complexio verborum, quae volvi uno spiritu potest. Sen. Oedip. 561. Carmenque magicum volvit, et rabido minax Decantat ore quidquid, etc. Lucan. 9, 927. Plurima tunc volvit spumanti carmina lingua Murmure continuo.

VOLVOX, ocis, m. *ῥυ*, *ῥυλος*, insectum teneros vitium pampinos erodens, quod alias dicitur volucra, convolvulus, involvulus. V. has voces. Plin. 17, 28, 47. Alii volvozem appellant animal praerodens pubescentes uvas: quod ne accidat, falces cum sint exactae, fibrina pelle detergent, atque ita putant. Ita multi leg., sed invito *Harduino*, qui *volucra* invenit in omnib. suis MSS. Colum. quoque Arb. 15. habet *volucra*.

VOLUP, per apocopen pro *volupe*, ut *capital, facult*, significat gratum, jucundum, delectabile, voluptatum afferens. Pl. As. Grex. 1. Hic senex si quid suo animo fecit volup. Ita leg. Non. 2, 905. et cum eo alii multi: sed in MSS. multis, teste *Grutero*, est *voluptatis*: [quod quidem minime recipiendum esse, patet ex his verbis *Front. de fer. Als. (ed. A. Maio) ep. 3. Nam qua te dicam gratia Alsium maritimum et voluptarium locum, et, ut ait Plautus, locum lubricum delegisse, nisi ut bene haberes*

genio, utique verbo vetere faceres animo volup? Qua malum volup? et *mor*: Tu umquam volup? volpem facilius quis tibi, quam voluptatem conciliaverit. (V. LABOR, oris.) Hinc liquet, in sequentibus etiam locis citatis abstinendum esse ab intemperanti criticorum hominum licentia, qui aliquo MS. perperam freti veterum scriptorum verba paulo obsoletiora pro arbitrio passim immutando, corrumpunt magis, quam corrigunt. F.] Rursus *Pl. Men.* 4, 3, 3. Scio, ut tibi ex me sit volup. Alii leg. *voluptas*. *Eann. ap. Gell.* 12, 4. Quocum multa volup ac gaudia clamque, palamque. *Lips.* ex libr. Vatican. leg. *Quocum multa volutat gaudia*, etc., sed vulgatum lectionem non respuit. Addunt alii ex *Plauto Mil.* 3, 1, 127. Suis amicis est volup. Alii leg. *volupe*. *Id. ib.* 4, 1, 1. Volup est quod agas, si id procedit lepide, et ex sententia. Alii leg. *voluptas*. Addunt et alia ex *cod. Plaut.*, in quibus alii *volupe*. V. et locum *Terent.* in voce sequenti.

VOLUPÉ, adj. neutrum ab obsoleto masculino *volupis* significat delectabile, jucundum, gratum. *Pl. Amph.* 3, 3, 3. Quia vos tranquillos video, gaudeo, et volupe est mihi. *Ter. Phorm.* 4, 3, 5. Venire salvum volup est. *Donatus* legendum putat sine ulla apostrophes nota, et dici *volup*, quemadmodum *facul*. *Pl. Cas.* 4, 2, 5. Facite vestro animo volupe. *Id. Mil.* 3, 1, 149. Si illis aegre est, mihi quod volupe est; et *Poen.* 5, 4, 20. Bene factum! gaudeo, et volupe est mihi. *Id. Rud.* 4, 4, 132. Volupe est, cum istuc ex pietate vestra vobis contigit. *Id. Stich.* 4, 1, 2. Ut mihi volupe est, quia vos in patriam domum rediisse video! P. Videtur esse adverb. in illo *ejusd.* *Most.* 1, 2, 74. Cursu, armis, equo victitabam volupe.

VOLUPIA, ae, f. voluptatis Dea, quae sacellum habebat Romae circa navalia, non procul a porta Romanula. *Varr. L. L.* 4, 8. et *August. C. D.* 4, 8. Meminit etiam *Macr. Sat.* 1, 10.

VOLUPABILIS, e, adj. ἡδύς, voluptuosus, gratus. *Pl. Epid.* 1, 1, 19. Voluptabilem mihi nuntium tuo adventu attulisti.

VOLUPTARIE, adv. cum voluptate. *Appul. Met.* 3. Transactis voluptarie paucis noctibus.

VOLUPTARIUS, a, um, adj. ἡδονικός, voluptatem afferens. *Cic. Fin.* 3, 10, 6. Quamque Stoici communi nomine corporis et animi ἡδονῆς appellat, ego malo laetitiam appellare, quasi gestientis animi relationem voluptariam. *Id. Att.* 12, 25. Voluptariae possessiones. V. *Frontonis L. c.* in VOLUP. P. Sumitur etiam passive pro eo, qui recipit, seu percipit voluptatem. *Cic. Or.* 3, 25, med. Gustatus, qui est sensus ex omnibus maxime voluptarius. P. Item pro eo, qui voluptatibus deditus est. *Id. Tusc.* 2, 7. Ego a te non postulo, ut dolorem eisdem verbis afficias, quibus Epicurus voluptatem, homo, ut scis, voluptarius. *Id. Fin.* 5, 25. Quin etiam ipsi voluptarii diverticula quaerant. P. Item pro molli, delicato, effeminato. *Id. ib.* 1, 11. Voluptaria, delicata, mollis disciplina.

VOLUPTAS, atis, f. ἡδονή, laetitia praeter modum elata ex opinione praesentis alicujus boni; omne id, quo gaudemus. Dicitur tam de animo, quam de corpore; tum de bona voluptate, tum de mala. *Cic. Fin.* 1, 11. Omne autem id, quo gaudemus, voluptas est; ut omne, quo offendimur, dolor. *Id. ib.* 2, 4. Voluptatis verbo omnes qui Latine sciunt, duas res subjiciunt, laetitiam in animo, commotionem suavem jucunditatis in corpore. *Id. Sen.* 13. Divinus Plato escam malorum voluptatem appellat, quod ea videlicet homines capiunt, ut hamo pisces. *Id. ib.* 12. Nulla capitalior pestis, quam voluptas corporis. *Id. Brut.* 50. Voluptate perfundi. *Id. Fin.* 1, 11. Esse in voluptate. *Id. N. D.* 1, 30. Voluptatibus frui. *Id. Fam.* 1, 7, f. Voluptati esse alicui. *Id. Fin.* 5, 19. Fabulas cum voluptate legere. *Id. Fin.* 1, 18. Voluptatibus deditum esse. *Id. Leg.* 1, 11. Capi voluptate. *Id. Fam.* 5, 7. Capere voluptatem ex aliqua re. *Plin. H. N.* 16, prooem. Afferre voluptatem. *Quint.* 2, 12. Permulcere aures alicujus pravis voluptatibus. *Ter. Heaut.* 1, 2, 10. Voluptatem magnam nuntias, h. e. rem, ex qua magnam capio voluptatem. P. Inter officia domus Augustae fuit etiam procurator voluptatum in *Inscr. ap. Don.* cl. 7, n. 26, cuius munus erat perscribere pecunias, quae impendebantur a principe in rebus voluptariis quibuscumque. V. *Suet. Vesp.* 22. Huc etiam trahendus videtur locus *ejusd.* *Tib.* 42. Novum officium instituit a voluptatibus, praeposito equite Romano T. Caesonio Prisco. Hinc etiam *servus a ration. voluptat.* in *Inscr. ap. Mur.* 903, 1., 921, 10., 934, 4., et *scriba a ration. voluptat.* ap. *eund.* 890, 7. P. Interferum voluptatis nomine intelliguntur spectacula, et ludi scenici, et circenses, et venationes et similia, etenim ipse *Cic. Mur.* 15. videtur de ludis et spectaculis voluptates usurpasse. Hinc aliquando qui ludis praesent, *tribuni voluptatum* dicti sunt, quorum officii formulam habet *Cassiod. Var.* 7, 10, ejusque *Id. ib.* 6, 19. meminit. *Treb. Gall.* 9. Equae voluptates paratae sunt, et qualis cras erit coena? *Vopisc. Aurel.* 34. Sequentibus diebus datae sunt populo voluptates ludorum scenicorum, ludorum circensium, venationum, gladiatorum, naumachiae. *Id. Prob.* 19. Dedit Romanis etiam voluptates, et qui-

dem insignes, delatis etiam congiariis. *Inscr. ap. Don. cl.* 20, n. 63. Fl. Maximus V. C. tribunus voluptatum. P. *Voluptas* est etiam ipsa libido, hoc est voluntas percipiendi ex aliqua voluptate. *Liv.* 30, 14, med. Qui voluptates sua temperantia frenavit ac domuit, multo majus decus sibi peperit, quam, etc. *Ter. Hec.* 1, 1, 10. Nam nemo quisquam illorum, scito, ad te venit, quin ita paret sese, abs te ut blanditiis suis quam minimo pretio suam voluptatem expleat. *Pl. Amph. prol.* 114. Dum ille illam, quicum vult, voluptatem capit. P. Est etiam effectus voluptatis, hoc est semen genitale. *Hyg. Astron.* 2, 13, med. Vulcanum ferunt coepisse Minervae vim afferre: et cum plenus cupiditatis ad eam ut complexui se applicaret, ferretur, repulsus effudit in terram voluptatem. *Arnob.* 5, 158. Juppiter voluptatem in lapidem effudit. P. Secundum fabulas *Voluptas* in Deorum numero habita est: narrat autem fuisse filiam Cupidinis primi ex Psyche filia Apollinis. *Cic. N. D.* 2, 23. Cupidinis, et voluptatis, et Lubentinae Veneris nomina consecrata sunt. P. *Mea voluptas*, blanda et amatoria compellatio est. *Virg. A.* 8, 581. mea sera, et sola voluptas. *Pl. Truc.* 2, 4, 2. Quo introire metuas, mea voluptas? P. *Voluptas* item est nomen proprium servile. *Inscr. ap. Fabr.* p. 308, n. 310. Nicephoro C. N. Ser. (h. e. Caesaris nostri servo) Vix. Ann. XVIII. M. V. D. X., Voluptas C. N. Ser. (h. e. Caesaris nostri serva) filio piissimo fecit. [*De hoc loco bene meruit F. P. De confusione hujus v. cum voluntas dictum est in h. v.]

[VOLUPTATIVUS, a, um, adj. idem ac voluptarius. *Front. ad Anton. Imp.* (ed. A. Maio) ep. 2, 6, f. Sed... et voluptatibus... Ita scribitur pro voluptativa. F.]

VOLUPTIFICUS, a, um, adj. voluptatem afferens. *Appul. Flor.* n. 10. Jovis stella benefica, Veneris voluptifica.

VOLUPTOR, aris, dep. I. voluptatibus indulgeo. *Quint. decl.* 3, 13, f. Tribunus inter scorta voluptatur. Alii leg. *volutatur*. Addunt et *Appul. Met.* 9., *Petr. Sat.* 79, med., *Just.* 12, 16. et *Suet. Cal.* 42., quibus locis quidam *voluptuor*, plerique *volutor* reponunt, quod multo rectius est.

VOLUPTUARIUS, a, um, adj. idem quod voluptarius. *Capitol. Ver.* 2. Fuit voluptuarius, et nimis laetus. *Capell.* 2, 37. Voluptuariae Veneris filius. *Inscr. ap. Marin. Frat. Arc.* p. 92. Pedisecus rationis voluptuariae. V. VOLUPTAS.

VOLUPTUOSE, adv. voluptarie, μετ' ἡδονῆς. *Sidon. ep.* 5, 20. Ad patriae solum voluptuose venire. *Id. ep.* 1, 9, med. Voluptuosus relegendis versibus immorabere.

VOLUPTUOSUS, a, um, adj. voluptate plenus. *Plin. ep.* 3, 19. Voluptuosum est posse utraque eadem opera invisere. *Quint. decl.* 260, med. Voluptuosissimum tempus exegi. *Hieron. adv. Jovin.* 1, n. 4. Concinator voluptuosissimus.

[VOLUSINUS, a, um, adj. ad Volusum seu Vollesum pertinens, primitivum Valeriorum cognomen, de quo ita *Festus* in *Optima lex.* Ut fuit (jus) Manii (lege Marci) Valerii M. Fabii (lege filii) Volusinae gentis, qui primus magister a populo creatus est. V. VOLESUS.

[VOLUSIUS, ii, m. nomen proprium R., quo fuit poeta ineptus Patavinus, qui Ennium secutus, rerum gestarum populi R. annales carmine scripsit. *Catull.* 36, 19. Pleni raris et inficetiarum, Annales Volusi, cacata charta. Adde 95. V. PADUA. P. Sunt qui putant eundem fuisse ac Tanusium Geminum, quem *Plutarch. Caes. c.* 22. *Tanuvios* vocat. *Suet. Caes.* 9. Meminerunt hujus conjurationis Tanusius Geminus in historia, etc. *Sen. ep.* 93. Annales Tanusii scis quam non decorosi sint, et quid venter, h. e. cacata charta, ut ait *Catull. l. c.* F.]

*VOLUSTANA audiunt montes Cambunii in Thessalia ap. *Liv.* 44, 2. Ejus verba sunt: In jugum Cambuniorum montium (Volustana ipsi vocant) cet. Quo in loco sunt qui adjective intelligunt v. *Volustana*, subintellecto *juga*; ut sit *Volustanus, a, um*, ad locum quandam pertinens, cui nomen *Volusta*. Sed probabile est nomen hoc indeclinabile esse, quod facilius. B. A.

VOLUSUS, V. VOLESUS.

VOLUTĀ, ae, f. ἑλῆ, capreolus in columnarum capitulis, ex herbae foliis enascens, et, ubi abacum jam propemodum contingit, in orbem circumvolutus, unde tam apud Graecos, quam apud Latinos nomen invenit. *Vitr.* 4, 1. Quae ex cauliculis foliis natae procurrant ad extremos angulos volutae, minoresque helices floribus subjectae, scalpantur. *Id.* 3, 3. De volutarum autem descriptionibus, ut ad circumnum sint recte involutae, quemadmodum distribuuntur, in extremo libro forma, et ratio earum est descripta. *Id.* 7, 5. Pro columnis statuuntur calami, pro fastigiis harpaginetuli striati, cum crispis foliis, et volutis. V. *Baldum* in *Lex. Vitruv.*

VOLUTABRUM, i, n. ὑλλοτρον, ὑλλοτρον, locus, in quo sues volvuntur. *Virg. G.* 3, 411. Saepe volutabris pulsos silvestribus apros Latratu turbabis agens. *Arnob.* 7, 224. Cum ad ultimum porculi coenum vobis profunderent ex volutabris horrentibus, lutosus, et voraginibus sumptum.

VOLUTĀBUNDUS, a, um, adj. qui se multum volutat. *Cic. fragm. ap. Non.* 8, 64. Lubidinosus, et volutabundus in voluptatibus.

VOLUTĀTIM, adv. διὰ ὑλλοτρον, iterum atque iterum volvendo. *Pl. Mil.* 2, 5, 40. Volutatim domum te rapiam. Alii rectius leg. *Nisi voluntate ibis, rapiam te domum.*

VOLUTĀTIO, onis, f. ὑλλοτρον, actus volutandi. *Cic. Pis.* 34. An vero tu parum putas investigatas esse a nobis labes imperii tui, stragesque provinciae? quas quidem nos non vestigiis odorantes ingressus tuos, sed totis volutationibus corporis, et cubilibus persecuti sumus. *Plin.* 8, 51, 77. Volutatio in luto. *Sen. Prov.* 1, med. Certa aliqua volutatione modo contrahi undas, modo erumpere. *Pall.* 7, 1. Aream rotundi lapidis volutatione solidare. *Ter. Pall.* 4. Volutatio pulvereae athletarum. P. *Συνομιαιός*. *Sen. Contr.* 1, 2, med. Numquid hoc negas, colluctatam te tamen cum viro? quem in illa volutatione necesse est prius super te fuisse: adjiciebat, obsecne. *Petr. Sat.* 95. Contemplatus foedissimam jacentium volutationem. P. Jactatio. *Sen. Tranq.* 2, med. Taedium et displicentia sui, et nusquam residentis animi volutio. *Id. ep.* 99, med. In tanta volutatione rerum humanarum nil cuiquam, nisi mors, certum.

VOLUTĀTUS, a, um, part. κεκλυμένος, saepe multumque volutus. *Cic. Q. Fr.* 2, 13, med. Itaque ad Callisthenem, et Philistum redeo, in quibus te video volutatam, h. e. cum labore versatam. *Plin.* 8, 37, 56. Volutati supra jacentia poma. *Sidon. ep.* 9, 7. Ne lingua per cameram palati volutata balbutiat. P. In re turpi. *Cic. Har. resp.* 27, med. Quis unquam nepos tam libere est cum scortis, quam hic cum sororibus, volutatus? *Sen. Controv.* 1, 2, med. Meretrix citra stuprum cum viris volutata.

VOLUTĀTUS, us, m. idem quod volutio. *Plin.* 10, 4, 5. Multum pulverem volutatu collectum insidens cornibus excutit in oculos. *Appul. Met.* 4. Lassitudinem, vice lavacri, pulvereis volutatibus digerebam.

[VOLUTĪLIS, e, adj. qui volutari potest. *Not. Tir.* p. 124. Volutat, volutilis, volubilis. F.]

VOLUTIM, adv. volubiliter. *Non.* 1, 12. Tolutim quasi volutum, vel volubiliter.

VOLUTINA, ae, f. Dea rusticorum, quae praesae credebatur involucris et folliculis spicarum. *August. C. D.* 4, 8, med.

VOLUTO, as, avi, atum, a. I. ὑλλοτρον, saepe et multum volvo: a sup. *volutum*. *Varr. R. R.* 3, 9, med. Ut gallinae possint in pulvere volutari. *Colum.* 7, 10, med. Sus gaudet coenoso lacu volutari. *Plin.* 30, 16, 53. Pulvis, in quo se mala volutaverit. *Id.* 11, 28, 31. Scarabaei, qui e fimo ingentes pilas aversi pedibus volutant, parvosque in iis contra rigorem hiemis vermiculos fetus sui nidulantur. *Suet. Cal.* 42. Super immensos aureorum acervos et nudis pedibus spatiat, et toto corpore aliquandiu volutatus est. *Colum.* 12, 48, med. Amphoras per terram volutare. *Pall.* 1, 30, f. Tunsas caricas, et aqua maceratas, in offas volutabis exiguas. *Lucan.* 1, 412. Ventus volutat pelagus. P. *Volutari ad pedes alicujus* est procumbere, advolvi. *Auct. ad Her.* 4, 24. Cum tibi pueri ad pedes volutarentur, etc. *Virg. A.* 3, 607. et genua amplexus, genibusque volutans Haerebat: subaudi se. P. Pro edere,volvendo emitere: ea ratione, qua dicimus *voltere verba*, *ignem*, etc. *Id. ib.* 1, 729. Fit strepitus tectis, vocemque per ampla volutat Atria; et *ib.* 5, 149. Consonat omne nemus, vocemque inclusa volutat Litora; et *ib.* 10, 97. ceu flamma prima Cum deprensa fremunt silvis, et caeca volutant Murmura. P. Volutari cum aliqua, *συνουσιάζειν*. *Plin.* 35, 11, 40, n. 33. Clesides Stratonicen pinxit volutantem cum piscatore, quem reginam amare sermo erat. *Ter. ad Ux.* 9. Atquin vere duo in carne una: simul orant, simul volutantur. Adde *Just.* 12, 6. et *Petr. Sat.* 79. V. VOLUTATUS, a, um. P. Translate. *Cic. Fam.* 9, 3. Cum omnes in omni genere et scelere, et flagitiorum volutantur. *Auct. ad Her.* 4, 13. In omni dedecore volutatus es. *Sen. V. B.* 24, med. Inter mala plurima volutari, h. e. versari. *Sen. alter Herc. Fur.* 1081. Fusus humi saeva feroci corde volutat Somnia, h. e. dormiens somniis agitatur. P. *Volutare*, mente volvere, cogitare. *Virg. Ecl.* 9, 37. tacitus mecum ipse voluto, Si valeam meminisse; et *A.* 4, 533. secumque ita corde volutat: En, quid ago? etc. et *ib.* 6, 185. Atque haec ipse suo tristi cum corde volutat. *Pl. Capt.* 4, 2, 1. Quanto in pectore hanc rem meo magis voluto. *Lucr.* 3, 241. Volutare aliquid mente. *Liv.* 28, 18, f. in animo. *Id.* 40, 5. multa secum animo. *Id.* 9, 17. Mentio tanti regis saepe tacitis cogitationibus volutavit animum, h. e. versavit, distraxit. P. *Volutare quippiam cum aliis*, de re quapiam cum aliis agere. *Id.* 34, 36. Has conditiones quamquam ipse in secreto volutaverat cum amicis, tamen, etc.

VOLUTUS, a, um, part. a volvo, κεκλυμένος. *Virg. G.* 3, 521. per saxa volutus Purior electro campum petit amnis. *Id. A.* 10, 790. lacrimae per ora volutae. *Id. ib.* 403. Volutus curru; et *ib.* 12, 906. lapis vacuum per inane volutus, h. e. missus, jactus; et *ib.* 672. flammis inter tabulata volutus Ad

coelum undabat vertex. *Sisenn. ap. Non. 1, 283.* Romanis praecipitatis, ipsi supra voluti in caput. **VOLUTUS**, us, m. actus se volvendi. *Appul. Flor. n. 10.* Dedit volutus avibus, volutus serpentibus, cursus feris, gressus hominibus.

***VOMANUS**, sc. fluvius, vel Vomanum sc. flumen, in Piceno, prope Hadriam. *Sil. 8, 439.* Statque humectata Vomano Hadria, et inclemens hirsuti signifer Ascli. *Plin. 3, 13.* Flumen Vomanum (*nominativ.*) P. V. *Nocanus. B. A.*

VOMAX, acis, adj. omn. gen. qui saepe vomit. *Sidon. ep. 8, 3.* Anus, quibus nihil litigiosius, bibacius, vomacius.

VOMER, eris, m. *ἄρσος*, et *ἄρσος*, ferramentum aratri, quo sulci fiunt: ita dictum, quod terram erutam utrinque vomat, ut *Varr. L. L. 4, 31.* scribit. *Virg. G. 1, 45.* Depresso incipiat jam tum mihi taurus aratro Ingemere, et sulco attritus splendescere vomer. *Cic. Phil. 2, 40.* Ut aratrum circumduceres, cujus quidem vomere portam Capuae paene perstrinxisti. *Op. Fast. 4, 927.* Sarcula nunc, durusque bidens, et vomer aduncus, Ruris opes, niteant. *Plin. 18, 18, 48.* Vomerum plura genera; culter vocatur, praedensam, priusquam proscindatur, terram secans, futurisque sulcis vestigia praescribens incisuris, quas resupinus in arando mordet vomer: alterum genus est vulgare rostrati vectis: tertium in solo facili, nec toto porrectum dentali, sed exigua cuspidate in rostro: latior haec quarto generi, et acutior, in mucronem fastigata, eodemque gladio scindens solum, et acie laterum radices herbarum secans. Haec *Plin. Id. 17, 4, 3.* Vomerem imprimere. *Colum. 2, 2. med.* Exiguus vomeribus et dentalibus terram subigere. *Or. A. Am. 1, 725.* Vomere versare humum; et *ib. 2, 671.* findere terras. *Id. Her. 12, 40.* Premere vomere colla boum. *Catull. 64, 40.* glebam prono convellit vomere taurus. *Tibull. 2, 1, 5.* Luce sacra requiescat humus, requiescat arator, Et grave suspensio vomere cesset opus. P. Translate est membrum virile ap. *Lucr. 4, 1266.* **V. SULCUS.** P. Est etiam stilus, quo scribitur, graphium. *Alta ap. Isid. Or. 6, 9.* Vertamus vomerem in ceram, mucroneque aremus Osseo. (*V. STILUS.*) Hic prima syllaba corripitur, quod nominis etymo convenit. P. *Vomis* in recto casu. *Cato R. R. 135.* Vomis indutilis optimus erit. *Virg. G. 1, 162.* Vomis, et inflexi primum grave robur aratri. *Colum. 2, 2. f.* In radicem vomis impactus. In loco *Cat.* allato legitur in MSS. non unis *vomeris indutilis*, in recto casu.

VOMICIA, ae, f. *ἀνοήσια*, tumor in aliqua parte corporis, abscessus maturus, et pure manans, vel ad supurationem spectans: a *vomo*, quia pus vomit, et emittit. *Pl. Pers. 2, 5, 11.* Quid hoc hic in collo tibi tumet? *Sag.* vomica est: pressare parce. (Per jocum intelligit crumenam argenti plenam et collo pendentem.) *Juven. 13, 95.* Et phthisis, et vomicae putres, et dimidium crus. *Cic. N. D. 3, 28.* Nec prodesse voluit Pheraeo Iasoni, is qui gladio vomicam ejus aperuit, quam sanare medici non poterant. *Cels. 4, 8. f.* Si jecur vomica laborat. *Id. 2, 8. med.* Vomica erumpit: quae quo cruentior, eo melior est. *Scrib. Comp. 264.* Vomica discutere, aut aperire. *Plin. 24, 9, 38.* Viticis semen vomicas panosque difficile concoquentes mollit. *Id. 20, 22, 89.* Vomica rumpere, purgare, persanare. *Lucil. ap. Non. 2, 902.* Affectus vomica et vulnere. Non facile intelliges, quid sibi velit *Nonius*, qui his verbis significari ait concava loca, vetustate exesa. P. Primam produxit, non imitandus, *Seren. Sam. 40, 743.* Sunt alii, quos dira vomit natura, tumores: Vomica qualis erit, vel eidem proxima quaedam. P. Translate. *Plin. 33, 6, 32.* Est et lapis in his venis (*argenti*), cujus vomica liquoris aeterni argentum vivum appellatur, venenum rerum omnium, h. e. tumor liquore semper fluido manans. *Id. 37, 2, 10.* Crystalla infestantur plurimis vitis, scabro ferrumine, maculosa nube, occulta aliqua vomica, h. e. tumore guttam aquae non concretam continente. P. Dicitur et de quocumque malo, calamitate, detrimento. In *vel. carm.* ap. *Liv. 25, 12.* et *Maer. Sat. 1, 17.* Hostem, Romani, si expellere vultis, vomicaeque, quae gentium venit longe, Apollini vovendos censeo ludos. *Quint. 8, 6. med.* improbat, ut sordidam, metaphoram illam veteris cujusdam oratoris, Persecuisti reipublicae vomicas. *Augustus ap. Suet. Aug. 65.* Agrippam nepotem, et Julias, filiam et neptem, omnibus probris contaminatas, appellare solebat tres vomicas, aut tria carcinomata sua.

VOMICOSUS, a, um, adj. *ἐμπνικός*, vomicis laborans. *Coel. Aurel. Acut. 2, 17.* Empyici, id est vomicosi.

VOMICUS, a, um, adj. nocens, pestilens, gravis: a vomica. *Sen. Controv. 2, 12. med.* Fabianus Maximus primus foro Romano hunc vomicum morbum, quo nunc laborat, intulit.

VOMIFICUS, a, um, adj. vomitum provocans, *ἐμεικός*, ut Vomificum medicamentum. *Coel. Aurel. Acut. 3, 2, 17.* et *med.* Succus vomificus. *Appul. Herb. 108.*

VOMIFLUUS, a, um, adj. Vomiflua passio, ap.

Coel. Aurel. Tard. 2, 14. h. e. morbus, quo vomica, et pus movetur. Est qui leg. *vomicoflua.*

VOMIS. V. VOMER.

VOMITIO, onis, f. *ἔμεσις*, *ἔμεσις*, actus vomendi. *Cic. N. D. 2, 50.* Quae medicorum ingeniiis reperta sunt, vomitione, et dejectione purgare, ex eo quod vomitione canes, alvo se ibes Aegyptiae curant. *Plin. 11, 53, 117.* Vomitiones homini ad haec in remedium excogitatae, frigidiora corpora faciunt, inimicae oculis, maxime autem dentibus. *Id. 32, 3, 13.* Vomitione cibos reddere. *Id. 26, 8, 46.* Vomitione biles extrahere. *Id. 25, 5, 23.* Dare ea, quae vomitiones concitent; et 21, 20, 83. Iris vomitiones ciet; et 22, 25, 73. Eryum vomitiones movet; et *ib. 24, 52.* Aqua mulsa calefacta vomitiones invitat. *Id. 34, 10, 23.* Aes ipsum vomitiones facit, e melle sumptum. *Id. 26, 7, 25.* Faciles praestat vomitiones radix vettonicae. *Id. 20, 17, 73.* Vomitiones cohibere; et 22, 25, 61. Inhibere; et 26, 7, 25. Vomitionem sistere. *Id. 23, 1, 23.* Quorum stomachus in vomitiones effunditur. P. Illud ipsum, quod vomitione redditur. *Id. 25, 5, 23.* Varii colores vomitionum.

VOMITIUM, ii, n. idem ac vomitio. *Capell. 2. p. 35.* Nausea et vomitio laborare. *Locus est p. 24. *Vulcan.* et sic omnino legitur: Tunc vero illa nausea ac vomitio laborata in omnium copias convertitur literarum. Neque aliter ed. *Grot. B. A.*

VOMITO, as, a. 1. frequent. *ἔμεσις*, *πολλὰς ἐμέσις*, saepe vomo. *Colum. 7, 10. med.* Quam cum pecudes biberunt, nausea correptae vomitant, atque expurgantur. *Sen. ep. 18.* Ebrío, et vomitante populo. *Adde Suet. Vit. 13.*

VOMITOR, oris, m. *ἐμετής*, qui vomit. *Sen. ep. 88. med.* Quid enim, oro, liberale habent jejuni vomitores, quorum corpora in sagina, animi in macie ac vetero sunt?

VOMITORIUS, a, um, adj. *ἐμετικός*, qui habet vim vomitum faciendi. *Plin. 20, 9, 41.* Bulbus, quem vomitorium vocant ab effectu, folia habet nigra, ceteris longiora. *Id. 21, 19, 75.* Hunc stomacho inutilem, et ideo vomitorium. P. *Vomitioria* absolute in theatris, et amphitheatris erant ostia, seu aditus, per quos populus ab internis porticibus et scalis exibat in gradus et sedilia. *Maer. Sat. 6, 4.* in illud *Virg. G. 2, 462.* Mane salutantum totis vomit aedibus undam: Pulcre, inquit, vomit, et antique, nam Ennius ait: et Tiberis flumen vomit in mare salsum. Unde et nunc vomitoria in spectaculis dicimus, unde homines glomeratim ingredienti, in sedilia se fundunt. *V. Scip. Maffej. amphith. l. 2. c. 8.*

[**VOMITUS**, a, um, part. a vomo: vomitu ejetus. *Coel. Aurel. Acut. 3, 20.* Egestio vomitorum similis, hoc est, spumosa et acerrima. *F.]*

VOMITUS, us, m. *ἔμεσις*, vomitio. *Pl. Rud. 2, 6, 26.* Animo male sit, contine, quaeos, caput. *Charm.* Pulmoneum edepol nimis velim vomitum vomas. *Id. Merc. 3, 3, 14.* Plenus aetatis, animaque foetida senex hircosus, tu osculere mulierem? uti ne adveniens vomitum excutias mulieri? *Plin. 20, 6, 23.* Vomitu aliquid reddere. *Curt. 7, 5.* egerere. *Sen. ep. 68.* levare stomachum. *Plin. 13, 23, 44.* Capparis vomitus facit, stomachum et alvum movet. *Id. 9, 48, 72.* Vomitus dissolutionemque stomachi protinus creat. **V. VOMITIO.** P. Id ipsum quod vomitur. *Id. 29, 4, 27.* Vomitus araneos concitare. *Id. 23, 8, 80.* Folium lauri pituitas extrahit, et vomitus. P. Vomitus voluntarii consuetudo fuit apud Romanos, ut enim coenae multiplici, et largis poculis gulae studiosi sufficere possent, inter coenandum, petito secreto, vomitum provocabant, digito, aut pinnula in gulam immissa, et novas rursus epulas repetebant. Morem hunc tangit *Sen. Consol. ad Helv. 9. f.* Vomunt, ut edant: edunt, ut vomant: et epulas, quas toto orbe conquirunt, nec concoquere dignantur. *V. Cels. 1, 3. med., Suet. Claud. 33.* et *Vit. 13., Plin. 14. c. 22.* et *Juven. 6. a. v. 425.* P. De homine impuro, et molesto. *Pl. Most. 3, 1, 119.* Absolve hunc, quaeos, vomitum, ne hic nos enecat. *Lucil. ap. Non. 1, 1.* In quorum numero nunc primu' Trebelliu' multo Obmarcescebat, febris, senium, vomitus, pus.

VOMO, is, mui, mitum, a. 3. *ἔμεσις*, est ejicere: et proprie de cibo, et potu dicitur, qui per os e stomacho egeritur. *Cic. Deiot. 7. med.* Cum post coenam vomere te velle dixisses, in balneum te ducere coeperunt. *Id. Phil. 2, 41.* Ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur; et *ib. 25.* Is vomens frustis esculentis vinum redolentibus gremium suum, et totum tribunal implevit. *Id. Fin. 2, 8.* Asoti, qui in mensam vomant, et qui de conviviis auferantur. *Plin. 26, 13, 84.* Vettonicae succus vomentibus sanguinem datur. *Petr. fr. Trag. 66. Burm.* De quo cum imprudens Scintilla gustasset, paene intestina sua vomuit. *Cels. 1, 3. med.* Qui mane vomiturus est, ante bibere mulsum debet. P. Translate est large ejicere, effundere, ejectionem, emittere. *Plin. 3, 16, 20.* de Pado: Qua largius vomit aquas in mare; et *Virg. A. 5, 682.* Stuppa vomens tardum fumum; et *ib. 8, 680.* geminas cui tempora flammam Laeta vomunt: scil. Augusto, qui valde claros ac nitidos oculos habuit, ut a *Suet. Aug. 79.*

narratur. *Claud. Rapt. Pros. 1, 161.* Nunc vomit indigenas nimbos, piceaque gravatum Foedat nube diem. *Petr. fr. Trag. 56. Burm.* Apes mel vomunt. *Ob. Her. 12, 125.* de Charybdi: vomit fluctus totidem, totidemque resorbet. *Pers. 5, 181.* pinguem nebulam vomuere lucernae. *Virg. G. 2, 462.* Mane salutantum totis vomit aedibus undam. *Stat. Th. 10, 536.* Armataeque vomunt stridentia tela fenestrae. *Claud. IV. cons. Hon. 52.* Danubii totae vomerent cum proelia ripae. *Id. Cons. Prob. et Olybr. 49.* Aurea dona vomens, h. e. munifice largiens. *Lucr. 6, 828.* Vomere viam, h. e. efflare animam. *Virg. A. 9, 349.* Purpuream vomit ille animam, h. e. vitam cum sanguine. *Mart. 11, 90.* Attonitusque legis terrai frugilerai, Accius et quidquid, Pacuviusque vomunt, h. e. rancidum effluunt. P. [*Vomerit* pro vomerit, tanquam a praeter. *vomi*, habet *Front. de eloq. (ed. A. Maio)* p. 233. Neque quisquam ad mensam cenarit, prandio vomerit, sapientiam ructarit. *F.]*

***VONONES**, is, m. incertum cujus stirpis, antea Mediae, rex, lectus adscitusque a Parthis, brevi et inglorio regno. *Tac. A. 12, 10.* P. Vonones, Parthus, obses a patre Phraete Romanis datus, in regnum repositur, mox spretus a suis ab Artabano regno exiit. *Justin. 42, 5. B. A.*

VOPISCUS, a, um, adj. qui, ut ait *Isid. Or. 9, 5.*, de geminis, uno abortu, legitime natus fuerit: est ab *οὐλω*, retro, qui retro relictus in utero, terminatione autem diminutiva *οὐλωσις*; seu *οὐλωσιος*, vel *οὐλωσιος*, ut legitur in nummis; ita etiam satyrisca a satyro derivatur. *Plin. 7, 10, 8.* Vopiscus appellabant et geminis, qui retenti utero nascerentur, altero interempto abortu. *Solin. 1. med.* E geminis si, remanente altero, alter abortivo fluxu exciderit; alter, qui legitime natus est, vopiscus nominatur. *Non. 19, 3.* Vopiscus dicitur, qui ex duobus conceptis, uno abortu excluso, ad partum legitimum deducitur. P. Hinc factum est praenomen R. *Auct. Epit. de nom. rat.* Vopiscus praenomen fuit in eo, qui in utero matris geminus conceptus, altero abortu ejecto, incolumis editus erat.

Liv. 2, 54. Vopiscum Julium pro Virginio in quibusdam annalibus consulem invenio, h. e. consulem ann. U. C. CCCXXXI., qui pater fuit L. Julii Julii consulis ann. CCCXXIV., et avus L. Julii Julii, qui fuit trib. militum consulari potestate ann. CCCLIII et CCCLVII., quique vocatur in *Fast. cons. Capitol. ap. Grut. 292.* L. Julius L. F. Vopiscus N. Julius. *V. B. Borghes.* in *N. Framm. de fasti. cons. T. 2. p. 140.* P. Deinceps etiam pro cognomine R. usurpatum. Hinc in *Inscr. ap. Grut. 214.* P. Manilius Vopiscus Cos. ann. a Chr. n. CXIV., qui idem fuisse videtur ac ille, qui perperam *Manlius Vopiscus* dicitur ap. *Stat. in ep. 1. praef. Silv.*, et de quo ita *Id. Silv. 1, 3, 1.* Cernere facundi Tibur glaciata Vopisci. Alius vero M. *Ποισκίος Οὐλωσιος* in nummo Pautaliae Thraciae ap. *Mionnet Supplem. T. 2. p. 367.* Hinc etiam Flavius Vopiscus historicus, qui quorundam R. imperatorum vitas conscripsit, de quo *V. in CAPITOLINUS, i.*

VOPTÉ, pro vos ipsi, Cato posuit. *Paul. ex Festo. V. PTE.*

VORACITAS, atis, f. *πολυφαγία*, edacitas, inexplibilis edendi aviditas. *Plin. 2, 107, 111.* de igne: Quae est illa natura, quae voracitatem in toto mundo avidissimam sine damno suo pascit? *Appul. Met. 7.* Asinus incumbens praesepio voracitati suae deservit.

VORACITER, adv. *Maer. Sat. 7, 5. med.* Insanus fit ille, cui merus sal cibus, si hoc ipsum voraciter invaserit.

VORAGINOSUS, a, um, adj. *βαραθρόνης*, plenus voraginibus. *Auct. B. Hisp. 29.* Nam palustri et voraginoso solo currebat ad dexteram partem. *Appul. Met. 9.* Voraginosus via. *Ammian. 24, 6. med.* Voraginosus amnis.

VORAGO, inis, f. *δυσχώρημα*, *βίραθρον*, *χίμα*, locus immensae profunditatis: a *vorando*: quia in eam cadentia non emergunt, sed absorbentur. *Cic. Dio. 1, 33.* Cum equum demisisset in flumen, submersus equus voraginibus non existit. *Catull. 17, 26.* Et supinum animum in gravi derelinquere coeno. Ferream ut soleam tenaci in voragine mula. *Curt. 8, 14.* Imber violentius, quam alias, fusus campos lubricos et inequitabiles fecerat, gravesque, et prope modum immobiles currus illuvie et voraginibus haerebant. P. Translate. *Cic. Pis. 18.* Vos geminae voragines, scopulique reipublicae. P. Speciatim transfertur ad hominem insigniter prodigum, cujus gula, vel amplissimis patrimoniis in ventrem, tanquam in barathrum quoddam, conjectis, expleri non potest. *Cic. Sext. 52.* Tu meo periculo gurgis et vorago patrimonii helluabere? *Ob. Met. 8, 843.* Jamque fame patrias, atque voragine ventris Attenuarat opes. *Val. Max. 9, 4. in.* Avaritia, manifestae praedae avidissima vorago.

VORATOR, oris, m. qui vorat. *Tert. Monog. 8. f. et Sejun. 2. med. *Paul. Nol. 19, 10. B. A.*

VORATRINA, ae, f. quasi vorandi officina, popina. *Tert. Apol. 39.* de Ecclesiae censu: Haec stips inde non epulis, non potaculis, nec ingratis voratrinis dispensatur, sed egenis alendis humanis-

que. P Item idem ac vorago. Ammian. 17, 7. f. de terrae motib. Patefactis subito voratrinis terrarum partes absorbent.

VORATUS, a, um, part. a voro: Mart. 5, 18. Avidum vorata decipit scarum musca. Arnob. 7, 249. Mansa et vorata viscera. Aurel. Vict. Epit. 40. med. Voratumque limo pondere thoracis, corpus vix repertum. P Sensus activo, quasi a voror dep. Alcim. 2, 231. de Eva: pomumque vorata momordit.

VORAX, ūcis, adj. omn. gen. vorax, qui vorat, multa absumens, inexplibilis edacitatis, gurgis, helluo. Cic. Phil. 2, 27. Quae Charybdis tam vorax tot res tam cito absorbere potuisset? Ov. Met. 8, 838. quo copia major Est data, plura cupit, turbaque voracior ipsa est. Lucan. 1, 181. Hinc usura vorax, avidumque in tempora fenus. Val. Max. 7, 1. f. Exercitus, et arma, et equitatus voracibus impensis onerosus. Lucan. 2, 663. omnia pontus Haurit saxa vorax. Sil. 4, 687. Flamma vorax. P Translate et obsceno sensu. Catull. 33, 9. de cinaedo: Culo filius est voraciore.

[VORDENSES, ium, m. plur. incolae pagi in Gallia Narbonensi, qui nunc dicitur Gordes, inter Aptam Juliam, nunc Apt, et Carpentoracte, nunc Carpentras. Inscr. ap. Spon. Miscell. antiqu. p. 164. n. 4. C. Allio C. F. Volt. Celeri III. Vir., Flam., Augur. Col. J. Apt. ex V. Dec. Vordenses pagani patrono. V. Orell. Coll. Inscr. Lat. n. 197. F.]

*VORGIUM, i, n oppidum Galliae Lugdunensis s. Celticae, in agro Osismiorum. Tab. Peuting. B. A.

VORO, as, avi, atum, a. i. βρογχιζέω, δάσσω, cibum integrum, et non confectum dentibus in ventre dejicio, ut multa animalia faciunt, v. gr. pisces, et aves carnivorae, etc. Cic. N. D. 2, 47. f. Animalium alia sugunt, alia carpunt, alia vorant, alia mandunt. Plin. 10, 71, 91. Alia sugunt, alia lambunt, sorbent, mandunt, vorant. Pl. Rud. 2, 6, 61. Quenam balana meum voravit vidulum? P Translate, et proverbii modo. Id. Truc. 1, 1, 19. Amator si id, quod oratur, dedit, adduntur noctes: interim ille hamum vorat. Sic Curc. a. 3. v. 61. Meus hic est: hamum vorat. P Sumere aliquid medicinae causa: quia ejusmodi mandi non solent. Id. Merc. 1, 2, 28. Resinam ex melle Aegyptiam vorato: salvum feceris. Mart. 1, 88. Pastillos Cosmi luxuriosa voras. Coel. Aurel. Acut. 2, 24. Si nausea occurrerit, apium vorare jubet aegrotantes. P Ponitur universim pro avide et propere comedere. Pl. Trin. 2, 4, 73. At pol ego, etiamsi vetet, edim, atque ambabus malis expletis vorem. Plin. 11, 19, 21. Apes mella avide vorantes. Mart. 6, 11. Tu Lucrina voras: me pascit aquosa Peloris. Juven. 1, 135. Optima silvarum interea, pelagique vorabit Rex horum. P Translate. Cels. 5, 28. n. 3. Ulcus, quod ἰσχυρὰ ἐσθιόμενον (al. γαστρίδαυον) Graeci vocant, quia celeriter serpendo corpus vorat. Sen. Hipp. 282. Amor tacitas vorat penitus medullas. Adde 641. Albin. 1, 134. Et vorat hos ipsos flamma rogusque sinus. Ov. Met. 13, 731. Charybdis vorat raptas, revomitque carinas. Claud. B. Get. 337. Thracia quinque vadis Istrum vorat Amphitrite, h. e. recipit in se, et absorbet. Absorbendi vim habet et in illo Virg. A. 1, 120. navem ter fluctus ibidem Torquet agens circum, et rapidus vorat aequore vortex. Plin. 4, 4, 5. de Peloponneso: In eo loco (in Isthmo) erumpentia et diverso maria ejus omnem ibi latitudinem vorant, h. e. exedunt, absumunt. Id. 37, 2, 7. Idem in reliquis generis ejus (murrhinorum vasorum) quantum voraverit, licet existimare, etc. h. e. quantum pecuniae absumpserit. Sil. 4, 230. qua medius pugnae vorat agmina vortex, h. e. ubi pugna saevit, et milites absumit. Cic. Att. 4, 11. Nos hic voramus litteras cum homine mirifico Dionysio, h. e. avide perdiscimus. Catull. 35, 7. Quare si sapient, viam vorabit, h. e. celeriter conficiet. Just. 30, 4. Vates eccinere, oriens Romano-rum imperium vetus Graecorum ac Macedonum voraturum. P Obsceno sensu usurpat Catull. 80, 5. de fellatore, et Mart. 2, 51. de cinaedo pathico, et 7, 67. de femina cunnos lingente.

VORSUS. V. VERSUS, a, um.

VORTEX, icis, m. idem ac vertex: ita veteres loquebantur. Estque a vorto, quod prisci illi Latini pro vorto dixerunt. Quare vortex, et vortex nec si-gnificatione, nec origine differre possunt: quidquid dicat Charisius, qui 1, 68. autumat, verticem a ver-tendo dici, verticem a vorando: additque, Plinii opi-nionem esse, verticem immanem vim impetus habere, ut (Virg. A. 1, 118.) Ingens a vertice pontus: verticem vero circumactionem undae esse, ut (ib. 121.) Et rapidus vorat aequore vortex. Sed ea promiscue usurpari, omnium argumentorum illud fortissimum, quod Quint. 1, 7. med. scribit, Scipionem Africa-num primum in verticibus, et vorsus O litteram vertisse in E. Illud tamen animadvertendum est, quod non quidem ratio, sed usus quidam obtinuit, ut Latini libri saepe scribant vortex per e, cum volunt notare summitatem alicujus rei; vortex vero per o, cum aeris, aut aqua in gyrum vertentis impetum turbini-que significant. Appul. de Mundo: Vortex ille est, vel, uti dicitur, dine (δίνη), cum torque-

tur humus arida, et ab infimo erigitur ad summum. Hor. Od. 2, 9, 22. flumen minores volvere vortices. Alii habent vertices. Sen. Q. N. 5, 13. Ut aquae circumlatae in se sorbeantur, et vortice efficiant. Virg. A. 7, 567. fragosus, et torto vortice torrens. Alii vertice. Ov. Met. 8, 555. torrens nivibus de monte solutis Corpora turbine juvenilia vortice mersit. Id. Fast. 6, 502. vorticebus densus Tiberis. Liv. 23, 19. Amnis transverso vortice dolia impulit ad ripam. Alii leg. vertice; et 28, 30. Navis retro vortice intorta; et mox: Pluribus remorum ordinibus scindentibus vortices. Alii leg. vertices. Lucr. 6, 296. igneus Vortex, quod patrio vocitamus nomine fulmen; et ib. 442. involvit venti se nudibus ipse Vortex. P Vortex medius pugnae ap. Sil. 4, 230. est, ubi maxime fervet pugna, et caedes fiunt, et periculum est mortis: sicut vortex fluminis, ubi maxime fervent undae, mersionis periculum majus habet. Alii tamen leg. vortex: ac testantur critici promiscue in MSS. et per e, et per o inveniri in Latinis scriptoribus. P Metaphora est etiam in illo Sen. ep. 82. Non satius est sic jacere (in otio), quam istis officiorum vorticebus volitari? Catull. 68, 107. tanto te absorbens vortice amoris Aestus.

VORTICOSUS, a, um, adj. vorticibus abundans, verticosus. Sall. fr. ap. Sero. ad A. 1, 121. Charybdis mare vorticosum. Sen. Q. N. 7, 8. Turbinum motus vagus et disjectus, et, ut Sallustii utar verbis, vorticosus. V. VERTICOSUS.

*VORTICULOSUS, a, um, adj. i. q. vorticosus. Gloss. Lat. Gr. Vorticulosus, εὐρυπόρος. B. A.

VORTO. V. VERTO.

VORTUNUS. V. VERTUNUS.

VOS, vostrum, etc. V. IN TU.

*VOSAVIA, ae, f. oppidum Galliae Belgicae, ad Rhenum. Tab. Peuting. P Cellarius affirmat, omnium consensu vulgo esse Ober-Wesel, jam tum Hrabani aetate Wasalia dicta, ut facilis conjectura sit, in Tabula fortasse etiam Vosalia vel Vosallia legendum esse. B. A.

VOSĒGUS, i, m. Deus a Gallis cultus, nempe ipse mons Vogeus excurrens a Trevis usque ad Lingonas, quatuor fluminum Matronae, Mosae, Mosellae atque Araris pater, quem recentiores transpositis litteris Vosegum seu Vosagum vocaverunt, nunc les Vosges. Montis meminit Plin. 16, 39, 76. n. 1., Caes. B. G. 4, 10., Lucan. 1, 397. et Venant. carm. 7, 4, 19. Deum vero memorat Inscr. ap. Grut. 94, 10. Vosego Maximinus V. S. L. L. F.]

VOSTER, stra, strum, pronom. possess. idem ac vester, ap. veteres. Pl. Amph. prol. 1. In vobis mercimoniis emundis, venundisque, etc. V. VESTER.

*VOTIENUS Montanus, Narbonensis rhetor et poeta nobilis, a Tiberio relegatus in Baleares. Tac. A. 4, 42. Sen. Suas. 21 et 28. V. et Montanianus. B. A.

VOTIFER, ra, rum, et [VOTIFER, ra, rum, adj. votum ferens, vel gerens, votivus. Stat. Sil. 4, 4, 92. Votiferaque meas suspendit ab arbore vittas. Alii inepte leg. pomifera. Auct. Epith. Laur. et Mar. in Auth. Lat. T. 2. p. 633. Burm. v. 14. Florigena plenaque decens laugine malas Mollia votiferos dempsisti vellera ferro, h. e. novacula, qua primam barbam Diis offerendam, votis conceptis, dempsisti. (V. BARBA.) Id. ib. v. 59. atria larga, Votiferique ignes, stellantia lumina, complent, h. e. lampades, quae vota et bona omnia significant. F.]

VOTIVUS, a, um, adj. εὐχικός, ad votum spectans, ut Votivae preces, quibus aliquid cum voto poscimus: Votiva verba, quibus in faciendis votis utimur: Votiva tabella, quae ex voto Deorum aris, vel simulacris suspenditur in testimonium accepti beneficii: Tura votiva, quae voti causa incenduntur: Animal votivum, quod ex voto dari promittitur: Ludi votivi, qui ex voto celebrantur. Hor. Od. 1, 5, 13. me tabula sacer Votiva paries indicat, uvida Suspendisse potenti Vestimenta maris Deo. Id. Ep. 1, 3, 36. Pascitur in vestrum reditum votiva juvenca. Or. Am. 3, 12, 9. Accipit ara preces, votivaque tura piorum. Plin. 7, 48, 49. et Cic. Verr. 1, 10. med. Ludi votivi. Tac. G. 31. Crinem barbamque submittere, nec, nisi hoste caeso, exsuer, votivum obligatumque virtuti oris habitum. Or. Her. 20, 236. et ib. 21, 93. Votivus sanguis, h. e. victimae votivae. Id. A. Am. 1, 205. Auguror en: vinces: votivaque carmina reddam, h. e. promissa. Val. Fl. 2, 487. cui candentes votivo in gramine pascit Cornipedes genitor. Hypallage: votivos equos in gramine pascit: sed et gramen ipsum votivum est, utpote additum equis votivis. P De legatione votiva V. in LEGATIO. P Votivae noctes, quibus ex voto, et sacrorum causa secubabant. Prop. 2, 21, 62. P Votivus interdum sumitur pro eo, quod ex voto succedit, quod gratum et jucundum est. Treb. Gall. 3. Constabat, votivum illi fuisse, quod immi-

mentem cervicibus suis gravitatem patriam non haberet, h. e. votivum fuisse non habere. Appul. Met. 7. Tota civitas ad votivum conspectum effunditur; et ib. 8. f. Deam votivo suscipiens hospitio. Prud. apud. 10, 330. Votiva mors et martyri: εὐχέων. Tert. Apol. 9. in. Ipsos Saturni sacerdotes in eisdem arboribus templi sui obumbraticibus scelerum, votivis crucibus, Tiberius proconsul vivos exposuit. P Aures votivae, quae aliquid cupiunt audire. Pl. Cas. prol. 29. Aures votivae si sunt, animum advortite. Alii temen leg. vacivae, et sane rectius.

*VOTO, as, a. l. frequentat. Onomast. Vet. Voto, ὀμολογία. V. Jornand. de Regn. Success. in Julian. Parabata. B. A.

VOTUM, i, n. εὐχή, εὐχολή, ἄσκησις, preces cum sponione alicujus rei, qua Deo obligamur, si quippiam obtinuerimus: a supino verbi voco. Cic. N. D. 1, 14. Zeno aethera Deum dicit esse: si intelligi potest nihil sentiens Deus, qui nunquam nobis occurrit, neque in optatis, neque in votis. Hirt. B. Alex. 15. extr. Precibus et votis victoriam suis ab Diis immortalibus exposcere. Cic. Cluent. 68. f. Quia etiam nocturna sacrificia, sceleratasque ejus preces, et nefaria vota cognovimus. Id. N. D. 3, 37. Nonne animadvertis ex tot tabulis pictis, quam multis voti vim tempestatis effugeriat? Id. Alt. 12, 43. f. Voti religione obstructum esse; et ib. 18. Sed jam quasi voto quodam et promisso me teneri puto. Id. Fam. 7, 2. f. Quotidie vota facimus, ne intercaletur. Id. Mil. 15. extr. Vota facere contra rempublicam. Id. Att. 8, 16. facere de aliquo agrotato. Plin. 14, 13, 14. L. Papius dimicaturus votum fecit, si vicisset, Jovi pocillum vini. Caecina ad Cic. Fam. 5, 7. Nemo nostrum est, quin vota victoriae suae fecerit. Cic. Verr. 2, 5, 13. f. Nuncupare vota pro imperio populi R. Id. N. D. 3, 40. med. suscipere. Ov. Met. 7, 591. concipere. Tac. A. 15, 23. exsolvere. Cic. Phil. 3, 4. f. solve. Id. Leg. 2, 9. f. reddere. Plin. ep. 10, 101. persolvere; et ep. 44. signare. Virg. A. 5, 53. exsequi. Petr. Sat. 85. extr. Voto se exsolvere. Just. 21, 3. fungi, h. e. votum exsequi. Cic. Verr. 2, 4, 55. med. Vota Diis debere. Liv. 7, 28. et 27, 45. med. Voti damnari. Virg. A. 5, 237. reus. Liv. 7, 40. compotem facere. Id. 5, 28. liberari. Hor. Od. 2, 8, 5. Obligare votis caput. Virg. A. 5, 234. Divos in vota vocare. Tac. A. 1, 11. In questus, lacrimas, vota effundi. Ov. Pont. 2, 10, 40. vota ferre ad Deos. Inscr. ap. Grut. 18, 6. Jovi opt. max. P. Aelius Chrestus ex voto suscepto aram consecravit. Alia ib. 34, 10. S. I. M. Turranus et Senecio ex voto posuerunt. (Adde Hor. Sat. 1, 5, 66.) Alia 1072, 8. Fortunae sanct. sacr. voto suscepto merito libens Terentia Tallusa fecit. P Ipsa res quae voto promittitur. Petr. Sat. 89. stipant graves Equi recessus Danai, et in voto latent. Virg. A. 3, 279. Lustramurque Jovi, votisque incendimus aras, h. e. ture et victimis. Servius interpretatur, vota facientes. P Id ipsum, quod voto petitur, et optatur. Ov. A. Am. 1, 671. Quantum defuerat pleno post oscula voto! et ib. 1, 737. Ut voto potiare tuo, miserabilis esto. Pet. Sat. 11. Frui votis. Claud. B. Gild. 6. Horret adhuc animus, manifestaque gaudia differt, Dum stupet, et tanto cunctatur credere voto. Appul. Flor. in. Religiosis vianium moris est, cum aliquis locus sanctus in via oblatu est, votum postulare, donum apponere, h. e. quippiam a Diis, voto facto, petere. P Dies, quo vota publica nuncupantur. Capitol. Pert. 6. Denique tertium Monarum diem, votis ipsis, milites Triarium Maternum ducere in castra voluerunt. Vopisc. Tac. 9. Divorum templum fieri jussit, in quo essent statuariae principum bonorum: ita ut iisdem natalibus suis, et Parilibus, et cal. Januariis, et votis libamina onerentur. Cajus. Dig. 50, 16, 233. docet, hunc diem fuisse tertium post cal. Januar., quo die vota pro salute principis suscipiebantur. V. NUNCUPO. P Aliquando vota sunt solae preces, sine ulla promissione. Or. Trist. 1, 2, 1. Dii maris et coeli (quid enim nisi vota supersunt?) Solvere quassatae parcite membra ratis. Trajan. ad Plin. ep. 10, 90. Agnosco vota tua, mi Secunde carissime, quibus precaris, ut, etc. V. epist. Plinii praeced. P Saepe votum est voluntas, optatum, desiderium. Cic. Verr. 2, 5, 54. extr. Sic etiam fortunis hominum abutebatur ad nocturna vota cupiditatum suarum. Petr. Sat. 115. Haec sunt consilia mortalium, haec vota magnarum cogitationum. Or. A. Am. 1, 90. Haec loca sunt voto fertilia tuo. Plin. ep. 6, 26. Spondeo habiturum te generum, quo melior fingi ne voto quidem potest. Plin. alter 37, 9, 40. Indicae amethysti absolutum felicitis purpurae colorem habent: ad hancque tingentium officinae dirigunt vota. Hor. Sat. 2, 6, 1. Hoc erat in votis: modus agri non ita magnus, etc. Pers. 3, 48. quid dexter senio ferret, Scire erat in voto. Hor. Ep. 1, 11, 5. An venit in votum Attalices ex urbibus una? Suet. Aug. 51. Neque votum sibi, neque animum deesse confodiendi eum. Or. Met. 2. 89. Nate, cave, dum resque sinit, tua corrige vota. Curt. 4, 13. med. Darius votum meum implevit, h. e. quod optabam, plane praestitit. Sall. ap. Sero. A. 2, 169., Just. 23, 3. et Tac. H. 3, 46. Rebus

supra vota fluentibus. *Quint. decl. 3, 12. f.* Ad omne votum fluente fortuna, lascivit otium. *Cels. 6, 6. n. 1. med.* Sub his oculis plerumque rumpitur: votumque est, ut tantum exulceretur. Et sequente infinito, *Prud. Psych. 393.* vobis vinci et succumbere votum est. *Inscr. ap. Grut. 696, 10.* Filio dulcissimo memoriam posuerunt contra votum, h. e. a quo sibi faciendum optaverant, ut est in *alia 536, 1.* Sic in *alia 697, 7.* Quod decuit natam patri praestare sepulto, Hoc contra natae praestitit ipse pater. Similem sententiam habes *699, 1, et 707, 8, et 536, 1, et 683, 5, et 695, 5, et alibi:* item ap. *Cic. Sen. 23.* P De arboribus *Plin. 17, 2, 2.* Vota arborum, frugumque communia sunt, nives diutinas sedere. P Vota pro nuptiis et matrimonio: quia ex voto, h. e. desiderio utriusque conjugis plerumque fiunt. Hinc Itali vulgo dicunt *rimogliarsi et rimaritarsi in secundi voti.* *Imp. Honor. et Theodos. Cod. 5, 9, 4.* Nec prosit liberis ex priore susceptis matrimonio, quod mulier ad tertia minime vota migraverit. *Imp. Justin. ib. 5, 24. f.* Ex quo vota nuptiarum re ipsa processerint. *Imp. Constant. et Constans, ib. 1, 2.* Nihil fraudis ei sit, quae nuptias maturando, vota sua diutius eludi non passa est. *Appul. Flor. n. 4.* Togam parari et voto, et funeri. *Id. Met. 4.* Votis nuptialibus pacto jugali pridem destinatus. In ludrico testamento *M. Grunni Corocottae* (de quo V. in BUBULARIUS.) Sorori meae Quirinae, in cuius votum interesse non potui, do, lego, etc.

*VOTURI, orum, populi Galatiae (Gallograeciae). *Plin. 5, 32. B. A.*

VOTUS, a, um, part. a *voveo: λειψοθεις.* *Cic. N. D. 3, 17.* At earum templa sunt publice vota, et dedicata. *Liv. 4, 12.* Ludi ab decemviris per secessionem plebis a patribus ex S. C. voti, eo anno facti sunt. *Or. Am. 2, 11, 46.* pro reditu victima vota cadet. *Id. Fast. 4, 893.* Hostica Tyrrenho vota est vindemia regi, h. e. promissa Mezentio.

VOVEO, es, vovi, votum, a. 2. *ειχομαι, λειψομαι.* Deo aliquid sancte promitto: ab *οω*, pro *οω*, fero, h. e. animo seu voce offero. *Cic. N. D. 3, 36.* Neque Herculi quisquam decumam vovit unquam, si sapiens factus esset. *Id. Div. 1, 17.* Cum sues puer pasceret, una ex his amissa, vovisse dicitur, si recuperasset, uvam se Deo daturum, quae maxima esset in vinea. *Or. Met. 9, 793.* Vota puer solvit, quae femina voverat Iphis. *Id. ib. 13, 88.* sortemque meam vovistis, Achivi, h. e. vota fecistis, ut ex pluribus sors mea ex urna exiret. *Liv. 1, 27.* Tullus in re trepida decem vovit Salios, fanaque Pallori ac Pavori. *Albin. 1, 179.* Moesta domus plangere donat, cui figere laetus Parta sua dominus voverat arma manu. *Pl. Curc. 1, 1, 72.* Me inferre Veneri vovi jam jentaculum. In *fragm. Tabulae Frat. Arval. ap. Fabr. p. 443. n. 51. et Marin. Frat. Arv. n. XXIV. I. O. M. bovem auratum vovimus esse futurum.* (Ita legendum censet *Marin. ib. p. 147.* pro *auratum . . . futuram*, ut est aliquoties in in eo lapide ex quadratarii negligentia vel imperitia, quamvis rectius ipse putat *bove aurato . . . futurum*, quod saepius in eodem legitur; septies enim ibidem ea formula habetur, ut etiam in *alia Tabula ap. Grut. 119, 3. et ap. Marin. ib. n. XIX.*, itidemque ap. *Tert. cor. mil. 12.*) *Cic. Fin. 5, 22. f.* Nostri imperatores pro salute patriae sua capita voverunt. Alii leg. *devoerunt.* *Sall. in or. Cottae ad pop. f.* Voveo, dedoque me pro republica. *Just. 21, 3.* Lorenenses voverant, si victores forent, ut virgines suas prostituerent. *Liv. 31, 9. f.* Vovit in eadem verba consul, praecunte maximo pontifice, quibus ante, etc. *Inscr. lamnae aeneae ap. Liv. 23, 19. f.* Manicium pro militibus, qui Casilini in praesidio fuerint, votum vovisse. *Pl. Amph. 3, 2, 66.* Ut quae apud legionem vota vovi, exsolvam. *Sil. 4, 203.* Sed Parcae intonsa non exaudita voventem Ad Manes traxere coma. P Sumitur etiam pro optare, desiderare, cupere. *Hor. Ep. 1, 4, 8.* Quid voveat dulci nutricula majus alumno? *Or. Met. 12, 200.* Sint tua vota licet, dixit, secunda repulsae: Elige, quid voveas; et *ib. 14, 35.* Ut tua sim, voveo.

VOX, vōcis, f. *φωνη, βωη*, sonus animalium ore aut alia collisione corporum expressus: a *vocando* ducta, ut *dux* a *ducendo*: vel a *βωω*, clamo: vel a *βωω* (quod pariter a *βωω*) piscis marini vocalis genus. *Vitruv. 5, 3. med.* Vox est spiritus fluens, et aeris ictu sensibilis auditui. Ea movetur circulo rotundationibus infinitis, uti, si in stantem aquam lapide immisso, nascantur innumerabiles undarum circuli crescentes a centro, etc. *Sen. Q. N. 2, 29.* Vox nihil aliud est, quam ictus aeris; et *ib. 6.* Quid est vox, nisi intensio aeris, ut audiatur, linguae formata percussu? *Phaedr. 1, 12.* Cervus venantum vocibus conterritus. *Id. 5, 5.* Porcelli vocem imitari. *Catull. 63, 21.* Ubi cymbalum (scil. cymbalorum) sonat vox. *Virg. A. 6, 646.* Oblouitur numeris septem discrimina vocum: Jamque eadem digitis, jam pectine pulsata eburno. *Or. Trist. 3, 11, 48.* Mugiet, et veri vox erit illa bovis. *Id. Am. 2, 6, 18.* de psittaco: vox mutandis ingeniosa sonis. *Id. Met. 1, 337.* de buccina Tritonis: quae medio concepit ut aera ponto, Litora voce replet. *Sic Virg. A. 7, 519.* ad vocem celeres, qua bucci-

na signum Dira dedit, raptis concurrunt undique telis. *Id. ib. 3, 555.* Et gemitum ingentem pelagi, pulsataque saxa Audimus longe, fractasque ad litora voces. *Id. ib. 669.* ad sonitum vocis vestigia torsit, h. e. remorum aquas pulsantium. P Adjuncta vocis plurima sunt. *Cic. Or. 3, 57.* Omnes voces hominis, ut nervi in fidibus, ita sonant, ut a motu animi quoque sunt pulsae. Nam voces, ut chordae, sunt intentae, quae ad quemque tactum respondeant, acuta, gravis, cita, tarda, magna, parva: quas tamen inter omnes est suo quaeque in genere mediocris. Atque etiam illa sunt ab his delapsa plura genera, leve, asperum; contractum, diffusum; continenti spiritu, intermisso; fractum, scissum; flexo sono, attenuatum, inflatum; et *ib. 12.* Loqui sono vocis recto, et simplici, non asperate, non vaste, non rustice, non hiulce, sed presse, et aequabiliter, et leniter. *Id. Or. 17. f.* Contenta voce atrociter dicere; et summissa leniter; et inclinata videri gravis, et inflexa miserabilis. Mira est enim quaedam natura vocis, cujus quidem e tribus omnino sonis (h. e. *accentibus*) inflexo, acuto, gravi, tanta sit, et tam suavis varietas perfecta in cantibus; et *ib. 18.* Aeschinem voce dulci, et clara fuisse. *Quint. 11, 3.* Natura vocis spectatur quantitate, et qualitate. Quantitas simplicior est, in summa enim grandis, aut exigua est. Qualitas magis varia est: nam est et candida, et fusca; et plena, et exilis; et lenis, et aspera; et contracta, et fusa; et dura, et flexibilis; et clara, et obtusa. (Adde *Cic. N. D. 2, 58. f.*) et post multa: Ornata est pronuntiatio, cui suffragatur vox facilis, magna, beata, flexibilis, firma, dulcis, durabilis, clara, pura, secans aera, auribus sedens; et *infra*: Vox laetis in rebus plena, simplex, et ipsa quodammodo hilaris fluit: at in certamine erecta totis viribus, et velut omnibus nervis intenditur: atrox in ira, et aspera, et densa, et respirazione crebra: paululum in invidia faciendae lentior: at in blandiendo, fatendo, satisfaciendo, rogando lenis et summissa: suadentium, et momentum, et pollicentium, et consolantium gravis: in metu, et verecundia contracta; adhortationibus fortis, disputationibus teres; miseratione flexa, et flebilis, et consulto quasi obscurior: at in egressionibus fusa, et securae claritatis; in expositione, et sermonibus recta, et inter acutum, et gravem sonum media. *Cic. Or. 3, 25. med.* Quanto molliores sunt, et delicatiores in cantu flexiones et falsae voculae, quam certae et severae! *Auct. ad Her. 3, 12.* Vox sedata, et depressa; et *ib. 12.* remissa; et *ib. 14.* tremebunda. *Ap. Or. variis in loc. resona, sonans, ingens, tremens, fessa loquendo, infragilis, summa, sicca, rauca, fera, insana, virilis, tristis.* *Ap. Sen. Trag. variis in loc. alta, horrenda, blandiloqua, infanda, luctifica, gravior et attonita.* *Ap. Val. Fl. moesta, saeva.* *Ap. Sil. 1, 67. trux.* *Ap. Quint. praepinguis, dura, rigida, recta, erecta, concitata.* *Ap. Cic. rustica, agrestis, absona, absurda, subrauca, mollis, suavis, canora splendida.* *Ap. Catull. tinnula.* *Ap. Sen. Apocol. med. qualis esse marinis belluis solet, rauca, et implicata.* *Ap. Pers. 1, 19. serena.* *Ap. Lucr. et Virgil. liquida.* *Ap. Plin. modulata, robusta, truculenta.* P Multi etiam loquendi modi. *Cic. Or. 1, 61. f.* Contentio vocis, et remissio; et *ib. 2, 46.* Vox inflexa ad miserabilem sonum. *Id. Sen. 5. med.* Legem Voconiam magna voce, et bonis lateribus suasi. *Sall. Cat. 32.* Demisso vultu, voce supplicii postulare. *Petr. Sat. 108.* clara liberaque clamare; et *ib. 96.* rabiosa, barbaraque perorare in ebrios et fugitivos; et *fragm. Trag. 70. Burm. tremula tetricaque cantare.* *Sen. Br. V. 12.* Vocem inflexu modulationis torquere. *Or. Am. 2, 4, 25.* dulce canit, flectitque facillima vocem. *Id. Met. 9, 583.* lingua icto aere dat voces; et *ib. 15, 657.* Vocem emittere. *Pl. poen. prol. 33.* Matronae canora hic voce sua tinnire temperent. *Id. Most. 3, 1, 49.* Scio, te bona esse voce: ne clama nimis. *Virg. A. 8, 70.* Effundere vocem ad sidera; et *Ecl. 5, 62.* jactare ad sidera. *Claud. in Eutrop. 2, 390.* anhelam expromere. *Pl. Ps. 1, 4, 16.* comprimere. *Or. Met. 1, 715.* suppressere. *Quint. 1, 8.* attollere, vel submittere. *Phaedr. 1, 12.* edere; et *2, 26.* praeccludi metus. *Catull. 64, 125.* imo e pectore fundere; et *ib. 202.* moesto pectore profunderet, *Virg. A. 1, 378.* imo a pectore trahere; et *ib. 4, 463.* longas in fletum ducere voces; et *ib. 12, 929.* vocem late nemora alta remittunt; et *ib. 638.* Voce vocare aliquem. *Quint. 11, 3.* Fauces tumentes strangulant vocem, obtusae obscurant, fasae exasperant; et *ib. Vocem urgere ultra vires.* *Pl. Poen. prol. 13.* Praeco exerce vocem, per quam vis. *Id. Rud. 1, 4, 5.* Voce quaerere aliquem, h. e. identidem vocando. *Id. Bacch. 5, 2, 22.* Humana nos voce appellat oves. *Id. As. 2, 2, 30.* Jubeo te salvere voce summa, quoad vires valent. *Id. Amph. 5, 1, 12.* maxima voce exclamare. *Ter. Ph. 5, 7, 92.* Enimvero voce est opus: Nausistrata exi. P Ad curam servandae vocis pertinent haec. *Cels. 5, 25. n. 15.* Vocem adjuvat turis P. 1. in duobus cyathis vini datum. *Plin. 24, 18, 108.* Eriphia (*herba*) ad vocem nihil praestantius esse tradunt. *Id. 20, 6, 23.* Allium voci confert; et *22,*

25, 69. Faba voci prodest; et *20, 14, 53.* Voci mentae succus utilis; et *ib. 6, 21.* Porrum voci splendorem affert. *Suet. Ner. 20.* Vocem reficere; et *ib. 25.* conservare. P Saepae vox est verbum, sermo, oratio, dictum, sententia. *Lucr. 1, 912.* Cum lingua, atque ignes distincta voce notemus. *Cic. Fin. 2, 2. f.* Dico, Epicurum non intelligere, quid sonet haec vox voluptatis, id est quae res huic voci subjiciatur. *Or. Fast. 5, 484.* Is verbi sensus, vis ea vocis erat. *Sen. Thyest. 1072.* Vocibus nostris vaca. *Virg. A. 1, 68.* Ad quem tum Juno supplex his vocibus usa est: Aeole, etc. *Just. 11, 15.* Applicito captivo, cum civem ex voce cognovisset, etc. *Sic Or. Trist. 3, 12, 39.* Graja, sive Latina voce loqui. *Caes. B. G. 1, 32.* Cum ab iis saepius quaereret, neque ullam omnino vocem exprimere posset; *Cic. Verr. 2, 5, 65.* Constitue, nihil esse opis in hac voce, Civis R. sum. *Hor. Sat. 1, 6, 92.* longe mea discrepat istis Et vox, et ratio; et *ib. 3, 103.* Donec verba, quibus voces sensusque notarent, Nominaque invenere. *Id. Ep. 1, 1, 34.* Sunt verba, et voces, quibus hunc lenire dolorem Possis. *Id. Od. 1, 10, 1.* Mercuri, etc. Qui feros cultus hominum recentum Voce formasti. *Cic. Sext. 19.* Cum viderem, vocem pro me ac pro republica neminem mittere; et *Cluent. 32. med.* Hodierno die primum veritas vocem contra invidiam misit. *Id. Fl. 3.* Fuit quaestor in Hispania: vox de quaestura nulla missa est; et paulo post: Quae est unquam jacta, non suspicio, sed iracundiae vox, aut doloris? *Plin. 18, 6, 7. n. 4.* Temerarium videntur unam vocem antiquorum possuisse: Nihil minus expedire, quam agrum optime colere. *Tac. A. 2, 29.* Libo veste mutata vocem adversus pericula poscere, h. e. defensionem. P *Viva vox. V. VIVUS.* P Una vox, communis opinio et consensus. *Cic. Fam. 9, 15.* Atque haec una vox omnium est. *Id. Or. 1, 11.* A quibus omnibus una paene repelli voce oratoream gubernaculis civitatum videbam, h. e. uno ore, consensu omnium. *Mart. 7, 6.* Certus auctor abest: sed vox hoc nuntiat omnis. P *Tollere vocem* est gravi stilo, et grandioribus verbis uti, ap. *Hor. A. P. 93.* Interdum tamen et vocem comedia tollit, Iratusque Chremes tumido delitigat ore. P Interdum voces sunt litterae, vocales praesertim, quae solae sonum habent. *Cic. Or. 44.* Verba sint quam suavissimis vocibus; et *f.* In ea oratione est crebra ista vocum concursio, quam magna ex parte, ut vitiosam, fugit Demosthenes. P Item accentus, *προσφοδια.* *Cic. Or. 18.* Ipsa natura, quasi modularetur hominum orationem, in omni verbo posuit acutam vocem, nec una plus, nec a postrema syllaba citra tertiam.

UP

*UPELLAE, arum, oppidum Norici. *Tab. Peutinger. B. A.*

UPILIO, onis, m. idem ac opilio, q. v. v. [UPILIUS, a, um, adj. qui ad upilionem pertinet. Est cogn. R. *Inscr. ap. Fabr. p. 463. n. 95. L. Cornelius A. F. Fab. Upilius. F.*]

*UPIS, is, pater Dianae ejuisdam, a quo et ipsa Diana Upis Graecis dicitur, v. c. *Callimacho H. in Dian. 204. V. Cic. N. D. 3, 23. B. A.*

UPUPA, ae, f. *επιου*, avis cristis a capite exeuntibus galeata, in fimo semper commorans. Vulgo nomen eo accepisse putatur, quod Tereus Thracum rex in avem eam commutatus, etiam nunc requirens filium Ityn, quem Progne marito comedendum apposuerat, inclamet *επιου, που*, ubi, ubi. Sed sane possumus cum *Varr. L. L. 4, 11.* deducere a voce ejus *pu, pu*, ne ad fabulas recurramus: vel potius ab ipsa Graeca voce *επιου, οπος*, seu *επιου, οπος*, ο nempe articulo per crasin Atticam cum nomine *επιου* conjuncto, ut legitur ap. *Aristoph. in Avib. v. 226.* *Οπιου μελωδων αυ παρασκευαζεται:* ubi legitur ejusdem avis cantilena: *Επιουποι ποιου, ποιοποιου ποιου:* unde factum verbum *ποπιω* ap. *Polluc. l. 5. §. 89.* quo ejusdem cantus exprimitur; atque hinc Latini suam fecere upupam. V. EPOPS. *Plin. 10, 29, 44.* Mutat et upupa (*formam, et colorem*), ut tradit Aeschylus poeta, obscura alias pastu avis, cristis visenda plicatili, contrahens eam, subrigensque per longitudinem capitis. Adde *ib. 25, 36.* P *Upupa* etiam ob similitudinem dicebatur instrumentum ferreum, quo in lapidinis utebantur ad eruendos et excavandos lapides: quod Graeci *επιου οπιου*, fodere, *δρυγα* dixerunt. *Pl. Capt. 5, 4, 7.* Itidem huc mihi advenienti upupa, quae me delectet, data est. Ubi Tyndarus servus captivus ait, sibi, simul atque in lapidinas detrusus esset, datam esse upupam in manum, ut scilicet hoc esset illi misero, quod patriciis pueris monedula, aut coturnix. V. integrum *Plauti* locum.

URA, ae, f. *ουρα*, cauda. Est cogn. R. *Inscr. ap. Grut. 1013, 6. M. Clodius Ura.* P *Ura scorpis*, herbae nomen Graecum *ουρα σκορπιου*, h. e. cauda scorpionis, quae et heliotropium dicitur. *Appul. Herb. 49.* Syriae oppidum, in Palmyrena. *Plin. 5, 24.* P *Sura* appellatur ab *cod. 5, 26. ed. Hard.* ubi antea *Asura* legebatur. *B. A.*

URAEA CYBIA. V. HORAEUS. URAGUS et URGUS. V. ORCUS.

URANIA, ae, et Graeca positione Uranie, es, f. Urania, Urania, Jovis et Mnemosynes filia, una Musarum, cui astrologiae inventio tribuitur: ab Urania, coelum. Praest enim rebus coelestibus et divinis. Aliqui dictam putant quasi Urania Urania, hoc est quae sursum sunt, speculantes. Ob. Fast. 5, 55. Excipit Uranie: fecere silentia cunctae. Auson. Idyll. 20, 8. Uranie coeli motus scrutatur et astra. Cic. Dic. 1, 11. Versus, quos in secundo consulatus Urania musa pronuntiat, h. e. in lib. 2. carminis, quod de suo consulatu Cicero composuit, et in tres libros divisit. Adde Capell. 8, 273. V. MUSA. Urania vocatur etiam Dea Coelestis. V. h. v. Urania et nomen unius e canibus Actaeonis. Hygin. fab. 181. B. A.

URANIDES, ae, m. Uranides, coelestis. Est cogn. R. Inscr. ap. Grut. 540, 2. Diogenes Mil. Coh. X. Pr. 7. Uranide, h. e. Uranidae, perperam ommissa altera vocali diphthongi. F.]

URANIO, onis, f. dimin. Uranies. Est cogn. R. Inscr. ap. Marin. Frat. Arv. p. 254. Gratiliae O. L. Uranionis filiae (ossa). F.]

URANIMAL, oppidum Arabiae Felicis. Plin. 6, 28. ed. Hard. ubi ed. Elzev. exhibet Muranimal. B. A.

URANOPOLIS, is, f. Uranopolis, urbs Macedoniae, in Chalcidica, ad montem Athum. Plin. 4, 10. Eius conditor Alexander ille Magnus. V. Athen. 3, 20. P. Alia, in Pamphylia. Id. 5, 7. B. A.

URANOSCOPUS, i, m. Uranoscopus, piscis idem qui callionymus, fel habens praegrande, quo cicatrices, et excrecentes in oculo carunculae persanantur: ita dictus ab oculo, quem in capite habet ita situm, ut eo coelum intueri videatur. Plin. 32, 7, 24. et ib. 11, 52. V. CALLIONYMUS.

URANUS, i, m. Uranus, pater Saturni, qui Latinis coelum, vel potius Coelus, sive Coelius appellatur, cui Saturnus filius amputavit virilia, et in mare abiecit, ex quibus et ex maris spuma nata est Venus, quae Graeco nomine vocata est Aphrodite. V. Lactant. 1, 11. et 12.

URBA, ae, oppidum Helvetiae, hodie Orbe, Orbach vel Urba. Anton. Itin. B. A.

URBANA, ae, f. oppidum Campaniae. Plin. 14, 6. Urbanam coloniam Sullanam. P. Urbanam audit Tab. Penting. B. A.

URBANATIM, adv. urbane, hoc est urbanorum more, sicut rusticatim rusticis, sive rusticorum more. Pomp. ap. Non. 1, 8. et 2, 747. At ego rusticatim tangam, urbanatim nescio.

URBANE, adv. urbane, more eorum, qui urbes inhabitant, eleganter, lepide, venuste. Cic. Fin. 1, 11. Ut a patre audiebam facete et urbane Stoicos irridere. Quint. 2, 11. Nec sane potuit urbanus ex confessione inscitiae suae elabi. Id. 6, 1. med. Discutere lacrimas, epilogi est proprium cum oratione continua, tum etiam quibusdam urbane dictis: quale est, Date puero panem, ne plore. Cic. Q. Fr. 2, 1. f. Clodius furebat, a Racilio se contumaciter urbaneque vexatum, h. e. salse et amare. Manut. et alii mallent inurbane. Gell. 15, 5. Urbanissime respondere. P. Urbane loqui non semper est facete, et cum risu loqui: nam etiam sermo serius urbanitas est ex sententia Domitii Marci ap. Quint. 6, 3. f., et ex iis, quae in ea voce dicimus. Sed est etiam more eorum, qui in urbe vivunt, cultioribus verbis uti, et a vulgari et plebeja consuetudine aliquantum remotis: et medium est inter sermonem proprium et translatum. Hoc sensu in hoc opere uti sumus, cum urbane et translate verborum usum exposuimus. V. URBANITAS. P. Urbane, benigne, comiter. Treb. Gall. 14. Fuit ejusdem socius in appetendo imperio quidam Ceronius, qui eos et urbanissime, et prudentissime adjurit. Cic. Coel. 14. Ex ipsa quaeram, utrum me secum severe et graviter, et praece agere malit, an remisse ac leniter, et urbane; et ib. 15. Sin autem urbanus me agere mavis, etc.

URBANI, orum, m. plur. incolae Urbae, oppidi in Liguria prope Albam Pompejam. Fluvii cognominis Claud. B. Get. 555. meminit. Inscr. ap. Mur. 2099, 8. Imp. Caesari Divi F. Augusto Pontif. Max. Cos. XII. Trib. Pot. XVIII. Urbani. V. Mur. adnot. ib. F.]

URBANICIANUS, a, um, et URBANICUS, a, um, adj. Urbaniciani, et Urbanici milites dicuntur, qui in praesidio praefecti urbis Romae collocati sunt. Paul. Dig. 4, 6, 35. Sed et in urbanicis militibus idem divus Pius constituit Spart. Carac. 4. Nudis pedibus ab urbanicianis raptus est. Alii leg. urbanicis. Id. Get. 6. Ventum est usque ad seditionem urbanicianorum militum.

URBANILLA, ae, f. dimin. urbanae. Est cogn. R. Inscr. ap. Fabr. p. 306. n. XXXI. Urbanilla F. matri dulcissimae. F.]

URBANITAS, atis, f. Urbanitas, vita urbana. Cic. Fam. 7, 6. Tu modo ineptias istas, et desideria urbis, et urbanitatis depone: et quo consilio profectus es, id assiduitate et virtute consequere; et ib. 17. Mihi interdum (pace tua dixerim) levis in urbis, urbanitatisque desiderio, nterdum piger, interdum timidus videbare, P. Refertur ad mores, et significat facilitatem et suavita-

tem morum, lenitatem, comitatem, humanitatem: quae in iis, qui in urbe vivunt, reperiri solent: nam qui ruri, agrestes esse videntur, duri, asperi, ut qui cum hominibus minus vivere consueverunt. Id. ib. 3, 7. med. Etiamne tu has ineptias? homo, mea sententia, summa prudentia, multa etiam doctrina, plurimo rerum usu: addo urbanitatem, quae est virtus, ut Stoici rectissime putant. Vopisc. Prob. 16. Barbarorum, vel per terrorem, vel per urbanitatem, loca ingressus est. Ita in quodam MS. ap. Salmas: h. e. cum bona eorum gratia. Alii leg. voluntatem. P. Item ad sermonem et orationem, et significat leporem, elegantiam, cultum, munditiam, nitorem, venustatem, tum in verbis ipsis, tum in voce et pronuntiatione. Eorum enim, qui in urbe agunt, sonus et sermo multo cultior est et amoenior, quam eorum, qui in agro sunt. Cic. Brut. 46. Tum Brutus, quid tu, inquit, tribuis istis externis quasi oratoribus? Quid censes, inquam, nisi idem quod urbanis, praeter unum, quod non est eorum urbanitate quadam quasi colorata oratio? Et Brutus, qui est, inquit, iste tandem urbanitatis color? Nescio, inquam: tantum esse quendam scio. Id tu, Brute, jam intelliges, cum in Galliam veneris: audies tu quidem etiam verba quaedam non trita Romae: sed haec mutari dediscique possunt. Illud est majus, quod in vocibus nostrorum oratorum recinit quiddam, et resonat urbanus: nec hoc in oratoribus modo apparet, sed etiam in ceteris. Quint. 6, 3. non longe ab in. Urbanitate significari video sermonem prae se ferentem in verbis, et sono, et usu proprium quendam gustum urbis, et sumptam ex conversatione doctorum tacitam eruditionem: denique cui contraria sit rusticitas. Id. ib. f. Meo quidem iudicio illa est urbanitas, in qua nihil absonum, nihil agreste, nihil inconditum, nihil peregrinum neque sensu, neque verbis, neque ore gestare possit deprehendi, ut non tam sit in singulis dictis, quam in toto colore dicendi, qualis apud Graecos Atticis mos ille redolens Athenarum proprium saporem. V. v. sq. Praecipue dicitur de salibus, jocis festivitate, et facetiis. Cic. Coel. 3. Contumelia si petulantius jactatur, convicium; si facetius, urbanitas nominatur. Id. Fin. 2, 31. f. In hominum factorum urbanitatem incurrere. Id. Fam. 7, 31. f. Vides, exaruisse jam veterem urbanitatem; et Q. Fr. 2, 10. med. Ut aliquando subtilitatem veteris urbanitatis, et humanissimi sermonis attingerem. Adde Sen. Const. Sap. 11. f., Plin. ep. 8, 6. et Quint. 6, 3. in. P. Item de ludo, quo quis per jocum decipitur, aut aliqua re fraudatur; his enim solertiores esse solent urbani homines, quam rustici. Tac. H. 2, 88. Incuriosos milites vernacula urbanitate quidam spoliaverunt.

URBANOR, aris, dep. 1. πολιτεύματα. Gloss. Gr. Lat. B. A.

URBANUS, a, um, adj. πολιτικός, ἀστικός, ad urbem pertinens, urbicus: cui rusticus opponitur. Ter. Ad. 1, 17. Ego hanc clementem vitam urbanam atque otium secutus sum: ille ruri agere vitam, semper parca ac duriter se habere. Pl. Trin. 1, 2, 165. Urbani assidui cives, quos scurras vocant. Id. Merc. 4, 3, 15. Urbani fiunt rustici. Liv. 5, 20. Non avidas in direptiones manus otiosorum urbanorum praerupturas fortium bellatorum praemia esse. Pl. Cas. a. 1. e. II. Quin ruri es in praefectura tua, atque urbanis rebus te abstines? Cic. Q. Fr. 1, 1, 15. Mihi casus urbanam in magistratibus administrationem reipublicae, tibi provincialem dedit. Id. Or. 1, 9. f. Urbanae tribus. Caes. B. C. 3, 20. Praetor urbanus. Sall. Cat. 38. Urbana plebs; et ib. 26. servitia. Liv. 27, 3. f. Urbanus exercitus, h. e. ex civibus in urbe degentibus. Tac. A. 2, 44. Urbano luxu lascivire. Paul. Dig. 2, 14, 4. Urbanas habitationes locare. Id. ib. 30, 1, 41. med. Aedes urbanae atque rusticae. Papin. ib. 31, 1, 67. Familia urbana, aut rustica, h. e. quae in urbe, aut ruri servit. Tac. A. 1, 17. extr. Excubiae urbanae. Plin. ep. 3, 17. f. Justine de causis eum tibi videor incolere, inhabitare, diligere secussum? quem tu nimis urbanus es, nisi concupiscis, h. e. nimis amator urbis, et vitae urbanae. P. Jcti urbana praedia omnia aedificia accipiunt non solum ea, quae sunt in oppidis, sed et si forte stabula sunt, vel alia meritoria in villis, et vicis, vel si praetoria voluptati tantum deservientia: quia urbanum praedium non locus facit, sed materia. Proinde hortos quoque, siqui sunt in aedificiis constituti, dicunt, in urbanorum appellatione contineri. Quod si horti in reditu sint, vicarii forte, vel etiam olitorii, in urbanis non habentur. Haec ex Ulp. Dig. 50, 16, 198. Adde ib. 8. tit. 1. 2. et 3. qui de urbanorum et rusticorum praedior. servitutib. inscribuntur. Huc pertinere videntur illa Caton. R. R. 8. f. Fundum urbanum ita paret, itaque conserat, uti quam solertissimum habeat; et Just. 31, 2. Rus urbanum, quod propter litus maris habebat, contendit. P. Transferuntur ad animum, et significat comem, facilem, et in cujus factis aut dictis nihil odiosum, acerbumve deprehenditur, ut in URBANITAS dictum est. Cic. Fam. 3, 8. med. Te hominem non solum sapientem, verum etiam, ut nunc loquimur, urbanum, non arbitrabor genere isto legationum delectari. Quod Cic. ait, ut nunc

loquimur, significat, hoc sensu coepisse suo tempore adhiberi. Nam alias, et alio sensu ipse quoque sine illa interjectione usurpat. P. Item oris duri, perfrictae frontis, cujusmodi sunt urbani prae rusticis. Hor. Ep. 1, 9, 11. Frontis ad urbanae descendi praemia. P. Item jocantem, ridiculum, scurram, mordacem, irrisorem; quod urbanorum, praesertim otiosorum, proprium est. Id. ib. 15, 27. Maenius ut rebus maternis atque paternis Fortiter absumptis urbanus coepit haberi, h. e. scurram agere, ut ditiorum coenas captaret. Plin. ep. 8, 6. Urbanos, qui illa censuerunt, putem? an miseros? Dicerem urbanos, si senatum deceret urbanitas. Id. ep. 4, 25. Qui in tanta re, tam serio tempore, tam scurriliter ludat? qui denique omnino in senatu dicax, et urbanus, et bellus est. Adde Hor. Ep. 1, 14, 6. P. Item festivus, lepidus, amoenus. Cic. Dom. 31. Et homo facetus inducis etiam sermonem urbanum ac venustum, me dicere solere, esse me Jovem, eundemque dicitare, Minervam esse sororem meam. Id. Coel. 15. Qui est in isto genere urbanissimus. Colum. 8, 16. Circumfertur Marcii Philippi velut urbanissimum, quod erat luxuriosissimum, factum, atque dictum. Adde Hor. Sat. 1, 4, 90. et descriptionem urbani hominis, quam Domitius Marsus dabat his verbis (ap. Quint. 6, 3. f.) Urbanus homo erit, cujus multa bene dicta, responsaque erunt: et qui in sermonibus, circulis, conviviis, item in concionibus, omni denique loco ridicule commodeque dicet. P. Item gratus, venustus, jucundus. Quint. 11, 3. Pronuntiatio vitio carebit, si fuerit os facile, explanatum, jucundum, urbanum: id est in quo nulla neque rusticitas, neque peregrinitas resonet. P. Sermo, aut oratio urbana est, quae selectis et cultis verbis, et amoenis, ut ita dicam, venustisque constat, ipsoque sono et usu praesefert proprium quendam urbis colorem ac gustum. His enim carere solent, qui ruri agunt, vel peregrini sunt. V. URBANITAS et URBANE. Auct. dial. de Or. 18. Catoni seni comparatur C. Gracchus, plenior et uberior; Graccho politior et ornator Coelius; utroque distinctior, et urbanior, et altior Cicero. Cic. Brut. 46. In vocibus nostrorum oratorum recinit quiddam et resonat urbanus: nec hoc in oratoribus modo apparet, sed etiam in ceteris. P. Ab his transfertur ad arbores. Plin. 16, 19, 32. Sunt arborum quaedam omnino silvestres, quaedam urbaniores, quas his placet nominibus distinguere. Haec mites, quae fructu atque aliqua dote, umbrarumve officio humanius juvant, non improbe dicantur urbanae. Id. 22, 22, 34. Acanthos est topiaria, et urbana herba. P. Fuit etiam cogn. R. Inscr. ap. Grut. 589, 10. T. Flavius Aug. Lib. Urbanus.

URBI, orum, populi Asiae ulterioris, circa Indum flumen. Plin. 6, 23. B. A.

URBICAPUS, i, m. qui urbes capit, πολιορκητός. Pl. Mil. 4, 2, 64. Urbicaepe, occisor regum.

URBICARIUS, a, um, adj. urbicus, urbanus. Urbicariae regiones dictae sunt urbi Romae circumjacentes, ut Tusciae, et Piceni, pars Romae propior: quae et suburbicariae appellantur. Aliter vero statuit Jos. Morianus in Inscr. Regin. p. 379 — 385, nimirum ex XVII. provinciis, in quas divisa erat Italia, decem urbicarias fuisse appellatas, quia vicario Urbis subdebantur: alias septem Italicas, quia sub vicario Italiae essent: atque adeo quatuor ex urbicariis dictas esse suburbicarias, quia sub Urbe erant, et in litium appellationibus ad praefectum Urbis provocabant. Imp. Honor. et Theodos. Cod. Theod. 11, 28, 14. Quod de annonariis functionibus per urbicarias regiones clementia nostra concessit. Ad Salmas. ad Treb. in XXX. Tyrann. 24., ubi hac de re multa. Fulg. Myth. 2, 17. Beatinus (lege Vatinius) augur dicere solitus erat, diversarum urbium honores somnialiter (lege similitur) peragi urbicario milologo. V. URBICUS.

URBICIO, onis, m. dimin. urbici. Est cogn. R. Inscr. ap. Mur. 1983, 6. Flavius Urbicio. F.]

URBICREMIUS, a, um, adj. urbes cremans. Prud. Hamart. 729. de Sodomae incendio: Nubibus urbicremis se subducere.

URBICUA, ae, f. oppidum Hispaniae Tarracensis, in Celtiberis, vel certe Celtiberorum agro vicinum. Liv. 40, 16. B. A.

URBICULA, ae, f. πόλις, parva urbs. Onomast. Vet. Urbicula, πόλις. B. A.

URBICUS, a, um, adj. αστικός, ad urbem pertinens, sicut rusticus ad rus. Suet. Caes. 49. Negotiatore urbici. Gell. 15, 1. Venum hercle dedissem res rusticas, et urbicas emissem. Suet. Aug. 18. Annona urbica; et ib. 46. Urbici magistratus. Id. Ner. 23. Urbicae res. Mart. 1, 54. Urbica Tyrianthina. Lampr. Elag. 20. Praefectus urbicus, h. e. praefectus Urbis. Pall. 2, 18. In vini sextariis urbicus decem, h. e. mensura urbis Romae Ulp. Dig. 43, 8, 1. med. Viae urbicae. Inscr. ap. Marin. Frat. Arv. p. 532. et ap. Schiass. Guida al Mus. Bol. p. 45. In praediis C. Legianii Ver. . . balineum more urbico lavat, (et) omnia commoda praestantur. Alia ib. In . . . s praediis Aureliae Faustinae balineum lavat more urbico, et omnis humanitas praestatur. P. In illo Juven. 6, 71. Urbicus exodio risum movet Atellana: Urbicus quibusdam est nomen poetae pro-

prium, at et ap. *Mart.* 1, 42. et alibi; sed reapse significat scurram mimarium, urbicarium mimologum. P Fuit etiam cogn. R. *Inscr.* ap. *Grut.* 862, C. Caecilius Urbicus. *Alia* in *Bibliot. Ital.* T. 57, p. 248. Magniae Urbicae Aug. matri castrorum, conjugi D. N. Carini invicti Aug. etc.

URBIGENUS pagus nomen accepit ab Urba Helvetiae oppido. *Caes. B. G.* 1, 27. B. A.

URBINAS, atis, adj. omn. gen. qui est ex Urbino oppido, ut Petisius Urbinas, *Cic. Phil.* 12, 8. P *Urbinates*, um, ejus cives. *Plin.* 3, 14, 19, qui in *Inscr.* ap. *Grut.* 463, 4. sunt *Urvinates*, ex cognatione b, et v: et oppidum *Urvinum*, *ib.* 485, 8. quod est in Umbria, ad fontes Isauri fluminis.

URBINIANUS, a, um, adj. ad Urbiniam aliquam pertinens, quod fuit nomen proprium gentilicium R. *Quint.* 7, 2. *med.* In lite Urbiniana.

URBIS, is, fluvius Liguria. *Claud. B. Get.* 555. Hodie *Orbe* audit. P Fuit et Urbis oppidum Aethiopiae. *Plin.* 6, 29. B. A.

URBISALVIENSIS, e, adj. ad Urbisalviam vel Urbem Salviam pertinens, quae olim Pollentia est dicta, in Piceno ad Cluentum fluv., nunc *Urbisaglia*, cujus ita meminit *Plin.* 3, 13, 18. Intus Planenses, Ricinenses, Septempedani, Tollentines, Trejenses, cum Urbe Salvia Pollentini junguntur. Ita ex MSS. legendum probat *Ant. Brandimart.* in *Piceno illustr.* p. 85. *Inscr.* ap. *Mur.* 707, 7. L. Hostilio L. F. Aem. Tullo Fil. Dec. Urbe Salvia. *Alia* ap. *Orell. Coll. Inscr. Lat.* n. 1870. Dis, Deabusq. Urbisalviensibus T. Flavius Maximus Proc. Aug. ab Orient. donum misit. F.]

URBO, V. URVO.

URBS, urbis, f. πόλις, oppidum muro cinctum. Quid a civitate differat in ea voce dictum est. *Cic. de rep.* (ed. A. Maio) 1, 26. et *Non.* 5, 27. Quam cum locis manque sepsissent, ejusmodi conjunctionem tectorum oppidum, vel urbem appellaverunt, delubris distinctam, spatiisque communibus. Adde *Sext.* 42. *med.* P *Urbe*, in urbe, ablativus absolutus. *Auct. argum. Truc. Plautini.* Rure unus, urbe unus, peregre tertius. P De notatione nominis haec *Varr. L. L.* 4, 32. Oppida condebant in Latio Etrusco ritu multa, id est junctis bubus tauro et vacca, interiore aratro circum agebant sulcum. Hoc faciebant religionis causa die auspiciato, ut fossa et muro essent munita. Terram unde exsculperant, fossam vocabant; et introrsum factum murum: postea quod fiebat orbis, urbs. Haec *Varr. Serv.* ad A. 1, 16. Urbs dicitur ab orbe, quod antiquae civitates in orbem fiebant: vel ab urvo, parte atrari, quo muri designabantur. *Pomp. Dig.* 50, 16, 239. Urbs ab urbo appellata est: urbare est aratro definire: et Varus ait, urbem appellari curvaturam atrari, quod in urbe condenda adhiberi solet. Ita in ed. *Torrentini*: alii hab. *urvere*, et *urvum*, quod idem est, quia b et v saepe commutantur. *Virg. A.* 5, 755. Interea Aeneas urbem designat atraro, Sortitusque domos, etc. Ubi *Servius*: Quem Cato in Originibus dicit morem fuisse. Conditores enim taurum in dextram, vaccam intrinsecus jungebant: et incincti cinctu Gabino, id est togae parte caput velati, parte succincti, tenebant stivam incurvam, ut glebae omnes intrinsecus caderent: et ita sulco ducto loca murorum designabant atrarum suspendentes circa loca portarum. Haec *Servius*. Adde *Isid. Or.* 15, 2. P Ut condendis, ita et evertendis urbibus atrarum adhibebant, ut eodem ritu subverterentur, quo conditae fuerant, ut docet *Serv.* ad *illud A.* 4, 212. cui litus arandum. *Hor. Od.* 1, 16, 20. imprimeretque muris Hostile atrarum exercitus insolens. *Modest. Dig.* 7, 1, 21. Si usufructus civitati legetur, et atrarum in ea ducatur, ut passa est Carthago, civitas esse desinit. Adde *Prop.* 3, 7, 41. P Per antonomasiam urbs dicitur de Roma, ut apud Graecos *ἄστυς* de Athenis. *Quint.* 6, 3. f. Urbs appellationem, etiamsi nomen proprium non adjiceretur, Romam tamen accipi, est receptum. *Id.* 8, 2. *med.* Urbem, Romam accipimus; et venales, novitios; et Corinthia, aera. (Adde *ib.* 5.) *Caes. B. G.* 1, 7. Maturat ab urbe proficisci. *Cic. Att.* 13, 20. De urbe augenda quid sit promulgatum, non intellexit. *Hor. Epod.* 9, 9. Minatus urbi vincula. *Or. Fast.* 1, 17. conditor urbis, h. e. Romulus. Adde *Livium* passim. P *Ad urbem esse dicebantur*, qui post administrationem provinciae, et res bene gestas, prope Romam cum lictoribus et fascibus laureatis stabant triumphum petentes, vel senatum expectantes, ad quem de rebus a se gestis referrent: item qui post acceptum imperium nondum in provincias profecti essent. Neque enim licebat cuiquam in Urbe esse cum imperio et insignibus praeter consules, praetores, aediles, et alios, quorum magistratus in urbe exercebantur, nisi id populus jussisset. Si urbem ingressus esset, statim et spem triumphum amittebat, et imperium deponerat. *Sall. Cat.* 31. Hi utrique ad urbem imperatores erant impediti, ne triumpharent, calumnia paucorum. *Cic. Verr.* 1, 15. Pompejus cum primum concionem ad urbem consul designatus habuit. Ubi *Ascon.* Ad urbem, non in urbe. Et sic dici solet de his, qui cum potestate provinciali, aut nuper de provincia revertissent, aut nondum in provinciam profecti essent. *Cic. Verr.* 2, 2, 6. *med.* Simulatque ei

sorte provincia Sicilia obvenit, statim Romae, et ad urbem, ante quam proficisceretur, quaerere ipse secum, etc. Ubi *Ascon.* Omnis magistratus, qui intramuranus non est, nec urbanus, etiamsi administrator ejus Romae est, ad urbem dicitur. Adde *Caes. B. G.* 6, 1. P Dicitur etiam de aliis. *Cic. Cluent.* 62. f. Oppianicus cum huc ad urbem profectus esset, (solebat enim extra portam aliquid habere conducti) cecidisse ex equo dicitur; et *mox*: Posteaquam ad urbem cum febris venerit. P Falsum est, solam Romam Latine urbem dici, ceteras oppida: hoc enim quidam ex *Quint.* (cujus verba nondum vidimus) affirmarunt. *Cic. Agr.* 2, 16. Mitylenae, urbs et natura, et situ in primis nobilis; et *ib.* 28. Capua urbs amplissima atque ornatissima. *Id. Phil.* 1, 3. Syracusae, urbs mihi conjunctissima. *Caes. B. C.* 3, 32. Non solum urbibus, sed paene vicis castellisque singulis. *Sall. Cat.* 2. Athenienses in Asia cepere urbes, atque nationes subegerunt. Adde *Lic. Just.*, *Hor.*, *Oc.*, *Plin.* etc. P Aliquando urbs est metropolis. *Ulp. Dig.* 39, 2, 4. f. Si tam vicinum urbi municipium sit, ut, etc. *Imp. Valentinian.*, *Theodos.* et *Arcad. Cod. Theod.* 14, 1, 3. Decuriales quos binos esse ex singulis quibusque urbibus omnium provinciarum, veneranda decrevit antiquitas. P Translate. *Cic. Div.* 2, 16. Urbem philosophiae, mihi crede, proditis, dum castella defenditis. P Aliquando per metonymiam continentis pro contento, urbs adhibetur pro civitate. *Quint.* 1. *proem.* Regere consiliis urbes, fundare legibus, emendare judiciis. *Id.* 8, 6. *med.* Bene moratae urbes. *Virg. A.* 2, 265. Urbs somno vinoque sepulta. *Juven.* 11, 197. moestam attonitamque videres Hanc urbem. P *Urbs Imperatoria* cognominata est Salacia in Lusitania. *Plin.* 4, 20. (al. 21.) Salacia, cognominata urbs Imperatoria. P *Urbs Salvia*, oppidum Italiae, in Piceno, hodie *Urbisaglia*. *Plin.* 3, 13. Urbe Salvia Pollentini. Sic ed. *Hard.* Antea *Urbs Salvia*. *Ptolemaeo* est *Ὀὐρβη Σαλονία*. B. A.

URBUS, V. URVUS.

URCEATIM, adv. plenis urceis. *Petr. fragm. Trag.* 44. *Burm.* Jovem aquam exorabant: itaque statim urceatim pluebat, h. e. pioveva a *secchie*, ut nunc Itali dicunt.

URCEOLA, ae, f. est cavitas exterior aurium ob urceoli similitudinem. *Pelag. Vet.* 12. *med.* Si non profecerit, radicem consiliginis in auriculae urceolas extremas, et in prima parte narium ponis. In MS. legitur *orciolas*. F.]

URCEOLARIS, e, adj. ita appellatur herba, quae et parietaria, et perdicium, et parthenium, et vitriaria; nomen habet ex eo, quod urceolis vitreis detergendis aptissima est: Italis est *vetriola*, et *parietaria*. *Plin.* 22, 17, 20. Perdicium, sive parthenium a nostris herba urceolaris vocatur, ab aliis astericum, folio similis ocimo, nigrior tantum, nascens in tegulis, parietinisque. Adde *Pelag. Veter.* 2. *med.* et 24. *med.*, *Appul. Herb.* 81., *Scrib. Compos.* 39. et *Jo. Rhodii* in eum loc. adnotata.

URCEOLUS, i, m. *κεράμιον*, parvus urceus. *Colum.* 12, 16. *med.* Eodem tempore sorba manu lecta curiose in urceolos picatos adjicito. *Juven.* 2, 203. Lectus erat Codro Procule minor, urceoli sex, Ornamentum abaci, necnon et parvulus infra Cantharus, etc. *Mart.* 14, 105. in *lemmate*: Urceoli ministratorii, h. e. caldae miscendae. Distichon est: Frigida non desit, non deerit calda petenti: Sed tu morosa ludere parce siti.

URCEUS, i, m. *κέραμος*, *κροσσός*, vas ansatum plerumque fictile, ad varios usus, et praecipue ad ministrandam aquam. *Paul. Dig.* 33, 7, 18. Si aeneum (quod supra focum pendet, et aqua ad potandum calefit) instrumento continetur, urcei quoque, quibus aqua in aeneum funditur, in idem genus rediguntur. *Plin.* 19, 5, 24. Nuper cucurbitae in balnearum usum venere urceorum vice. *Colum.* 12, 50. *med.* Urcei, quibus progeritur oleum. *Mart.* 14, 106. cujus lemma *Urceus fictilis*. Hic tibi donatur panda ruber urceus ansa. Stoicus hoc gelidam Fronto petebat aquam. *Id.* 11, 56. fracta urceus ansa. *Cn. Matius* ap. *Gell.* 10, 24. *extr.* Aquarium urceum unicum domi fregit. *Mart.* 12, 32. Fuisse gerres, aut inutiles maenas, Odor impudicus urcei fatebatur. *Plin.* 18, 30, 73. Sunt qui urceis cinere substratis, et illitis, acetum habentibus leguminum aceruos superingerant: ita non nasci maleficia credentes. *Id.* 19, 8, 39. Thyrsos, vel folia lactucarum prorogare urceis conditos. P Neutro genere. *Cato R. R.* 13. Urceum aeneum unum, quod capiat quadrantaliam quinque. Suspectus *Gesnero* et *Schneidero* est hic locus, praesertim ob magnitudinem: quare *Schneiderus* edidit *Urceum*, aeneum etc. P Proverbii genus est illud *Hor. A. P.* 21. amphora coepit Instatui, currente rota cur urceus exit!

*URCITANUS vel Urcitanus, a, um, adj. ad illud oppidum spectans. *Martian. Capell.* 6. *med.* p. 202. *Grot.* A fine Urcitano *Plin.* 3, 1. A fine Urcitano. V. et *Virgitanus*. B. A.

URÉDO, inis, f. *καυθμός*, morbus herbarum, fructuum, arborumque, qui in vitibus etiam carbunculus dicitur, et in ceteris rubigo, sata, plantas, arboresque adurens. *Cic. N. D.* 3, 35. f. Nec, si uredo, aut grandio quippiam nocuit, id Jovi animadver-

tendum fuit. *Plin.* 18, 28, 69. n. 1. Plerique dixerunt, rorem inustum sole acri frugibus rubiginis causam esse, et carbunculi vitibus. Quod ex parte falsum arbitror, omnemque uredinem frigore tantum constare, sole innoxio. Adde *Colum.* 3, 20. P Est et uredo, *καυθμός*, exustio cum pruritu, qualis ab urtica tum herba, tum pisce excitatur. *Plin.* 9, 45, 68. Dum admoventi sibi manum sentit, colorem mutat, et contrahitur: tacta uredinem mittit. P Translate est pruritus turpis, *καυθμός*, urigo. *Appul. Met.* 8. Nudatum supinatamque juvenem execrandis uredinibus flagitabant. Alii rectius leg. *oribus*.

[URETICUS, a, um, adj. *ὀρηκτικός*, ad urinam pertinens. *Theod. Prisc.* 4, 2. *med.* Sic itaque urina a cibo jam cocta atque in sanguineum colorem vel lactaneum mutata secernitur, effluens ad inferiorem locum in corpore, ad id praedispositam vesicam, per ureticos poros suscipiens in se urinam viridis coloris. *Editiones* hic perperam habent *uridos*, nempe e ex vulgi pronuntiatione in i conversa, et e in d amanuensius oscitantia mutata. F.]

*URGULANIA, ae, f. Liviae Aug. amicitia sub Tiberio potens, quam tamen L. Piso in jus vocavit, quamvis non obtemperantem, et multum Augusta querente se violari et imminui: nec ille abstinit, donec deferri Augusta pecuniam, quae petebatur, juberet. *Tac. A.* 2, 34. B. A.

URGENS, entis, part. ab *urgeo*, qui urget, instat, impendit, premit. *Cic. Tusc.* 3, 25. f. Praesens atque urgens malum. *Id. Sen.* 1. Aut jam urgens, aut certe adventans senectus. *Virg. G.* 1, 146. Urgens egestas. *Tert. Resurr. carn.* 2. *med.* Urgentior causa. *Imp. Dioclet. et Maxim. Cod.* 3, 11, 1. Urgentissima ratio.

[URGENTER, adv. instanter. *Cyprian. ep.* 30. in. Ut tam urgenter, et tam immaturo atque acerbo tempore, in tam ingenti et immenso crimine, pacem sibi non tam peterent, quam vindicarent. F.]

URGEO, et Urgueo, es, ursi, a. 2. *ἐπιγῶ*, impello, propello, premo. Videtur esse ab *εργῶ*, opus, ut prope sit impellere ad agendum. Alii ducunt ab *ὄργῶ*, vehementer appeto. *Virg. A.* 10, 433. hinc Pallas instat et urget, hinc contra Lausus; et *ib.* 1, 115. Eurus naves in brevem et Syrtis urget. *Or. Met.* 15, 181. unda impellitur unda, Urgeturque prior veniente, urgeturque priorem. *Id. Her.* 6, 91. simulacra cerea figit: Et miserum teneas in jecur urget acus. *Hirt. B. Afr.* 6. Accidit res incredibilis, ut equites minus triginta equitum duo millia loco pellerent, urgerentque in oppidum. Alii leg. *fugarent*. *Stat. Theb.* 3, 222. Mars aetherias currus urgebat ad arces. *Sall. Jug.* 60. f. Milites Jugurthini, postquam majore vi hostes urgent, paucis amissis, profugi discedunt. *Val. Fl.* 1, 490. Venator cum lustra fugit, dominoque timentem Urget equum: et 4, 325. at manus omnis Heroum densis certatim amplexibus urgent victorem; et *Virg. A.* 12, 748. trepidique pedem pede fervidus urget. *Id. G.* 3, 222. de pugna taurorum. Versaque in obnixos urgentur cornua vasto Cum gemitu. *Gell.* 3, 6. Graviter urgere et onerare aliquid, ut magnitudo oneris sustineri non queat. *Or. Met.* 4, 35. famulasque laboribus urgent. *Pl. Poen.* 4, 2, 35. At onus urget. *Mil.* at tu appone. *Tibull.* 1, 4, 53. At tibi etc. infelix urgeat ossa lapis. *Virg. G.* 2, 351. Qui saxo super, atque ingentis ponderis testae Urgetur, h. e. tegerent. *Hor. Sat.* 1, 3, 135. Urgeris turba circum te stante. *Quint.* 11, 3. *med.* Urgere vocem ultra vires. *Prop.* 2, 20, 35. saevus licet urgeat Eurus. *Sen. Hipp.* 25. qua curvati litora ponti Sunion urget. *Id. Oed.* 542. Medio stat ingens arbor, atque umbra gravi Silvas minores urget. P *Urgere* dicuntur, quae gravia sunt, et opprimunt. *Hor. A. P.* 453. Ut mala quem scabies, aut morbus regius urget, Aut fanaticus error, et iracunda Diana. *Cels.* 7, 26. f. Magnae febres urget. *Petr. Sat.* 104. prostrata sopore Urget membra quies. *Virg. A.* 12, 309. Olli dura quies oculos, et ferreus urget Somnus. *Id. G.* 3, 523. oculus stupor urget inertes. *Sen. Octav.* 257. Gravi Deorum nostra jam pridem domus urgetur ira. *Sall. Jug.* 39. Jugurtham ob scelera invidia cum metu urget; et *ib.* 26. Ferro ac fame urgeri; et *ib.* 45. Populus militia, atque inopia urgebatur. *Virg. A.* 6, 561. Urgeri poenis; et *ib.* 11, 587. fatis acerbis. *Propert.* 3, 23, 31. Urget gravis aetas. P Item quae vicina sunt, aut imminetia. *Cic. Agr.* 1, 5. f. Ne in Janiculo coloniam constitutis, ne urbem hanc urbe alia premere atque urgere possitis. *Virg. A.* 11, 523. (et *ib.* 7, 566.) vallis; quam densis frondibus atrum Urget utrumque latus. *Id. G.* 4, 290. Quaque pharetratae vicinia Persidis urget. P *Urgere opus*, instare, totis viribus in opus incumbere. *Hor. Ep.* 1, 14, 27. Urges jam pridem non tacta lignonibus arva. *Virg. A.* 9, 488. vestem tibi noctes festina diesque Urgebam. *Val. Fl.* 3, 332. innumeras nudatis montibus urgent Certatim, decorrentque pyras. P *Urgere iter*, instare ambulando, accelerare, festinare. *Or. Fast.* 6, 520. Audit, et ad vocem concitus urget iter. *Sil.* 12, 419. transigit anhelum Pectus, et ad manes urget vestigia nati. P Cum infinito. *Hor. Od.* 2, 18, 20. Marisque Baji obstrepentis urgues Submovere litora. P Est et-

iam impellere, cogere. *Varr. L. L. 8, 12.* Mala quoque exempla, cum aliqua vis urget, inviti sequimur. *Pl. Men. 2, 2, 47.* Quod te urget scelus, qui huic sis molestus? *P. Item instare, valde horri, acriter insistere. As. Poll. ad Cic. Fam. 10, 32. med.* Lepidus urset me et suis, et Antonii litteris, ut legionem trigesimam mitterem sibi. *Cic. Planc. 19. f.* Etiam atque etiam insto atque urgeo, insector, posco, atque adeo flagito crimen. *Id. Att. 13, 32.* Quamobrem, ut facis, urge, insta, perforce. *Virg. A. 9, 73.* Tum vero incumbunt: urget praesentia Turni. *Id. ib. 7, 241.* jussibus ingentibus urget Apollo. *Id. G. 4, 177.* Cecropias innatus apes amor urget habendi. *Ulp. Dig. 23, 3, 33.* Urgere aliquem ad solutionem. *Cic. Att. 15, 27. f.* Plane illuc te ire nisi tuo magno commodo, nolo: nihil enim urget; et *Plin. 17, 14, 24. f.* Verno insere tempus urget, incitantibus se gemmis, i. e. festinare cogit. *P. Item acriter disputare, ac defendere aliquid, dicendo invehi, accusare. Cic. Or. 1, 10.* Agerent tecum lege Pythagorei, etc. urgerent philosophorum greges, etc. instaret Academia, etc. Stoici disputationum suarum atque interrogationum laqueis te irretitum tenerent. *Id. Or. 40.* Urgere interrogando. *Id. Fin. 4, 28.* Urgent tamen, et nihil remittunt, quoniam, inquiunt, etc. et *ib. 5, 27.* Nunc pugnam cum homine, cur, etc. illud urgeam, non intelligere eum, quid sibi dicendum sit. *Id. Q. Fr. 3, 9.* Feci summa cum lenitate, quae feci: illum neque ursi, neque levavi testis: vehementer fui, praeterea quievi. *Id. Dic. 2, 20.* Sed urges me meis versibus. *Id. Off. 3, 9. f.* Urgent rustice sane, negant enim posse, et in eo perstant. *Id. Lig. 3. extr.* Quid cupiebas? quid optabas? Nimis urgeo, commoveri videtur adolescens. *P. Urgere aliquid, alicui rei acriter incumbere, perstare in re quamvis agenda. Cic. N. D. 1, 35.* An quidquam tam puerile dici potest (ut eundem locum diutius urgeam), quam si, etc? *Id. Fam. 7, 8.* Quin tu urges istam occasionem, et facultatem, quae melior nunquam reperietur? *Id. Off. 3, 16.* Oratam Crassus, Gratianam defendebat Antonius: jus Crassus urgebat, aequitatem Antonius: et *Coel. ad Cic. Fam. 8, 5. f.* Marcellus idem illud de provinciis urget. *Cic. ib. 9, 15. med.* Romae cum sum, et urgeo forum, senatusconsulta scribuntur, etc. *h. e. in foro sum frequens. Hor. Sat. 2, 7, 6.* Pars hominum vitis gaudet constanter, et urget Propositum, *h. e. in proposito persistit. P. Urgeo et urgeo promiscue leguntur in MSS. (ut tingo et tinguo, ungo et unguo), et posterius etiam frequentius. Vel quidem Longus in Orthogr. p. 2233.* illud *u* insertum, ut vitiosum, damnat: quem sequuntur *Papirianus, Cassiodorus, Beda, Dausquius.* At recentiores critici, *Pier. ad A. 5, 202., Barthius, Heins., Curtius, Drakemborch. ad Sil et Liv., Oudendorp. ad Lucan.* et alii improbare non audent: quin si multitudinem MSS. spectemus, in quibus *urgeo* est, praefereendum putant. Neutram scriptio-nem damnaverim.

*URGIA, ae, f. oppidum Hispaniae Baeticae, Castrum Julium cognominatum. *Plin. 3, 1. B. A.*

*URGO, insula maris Hetrusci; inter Hetruriam Corsicamque. *Mela 2, 7. Plin. 3, 6. P. Gorgon.* serius dicta, teste *Rutil. 1, 5, 6. B. A.*

*URGULANIA, ae, f. Liviae Aug. amicitia sub Tiberio potens, quam tamen L. Piso in jus vocavit, quamvis non obtulerantem, et multum Augustus querente seviari et Istinui: nec ille abstulit, donec deferri Augustus pecuniam quae petebatur, juberet. *Tac. A. 2, 34. B. A.*

[URGULANILLA, ae, f. cogn. R., ut Plantia Urgulanilla, filia Ti. Plautii Silvani, et uxor Claudii Aug., cujus meminit *Suet. Claud. 26. f.*]

*URU, orum, populi Indiae, Indum accolentes. *Plin. 6, 20. B. A.*

[URIAS, atis, adj. omn. gen. ad Uriam, seu Hyrium pertinens urbem maritimam Italiae in Apulia, ad radices Gargani montis, quae nunc Rodi appellatur. *V. Romanelli Topogr. Napol. T. 2. p. 282.* Ejus meminere *Prisc. Perieg. 372., qui Hyrium, et Plin. 3, 11, 16., qui Uriam* vocat. *Mela 2, 4.* Sinus est continuo Apulo litore incinctus, nomine Urias. *F.]*

URICA, ae, f. eadem quae eruca omnium satorum hostis, etiam ciceris, cum salsilagine ejus abluendo imber dulcis id facit. *Plin. 18, 17, 44. n. 2.* Adde *11, 32, 37.* Utrobique in editis plerisque est eruca, in aliis erica, teste *Harduino.*

URIGO, inis, f. *καύσις, uredo, pruritus, ardor.* *Plin. 20, 22, 87.* At in magna duritia sine fico impositum (*sinapi*), vel, si vehementior urigo timeatur, per duplices pannos. *Hard. leg. ustio.* *P. De turpi uredine. Appul. Met. 8.* Spurcissima illa propudia ad illicitae libidinis extrema flagitia infandis uriginibus efferantur. Et *ib. 1.* Mulier urigine percita. Adde *Arnob. 5, 187.*

URINA, ae, f. *οὔρον, saccatus corporis humor, ut ait Lucr. 4, 1022., lotium, humor a sanguine separatus in renibus, et in vesicam delapsus: est derivatum a voce Graeca allata, Cic. Fat. 3.* In urina, in unguibus naturae contagio valet. *Catull. 37, 20.* Et dens Ibera defricatus urina, (*nempe quia Celtiber*

in Celtiberia terra Quod quisque minxit, hoc solet sibi mane Dentem, atque russam defricare gingivam, ut ait *Id. 39, 17.*) *Suet. Aug. 80. f.* Calculis per urinam ejectis. *Id. Vesp. 23. med.* Etiam urinae vectigal commentus est. *Id. Ner. 56.* Deam Syriam ita sprevit, ut urina contaminaret. *Appul. Met. 1.* Urinae spurcissimae madore aliquem perlueret. *Colum. 6, 3.* Cum jumenta suo tempore urinam non fecerint; et paulo post: *Si urina genitalia deusserit. Cels. 2, 7.* Difficiliter urina redditur, paulatimque destillat: et *ib. 19.* Aliae res citant urinam, aliae tardant. *Plin. 21, 6, 17.* Urinam celerrime pelere; et *ib. 13, 71.* trahere, et *ib. 11, 56.* ciere. *Id. 29, 5, 32.* egerere. *Id. 20, 10, 43.* movere; et *ib. 4, 11.* inhibere. *Id. 21, 26, 97.* impellere: et *24, 19, 111.* fundere. *Id. 32, 9, 35.* Urinae incontinentia; et *28, 6, 17.* profluvia cohibere. *Gell. 19, 4.* Libido urinae lacessit. *Ulp. Dig. 21, 1, 14.* Si in lecto, somno, vinoque pressus, aut etiam pigritia surgendi, urinam faciat. *P. Translate est semen genitale. Plin. 8, 43, 68.* Asinae incontinens uterum urinam genitale reddit. Adde *Juven. 11, 168.* *P. Urinam facere interdum est urinae incontinentia laborare. Ulp. Dig. 21, 1, 14.* De eo qui urinam facit, quaeritur: et *Pedanius ait,* non ob aem rem sanum non esse, etc.

[URNAL, alis, n. matula. *Gloss. Phil. Urinal, οὐροδοχείον. F.]*

URNALIS, e, adj. ad urinam pertinens, ut Urinalia medicamenta. *Coel. Aurel. Tard. 1, 4. et ib. 5, 1.* Urinales viae, *Id. ib. 3.* virtutes, *Id. ib. 2, 13.* Urinalis fistula, *Veg. Vetr. 3, 15. med.*

URNATOR, oris, m. *καρβιστήριον, κολλητήριον, ἀρρετήριον,* qui in aquam mergitur, et sub ea natat. Hos describit *Manil. 5. a. v. 428.* Hujusmodi hominum usus est mercibus e mari extrahendis, quae navigii gratia jactatae fuerint. *Liv. 44, 10.* Sed in rem emendabilem visus lapsus esse, quod per urinatores omne ferme extractum est: tantusque pudor fuit regi ejus pavoris, ut urinatores clam interfici jussisset. *Callistrat. Dig. 14, 2, 4.* Et aliquorum mercatorum merces per urinatores extractae sunt, data mercede. *Inscr. ap. Grut. 391, 1. Ti. Claudio Esquil. Severo patrono corporis piscatorum et urinatorum, etc.*

URINO, as, n. i. et frequentius.

URINOR, aris, dep. i. *καρβιστήριον, κολλητήριον,* est in aquam mergi, et natando emergere. *Varr. L. L. 4, 27., ut Jos. Scal. restituit:* Urinae dictae, quod urinant in aqua haurienda, ut urinator. Urinar-est mergi in aquam in urbem: fictum ab urbo, quod ita flexum, ut redeat sursum versus: ut in aratro, quod est urbem. *Cic. fr. ap. Non. 7, 57.* Siquando nos demersimus, ut qui urinantur, aut nihil superum, ab obscure admodum cernimus. *Plin. 11, 37, 72.* Eadem est causa, quia sub aqua diu ranae et phocae urinentur. *Id. 9, 30, 48.* Polyphi in naufragos, urinantesve impetum capiunt. *P. Notationem vocis, quam Varr. ab urbo trahere videtur, ducunt alii vel ab ἀρρετήριον, agni more in caput salio, trajectis litteris: vel ab ἀρρετήριον, haurio. Itali nautae urinantes vocant marangoni, quia aliquibus locis sic appellantur mergi, aves, quae in aquam mergere se gaudent, et inde emergere.*

URINUS, a, um, adj. *οὔριος, ventosus: ab οὔρος, ventus. Ovum urinum, οὐρον οὔριον, ovum irritum et inefficax, quod citra coitum maris editur. Plin. 10, 58, 79.* Palumbes et turtures plurimum terna; nec plus quam bis fere pariunt, atque ita si prior fetus corruptus est: et quamvis tria pepererint, nunquam plus duobus educant: tertium, quod irritum est, urinum vocant. *V. CYNOSURA et ZEPHYRIUS.*

URIO, onis, genus ludii. *Sarish. 1, 5, Tessera, calculus, tabula, urio, vel Dardana pugna. B. A.*

URION, V. URION.

URION, vel Urium, ii, n. genus terrae inutile in metallis: ab Ionico οὔριος pro ὄρος, mons. *Plin. 33, 4, 2.* Id genus terrae urion vocant. Ergo per silices calcosive ducuntur, et urium evitant.

[URITANUS, a, um, adj. ad Uriam: seu Hyriam, Graece Ὑρίον, pertinens, urbem mediterraneam Italiae, in Calabria, ad viam Appiam, inter Tarentum et Brundisium, quae nunc Oria. *V. Romanelli Topogr. Napol. T. 2. p. 116. Front. de colon. p. 127. Goes. Ager Veretinus, Uritanus, Hydruntinus. F.]*

[URITES, um, m. plur. incolae Uriae (quae Graece Ὀρία), urbis Italiae in regione Locrensi, ubi nunc locus dicitur li Palazzi. *V. Romanelli Topogr. Napol. T. 1. p. 143.* Urbis meminit *Varr. ap. Probum ad Virg. Ecl. 6, 32.;* incolarum vero ita *Liv. 42, 48.* C. Lucretius ab Rheginis triremi una, ab Locris duabus, ab Uritibus quatuor acceptis, praeter oram Italiae supervectus Calabriae extremum promontorium in Ionio mari Dyrrhachium trajicit. *F.]*

[URITINUS, a, um, adj. ad Uriam pertinens, Apuliae urbem (de qua *V. URIAS*), in cuius nummis ap. *Eckhel. D. N. V. T. 1. p. 142. TPLATI-NUS.* Est cogn. R., ut L. Cornelius Ser. *F. L. N. Maluginensis* (ita pro *Maluginensis*) *Cos. ann. U. C. CCXCV., ap. B. Borghes. N. Framm. de fast. cons.*

T. 1. p. 15., qui hujusmodi cognomen aliter ibidem est interpretatus, quam deinceps litteris ad me hac de re datis. *F.]*

URITO, as, a. i. *αἰθάλω, saepe uro. Pl. Most. 3, 1, 81.* Calidum hoc est: etsi procul abest, uritat male. Alii leg. *urit.*

URIUS, ii, m. cognomen Jovis: ab οὔριος, prosperus, (οὔριος enim est ventus secundus) quia navigantes tutari putabatur. Hoc nomine templum habuit ad Bosphorum Thracium, itemque signum nobile Syracusis in Sicilia a Verre asportatum. *Cic. Pis. 35.* A te Jovis Urii fanum antiquissimum barbarorum, sanctissimumque direptum est. *Id. Verr. 2, 4, 57.* Quid ex aede Jovis religiosissimum simulacrum Jovis imperatoris, quem Graeci Uriorum nominant, pulcherrime factum, nonne abstulisti?

URNA, ae, f. *κύλιξ, κάλις, vas, quo aqua e puteis fluminibusve hauritur: ita dictum, quod subter aquam demersum, atque inde rursus emergens urinantis speciem praebere videatur. V. Varronis verba in URINOR. Pl. Ps. 1, 2, 24.* Tu, qui urnam habes, aquam ingere: face plenum ahenum sit cito. *Juven. 1, 164.* Aut multum quaesitus Hylas, urnamque secutus. *Sen. Herc. Fur. 757.* Urnaeque frustra Danaides plenas gerunt. *Hor. Od. 3, 11, 22.* stetit urna paulum Sicca, dum grato Danae puellas Carmine mulces. *Propert. 4, 4, 16. (et O. Fast. 3, 14.)* Urgebat medium fictilis urna caput: scil. capite gestari solebant urnae: vel etiam humero, ut *Id. ib. 11, 27.* poena sororum, Infelix humeros urgeat urna meos: et *Val. Fl. 1, 219.* de Hyla: unde urna humeris? *P. De Signo Aquarii. O. Fast. 2, 457.* Jam levis obliqua subsidit Aquarius urna. *Sen. Thyest. 864.* Cadet Aegoceros, frangetque tuam, Quisquis es, urnam. *P. Tributum fluminibus. Virg. A. 7, 792.* Caelataque amnem fundens pater Inachus urna. *Sil. 1, 497.* Flumineaque urna caelatus Bagra da parmam. *P. Habet et alios usus. Quam enim dicit Cic. ollam denarium, Plaut. aulam, Pers. seriam argenti, urna est Horatio Sat. 2, 6, 10.* O si urnam argenti fors quae mihi monstret! *P. Est etiam sepulchralis, quae conduntur mortuorum ossa et cineres. O. Her. 11, 124.* socioque impone sepulcro: Urnaeque nos habeat quamlibet arcta duos. *Id. Trist. 3, 3, 65.* Ossa tamen facito parva referantur in urna. *Suet. Cal. 15.* Cineres in urnam coecondere. *Sen. Troad. 375.* Et tristis cineres urna coecondat. *O. Met. 14, 411.* urnaque Aeneia nutrix Condita marmorea. *Val. Fl. 5, 58.* Ossaque nec tumulo, nec separe contegat urna. *Lucan. 7, 819.* coelo tegitur qui non habet urnam. Adde *Pers. 6, 35. et Stat. Theb. 8, 6.* *P. Item judicialis, in quam iudices tabellam absolutio-nis, aut damnationis, audita causa, conjiciunt. Cic. Q. Fr. 2, 6. med.* Senatorum urna copiose absolvit, equitum adaequavit; tribuni aerarii condemnarunt. *Sil. 9, 27.* Eripere aliquem legibus, atque urnae. *Hor. Sat. 2, 1, 47.* Cervius iratus leges minitatur, et urnam. *O. Met. 15, 44.* Calculus immitem demittitur ater in urnam. *Prop. 4, 11, 49.* Quaelibet austeras de me ferat urna tabellas. Adde *Juven. 13, 4. et Just. 22, 3.* *P. Item sortilega, in quam immittuntur sortes extrahendae. Cic. Verr. 2, 2, 17. med.* Ait, se iudices e lege velle sortiri: educit ex urna tres. *Virg. A. 6, 20.* pendere poenas Cecropidae jussi (miserum!) septena quotannis Corpora natorum; stat ductis sortibus urna. *Val. Fl. 2, 481.* crudelis scopulis me destinat urna. *Suet. Ner. 21.* Sorticulus in urnam cum ceteris (*citharoedis*) demissa, intravit ordine suo. *Sen. Troad. 974.* Versata dominos urna captivis dedit. *Tert. Spect. 16.* de circensib. quadrigis sorte ductis. Tardus est illi (*populo*) praetor, semper oculi in urna ejus cum sortibus volutantur. *P. Apud Inferos dicuntur tres illi iudices nomina mortalium in urnam conjicere, ut sortiantur, qui primus morti addicendus sit, et quae cuique poena infligenda. Hor. Od. 2, 3, 25.* omnium Versatur urna serius, ociosus Sors exitura; et *ib. 3, 1, 14.* aequa lege necessitas Sortitur insigne, et imos: Omne capax movet urna nomen. *Virg. A. 6, 432.* Quaesitor Minos urnam movet. *Sen. Ag. 24.* Quaesitor urna Gnoissius versat reos. *Id. Herc. Fur. 191.* Recipit populos urna citatos. *Stat. Silv. 2, 1, 218.* ibimus omnes, Ibumus: im-mens s urnam quatit Aeacus umbris. *P. Item fatidica. Vel enim jactis sortibus futura praedicebantur, vel oracula reddebant responsa per urnam et sortes. Hor. Sat. 1, 9, 29.* instat fatum mihi triste, Sabel-la Quod puero cecinit mota divina anus urna. *P. Ad haec est urna mensura liquidorum, continens dimidium amphorae, hoc est congios quatuor, qui sunt sextarii XXIV. seu heminae XLVIII. Colum. 12, 41.* Conjicies in urnam musti mellis optimi pondode decem. *Cato R. R. 148.* Vini in culeos singulos quadragenae et singulae urnae dabuntur. (XL. urnas culeus continet. *Cato* unam adjici, cum venditur vinum, jubet.) *Plin. 17, 28, 47.* Ad majorum arborum radices amphoram, ad minorum urnam amurcae affundere. *Pers. 5, 141.* calido sub pectore mascula bilis Intumuit, quam non exstinxerit urna cientae. *P. Quo modo amphoram sparteam posuit inter instrumenta vineae Cato R. R. 11., ita et urnas sparteas, ib. h. e. ex sparto quam arctissime ac*

densissime intexto et fortasse etiam pice illito confectas. V. AMPHORA. Urnam quinquagenariam. *Id. Cato ib.* 10. et 13. ponit inter instrumenta olearia: *h. e.* quae quinquaginta sextarios capit: quae mensura longe excedit ordinariam urnam, quae XXIV. tantum continet, ut dictum est. P Pro quacumque vinaria mensura, aut vase accipi videtur a *Juven.* 15, 25. De Coreyraea temetum duxerat urna.

URNALIS, e, adj. ad urnam pertinens. Urceus et urna vasa aquaria sunt: sed urceus minor. *Cato R. R.* 13. f. ponit inter instrumenta torcularis urceos fictiles duos, urnales duos: et fictiles intelligit ordinariae magnitudinis; urnales capaciores, et urnam continentem. *Plin.* 9, 30, 48. Polypus acetabulis sive caliculis urnalibus. P Absolute *urnale* est vas urnale *Proculus Dig.* 33, 6, 16. Qui vinum Surrentinum in urnalibus habebat diffusum, is tibi vinum legaverat in amphoris: Omne illud quoque vinum, quod in urnalibus fuisset, legatum esse, Laebo et Trebatius responderunt.

URNAMENTARIUS. V. ORNAMENTARIUS f. URNARIUM, ii, n. (Itali vulgo *secchiario* vocant), locus, aut mensa, super quam urnae, id est vasa aquaria in culina, aut in balneis reponerentur; quam apud Italos plurimi marmoream faciunt, foramine, per quod aqua effluat, relicto. *Varr. L. L.* 4, 27. Praeterea erat tertium genus mensae, et quadratae vasorum, vocaturque urnarium, quod urnas cum aqua positas ibi potissimum habebant in culina. Ab eo etiam nunc ante balineum locus, ubi poni solebant urnae, urnarium vocatur. *Id. ap. Non.* 15, 10. Sed quae necessitas te jubet aquam effundere domi tuae? Si vasa habes pertusa, plumbum non habes? Ad quam rem nobis confluviu? ad quam urnarium?

URNATOR, oris, m. urna aquam hauriens. *Firm. Math.* 3, 11. n. 3. Mercurius cum Saturno constitutus faciet urnatores aquas ex altis puteis levantes, hortulanos, etc. Sed alii leg. *urnatores*, et comitate adjecto, a levantibus aquas distinguunt: quod multo verius est.

URNIA, ae, f. Dea Nemausi culta, urnis fortasse et urnariis praesidens. *Inscr. ap. Maff. Mus. Ver.* 413, 1. et *Mur. proleg.* T. 1. p. 54. Laribus Aug. sacrum, et Minervae, Nemauso, Urniae, Avicanto T. Cassius T. L. Felicio ex voto. F.]

URNIGER, ra, rum, adj. urnam ferens. *Vet. epigr. de Signis coelestib.* in *Anth. Lat.* T. 2. p. 314. *Burm.* Et qui portat aquam puer urniger, *h. e.* Aquarius, de quo *ib.* p. 316. Quique urnam gerit. V. URNA.

URNULA, ae, f. *σπυρίδιον*, parva urna. *Varr. ap. Non.* 15, 8. Item ex aere, ut urnulae aquales, matulae, sic ceterae. *Cic. Par.* 1, 3. Minusne gratas Diis capedines ac fictiles urnulas fuisse, quam filicatas aliorum pateras arbitramur? P De sepulchrali. *Spart. Seer.* 24. Urnulam auream fuisse Severi re liquias continentem, eandemque Antoninorum sepulchro illatam.

URO, is, ussi, ustum, a. 3. *ἄσθω*, calore consumo, incendio, aduro, comburo, torreo, cremo. Etymologi ab Hebraeo usque ejus notationem trahunt. V. ARSE VERSE. *Lex XII. Tab. ap. Cic. Leg.* 2, 23. Hominem mortuum in urbe ne sepelito, neve urito. *Cic. Phil.* 8, 5. In corpore si quid ejusmodi est, quod reliquo corpori noceat, uri, se carique patimur. *Id. Truc.* 1, 28. Partes incultae (*terrarum*) quod aut frigore rigeant, aut urantur calore. *Pl. Most.* 3, 1, 81. Calidum hoc est: etsi procul abest, male urit. *Liv.* 26, 21. f. Numidae sociorum populi R. agros urebant. *Tac. A.* 4, 48. Vastare, urere, trahere praedas; et *H.* 2, 12. Ure, vastare, rapere. *Hor. Ep.* 7, 5. superbas invidae Carthaginis Romanus arces ureret. *Tac. A.* 15, 44. *med.* (et *Virg. A.* 7, 13.) Urere aliquid in usum nocturni luminis. *Or. Met.* 4, 194. ad Solem: tuis omnes qui terras ignibus uris. *Id. Fast.* 4, 299. Sicca diu tellus fuerat: sitis usserat herbas. *Id. Pont.* 1, 10, 5. Nec dolor ullus adest, nec febribus uror anhelis. *Hor. Sat.* 1, 2, 114. Sitis urit fauces. *Id. ib.* 3, 37. Neglectis urenda filix innascitur agris. P Hyperbole est in his. *Val. Fl.* 7, 645. qualis Getico de pulvere Mavors intrat equis, uritque gravem sudoribus Hebrum. *Juven.* 6, 259. quarum Delicias et panniculus bombycinus urit. P *Tabulam coloribus urere* ap. *Or. Fast.* 5, 831. est encaustica pingere. P Ponitur pro exsiccare, humore instar ignis, aut solis absumere. *Virg. G.* 1, 77. Urit enim lini campum seges, urit avenae, Urunt Lethaeo perfusa papavera somno. *Plin.* 18, 12, 32. Ciceris natura est gigni cum salsilagine: ideo solum urit. *Id.* 17, 27, 46. Fimum suillum urit vineas. P Item calefaciendo abrodere. *Hor. Ep.* 1, 10, 44. calcus, Si pede major erit, subvertet; si minor, uret. *Colum. Arb.* 8. *med.* Antiqua terebra scobem facit: propter hoc urit eam partem, quam perforat: Gallica excavat, nec urit, quod non scobem, sed ramenta facit. *Or. Rem. Am.* 235. prensos urunt juga prima juvencos, Et nova velocem cingula laedit equum. *Prop.* 4, 3, 23. teneros urit lorica lacertos. *Plin.* 36, 24, 57. Calx urit, discutit, extrahit. *Sen. Oed.* 858. vulnere innatus tumor Puerile foeda

corpus urebat lue. P Saepae usurpatur de frigore, ejus in membris corporis, et in satis similes ignis effectus sunt. *Cic. Tusc.* 2, 17. *med.* Pernocant venatores in nive, in montibus uri se patiuntur. *Just.* 2, 2. Scythae continuis frigoribus uruntur. *Lucan.* 4, 52. Urebant montana nives, camposque jacentes Non duraturae, conspecto sole, pruinae. *Arien. Arat.* 1810. Nix herbas laedet teneras, nix uret aristas. *Plin.* 22, 25, 57. Iis, quae frigus usserit, remedio sunt. *Val. Fl.* 2, 287. ratem canis urebat luna pruinis. *Calpurn. Ecl.* 5, 117. ne forte rigor penetrabile corpus Urat. Etiam *aduro*, *deuro*, *peruro*, et *obustus*, praecustus frigori tribuantur. P *Urere* etiam dicuntur, quae acrem dolorem faciunt, et ustioni similem. *Hor. Ep.* 1, 16, 47. Uri loris. *Plin.* 28, 9, 33. Dysenteria si usserit. *Id.* 29, 3, 39. Tithymalum fauces leniter urit. P Et quae instar incendii absumunt. *Liv.* 10, 47. Pestilentia urens simul urbem atque agros. P Transfertur ad animum pro pungere, stimulare, angere, cruciare, coquere, molestum esse. *Flor.* 2, 6. Urebat nobilem populum ablatum mare, captae insulae, dare tributa, quae jubere consueverat. *Pl. Poen.* 3, 5, 25. Id nunc his cerebrum uritur, me esse hos trecentos Philippos facturum lucri. *Stat. Th.* 11, 396. namque uritur alto Corde, quod innumeri comites, quod regia cassis, Instratusque ostro sonipes. *Sen. Herc. Oet.* 620. Urit miserum gloria pectus. *Val. Fl.* 1, 476. Magnorumque viros qui laudibus urat avorum. *Ter. Eun.* 2, 2, 43. *Gna.* Quid videtur hoc tibi mancipium? *Par.* non malum hercle. *Gna.* Uro hominem. P Universim quidquid grave est, premit, fatigat, *urere* dicitur. *Liv.* 36, 23. Aetolos propter paucitatem eisdem dies noctesque assiduo labore urente. *Vell.* 2, 77. Populum gravis urebat infesto mari annona. *Quint. decl.* 12, 9. Fames urit. *Liv.* 10, 17. Haec eos molientes bellum domi urebat. *Id.* 27, 39. *med.* Bellum, quo duodecim annuum Italia urebatur. *Or. Am.* 1, 8, 69. Parcius exigit pretium, dum retia tendis, Ne fugiant: captos legibus ure tuis, *h. e.* tuo arbitrio. P Frequenter ad amorem refertur, qui a poetis passim ignis dicitur. *Hor. Od.* 1, 19, 5. Urit me Glycerae nitor Splendentis Pario marmore purius. *Id. Ep.* 11, 3. qui (*Amor*) me praeter omnes expetit Mollibus in pueris, aut in puellis urere. *Virg. A.* 4, 68. Uritur infelix Dido, totaque vagatur Urbe furens. *Id. Ecl.* 8, 83. Daphnis me malus urit; et *ib.* 2, 68. Me tamen urit amor. *Id. G.* 3, 215. Carpit enim vires paulatim, uritque videndo Femina. *Or. Met.* 7, 21. quid in hospite regia virgo Ureris.

UROPYGIUM, ii, n. *ὀροπύγιον*, pars ultima spinae, ubi vertebrae desinunt, os totius spinae extremum, ossi sacro subitus adhaerens, podicique superne imminens: ab *ὀρος* pro *ὄρος*, extremitas, terminus, et *πύγη*, nates. *Mart.* 3, 93. ad vetulam: Et anatis habet as uropygium macrae. Alii perperam leg. *orhopygium*, quam vocem vide suo loco. *Id.* alii verbis dixit 11, 100. Cui (*puellae*) serra lumbis, cuspidis eminet culo, *h. e.* uropygium eminens.

URPEX. V. IRPEX. URUNCUM, i, n. infima pars spicae. *Varr. R. R.* 1, 48. f. Illud autem in summa spica jam matura, quod est minus quam granum, vocatur frit; quod in infima spica ad culmum stramenti summum, item minus quam granum est, appellatur uruncum. P *Pontedera* in *Antiq. Lat. et Graec.* p. 164. vocem derivat ab inusit *ὀρύγιον*, serum lactis, scilicet ab *ὀρύγιος*, serum, et *ὄρος*, tumor: quod improbat *Schneiderus*, qui ab *ὀροπος*, cacumen montis, deducendum putat, similemque insuper affert *Aelianus* l. 6. *Hist. anim.* c. 43. locum, ubi *ὀρύγιος*, vel *ὀρύγιος*, infimam spicam, et supremam culmi partem significat.

URSA, ae, f. *ἄρκτος*, femina in genere ursorum. *Or. Fast.* 2, 181. Ursa per incultos errabat squalida montes. *Id. Met.* 12, 319. Fusus in Ossaiae villis pellicibus ursae. *Virg. A.* 5, 37. Horridus in jaculis, et pelle Libystidis ursae. (Hoc et superiore loco *ursa* ponitur nulla habita ratione generis: nam pelles istae etiam ursi esse poterant. Eadem ratione et *canis* usurpatur.) *Or. Met.* 13, 836. Villosae ursae catuli; et *ib.* 803. feta truculentior ursae. *Mart.* 6, 25. horrida. P Est hoc nomine duplex Signum in coelo, *Ursa major*, et *minor*, de quibus in ARCTOS dictum est. *Or. Her.* 18, 152. Quaeque micat gelido Parrhasis Ursa polo. *Id. Trist.* 3, 11, 7. Barbara me tellus, et inhospita litora ponti, Cumque suo Borea Maenalibus Ursa videt. *Id. ib.* 1, 4, 1. custos Erymanthidos Ursae; et *ib.* 5, 3, 7. suppositus stellis Cynosuridos Ursae. *Val. Fl.* 4, 724. immotos Ursae rigor invenit amnes, *h. e.* frigus earum regionum, quae sub Ursa sunt. P Est etiam cogn. R. *Inscr. ap. Grut.* 528, 9. Julia Ursa.

URSAONENSES, et Ursonenses, ium, m. plur. incolae Ursonis vel Ursonis, urbis in Hispania Baetica, quae nunc *Ossuna*. Ejus *Plin.* 3, 1, 3. meminit. *Auct. B. Hisp.* 28. Ursonensium civitas. *Inscr. ap. Grut.* 259, 2. Resp. Ursonensium. F.]

URSENTINI, orum, m. plur. incolae Ursenti,

nunc *Orso-Marso*, oppidi in Lucania ad Laum fluv.; in ejus nummo ap. *Eckhel. D. N. V. T.* 1. p. 166. *OPSAINTINENS.* *Plin.* 3, 11, 15. Lucanorum (*mediterranei*) Tergilani, Ursentini, Volcentani. F.] [URSILLA, ae, f. dimin. ursae. Est cogn. R. *Inscr. ap. Donat.* 352, 1. Clodia Ursilla. F.] URSINUS, a, um, adj. *ἄρκτιος*, ad ursum pertinens. *Colum. Arb.* 15. Ursinus sanguis. *Plin.* 28, 17, 71. adeps; et *ib.* 16, 62. Ursinum fel. *Id.* 8, 36, 54. Ursina rabies. P Ursinum allium, species allii silvestris, odore molli, capite praetenui, foliis grandibus. *Plin.* 19, 6, 34. P *Ursina*, ae, absolute, est caro ursina, ut *suilla* est caro suis. *Petr. fr. Trag.* 66. *Burm.* In prospectu habuimus ursinae frustum, de quo cum imprudens Scintilla gustasset, etc.

[URSIO, onis, m. dimin. ursi. Est cogn. R. *Inscr. ap. Mur.* 518, 1. L. Valerius Ursio. F.]

URSULA, ae, f. dimin. ursae. Est cogn. R., ut in *Inscr. ap. Grut.* 372, 6. Julia Ursula. Adde 561, 4., 697, 5. et 888, 2. P Item nomen propr. feminae. *Inscr. ap. eund.* 680, 13. Entyches Ursulae conjugii carissimae.

URSULUS, i, m. dimin. ursi. Est cogn. R., ut in *Inscr. ap. Grut.* 9, 2. M. Aurelius Ursulus. Adde 173, 7., 893, 11. P Item nomen proprium viri. *Inscr. ap. Mur.* 1009, 2. Ursulus Augustorum servus. Adde 1512, 16. et 1568, 5. *Auson. ep.* 18, 25. Ursule collega nobilis Harmonio.

URSUS, i, m. *ἄρκτος*, genus animalis feri multo villo, saevius fortissimisque unguibus, viribus, rabieque horrenda. *Isid. Or.* 12, 2. Ursus fertur dictus, quod ore suo formet fetus, quasi orsus. *Virg. G.* 3, 247. nec funera vulgo Tam multa informes ursi, stragemque dedere. *Juven.* 15, 163. Indica tigris agit rabida cum tigride pacem Perpetuam: saevius inter se convenit ursus. *Or. Met.* 10, 540. Raptosque lupos, armatosque unguibus ursos. *Id. Trist.* 3, 5, 35. Ursi turpes; et *ib.* 11, 11. fugax avidis cervus depresso ab ursis. *Hor. Ep.* 1, 15, 34. patinas coenabat omasi, Vilis et agnavae, tribus ursis quod satis esset. *Val. Fl.* 2, 73. Ursi truces. *Claud. in Ruf.* 2, 483. truculentii. *Id. Cons. Mall. Theod.* 298. magna mole rudentes. *Hor. Ep.* 2, 1, 185. media inter carmina poscunt Aut ursum, aut pugiles, *h. e.* pugnam bestiarum in Circo. Multa de ursis *Plin.* 8, 36, 54. f. ubi haec addit: Annalibus notatum est, Domitium Ahenobarbum aedilem curulem ursos Numidicos centum, et totidem venatores Aethiops in Circo dedisse. Miror adjectum Numidicos fuisse, cum in Africa ursum non gigni constet. Haec *Plin.*, quare *ursi Numidici* sunt leones, ut *Lips.* et *Voss.* et alii censent. Sic enim eos appellasse videntur rudes Romani, cum primum ab ipsis visi sunt, quemadmodum elephantos *Lucas boves* dixere, et pantheras *mures Africanos*. Quare quod *Virg. et A.* 5. et 8. Libystidem ursam memorat, possumus cum *Servio* quamlibet Africanam feram intelligere: nisi malis cum *Harduino* legere *Ligystidem*, *h. e.* Ligusticam, quod sane minus placet. Ceterum *Plin.* *ib.* 58, 83. f., ut in *loc. supra cit.*, negat, ursos in Africa nasci. P *Fumantem nasum viri tentaveris ursi*, proverb. ap. *Mart.* 6, 64., est provocare eum, qui nocere potest. P Est etiam cogn. R. *Inscr. ap. Grut.* 41, 7. L. Caecilius Ursus.

URTICA, ae, f. *ἄρκτιος*, *ἀκακίφη*, herba vel caecis nota, quia solo tactu se prodit, pusulas excitans, ustioni similes, et pruritus atque ardorem: quare ab *uro* dictam voluit. *Plin.* 21, 15, 55. Ex omnibus (*spinosarum herbarum*) generibus urtica maxime noscitur, acetabulis in flore purpuream lanuginem fundentibus: saepe altior binis cubitis. Plures ejus differentiae: silvestris, quam et feminam vocant; mitiorque. Et in silvestri quae dicitur cania, acrior, caule quoque mordaci, fimbriatis foliis. Quae vero etiam odorem fundit, Herculeana vocatur. Semen omnibus copiosum, nigrum. Mirum, sine ullis spinarum aculeis lanuginem ipsam esse noxiam, et tactu tantum leni pruritus, pusulaeque confestim adusto similes existere. Sed mordacitas non protinus cum ipsa herba gignitur, nec nisi solibus roborata. Morsu carens lamium vocatur. Haec *Plin.* Habet autem usum etiam in cibis pauperiorum: et remedium est etiam ad multa. *Plin. ib.* et 22, 13, 15., *Catull.* 44, 15., *Hor. Ep.* 1, 12, 8. et *Pers.* 6, 70. P Translate est pruritus et libido turpis. *Juven.* 2, 128. unde Haec tetigit, Gradive, tuos urtica nepotes? Adde 11, 166. P Est etiam marina urtica, ex genere *ἄρκτιος*, *h. e.* eorum, quae mediam naturam habent inter fruticem et animal, ut spongiae. *Plin.* 9, 45, 68. Urticae noctu vagantur, noctuque mutant (*sedem*). Carnosae frondis his natura, et carne vescuntur. Vis pruritus mordax, eademque quae terrestris urticae. Contrahit ergo se quam maxime rigens, ac praenatante pisciculo frondem suam spargit, complectensque devorat. Alias marcenti similis, et jactari se passa fluctu algae vice, contactos pisces, attrituque petrae scalpentes pruritus invadit, etc. Haec *Plin.* Meminit et *Pl. Rud.* 2, 1, 9. P Fuit cogn. R., ut C. Herennius Urtica, in *Inscr. ap. Maff. Mus. Ver.* 155, 3.

URTICOLA, ae, f. dimin. urticae. Est cogn. vi-

rile R. in gente Livia. Inscr. ap. Grut. 1002, 4. Livia Urticulae L. Aglais, M. Livius Urticulae L. Pachynus.

URVO, et Urbo, as, a. I. est in urbe condenda aratro circumdare, seu definire. Fest. Urvat, Ennius in Andromeda, significat circumdat, ab eo sulco, qui fit in urbe condenda urvo aratri, quae sit forma simillima uncini, curvatione buris, et dentis, cui praefigitur vomer. V. URVUM.

URUS, i, m. οὐρος, bos agrestis, in Pyrenaeis montibus nascens, animantibus ceteris, elephante excepto, major. Caes. B. G. 6. loquens de feris, quae in Hercynia silva nascuntur, 28. Tertium est genus eorum, qui uri appellantur: ii sunt magnitudine paulo infra elephantas, specie, et colore, et figura tauri. Magna vis est eorum, et magna velocitas: nequo homini, neque ferae, quam conspexerint, parant. Hos studiose foveis captos interficiunt. Hoc se labore durante adolescenter, atque hoc genere venationis exercent: et qui plurimos ex his interfecerunt, relatis in publicum cornibus, quae sint testimonio, magnam ferunt laudem. Sed assuescere ad homines, et mansuefieri, ne parvuli quidem excepti, possunt. Amplitudo cornuum, et figura, et species multum a nostrorum boum cornibus differt. Haec studiose conquisita, ab labris argento circumcludunt, atque in amplissimis epulis pro poculis utuntur. Plin. 8, 15, 15. Paucissima (animalia) Scythia gignit inopia fructum: pauca contermina illi Germania: insignia tamen boum ferorum genera, jubaros bisontes, excellentique vi et velocitate uros, quibus imperitum vulgus bubalorum nomen imponit, cum id gignat Africa, vituli potius, cervique quadam similitudine. Macr. Sat. 6, 4. f. Punicis, Osciisque verbi usi sunt veteres: quorum imitatione Virgilius peregrina verba non respuit, ut in illo (G. 2, 374.) Silvestres uri assidue. Uri enim Gallica vox est, qua feri boves significantur. Servius ib. ait, uros dici ἀὐρὸν ὄψιον, id est a montibus, ac nasci in montibus Pyrenaeis, qui inter Gallias, Hispaniasque. Gallica vox ap. Macr. l. c. est Celtica; [recentiores enim Germani urum vocant aurochs vel urochs, h. e. prati bovem ex aue, prat, et ochs, bos. F.] [*Ur significat etiam magnus, hinc Urochs, ut Urgaul, etiam de magnitudine nomen traxisse potest. Cf. Ritter. Gesch. der Germ. p. 343.] Virg. G. 3, 532. Quaesitas ad sacra boves Junonis, et uris imparibus ductos alta ad donaria currus. Sen. Hipp. 65. Latisque feri cornibus uri. Adde Solin. 20.

URVUM, sive Urbum, i, n. buris, hoc est aratri curvatura. V. BURIA. Quod Romani aratri curvaturam urvum vocarunt, ideo factum, quia urvum generatim dicerent τὸ ἀνώγειον, h. e. quod ita est flexum, ut redeat sursum versus. V. Varr. l. c. in URINOR. Pompon. Dig. 50, 16, 239. Urbs ab urvo appellata est: urvare est aratro definire: et Varus (lege Varro) ait, urvum appellari curvaturam aratri, quod in urbe condenda adhiberi solet. In edit. Torrentini habetur urbo, et urbum.

US

[USALLITANUS, a, um, adj. ad Usallam, vel Usillam, vel Usulam pertinens, Africae Byzacena urbem, inter Tusdrum et Thenos. Ejus meminit Ptolem. l. 4. c. 3. Οὐσάλλια, et Inscr. ap. Reines. cl. 8. n. 11. Q. Aurelius Q. F. Quir. Gallus Uszali. Plin. 5, 4, 4. Oppidum Latinum unum Usallitanum. Inscr. ap. Grut. 512. lin. 28. Leptitanorum, Aquilitanorum, Usallitanorum, Teudalensium. F.]

[USCANENSES, ium, m. plur. incolae Uscanae, urbis maximae in Illyride Graeca, in regione Penestria. V. PENESTIANUS. Liv. 43, 18. f. Uscanenses se, urbemque dederunt. Adde ib. 19. F.]

USIO, onis, f. idem quod usus. Cato R. R. 149. Oleris, asparagis, lignis, aqua, itinere, actu, domini usioni recipitur. Ulp. Dig. 34, 2, 28. Si factum aurum legatum est, omne ad eum pertinet, cui legatum est, ex quo auro aliquid est effectum, sive id suae, sive alterius usionis causa paratum esset. Scaevola ap. Gell. 4, 1. Longae usionis gratia contrahuntur, et reconduuntur. Varr. ap. Non. 3, 262. Diogenem litteras scisse, dum usioni quod satis esset. Arnob. 7. p. 238. Colunt Dii vineas, et ad suas usiones contractis expriment vendimioribus vinum. African. Dig. 32, 1, 58. med. Usioni habere aliquid. Alii leg. usui. Cato R. R. 38. f. Virgas et sarmenta, quae tibi usioni supererunt, in segete comburito. Est qui leg. ustioni. Sed usioni defendit Hard. ap. Plin. 18, 25, 61. locum ipsum Catonis referentem.

[USIPETES, um, m. plur. Οὐσιπέται, populi Germaniae, a Cattis expulsi, Rhenum accolentes, in Menapiorum terra, Tencheris vicini. Eorum meminere Caes. B. G. 4, 1, 4. et Tac. A. 1, 51. P. Idem Usippi, orum, audiunt ap. eund. ib. 13, 58. et H. 4, 37. et G. 32. F.]

USITATE, adv. εὐσημένως, secundum consuetudinem. Cic. Fin. 4, 26. Cur igitur, cum de re conveniat, non malimus usitate loqui? Gell. 13, 20. f. Dicere usitatis manente numero posset. Id. 19, 7. Obesum notavimus proprie magis, quam usitate dictum pro exili atque graeculento.

Tom. IV.

USITATUS, a, um, part. ab usitor: εὐσημένως, usu receptus, consuetus, pervulgatus, solitus, translaticius. Cic. Phil. 14, 4. extr. Honos usitatus et pervulgatus. Id. Caecin. 16. Hoc jam vetus est, et majorum exemplo multis in rebus usitatum. Brut. ad Cic. 1, 16. Non solum usitatum, sed etiam quotidianum est, aliquid audire de te, quod, etc. Cic. Fin. 3, 2. Nisi vocabulis uterentur nobis incognitis, usitatis sibi. Id. Acad. 1, 7. med. Faciamus tractando usitatius hoc verbum, et tritius. Id. Verr. 2, 2, 3. med. Hunc pertulissent, si humano modo, si usitato more, si denique uno aliquo in genere peccasset; et ib. 2, 5, 44. f. Metum virgarum navarchus pretio redemit: humanum: alius, ne condemnaretur, pecuniam dedit: usitatum est. Sen. Herc. Oet. 362. Hoc usitatum est Herculi: captas amat. Hor. Od. 2, 20, 1. Non usitata, nec tenui ferar Penna biformis per liquidum aethera. Pl. Ps. 2, 4, 37. Homo qui non hic usitatus saepe sit, h. e. qui frequens in his locis non fuerit. Alii leg. visitatus. Cic. Or. 25. med. Uti verbis quam usitatissimis.

USITOR, aris, dep. 1. χρήσιμος, frequenter utor. Gell. 17, 1. med. Tametsi aliquoties verbo ipso alio quoque modo usita i sunt.

[USPENSES, ium, m. plur. incolae Uspe, urbis Siracorum sive Siracenorum, in Scythia Asiatica, quae edito loco, fossisque munita, nisi quod moenia non saxo, sed cratribus junctis, ac medio humo adversum irrumpentes invalida erant, cujus Tac. A. 12, 16. meminit. Id. ib. 17. Excidio Uspensium metus ceteris injectus.

USPIAM, adv. πῶς, ἐπισημῶς, idem ac usquam, id est in aliquo loco. Est ab ὄσ, quod valet ὅσος, id est usque: piam est vocis productio, haud secus ac in quispiam. Cic. Leg. 1, 15. Sive est illa lex scripta uspiam, sive nusquam. Pl. Aul. 4, 2, 13. Perscrutabor sanum, si inveniam uspiam aurum. Id. Cas. 4, 3, 12. Edepol nae tu, si equus esses, esses indomabilis. St. quo argumento? Ol. nimis tenax es. St. Num me expertus uspiam? Ol. Dii melius faciunt. Ter. Ad. 1, 12. Ne aut ille alserit, aut uspiam ceciderit. Cic. Att. 1, 17. Quin te ille aut Dyrhachii, aut in istis locis uspiam visurus esset. Appul. Met. 7. Nec uspiam ruris reperitur ille, sed corpus ejus membratim laceratum, multisque dispersum locis conspicitur. August. ep. 164. (al. 99.) n. 7. Nec ipsos inferos uspiam Scripturarum in bono appellatos potui reperire.

USQUAM, adv. πῶς, ἐπισημῶς, ullo in loco, alicubi, uspiam. Pl. Merc. 5, 2, 21. Neque quiescam usquam noctu, neque interdum, priusquam, etc. Cic. Fl. 21. Iste, cui nullus est usquam consistendi locus, Romam se retulit. Id. Leg. 2, 1. Miror, te, cum Roma absis, usquam potius esse. Ter. Eun. f. Nunquam etiam fui usquam, quin me omnes amaret plurimum. Id. Andr. 5, 3, 7. Num ejus color pudoris signum usquam indicat? Virg. A. 1, 608. si quid usquam justitiae est; et ib. 7, 31. dubitem haud equidem implorare quod usquam est. Just. 3, 3. med. Nec sane usquam terrarum locum honoratiorem senectus habet. Ter. Hec. 3, 1, 13. An quisquam usquam gentium est aequo miser? Nep. Dat. 6. extr. Quo neque acutius cogitatum usquam legitur, h. e. in ulla historia. P. Cum verbis motus. Pl. Mil. 3, 1, 90. Si ea quidem deducta est usquam gentium. Cic. Phil. 1, 1. Nec vero usquam discedebam, nec a republica deficiebam oculos. Nep. Ag. 3. Agesilaus Phrygiam prius depopulatus est, quam Tissaphernes usquam se moveret. Varr. R. R. 2, 4. med. Sus usque adeo pinguitudine crescere solet, ut se ipsa stans sustinere non possit, neque progredi usquam. Hor. Sat. 1, 1, 37. formica non usquam prorepat; et Sat. 2, 1, 31. neque usquam decurrens alio; et ib. 7, 30. velut usquam victus eas. P. In aliqua re, aut negotio. Ter. Andr. 2, 5, 9. Neque istic, neque alibi tibi usquam erit in memoria. Cic. Off. 2, 1. Cum dominatu unius omnia tenerentur, neque esset usquam consilio, aut auctoritati locus. Sall. Jug. 13. Neque adversus iram ejus usquam, nisi in avaritia nobilitatis, et pecunia sua spem habere.

USQUE, ἄχρι, μέχρι, ἕως, ἕως ἄν, praepositio ex iis, quae vel accusativo, vel ablativo inseriuntur, juxta significationis varietatem. Significat continuationem, et finem loci, temporis, actus, et hujusmodi. Refertur saepe ad motum ad locum, et fere postulat post se aliam praepositionem. Pro arbitrio autem vel anteponitur, vel postponitur. Cic. Manil. 12. f. Cum ad eum usque in Pamphyliam legatos misissent. Id. Quint. 3. med. In Galliam Naevius, et trans Alpes usque transfertur. P. Quando adjungitur nominibus propriis urbium, castellorum, et pagorum, item appellativis domus, et rus, alteram praepositionem respicit. Ter. Ad. 4, 5, 21. Miletum usque? obsecro. Cic. Q. Fr. 1, 1, 14. f. Theatrum ita resonans, ut usque Romam significationes, vocesque referantur. P. Et personis. Stat. Th. 11, 88. horrendus ab astris Descendit vos usque fragor. P. Et aliis. Just. 1, 1. Terminos usque Libyae. Id. 7, 1. Imperium usque extremos Orientis terminos prolatum. Cels. 7, 7. n. 15. Vitium mansurum usque mortis diem. P. Interdum tamen etiam cum nominibus propriis urbium, ets. reperi-

tur cum praeposit. ad Cic. Deiot. 7. Usque ad Numantiam misit. P. Refertur quoque ad motum de loco, vel ad originem, et recipit ablat. cum praeposit. a, vel ab, vel e, aut ex, etiam cum nominibus propriis urbium, etc. Cic. Cluent. 68. Atque illam usque a mari supero Romam proficisci. Id. Verr. 2, 1, 34. med. Usque a Dianio, quod in Hispania est, ad Sinopen, quae in Ponto est, navigaverunt. Id. ib. 2, 5, 60. f. Ut qui usque ex ultima Syria atque Aegypto navigarent. Virg. A. 7, 289. Siculo prospexit ab usque Pachyno. Tac. A. 15, 37. Volucres et feras diversis e terris, et animalia maris oceano ab usque petiverat. P. In utroque motu vice casuum admittit etiam adverbium eo, illo, illinc, istinc, et hujusmodi. Cic. Att. 1, 14. med. Quod eos usque istinc exauditores putei. Plin. 6, 23, 26. Achaemenidas usque illo tenuisse. Oc. Ib. 240. Admoverunt oculis usque sub ora faces. P. Saepe etiam tempus notat, vel personam spectata ratione temporis. Si dicatur de tempore futuro, vel consequenti, exigit accus. cum praeposit. ad Pl. Men. 1, 2, 62. Inde usque ad diurnam stellam crastinam potabimus, h. e. quoad Lucifer, vel Sol a nobis videbitur. Cic. Am. 10. Amicitiam usque ad extremum vitae diem permanere. Virg. G. 1, 211. serite hordea campis Usque sub extremum brumae intractabilis imbrem. Ter. Ad. 4, 4, 21. Cessatum usque adhuc est. P. In hac acceptione frequenter usque omittitur. Cic. Sen. 19. Quamquam quis est tam stultus, quamvis sit adolescens, cui sit exploratum, se ad vesperam esse victurum? P. Si vero dicatur de tempore praeterito, regit ablat. cum praeposit. a, vel ab. Id. Div. 1, 1. Vetus opinio est, jam usque ab heroicis ducta temporibus. Id. N. D. 1, 33. Usque a Thale Milesio enumerasti sententias philosophorum. Id. Coel. 14. f. Bona paterina, et avita, et usque a nobis repetita. P. Jungitur et cum inde. Id. Arch. 1. Quoad longissime potest mens mea respicere spatium praeteriti temporis, et pueritiae memoriam recordari ultimam, inde usque repetens, etc. P. Significat etiam finem, vel terminum cujuscumque rei, ut domini, actionis, etc. Ter. Andr. 1, 2, 28. Verberibus caesum te in pistrinum, Dave, dedam usque ad necem. Cic. Verr. 1, 6. med. Usque ad eum finem, dum iudices rejecti sunt. Gell. 15, 2. Vini libidine ad usque ludibria ebriosus. P. Item connotat exceptionem. Plin. ep. 2, 11. med. Assenserunt consules designati, omnes etiam consulares usque ad Pompejum, h. e. excepto Pompejo. P. Migrat etiam in adverbium, et significat diu, multum, valde. Ter. Ad. 2, 2, 5. Ego vapulando, ille verberando usque ambo defessi sumus. Hor. Sat. 1, 2, 65. poenas dedit usque superque, Quem satis est. P. Vel assidue, jugiter, perseveranter. Virg. Ecl. 9, 61. Cantantes, licet, usque (minus via laedet) eamus. Mart. 5, 60. Allatres licet usque nos et usque, Et gannitibus improbis lacessas. Prop. 2, 7, 40. an usque In nostrum lacies verba superba caput? P. Vel paene, prope. Ter. Ad. 4, 2, 19. Rogitas? Ctesipho me pugnis miserum, et istam psaltriam usque occidit.

USQUE ADEO, adv. ὀρεῶ, ὀύτως, in tantum. Virg. Ecl. 1, 11. Non equidem invidio: miror magis: undique totis Usque adeo turbatur agris. P. Pro tandiu, sequentibus particulis donec, quoad, dum. Pl. Cist. 2, 3, 40. Non destiti instare usque adeo, donec se adjurat anus jam mihi monstrare. Cato R. R. 67. Amurcam commutet usque adeo, donec in lacum postremum pervenerit. Cic. Sext. 38. Usque adeo hominem in periculo fuisse, quoad scitum sit, Sextium vivere. Ter. Eun. 4, 6, 3. Usque adeo illius ferre, possum inepitias et magnifica verba, verba dum sient. C. Gracch. ap. Gell. 10, 3. Usque adeo verberari jussit, dum animam efflavit. Pl. Amph. 1, 2, 10. Adeo usque, satietatem dum capiet pater. P. Usque eo ut, adeo ut. Cic. Fl. 23. Usque adeo orba fuit ab optimatibus illa concio, ut princeps principum esset Maeandrius.

USQUE ADHUC, adv. μέχρι τοῦδε τοῦ χρόνου, hactenus, hucusque. Pl. Aul. 2, 3, 10. Quod celatum est atque occultatum usque adhuc, nunc non potest. Suet. Dom. 18. Usque adhuc certe animum meum probastis, et vultum.

USQUE ADMODUM, adv. tandiu apud veteres Cato R. R. 156. Postea ubi iterum occipiet fervere paulisper demittito usque admodum, dum quinquies quinquies numeres.

USQUE AFFATIM, adv. usque ad satietatem. Pl. Poen. 3, 1, 31. Edas de alieno, quantum velis, usque affatim.

USQUE ANTEHAC, adv. μέχρι πρό τούτου, usque ad id tempus, antequam. Ter. Andr. 2, 1, 13. Ut animus in spe, atque in timore usque antehac attentus fuit, h. e. usque ad id tempus, antequam tua verba audirem.

USQUE DONEC, adv. usque dum. Pl. Mil. 2, 2, 113. Ibo odorans usque donec persecutus vulpem ero vestigiis.

USQUE DUM, adv. ἄχρις οὗ, idem ac usquequo, vel quoad, vel quandiu. Pl. Men. 5, 1, 28. Usque dum regnum obtinebit Juppiter. Cic. Verr. 2, 1, 5. Duces praedonum vivos domi suae, usque dum

per me tibi licuerit, tenuisse. P Interdum divisim usurpatur aliis dictionibus interjectis. Ter. Heaut. 5, 2, 30. Imo et ibi nunc sum, et usque id dudum egi, dum loquitur pater. Cic. Fam. 12, 19. f. Mihi quidem usque curae erit, quid agas, dum, quid egeris, sciero.

USQUE EO, adv. παρὰ τοσοῦτον, οὕτως, in tantum adeo. Cic. Or. 1, 52. Plato cum haec exprimens verbis arbitraretur, novam quandam finxit in libris civitatem: usque eo illa, quae dicenda de justitia putabat, a vitae consuetudine, et a civium moribus abhorrebant. Id. Ferr. 2, 4, 40. Virg. iste caederet sine causa socium populi Romani? non usque eo improbus. P Saepo post se exigit particulam ut. Id. Rosc. Am. 9. Quod Amerinis, usque eo visum est indignum, ut fletus gemitusque tota urbe fierent. P Vel ne. Id. Quint. 18. f. Inferiorem esse pariter dumtaxat usque eo, ne cum bonis, fama, fortunisque omnibus Sex. Naevii cupiditati crudelitatisque dederat. P Vel dum. Id. Acad. 4, 7. Multa facimus usque eo, dum aspectus ipse fidem faciat sui iudicii. P Vel quoad. Id. Ferr. 2, 3, 33. med. Liciti sunt usque eo, quoad se efficere posse arbitrabantur. P Vel donec, et significat tandiu. Id. ib. 2, 1, 6. f. Usque eo timui, ne quis de mea fide dubitaret, donec ad rejiciendos iudices venimus. P Usque eo quoad, pro tandiu. Id. Dejot. 4. Tamen usque eo animadverti, eum joculari, antequam Chrysgonum nominavi: quem simul atque attingi, statim homo se erexit, h. e. usque ad id tempus, quo Chrysgonum nominavi.

USQUEQUAQUE, adv. παντα, πάντως, in unoquoque loco, ubique, passim. Pl. Poen. prol. 105. Mari terraque illas usquequaque quaerit. Cic. Phil. 2, 43. Aut undique religionem tolle, aut usquequaque conserva. P Ponitur etiam pro quocumque tempore, semper, assidue. Id. Fam. 7, 16. ex Vet. Poeta: Usquequaque sapere oportet: id erit telum acerrimum. Plin. ep. 7, 20. Siqua posteris cura nostri, usquequaque narrabitur, qua concordia, fide vixerimus. Catull. 39, 1. Egnatius, quod candidos habet dentes, Renidet usquequaque. P Item in omni re. Cic. Verr. 2, 5, 5. Nolite usquequaque eadem quaerere: in metu belli, furandi qui locus potest esse? P Item pro omnino, universim, generatim. Id. Fin. 5, 39. med. An hoc usquequaque aliter in vita, et non ex maxima parte de tota iudicabis?

USQUEQUO et Usque quo, adv. ὅσως οὐ, quousque, usque ad quem locum. Plin. 17, 23, 35. n. 25. Palmites ad superiora scandant, relicto duramento, et emissario uno, qui subeat, usquequo placuerit. Id. 6, 4, 4. Oppidum ab amne influente ibi cognominatum, usquequo magnarum navium capacem esse diximus. P Item usque ad quod tempus, usque donec. Varr. R. R. 1, 2. f. Ranam luridam conicere in aquam, usquequo ad tertiam partem decoxeris. Pall. 4, 1. Martio mense putatio celebratur, usque quo incipit gemma esse suspecta. P Item quatenus, usque ad quem finem. Ulp. Dig. 5, 2, 29. med. Et ideo datae libertates, usque quo Falcidia permittit, suam habent potestatem. P Dividitur etiam et invertitur. Mart. 2, 64. Eja age, rumpe moras: quo te spectabimus usque? V. QUOUSQUE.

USQUE QUOAD, adv. quousque, usque donec, usque eo quoad. Cic. Brut. 22. med. Usque illum, quoad ei nuntiatum esset, consules descendisse, commentatum in quadam testudine cum servis litteratis fuisse. Varr. R. R. 2, 7. med. Anniculis factis iandum hordeum et furfures, usque quoad erunt lactentes.

USTA, ae, f. genus coloris rubei, sed ad flavum accedentis, et coloris auri similis. Duplicis generis auit: alia crussa, quae igne cocta, usta dicitur: alia ochra, quae igne similiter cocta, usta itidem appellatur. V. Isid. Or. 19, 17. med. Utriusque meminit Plin. 35, 6, 20. Usta casu reperta incendio Piraei cerussa in orci cremata. Optima Asiae, quae et purpurea appellatur. Fit et Romae, cremato sile marmoroso, et restincto aceto. Sine usta non fiunt umbrae. Vitr. 7, 11. f. Usta vero, quae satis habet utilitatis in operibus, tectoriis sic temperatur: Gleba silis boni coquitur, ut sit in igne candens: ea autem aceto exstinguitur, et efficitur purpureo colore.

*USTICA, ae, f. Οὐστία, insula Siciliae adiacens, hodieque nomen vetustum retinens. Plin. 4, 8. P Item mons in Sabinis, cujus meminit Hor. Od. 1, 17, 11. Utiqueque dulci, Tyndari, fistula Valles et Usticae cubantis Leviam personuere saxa. Vet. Schol. ad Usticae, Nomen Montis et Vallis. B. A.

[USTICUM, ii, n. genus coloris. V. SUASUM. Isid. Or. 19, 28. Usticum, quia ex uto est. Fit enim ex dependenti fuligine tectorum egesta assiduis ignibus. Unde et color ejusdem tincturae flammeus est. F.]

USTILAGO, inis, f. herba eadem, quae carduus silvaticus. Appul. Herb. 109.

USTIO, onis, f. καύσις, actus urendi. Plin. 34,

15, 14. Quaedam ustione sanantur, privatim vero canis rabidi morbus. Cels. 8, 2. f. Si costa cariota est, inutilis ustio, sed excidendi necessitas est. Plin. 20, 22, 87. Sinapi in magna duritia sine fico impositum: vel, si vehementior ustio timeatur, per duplices pannos. Id. 36, 21, 42. de pumicib.: Quidam tertia ustione refrigeratos potius, quam restinctos, terere malant ex vino.

USTOR, oris, m. καυτήρ, ἐμπροσθεν, qui urit, cremator. Speciatim ita dicebatur, qui corpora in bustuariis cremabat, καυροποιός. Mart. 3, 93. Ustorque taedas praeferat novae nuptiae. Catull. 59, 4. Cum devolutum ex igne prosequens panem A semiraso tunderetur ustore. Lucan. 8, 738. Robora non desint misero (Cn. Pompejo M.), nec sordidus ustor.

USTRICULA, ae, f. mulier, quae capillum candenti ferro crispat deliciarum causa. Tert. Pall. 4. Larissaeus heros certe jam ustrictulas, certe jam virum alicui clanculo functus. Alii rectius pro ustrictulas legitur hystriculus, quam vocem vide suo loco.

USTRINA, ae, f. locus, in quo cadaver cremabatur: ab ustum sup. verbi uro, καύσιον καυτήρ. Differt a sepulcro, quia locus ille, in quo cadaver cremabatur, si cadaver in eo etiam sepeliebatur, dicebatur sepulchrum; si cadaver alio transferebatur, ustrina, ut Fest. docet in Bustum. Inscr. ap. Mur. 1345, 12. T. Flavius Philippus (dedit) itum, aditum, ambitum ustrina sacrificii causa. P Item καυτήρειον, locus, in quo metalla candescunt, ut elaborantur. Plin. 36, 21, 42. In ustrina ter sicantur, ita ut torreantur carbone puro, ac toties vino restinguantur albo. P Sumitur etiam pro quovis ardore, aut ustione. Appul. Met. 7. Ustrina talis moram non sustinens, h. e. incendium excitatum in stuppae sarcina.

USTRINUM, i, n. ustrina, locus, in quo cadaver crematur, alibi sepeliendum. Erant ustrina muro cincta, et fere prope sepulchra. Inscr. ap. Gud. 174, 1. M. Lolius M. F. Papir. Praetextatus, etc. fecit sibi monumentum latum Ped. XX. et XXV. extr. ustrinum Ped. XX. etc. Alia ap. Spon. Miscell. antiqu. p. 291. In Fr. cum ustrino P. LIII, in agro P. XXIII. Sponius ib. ustrini figuram exhibet. Aliae ap. Grut. 656, 3. et 755, 4. Huic monumento ustrinum applicari non licet. Adde 1044, 7. et 8., ubi eadem verba leguntur.

[USTUO, is, a. 4. idem ac ustulo: est ab ustus, ut ab ignis ignio, ab hymnus hymnio. Prud. peri. 101, 884. ipse praesto erit tunc Hercules Hydrina suctus ustuire vulnera. Ita Arceus edidit, alii ustum ire. F.]

[USTULATIUS, a, um. V. SEMIUSTULATIUS. F.]

*USTULATIO, onis, f. Gloss. Cyrill. Ustulatio, ὑστύλιον a. B. A.

USTULATUS, a, um, part. ab ustulo: praeustus, περικαυτός. Vitr. 1, 5. Taleae oleagineae ustulatae quam creberrimae instruantur. Id. 5, 12. Locus palis ustulatis configatur.

USTULO, as, avi, atum, a. 1. περικαύω, circum uro, aduro, creno. Catull. 36, 6. vovit, Electissima pessimi poetae Scripta tardipedi Deo daturam Infelicibus ustulanda lignis. Auct. Priap. 62. Nec gemmas modo germinae exeuntes Seri frigoris ustulatae aurae; et 46. Ferrenti caput ustulare ferro, h. e. calamistro inurere crines.

USTUS, a, um, part. ab uro: καυμένος. Ov. Met. 1, 119. Tum primum siccis aer fervoribus ustus Canduit. Plin. 10, 70, 90. Conveniunt ex alto etiam pisces ad quosdam odores, ut sepiam ustam. Hor. Epod. 10, 13. Cum Pallas usto vertit iram ab Illo in impiam Ajacis ratem. Ov. Fast. 4, 275. puppis picta coloribus ustis, h. e. encaustice inustis. Plin. 28, 6, 18. Urina sole usta; et 32, 5, 17. Ferro ustae plagae. P Est etiam a frigore laesus. V. URO. Ov. Fast. 1, 680. Nec nova per gelidas usta sit herba nives. Id. Trist. 3, 2, 8. Ustus ab assiduo frigore Pontus. P Usti dicitur, qui igne, vel sole laesi sunt, περικαυμένοι. Plin. 22, 22, 34. Acanthi radices ustis, laxatisque mire prosunt. Sic 23, 4, 42. Oleum amygdalinum medetur a sole ustis cum cera.

USUALIS, e, adj. χρηστός, usui nostro serviens. Mart. Dig. 39, 4, 16. Quoties quis mancipia invecita professus non fuerit, sive venalia, sive usualia, in poena commissi est. P Usualis sermo est rudis, inornatus, qualis in usu quotidiano et familiari adhibetur. Sidon. ep. 4, 10. Reliquas denuo litteras usuali sermone contexo.

[USUALITER, adv. solite, ex more. Cassiod. Variar. 2, 39. de Apono: Juvat videre, amicum undis indesinenter ardorem et calorem venire decursu rivi, unde usualiter solebat exstingui. Id. ib. 9, 3. Frumenta vocis usualiter natura, industria suffragante, concedit. F.]

USUARIUS, a, um, adj. idem ac usualis. Gell. 4, 1. extr. Ex iis autem, quae promercalia, et usuria in locis iisdem essent, ea sola esse penoris putat, quae tint usui annuo. Ulp. Dig. 7, 8, 14. Per servum usuarium si stipulet, etc. h. e. cujus non proprietatem, nec fructum, sed usum tantummodo quis habet. Modest. ib. 21. Usus aquae personalis est: et ideo ad heredem usuarii transmitti non pot-

est, h. e. ejus, qui usum tantummodo aquae habet. V. FORICULARIUM.

USUCAPIO, is, cepi, captum, a. 3. χρήσει ἰδιοποιῆσαι, rem aliquam continuatione usus, vel possessionis mihi attribuo, vindico, in meum usum convertito: pro quo Jcti etiam dicunt capere usu, capere utilitatis causa, usu suum facere, longo tempore capere, diutius possidendo capere, longa possessione capere. V. CAPIO, is. Cic. Har. resp. 14. extr. Nil mortales a Diis immortalibus usucapere possunt. Id. Att. 1, 5. med. De Tadiana re mecum Tadius locutus est, te ita scripsisse, nihil esse jam, quod laboretur, quoniam hereditas usucapta esset. Plin. ep. 5, 1. Jam biennium transisse, omniaque me usucepisse. Liv. 22, 44. f. Nullam penes se culpam esse, quod Annibal velut usucepisset Italiam. P Usurpatur etiam divisim, sive citra compositionem. Pomp. Dig. 41, 3, 29. Propius est, ut usu eas capere non possis. P Et inverso ordine. Paul. ib. 7, 1. Filius pro donato non capiet usu.

USUCAPIO, onis, f. acquisitio per usum legitimi temporis jure civili constituta. Ulp. fragm. tit. 19. Usucapio est adeptio domini per continuationem possessionis anni, vel biennii, rerum mobilium anni, immobilium biennii. Modest. Dig. 41, 3, 3. Usucapio est adjectio domini per continuationem possessionis temporis lege definiti. Cic. Leg. 1, 21. In qua quoniam usucapionem duodecim Tabulae intra quinque pedes esse noluerunt, depasci veterem possessionem Academiae ab hoc acuto homine non sinemus. P AJctis appellatur etiam capio. V. CAPIO, onis. P Usurpatur et divisim interjecta aliqua dictione. Ulp. Dig. 41, 10, 1. Si sponsa sponso ea mente tradiderit res, ut non ante ejus fieri vellet, quam nuptiae secutae sint, us quoque capio cessabit.

USUCAPTUS, a, um, part. ab usucapio, longa possessione vindicatus, et meus factus, ἰδιοποιηθείς. Suet. Dom. 9. f. Subseciva, quae captim super fuerunt, veteribus possessoribus, ut usucapta, concessit. V. SUBSECIVUS.

USUFACIO, is, a. 3. usufacere aliquid suum, est sibi diu utendo vindicare, us capere. Pl. Amph. 1, 1, 219. Cujus nunc es? So. tuus: nam pugnis usufacisti tuum.

USUFRACTUARIUS, ii, m. cujus est usufructus in aliqua re, non etiam proprietatis. Ulp. Dig. 7, 1, 7. Usufructu legato, quicumque rei redditus est, ad usufructuarium pertinet. Cajus. Instit. (ed. Goesch.) 2. §. 30. Ipse usufructuarius in jure cedendo domino proprietatis usufructum, efficit, ut a se discedat, et convertatur in proprietatem. Salv. adv. avar. 3, 5. in. Quid opus est, ut filiis jam religiosis aequa hereditatis portio relinquatur? et mox: Certe aut tenues, aut usufructuarii relinquuntur.

[USUPERDO, is, a. 3. amitto jus alicujus rei ex alius usucapione. Pl. Amph. 2, 2, 215. Amphitruo es profecto: cave sis, ne tu te usuperduis, h. e. ne, dum alius simulat te esse, ipse tui possessionem ex alterius usu amittas. Alii divisim leg. usu perduis, quod etiam locum habet in usucapio et usufacio. F.]

USURA, ae, f. χρήσις, idem ac usus, h. e. actus utendi, itemque facultas utendi re quapiam. Pl. Trin. 1, 2, 144. Neque adeo haec (aedes) emi mihi, nec usurae meae, h. e. usui meo. Id. Amph. prol. 108. Usuram ejus corporis cepit sibi, et gravidam fecit. Acc. ap. Non. 3, 262. Atque hanc postremam solis usuram cape. Cic. Cat. 1, 12. Si hoc optimum factu judicarem, unius usuram horae gladiatori isti ad vivendum non dedissem. Id. Tusc. 1, 39. Natura dedit usuram vitae, tanquam pecuniae, nulla praestituta die. Id. Rab. Post. 17. f. Ut huic optimo viro usuram hujus lucis, et vestrum conspectum ne eripiat. Id. Agr. 3, 1. A vobis, quos leviter immutatos esse sentio, exigui temporis usuram bonae de me opinionis postulo. Id. Fam. 3, 1. Perficiam profecto, ut longi temporis usuram, qua caruimus, intermissa nostra consuetudine, et gratia, et crebritate, et magnitudine officiorum meorum sarciam. Vell. 2, 34. Temperare animum ab usura gloriae. P Metonymice est commodum et fructus, qui ex usu cujuspiam rei percipitur: et praecipue ex usu pecuniae, quae alii utenda conceditur. Cic. Verr. 2, 3, 72. Quis hoc fecit unquam, ut, cum senatus publicanos usura saepe jvisset, magistratus a publicanis pecuniam pro usuris aunderet auferre? h. e. cum senatus publicanis pecuniam sine fen re utendam dedisset. Alii leg. versura, sed nihil mutandum.

P Item pro usurae mercede et pretio, h. e. pro pecunia, quae solvitur ultra sortem ei, qui pecuniam utendam dedit, τόκος, quae vox Graeca partum significat, a τίκω, pario: est enim usura quidam quasi partus pecuniae. Isid. Or. 5, 25. Usura est incrementum fenoris, ab usu aeris crediti nuncupata. Lucan. 1, 181. Hinc usura vorax, avidumque in tempore fenus: voracem dicit, quia, donec reddatur sors, semper poscit; et, si non solvatur, sortem ipsam absorbet. Plin. ep. 6, 8. med. Rogo, cures, ut Attilio meo salva sit non sors modo, sed etiam usura plurium annorum; et ib. 10, 62. Minuere usuram, ac per hoc idoneos debitores invitare; et Cic. Att. 12, 22. Usuram pendere. Id. ib. 9, 12. perscribere, i. e. sub usuris pecunias locare, et apud trapezitam syngrapham earum conficere. Suet. Aug. 39. No-

tavit aliquos, quod pecunias levioribus usuris mutuati, graviore fenore collocassent. *Nep. Att. 2. f.* Aes alienum multiplicandis usuris crescit, h. e. sortis summa, si usurae multiplicentur, major fit. *Plin. praef. H. N. med.* Sors fit ex usura; et *Ulp. Dig. 13, 6, 7. med.* Pecuniam sub usuris mutuatam dare; et *Cic. Cat. 2, 8. f.* Certare cum usuris fructibus praediorum, h. e. tot usuris onerare se, quot sunt fructus praediorum. *Paul. Dig. 22, 1, 17. §. 5.* Fiscus ex suis contractibus usuras non dat, sed accipit. *P. Translate. Cic. Sen. 15.* Terra nunquam recusat imperium, nec unquam sine usura reddit, quod accepit, sed alias minore, plerumque majore cum fenore. *Varr. R. R. 1, 69.* Quae servari possunt, tum vendas, cum caritas est; saepe enim diutius servata non modo usuram adjuvant, sed etiam fructum duplicant, si tempore promas. *Plin. ep. 9, 28. f.* Alias litteras an acceperim, quaeris: non accepi. Proinde prima quaque occasione mitte, appositis quidem usuris, quas ego (num parcius possum?) centesimas computabo, h. e. adjectis aliis litteris, quas tanquam mercedem solvas pro iis, quas jam debebas. *P. [Primis reipublicae temporibus, cum Romani angustiis adhuc coarctarentur limitibus, nec divitiis affluerent, et expertes fere commerciorum essent, leviores admodum exercebant usuras. Eterim novimus ex Tac. A. 6, 16., primum ex lege XII. Tabul. (h. e. ann. U. C. CCCV.) sanctum fuisse, ne quis unciario fenore (h. e. uno per cento all'anno; hinc corrigendus est Lexicographus noster in SEMUNCIARIUS, et UNCIA, ubi perperam statuit, unciarium fenus fuisse dodici per cento) amplius exerceret; quam legem progressu temporis neglectam iterum renovarunt, ut refert Liv. 7, 16., M. Duillius et L. Maenius trib. pleb. ann. CCCXCVII.; deinde alia rogatione tribunicia ann. CCCCVII. ex unciario fenus semunciarium factum est, ut docent Tac. ib. et Liv. ib. 27.; postremo, ut narrant Tac. ib. et Liv. ib. 42., ann. CCCXCII. L. Genucius trib. pleb. legem tulit ad populum, ne omnino fenore liceret; sic itaque vetita est omnis usura. Sed cum nemo forte esset, qui gratis cuiquam pecuniam mutuatam crederet, sua sponte lei irrita facta est, et crescente in dies luxu, et gliscentibus hominum vitiis, recruduit paulatim vetus fenebre malum, ita ut postremis reipublicae temporibus centesima usura simul cum anatocismo licita ac legitima habita fuerit, ut constat ex Cic. Att. 5, 21. med. et ib. 6, 1. et Plinii l. c. supra in §. 4., quod quidem obtinuisse videtur, quoties nec pignoris alicujus depositione, nec praediorum obligatione cauta centesima esset, ut patet ex Sidon. ep. 3, 24., quarum alterutra intercedente semissalis usura maxima, quincuncialis media, trientaria vero minima habita est (V. Capitolini l. c. in TRIENTARIUS); excepta tantummodo usura maritima, quae ob naufragii discrimina nullis fuit olim legibus definita, ideoque a Paul. Sentent. 2, 14. §. 3. dicitur infinita, quam tamen deinceps intra centesimam cohibuit Imp. Justin. Cod. 4, 32, 26. P. Itaque hi sunt usurarum gradus et appellationes apud Romanos. Usura omnium minima antiquitus fuit semunciarium, il mezzo per cento all'anno, V. SEMUNCIARIUS; unciaria, l'uno per cento, V. UNCIA §. 7., et UNCIARIUS §. 1.; sextantaria, il due; quadrantaria, il tre, V. QUADRANS §. 5.; trientaria, il quattro, V. TRIENS §. 5. et TRIENTARIUS; quincunx, il cinque, V. QUINCUNX §. 4. et 5.; semissalis, il sei, V. SEMISSALIS, et SEMISSIS §. 6. et 7.; septunx, il sette; besalis, l'otto, V. BES §. 4.; dodrans, il nove; dextans, il dieci; deunx, l'undici, V. DEUNX §. 2.; centesima, il dodici, V. CENTESIMUS §. 3. P. Haec usurarum gradus liciti et legitimi; verum feneratorum aviditas et impudentia eo usque processit, ut aliquando extorqueretur etiam usura binae centesimae, il ventiquattro; trinae, il trentasei; quaternae, il quarantotto; imo et quinae, il sessanta, quarum usurarum exempla hic subjicimus. Cic. Verr. 2, 3, 70. f. Binis centesimis feneratorus est. (V. Inscr. cit. in ANATOCISMUS) Juven. 9, 7. Pollio, qui triplicem usuram praestare paratus Circuit, et fatuos non invenit. Cic. Att. 5, 21. med. Cum ego in edicto tralatio, centesimas me observatum, haberem, cum anatocismo; ille ex syngrapha postulabat quaternas; et mox: Nam aut bono nomine, centesimis contentus erat, aut, non bono, quaternas centesimas sperabat. Habes meam causam, quae certe probabitur, praesertim cum S. C. modo factum sit in creditorum causa, ut centesimae perpetuo fenore ducerentur, h. e. sine anatocismo. Id. ib. 6, 1. med. Confeceram, ut (Salaminii) solverent centesimis sexenni ductis cum renouatione singulorum annorum. At Scaptius quaternas postulabat; et mox: Si Brutus putabit, me quaternas centesimas oportuisse decernere, qui in tota provincia singulas observarem, itaque edixissem, idque etiam acerbissimis feneratoribus probaretur; accipiam equidem dolorem, mihi illum irasci. Id. ib. 3. med. Salaminios adduxi, ut totum nomen Scaptio vellent solvere; sed centesimis ductis a proxima quidem syngrapha, nec perpetuis, sed renovatis quotannis. Id. ib. 3. med. Sed Scaptius centesimis, renovato in singulis annos fenore, contentus non fuit. Hor. Sat. 1, 2,*

14. Quinas hic capiti mercedes exsecat, [h. e. dal capitale detrae il cinque per cento al mese, scilicet il sessanta per anno. F.] P. Usurae usurarum sunt, cum usurae non solutae adduntur sorti, quae cum crescat, etiam usurae crescant, idem ac anatocismus, vel renovatum in singulos annos fenus. Has vero usuras vetuit Imp. Justinian. Cod. 4, 33, 28., et ante eum aiii principes, ut constat ex Modestino Dig. 42, 1, 27. P. Apud Romanos usurae non semel quotannis, sed duodecies, h. e. singulis mensibus solvebantur. Et calendae quidem erat dies perscribendae usurae, idus exigendae. V. CALENDARIUM et IDUS. F.] USURARIUS, a, um, adj. dicitur de re, cujus usum habemus, usuarius. Pl. Amph. 1, 2, 35. Amphitruo subditivus exit foras cum Alcumena uxore usuaria. Id. Curc. a. 3. v. 12. Cupio aliquem emere puerum, qui usurarius nunc mihi quaeratur: usus est pecunia. P. Item ad usuram pecuniae pertinet, fenebris. Ulp. Dig. 16, 2, 11. Cum alter alteri pecuniam sine usuris, alter usurariam debet, etc. Id. ib. 3, 5, 5. extr. et Tryphon. ib. 37. extr. Usurarium debitum. Papin. ib. 21, 1, 7. Debitor usurarius. Pl. Truc. 1, 1, 53. Tabulae, ubi aera perscribuntur usuraria. [Front. ad Amic. (ed. A. Maio) ep. 1, 17. Varians alumnus masculis feminisque sestertium deciens singulis reliquit usurarium proprius, quam proprium: nam quinquagena annua ab Augusta singulis dari jussit, h. e. deciens centena millia sestertium, ex quorum usuris quincuncibus quinquagena millia annua sestertium, il capitale di 1,000,000, che al 5. per 100. da 50,000. sesterzi annui. F.] USURECEPTIO, onis, f. actus recipiendi ea, quae prius possidebantur. Cajus Instit. (ed. Goesch.) 2. §. 59. Adhuc etiam ex aliis causis sciens quisque rem alienam usucapit. Nam qui rem alicui fiduciae causa mancipio dederit, vel in jure cesserit, si eandem ipse possederit, potest usucapere, anno scilicet, etsi soli sit: quae species usucapionis dicitur usureceptio, quia id, quod aliquando habuimus, recipimus per usucapionem. V. v. sq. F.] USURECIPIO, is, epi, a. 3. recipio ex usu id, quod antea possederam. V. v. praec. Cajus Instit. (ed. Goesch.) 2. §. 61. Item si rem obligatam sibi populus vendiderit, eamque dominus possederit, concessa est usureceptio: sed hoc casu praedium biennio usurecipitur; et hoc est, quod vulgo dicitur, ex praedictura possessionem usurecipi. V. PRAEDIATURA. F.] USURPABILIS, e, adj. cujus usus aliquis esse potest. Tert. ad Marc. 2, 6. med. Si (homo) caperet hoc jure, ut bonum quoque non voluntate obiret, sed necessitate, usurpabilis etiam malo futurus esset ex infirmitate servitii, proinde et malo, sicut bono, famulus, h. e. obnoxius malo. USURPATIO, onis, f. idiosolopsis, actus usurpandi, frequens usus, tractatio, commemoratio. Cic. Brut. 71. med. Consolari se cum conscientia optima mentis, tum etiam usurpatione, et renouatione doctrinae. Id. Verr. 2, 5, 64. extr. Ne moram quidem mortis mentione atque usurpatione civitatis assequi poterit. Id. Agr. 2, 12. Decemviri neque veris comitiis, neque illis ad speciem, atque ad usurpationem vetustatis per XXX. lictores auspicionum causa adumbratis, constituti. Liv. 27, 19. Abstineret usurpatione vocis alicujus; et Plin. 33, 2, 7. Divisus hic quoque ordo (judicum) superba usurpatione nominum, cum alius se nongentum, alius selectum, alius tribunalum appellaret. Liv. 41, 23. Haec usurpatione itineris insoliti quo spectare videtur? P. Apud Jctos usurpatione est usucapionis interruptio, ut ait Paul. Dig. 41, 3, 2., quia ad usucapionem requiritur continuatio temporis, quae si, alio interim aliquando usurpante, seu utente, interruptur, usucapio cessat. P. Est etiam malus usus cujuspiam rei. Impp. Valens, Valent. et Grat. Cod. 1, 6, 1. Qui sanctitatem baptismatis illicita usurpatione geminaverit. Impp. Arcad. et Honor. ib. 4, 6. Per vim et usurpationem vindicare ac tenere aliquid. P. Pro possessione. Val. Max. 4, 4. n. 1. Dominium rerum collabi solet: bonae mentis usurpatione nullum tristioris fortunae recipit incursum. USURPATIVE, adv. usurpando. Serv. ad illud G. 1, 210. serite hordea campis: Hordea usurpative ait: et sciendum tamen in his tres tantum casus usurpari, haec hordea, vicia, mella. Adde eund. ad A. 7, 289. USURPATIVUS, a, um, adj. Macrob. de differt. et societ. Graec. et Lat. verb. p. 2761. Verborum forma, vel species, meditata, inchoativa, frequentativa, et usurpativa; et p. 2765. Hanc quidam gerundi modi, vel participalem vocant, quia verba ejus paene omnia similia participii sunt, et sola significatione distantia: nam vado salutatum, hoc est dicere vado salutare, aut ut salutem, etc. Diomed. 1, 389. Usurpativa species est hujusmodi, cum dicimus legendum proficit, id est dum legit: legendi causa venit, id est ut legat, etc. Dicta est, quod usu exerceri, quodque hoc pacto eloqui demonstrat. Haec Diomed. USURPATOR, oris, m. qui usurpat. In malam partem de eo accipitur, qui nullo jure aliqua re utitur. Ammian. 26, 7. med. Usurpator indebitae potestatis. [Symmach. orat. in Valent. (ed. A. Maio)

1, 22. Merito usurpator tanti nominis oblatas ad poenam. F.] USURPATORIUS, a, um, adj. ad usurpatorem, et contra jus utentem pertinens. Impp. Constantin. Aug. et Julian. Caes. Cod. 10, 47, 8. med. Si quis usurpatoria temeritate amplius aliquid fuerit conatus exigere. [USURPATRIX, icis, f. quae usurpat. Salo. Gub. D. 3, 12. Maxima quippe accusatrix hominum noxiorum est usurpatrix innocentiae arrogantia. USURPATUS, a, um, part. ab usurpo, frequenter usu adhibitus, factitatus, memoratus. Cic. Par. 5, 1. Praeclare est hoc usurpatum a doctissimis, nisi sapientem, liberum esse neminem. Id. Fam. 5, 16. Consolationes a sapientissimis viris usurpatae. Id. Cat. 4, 4. Genus poenae saepe in improbos cives usurpatum. Id. Verr. 2, 5, 29. f. Jus imperii quotannis usurpatum, ac semper retentum; et ib. 47. med. Illa Segestanorum non solum litteris tradita, neque commemorata verbis, sed multis officiis illorum usurpata et comprobata cognatio. Suet. Tib. 10. Loco et quasi possessione usurpati a se secundi gradus sponte cessit; et Traj. ad Plin. ep. 10, 116. Longa consuetudo usurpata contra legem; et Plin. Pan. 30. med. de Nilo: Vagus ille et expanditor annis intra usurpata semper collium substiterat, atque haeserat, h. e. loca inter colles jam antea occupata et quasi possessa. P. Usurpata uxor dicebatur, quae cum annum integrum cum viro, licet sine legibus, fuisset matrimonii causa, in manum mariti venisse, et te tutorum potestate exisse, tanquam usucapta, censebatur: atque hoc matrimonium usu initum dicebatur. Gell. 3, 2. med. Q. Mutium Jctum dicere solitum legi, non esse usurpatam mulierem, quae cal. Januar. apud virum causa matrimonii esse coepisset, et a. d. IV. cal. Januar. sequentes usurpatum isset. Adde Macr. Sat. 1, 3. med., ubi more suo Gellii verba exscribit; et Sero. ad G. 1, 31. Porro usurpatum ire passive accipiendum est pro ire ut usurpetur, h. e. ut a marito agnoscatur tanquam vera uxor. Etiam in priorib. Gell. verbis pro non esse usurpatam alii leg. non esse usurpatum. Huc etiam pertinere potest locus satis obscurus Cic. Fam. 9, 22. Usurpat ea duplex cubile. Alii leg. usurpata. P. Male adhibitus. Impp. Theodos., Arcad. et Honor. Cod. 10, 31, 42. Siquis temerario ausu ullum ex principalibus viris usurpata attrectaverit injuria. P. Usurpatum est, factitatum est, in usu est. Ulp. Dig. 50, 13, 1. med. Ludi quoque litterarii magistris, licet non sint professores, tamen usurpatum est, ut his quoque jus dicatur. USURPO, as, avi, atum, xpoqai, frequenter utor, adhibeo, factito, commemoro, in frequenti usu habeo, sive loquendo, sive agendo. Loquendo. Cic. Am. 8. f. et in Sen. 15. Usurpare memoriam alicujus rei. Id. Marcell. 2. Soleo saepe ante oculos ponere, idque libenter crebris usurpare sermonibus, etc. Id. Or. 22. Quod semper usurpamus in omnibus dictis et factis minimis et maximis; cum hoc, inquam, decere dicimus, illud non decere. Id. Phil. 2, 28. med. At quam crebro usurpat, et consul, et Antonius! Id. Par. 2. med. Nomen tantum virtutis usurpas; quid ipsa valeat, ignoras. Varr. L. L. 5, 7. Sed de hoc erit usurpandum, cum de poetis dicemus. P. Pro appellare. Cic. Univ. 11. Jovem atque Junonem, reliquos, quos fratres inter se agnatosque usurpare atque appellare videmus. Colum. 5, 6. med. Tabulata instituenda sunt: hoc enim nomine usurpant agricolae ramos truncosque prominentes. Cic. Off. 2, 11. f. C. Laelius is, qui sapiens usurpatur. P. Agendo. Id. Am. 2. med. Nec enim ab isto officio, quod semper usurpavi, cum valerem, abduci debui. Colum. 2, 2. med. Quod in quibusdam provinciis usurpatur, ut cornibus illigetur jugum. Liv. 27, 8. med. Nec patrum, nec avorum memoria Diale quemquam id jus usurpasse, h. e. ut in senatum introiret. Tac. A. 13, 55. Avus meus Agrippae et Maecenati usurpare otium post labores concessit. Id. H. 4, 49. f. Ne solita quidem munia usurpabat, clausus intra domum, ne, etc. Suet. Tib. 11. Mutua cum Graeculis officia usurpans. Paul. Dig. 39, 4, 9. f. Usurpare immunitatem solvendi publici vectigalis. Tac. A. 15, 19. extr. Usurpare hereditates, h. e. adire, et frui; et ib. 14, 26. possessionem provinciae; et ib. 2, 59. Multa in vulgus grata usurpavit, sine milite incedere, pedibus intectis, et pari cum Graecis amictu, etc. Id. Ann. 11, 17. modo comitatem et temperantiam, saepius vinolentiam ac libidines. Suet. Cal. 38. jure civitatem Romanam, h. e. gerere se pro cive. Id. Claud. 25. Peregrinae conditionis homines vetuit usurpare Romana nomina, dumtaxat gentilitia. Sic Tac. A. 6, 28. Nonnulli falsum hunc phoenicem credidere, nihilque usurpasse ex his, quae vetus memoria firmavit. Pl. Bacch. 1, 2, 41. O barathrum! ubi nunc es! ut ego te usurpem libens! h. e. te utar, me injiciendo et demergendo. Cels. Dig. 8, 6, 6. Usurpare sibi servitutem alicujus agri, h. e. uti servitute, quam habet ager, ut per illum viam habeam ad meum fundum. P. Usurpare sensu, percipere, sentire. Lucr. 4, 972. Cum jam destiterunt ea sensibus usurpare. Id. 1, 300. Nec calidos aestus tuimur, nec frigora quimus Usurpare oculis. Pl. Trin. 4, 2, 3. Advenio ex Se-

leucia, Macedonia, atque Arabia, quas ego neque oculis, neque pedibus unquam usurpavi meis, *h. e.* neque vidi, neque adii. *Id. Cas. 3, 5, 9.* Unde meae usurpant aures sonitum? *P* Est etiam adhibere, uti. *Plin. 33, 7, 40.* Minium in voluminibus quoque scriptura usurpatur, clarioresque litteras facit. *Id. 11, 23, 27.* Nec puduit has vestes (*bombycinas*) usurpare etiam viros, levitatem propter aestivam. *Id. 7. proem. med.* Cetera animalia sentire naturam suam: alia pernicitatem usurpare, alia praepetes volatus, etc. *Id. 35, 11, 40. n. 25.* Hic primus videtur usurpasse symmetriam. *Id. 31, 9, 45.* Ibi maxime usurpanda observatione, quae totis corporibus nihil utilius sale, et sole dixit. *P* Pro acquirere, vindicare, occupare, suum facere, *ἰδιοποιεῖσθαι.* *Cic. Or. 3, 28. med.* Ex jure civili, surculo defringendo, possessionem usurpare. *Just. 14, 2. extr.* Receptus hac lege, paulatim imperium usurpat. *Plin. 35, 10, 36. n. 10.* Et aliam gloriam usurpavit. *P* Usurpare uxorem quid sit, *V. in USURPATUS.* *P* Vindicare contra jus. *Suet. Claud. 25.* Civitatem Romanam usurpantes securi percussit. *Ulp. Dig. 47, 22, 2.* Quisquis illicitum collegium usurpaverit, ea poena tenetur, quae, etc. *Imp. Dioclet. et Maxim. Cod. 8, 10, 5.* Totius loci dominium usurpare.

[USURULA, ae, f. dimin. parva seu modica usura. *Gloss. Phil. Usurula, κοινωδίων. F.]*

USUS, a, um, part. ab *utor*: qui adhibuit. *Or. Fast. 3, 550.* Ipsa sua Dido concidit usa manu. *Treb. in XXX. Tyr. 16.* Denique ingenio ejus usus Odenatus, quidquid divitiarum gemmarumque cepit, eidem tradidit. *P* *Honore usus* quid sit, *V. in UTOR. Titulo usus, V. in TITULUS.*

USUS, us, m. *ὑπόθεσις*, utendi actus, exercitatio, tractatio. *Cic. Or. 1, 4.* Ut ad eam doctrinam, quam suo quisque studio consecutus esset, adungeretur usus frequens, qui omnium magistrorum praecepta superaret. *Id. Balb. 20.* Assiduus usus uni rei deditus et ingenium, et artem saepe vincit. *Or. A. Am. 1, 473.* Ferreus assiduo consumitur annulus usu; et *ib. 3, 91.* silices tenuantur ab usu. *Caes. B. G. 3, 13.* Pelles pro velis propter lini inopiam, atque ejus usus inscientiam. *Id. B. C. 1, 58. med.* Naves factae subito ex humida materia non eundem usum celeritatis habebant. *Vitr. 2, 9. med.* Populus, salix, tilia egregiam habere videntur in usu rigiditatem; et *Hor. Od. 1, 27, 1.* Scyphi nati in usum laetitiae. *Id. ib. 3, 3, 51.* Aurum cogere humanos in usus. *Virg. G. 3, 163.* Formare boves ad usum agrestem; et *Plin. 25, 13, 95.* Radix cicutae nullius usus. *Contra Id. 20, 13, 51.* Ruta in maximo usu est. *Liv. 36, 10.* Plures, quam quod satis in usum esset, ignes cum accendisset; et *Caes. B. G. 4, 33.* Tantum usu quotidiano et exercitatione efficiunt, ut, etc. et *ib. 3, 8.* Veneti scientia atque usu nauticarum rerum ceteros antecedunt; et *ib. 1, 39. med.* Qui magnum in castris usum habebant, *h. e.* diu militaverant; et *ib. 4, 20. f.* Habere usum belli, *h. e.* scire et exercere bellum. *Or. Met. 6, 29.* seris venit usus ab annis. *Sic Cic. Cluent. 31.* Vir prudentia, usu, atque exercitatione praeditus. *Liv. 42, 52.* Usu belli, et ingenio impavida gens. *Id. 7, 38. f.* Et aetate, et usu doctus: quippe qui jam quartum consul esset, dictatorque et censor fuisset. *Nep. Timoth. 3.* Duo viri usu et sapientia praestantes. *Plin. ep. 1, 10, et ep. 5, 14.* Habere aliquid in usu. *Cic. Phil. 10, 21. f.* Usus in republica magnum jam habere debes et potes. *Plin. ep. 1, 20. med.* Quod me docuit usus magister egregius. *Id. ep. 1, 17.* Est hoc mihi in usu. *P* Est etiam utilitas et fructus, quem utendo re quapiam percipimus. *Cic. N. D. 2, 60. med.* Arborum consector magnos usus affert ad navigia faciendam. *Cels. 3, 20.* Itaque eos (*lethargicos*) qui subinde excitant, sine usu male habere; et *Ulp. Dig. 50, 16, 203.* In lege censoria portus Siciliae ita scriptum erat: Servos, quos domini quis duceret suo usu, pro his portorium ne dato; et *Sall. fragm. ap. Non. 4, 62.* Vinarii lanique, quorum praeterea vulgus in dies usum habet; et *Cat. 50.* Neque quisquam omnium libidini simul, et usui paruit. *P* Hinc *usui*, et *ex usu esse*, utile esse, prodesse, adjuvamento esse, expedire. *Cic. Att. 1, 1. med.* Satrius fuit et mihi, et Quinto fratri magno usui in nostris petitionibus. *Caes. B. G. 3, 14.* Una erat magno usui res praeparata a nostris. *Liv. 3, 33.* Peritos legum peregrinarum ad condenda nova jura usui fore credebant. *Ter. Eun. 5, 9, 47.* Ad omnia haec magis opportunus, nec magis ex usu tuo nemo est. *Cic. Tusc. 4, 7.* Bonum quod sit ex usu jam praesens esse atque adesse; et *Pl. Curc. 4, 2, 14.* Uti muscae, culicesque, odio, et malo, et molestiae; bono usui estis nulli. *Plin. 25, 13, 110.* Folia myrti et lentisci simul terere, et mandere matutino, ex usu est. *P* *Usus est*, opus est. *Cic. Tusc. 4, 2. extr.* Sed de ceteris studiis alio loco dicemus, si usus fuerit. *Pl. Rud. 2, 3, 67.* Jam istoc magis usus factus est, ut eam intro. *Id. Trin. 2, 4, 102.* Ubi usus nihil erat dicto, Spondeo, dicebat. *Id. Ps. 1, 3, 151.* Ad eam rem usus est hominem astutum, doctum, et callidum, qui imperata effecta reddat. *Id. As. 1, 1, 76.* Viginti jam usus est filio argenti minis. *Virg. A. 8, 441. nunc*

viribus usus. Nunc manibus rapidis, omni nunc arte magistra. Adde *Cic. Off. 1, 26. f. Liv. 30, 41. f. et Ter. Heaut. 1, 1, 28. et 29.* *P* *Usus venit*, contingit, accidit, ut opus sit. *Cic. Fam. 3, 8. med.* Cum praesertim mihi usum venturum non arbitrarer, ut ego quoque absens a te defendendus essem. *Ter. Heaut. 3, 2, 42.* Non usus veniet, spero; et *ib. 46.* De istoc, cum usus venerit, videbimus, quid opus sit. *Pl. Cist. 1, 2, 28.* Si quis usus venerit, meminisse ego hanc rem vos volo. *Ap. Cic. alii leg. usu venturum. V. USUVENTI.* *P* *Usus est etiam consuetudo, mos.* *Cic. Or. 1, 3. f.* Dicendi omnis ratio in medio posita, communi quodam in usu, atque in hominum more et sermone versatur. *Just. 43, 4.* Ab his Galli usum vitae cultioris, deposita et mansueti facta barbaria, didicerunt. *P* Item consuetudo victus, familiaritas, amicitia; quia amicis crebro et libenter utimur. *Cic. Rosc. Am. 6.* Cum Metellis erat ei non modo hospitium, verum etiam domesticus usus et consuetudo. *Id. Planc. 2.* Si tantummodo mihi necesse esset contra Laterensem dicere, tamen id ipsum esset in tanto usu nostro, tantaque amicitia molestum. *Id. Fam. 13, 52.* Est hospes meus, et praeterea conjunctus magno usu familiaritatis; et *ib. 24.* Inter nosmet ipsos vetus usus intercedit. *Or. Trist. 3, 5, 9.* longo cognitus usu. *P* [Item consuetudo Venerea, *οὐροπόσια.* *Tibull. 1, 7, 55.* Et cum furtivo juvenem lassaverit usu. *Or. Rem. Am. 357.* Nunc tibi, quae medio Veneris praestentur in usu, Eloquar. *P* Etiam *oisus* scribitur. *Capell. 3, 53.* Oisus etiam dicitur: sic enim veteres usum dixere. *Id. 2, 28.* Et quantum oisus ejus telluris apportat.

USUSFRUCTUS, us, m. *ἐπιχρῆμα, ἐκκέρπτοις*, rei usus fructuosus, cum scilicet res aliqua non nostra est, sed perinde ex ea fructum atque utilitatem capimus, ac si nostra esset. *Paul. Dig. 7, 1, 1.* Ususfructus est jus alienis rebus utendi, fruendi, salva rerum substantia. *Cic. Caecin. 4. med.* Ususfructum omnium bonorum suorum Caesenniae legavit, ut frueretur una cum filio. *Id. Top. 4.* Si paterfamilias uxori ancillarum ususfructum legavit a filio, neque a secundo herede legavit a filio mulier ususfructum non amittet. *P* Separate etiam usurpatur. *Id. Caecin. 7. med.* Usus enim ejus, et fructus fundi, testamento viri, fuerat Caesenniae. *Sen. ep. 73. med.* Sibi horum usus fructusque contingat.

USUVENTI, ebat, ēnit, impers. *4. ἐνδύεσθαι*, evenit, accidit, contingit. *Cic. Quint. 15.* Nam quid homini potest turpius, quid vero miserius, aut acerbius usuvenire! *Id. Sen. 3.* Nam si id culpa senectutis accideret, eadem mihi usuvenirent omnia, et reliquis majoribus natu. Alii *leg. usu evenirent.* *Id. Verr. 2, 5, 39.* Causam sibi dicendam statuerat jam ante, quam hoc usuveniret. *Auct. ad Her. 2, 5. f.* Dicit eum praemeditatum fuisse, quid sibi esset usuventurum. *P* Revera duae voces sunt *usu venit*: itaque praeter quam quod in allatis et aliis similibus exemplis separatae inveniuntur in optimis codicibus, interseritur etiam iis interdum alia vox. *Cic. Att. 7, 26.* Non venit idem usu mihi, quod tu tibi scribis. *Id. Or. 1, 40.* Quid quod usu memoria patrum venit, ut, etc. *Gell. 19, 12.* Quod cuiquam Thracio venisse usu fabula est.

UT

UT, adv. *ὡσπερ, καθάπερ*, sicut, velut, adverbium similitudinis. *Pl. Rud. 4, 4, 55.* Ut tute es, item censes omnes esse? *Cic. Phil. 2, 45.* Ut quidam morbo aliquo, et sensus stupore suavitatem cibi non sentiunt; sic libidinosi, avari, facinorosi verae laudis gustum non habent. *P* Cum sumitur pro veluti, sub eodem verbo casus similes antecedentibus poscit. *Id. Acad. 2, 24.* Ea se sola percipere dicunt, quae tactu intimo sentiunt, ut dolorem, ut voluptatem. *P* Usurpatur quoque extra similitudinem, pro quemadmodum, qua ratione. *Id. Att. 1, 16. med.* Credo te audisse, ut me circumsteterit, ut aperte jugula sua pro meo capite. *P* Clodia ostentavit. *Id. Verr. 2, 1, 45.* Videt, ut hoc iste correxerit. *Virg. A. 2, 3.* Infandum, regina, jubes renovare dolorem, Trojanas ut opes, et lamentabile regnum Eruerint Danaï. *P* Item pro quomodo, cum quadam admiratione, et indicativum poscit. *Pl. Capt. 1, 2, 62.* Ut saepe summa ingenia in occulto latent! *Cic. Mil. 24.* Ut contempsit! ut pro nihilo putavit! *P* Item pro quomodo cum interrogatione. *Pl. Pers. 1, 1, 17.* Ut vales? *R.* Ut queo. *Hor. Ep. 1, 3, 12.* Ut valet? ut meminit nostri? *P* Item pro prout, et hoc fere per parenthesis. *Ter. Phorm. 1, 2, 5.* Ut nunc sunt mores, *h. e.* secundum mores, quibus hodie utimur. *Cic. Sen. 4. f.* Multae etiam (ut in homine Romano) litterae. *Id. Brut. 7.* Posteaque Clisthenem multum, ut temporibus illis, valuisse dicendo, *h. e.* secundum illorum temporum eloquentiam. *P* Item pro quippe. *Pl. Curc. 2, 1, 2.* Quando Aesculapii ita sentio sententiam, ut qui me nihili faciat, nec saluum velit. *P* Est etiam adverb. quantitatis, et ponitur pro quam admirative. *Cic. Att. 2, 21. med.* Ut ille tum humilis, ut demissus erat! ut ipse etiam sibi, non iis solum, qui aderant, displicebat!

P Item pro quam sine admiratione, cum superlativis. *Id. Cluent. 26. med.* Tum appellat hilari vultu hominem Bulbus, ut blandissime potest. *Id. Or. 2, 66.* Ut quisque optime Graece sciret, ita esse nequissimum. *P* Item pro quantum. *Pl. As. 3, 3, 39.* Ut vestrae fortunae meis praecedunt, Libane, longe! *Plin. praef. H. N.* Nisi ut prodesse tantumdem posses, ut velles. *Suet. Tit. 7.* Abstulit alieno, ut siquis unquam. *P* Item adv. est temporis, pro postquam, ex quo, et indicativum petit. *Cic. Verr. 2, 1, 25.* Ut haec audivit, sic exarsit, etc. *Id. Somn. Scip. 3.* Ut primum fletu represso loqui posse coepi. *Sen. Troad. 76.* Decumas secuit messor aristas, Ut nulla dies moerore caret. *P* Item pro cum, quando. *Ter. Adelph. 3, 4, 42.* Nam ut numerabatur forte argentum, intervenit homo de improviso. *P* Item est adverb. optandi, pro utinam. *Id. Heaut. 3, 6, 6.* Ut te omnes Dii Deaque perduint. *P* Invenitur etiam positum pro quod, vel pro usu verbi infiniti. *Nep. Ann. 1.* Si verum est, ut populus R. omnes gentes virtute superavit. *Cic. Rosc. Am. 41. f.* Non est verisimile, ut Chrysogonus horum litteras adamavit, aut humanitatem. *P* pro ubi ap. *Catull. 11, 2.* Sive in extremos penetrabit Indos, Litus ut longe resonante Eoa Tunditur unda. *Adde 17, 10.* *P* Est etiam conjunctio, et conjunctivum postulat. *Cic. Har. resp. 8.* Negotium magistratibus est datum, ut sine vi mihi aedificare liceret. *Id. Fam. 16, 1. extr.* Cura, ut valeas. *Id. Verr. 2, 5, 69.* Ut vere dicam. *Nep. Milt. 4.* Cursorem miserunt, ut nuntiaret. *Pl. Poen. 1, 2, 35.* Olent, salsa sunt, tangere ut non velis. *P* Usus frequentissimum habet post has voces *talis, tantus, tot, tam, adeo, sic, ita, hujusmodi*, (quae *V. suis loc.*) et similes loco particulae quod. Sed haec voces interdum subaudiuntur. *Cic. Tusc. 1, 6.* Non sum ita hebes, ut istuc dicam. *Id. Brut. 47.* Gellius non tam vendibilis orator, quam ut nescires, quid ei deesset, *h. e.* talis, ut nescires. *Id. Leg. 2, 3.* Nec enim ullum hoc frigidius flumen attingi, cum ad multa accesserim, ut vix pede tentare id possim, *h. e.* adeo ut. *Id. Or. 29. f.* In quo tantum abest, ut nostra miremur, ut usque eo difficiles ac morosi simus, ut nobis non satisfaciatur ipse Demosthenes. *P* Item cum verbis timendi, pro *ne non*, et dubitationem signat. *Ter. Andr. 4, 2, 22.* Dies mihi ut sit satis, vereor, ad agendum. *P* Est etiam conjunctio conditionalis, pro dummodo. *Cic. Verr. 2, 3, 47.* In jugere Leuntini agri medimum fere tritici seritur, perpetua atque aequabili satione, ager efficit cum octavo, bene ut agatur; verum, ut omnes Dii adjuvent, cum decimo. *P* Et adversativa pro quamvis, licet. *Or. Pont. 3, 4, 79.* Ut desint vires, tamen est laudanda voluntas. *Id. ib. 4, 5, 7.* Luce minus decima dominam venietis in Urbem, Ut festinatam non faciat iter. *P* Item pro esto. *Cic. ad Brut. 1, 9. f.* Nos te, tuumque exercitum expectamus, sine quo, ut reliqua ex sententia succedant, vix satis liberi videmur fore. *P* Interdum usurpatur cum indignatione. *Ter. Phorm. 4, 3, 64.* Nil do: impuratus me ille ut etiam irrideat? *P* Interdum elegantiae causa ponitur. *Cic. Sen. 12. f.* Invitus feci, ut L. Flaminium de senatu ejicerem. Nihil enim significat, nisi *invitus ejeci.* *P* Cum indicativo. *Liv. 27, 49. f.* Adeo victores caedis ceperat satietas, ut cum esset nuntiatum consuli, etc. supersint, inquit, aliqui nuntii, etc. *Cic. Or. 2, 6.* Sic enim res se habet, ut, quemadmodum volucres videmus construere nidos, etc. sic animi nostri gestiunt ac volvere cupiunt, etc. *P* Sequenti infinito. *Liv. 5, 15. f.* Sic libris fatalibus traditum esse, ut quando aqua Albana abundasset, tum, si eam Romanus emisisset, victoriam de Vejentibus dari. *Ulp. Dig. 35, 2, 62.* Hoc servandum Julianus ait, ut si duo rei stipulandi fuerint, in ea re dividi inter eos debere obligationem, etc. quod si, etc. in pendenti esse, etc. Ita *Torrentin. et Gothofred.* Visum est *Haloandro* corrigendum esse prius infinitum, et edidit *debeat obligatio.* Horum *ἀνακολούθως* causa esse videtur longitudo periodi qua fit, ut scriptor in fine non meminerit particulae, quam initio posuerat. *P* Saepae cum adverb. non pro quin conjungitur. *Cic. Fin. 1, 8.* Fieri nullo pacto potest, ut non dicas, quid non probes ejus, a quo dissentias. *Quint. 8, 3.* Vereor, ut non jam ferat quisquam. *Plin. 18, 29, 70.* Ut carbunculi non noceant. *P* Item cum *ne*, pro ut non, et valet ipsum *ne* aut *non.* *Cic. Fin. 2, 8.* Ex quo efficitur, non ut voluptas ne sit voluptas: sed ut voluptas ne sit summum bonum. *Id. Q. Fr. 3, 2. f.* Opera datur, ut judicia ne fiant. *Ter. Phorm. 5, 7, 8.* Illam ita tibi incensam dabo, ut ne restinguas, lacrimis si extillaveris. *P* Item cum *si*, et significat perinde ac *si.* *Cic. Fam. 2, 14.* Ejus negotium sic velim suscipias, ut si esset res mea. *Nep. Dat. 3.* Vincit ante se Thyum agebat, ut si feram bestiam captam duceret, *Id. Ages. 6.* Atque, ut si bono animo fecissent, laudavit consilium eorum. *P* Item cum plurimum, et valet quam plurimum, seu valde frequenter, plerumque. *Cic. Leg. 2, 14.* In quo suscipiendo, et gerendo, et deponendo jus ut plurimum valet, et fides. *P* Item cum *puta* pro exempli gratia. *Ulp. Dig. 19, 1, 13. extr.* Aedi-

bus distractis, vel legatis, ea esse aedium solemus dicere, quae quasi pars aedium, vel propter aedes habentur, ut puta, putei. V. PUTA. P Item cum quid, cum interrogatione, pro quamobrem. Cic. Att. 7, 7. f. Depugna, inquis, potius, quam seruias. P Ut quid? si victus eris, proscribe; si viceris, tamen seruias. P Item cum alio ut, pro quomodo, utcumque. Ter. Phorm. 3, 1, 4. Nam ut ut erant alia, illi certe, quae nunc domi tuae est, consules. Pl. Bacch. 5, 2, 73. Id ut ut est, et si est dedecorum, patiar. Id. Cist. 1, 1, 111. Ut ut erga me est meritis, mihi cordi est tamen. Id. Most. 3, 1, 14. Verum ut ut res haec sese habet, pergam turbare porro. Id. Truc. a. 5, v. 2. Ut ut illud acceptum sit, hoc addam insuper. P [*Conf. ut et vi. Heindf. ad Cic. N. D. p. 40. b. et quod Id. ib. p. 73. a. et aut. Cort. ad Lucan. 7, 735. et et. Beier. ad Cic. Off. 2. p. 103.]

UTCUMQUE, adv. ὅπως δὴ, ὡς ἔρκεν, quocumque modo, quomodocumque. Pl. Epid. 1, 1, 47. Utcumque in alto ventus est, Epidice, exin velum vortitur. Cic. Or. 17. Utcumque se affectum videri, et animum audientis moveri vult, ita certum voeis admovebit sonum. Liv. praef. Utcumque erit, juvabit tamen, etc. Tac. Ann. 1, 5. Utcumque se ea res habuit, vixidm ingressus Illyricum Tiberius properis matris litteris accit; et 6, 8. Utcumque casura res est, fatebor, fuisse me Sejano amicum. Id. Agr. 39. med. Cetera utcumque facilius dissimulari, ducis boni imperatoriam virtutem esse. Virg. A. 6, 823. Infelix! utcumque ferent ea facta minores. Pl. Bacch. 4, 4, 13. Bonus sit bonis, malus sit malis: utcumque res sit, ita animum habeat. Quod Pont. 4, 14, 3. In quibus (litteris) excepto, quod adhuc utcumque valemus, Nil, te praeterea quod juvet, invenies. P Pro quodcumque. Hor. Od. 3, 4, 29. Utcumque mecum vos eritis, libens insanientem navita Bosphorum Tentabo. Id. ib. 4, 4, 35. Utcumque defecere mores, Dederant bene nata culpa. Adde ib. 1, 17, 10. P Pro aliquantum Plin. 8, 18, 26. Utcumque rabiem et ipsae (camelii) sentiunt. P Pro quantumvis. Id. 6, 33, 38. Nunc ipsarum partium (telluris) magnitudo comparabitur, utcumque difficultatem afferet auctorum diversitas.

UTENDUS, a, um, part. ab utor: χορηγός. Ter. Heaut. 1, 1, 81. Aetas ad haec utenda magis idonea. Cic. Verr. 2, 2, 18. f. Omnia utenda ac possidenda tradiderat. Id. Tusc. 3, 17. Quod utendum acceperis, reddere. Pl. Men. 4, 2, 94. Ego illam (pallam) non condonavi, sed sic utendam dedi. Id. Aul. 1, 2, 17. Cultrum, securim, pistillum, mortarium, quae utenda vasa semper vicini rogant, fures venisse, atque abstulisse dicit. Et 2, 9, 4. Ego hic artoptam ex proximo utendam peto. Id. Pers. 1, 3, 36. Ut nummos sexcentos mihi dares utendos mutuos. Id. Mil. 2, 3, 76. Ego quidem meos oculos habeo, nec rogo utendos foris. Ov. A. Am. 1, 433. Multa rogant utenda dari, data reddere nolunt. Adde Cato R. 5. P Utendum dare est commodare, aut mutuum dare: utendum rogare mutuum petere. Alio sensu Enn. ap. Non. 10, 11. Aures tibi contra utendas dabo, h. e. praebebo, auscultabo.

UTENS, entis, part. ab utor: Ov. Met. 12, 355. Haud tulit utentem pugnae successibus ultra. Cic. Top. 18. Ratione utentia anteponanatur rationis expertibus. Id. Off. 2, 20. f. Magnitudo divitiarum illum fortasse adjuvat, qui habet: ne id quidem semper, sed fac jurare: utentior sane sit; honestior quomodo? h. e. utilior. Alii leg. opulentior, alii potentior. [*Utentior recte se habet: signif. enim hominem, qui se in magnis fortunis et copiis sumptuosius insolentiusque jactat Cf. Beier. et Orell.] P *Utens, entis, fluvius Italiae superioris, in Gallia Cispadana, Ravennam alluens, inque mare Adriaticum se exonerans. Liv. 5, 35. Ab Utente flumine. P Vitis audit Plin. 3, 15, ubi Cellarius legi vult Utis, ea videlicet lege, ut sit Livianum illud Utente sextus a recto Utis, entis, ductus. B. A.

UTENSILIS, e, adj. χορηγός, utilis: ab utendo. Varr. R. R. 1, 2. Quid in Italia utensile non modo non nascitur, sed etiam non egregium fit? Quod far conferam Campano? quod triticum Apulo? Id. ap. August. C. D. 2, 22. Vivere omnino nemo potest, si ignoret, quisnam sit faber, quis pistator, quis tector, a quo quid utensile petere possit. P Hinc utensilia, absolute, quascumque usui nostro sunt necessaria. Liv. 3, 49. Exsutusque omnibus utensilibus miles Tusculum se, fide misericordiaeque victurus hospitum, contulerat. Id. 26, 33. Quaeque una secum dederunt, agrum, urbemque, divina humanaque utensilia, sive quid aliud dederunt, de iis rebus quid fieri velitis, vos rogo, Quiritibus. Plin. 13, 11, 22. Papyri radicibus incolae pro ligno utuntur: nec ignis tantum gratia, sed ad alia quoque utensilia vasorum. Colum. 9, 5. Ut apes collectis utensilibus, cum onere per proclivia non aegre devolent, h. e. iis rebus, quibus utuntur ad favos et mel conficiendum. Id. praef. 12. Utensilia, quibus aut aliter hominum genus, aut etiam excollitur. [*Emendavit hunc locum F.]

UTENSILITAS, atis, f. idem ac utilitas, usus. Tert. Hab. mul. 5. Ferri, et aeris utensilitas.

UTER, utris, m. V. UTERUS.

UTER, utris, m. ὄστρος, ὄστρον, pellis, qua vinum, aut oleum, aut alia quaequam similis res deferri solet. Etymon vocis vide in UTERUS. Virg. G. 2, 384. Mollibus in pratis unctos saliere per utres. Ov. Am. 3, 12, 29. Aeolios Ithacis inclusimus utribus Euros, h. e. scripsimus de Ulysse, qui ab Aeolo, apud cetris diverterat, donatus fuit utribus ventorum plenis, quibus in navigatione uteretur. Plin. 12, 7, 15. Lycion aptissimum medicinae, quod est spumosum: Indi in utribus camelorum, aut rhinocerotum id mittunt. Id. 28, 18, 73. Hircini utris vinarii cinis. Scrib. Comp. 84. Utrum si quis medium laqueo constrinxerit. P [Frequens fuit apud veteres utrius usus ad flumina trananda. Liv. 21, 27. Hispani, sine ulla mole, in utres vestimentis conjectis, ipsi cetris suppositis incubantes, flumen tranavere. Caes. B. C. 1, 48. Lusitani, peritique earum regionum cetrati ceterioris Hispaniae, consectabantur, quibus erat proclive transnare flumen, quod consuetudo eorum omnium est, ut sine utribus ad exercitum non eant. [*Cf. Herzog., qui longam huic loco adnotationem adscripsit.] Curt. 7, 5. Utres quam plurimos stramentis refertos dividit; his incubantes transnare amnem. Plin. 6, 29, 35. Arabes Ascitae appellati, quoniam bubulos utres binos sternentes ponte piraticam exercent, h. e. utribus junctis tabulas instar pontis sternentes. Adde Front. Strat. 3, 13. et Annian. 30, 1. med. V. UTRICULARIUS. P Latini dixerunt etiam haec utria in plurali, ut ait Arnob. 1. p. 36., et usurpavit Liv. Andr. ap. Non. 3, 267. Flacciscent utria.

UTER, tra, trum, adj. ὄστρος, ὄστρον, quis ex duobus, cum vel sine interrogatione: videtur esse a priori Graeca voce allata. Differt a quis, quod de pluribus dicitur. Quint. 7, 4. med. De praemiis quaeritur, ex duobus uter dignior: ex pluribus quis dignissimus. Enn. ap. Cic. Div. 1, 48. Omnium cura viris, uter esset induperator. Cic. Inv. 2, 49. med. Utra lex de genere omni, utra de parte quadam: utra communiter in plures, utra in aliquam certam rem scripta videatur. Id. Rab. perd. 4. Uter nostrum popularis est? tunc, an ego? Sen. Phoen. 564. rex sit e vobis uter, Quaeque. Cic. Q. Fr. 2, 13. f. Utros ejus habueris libros (duo sunt enim corpora), an utrosque, nescio. Id. Or. 1, 62. Dubitare visus est, utrius oratio propius ad veritatem videretur accedere. Id. Div. Verr. 14. Ut eligas, utrum velis: utrum dixeris, id contra te futurum. Id. Div. 2, 68. Potest hoc esse falsum, potest verum: sed utrum sit, non est mirabile. Id. Mil. 9. Ut nihil jam aliud quaerere debeatis, nisi uter utri insidias fecerit. Caes. B. G. 5, 43. Hi perpetuas controversias inter se habebant, uter alteri antefereatur; et ib. 1, 12. Arar in Rhodanum influit incredibili lenitate, ita ut oculis, in utram partem fluat, judicari non possit. Liv. 21, 18. f. Utrum placet, sumite. Id. 2, 17. Consulm quoque alterum (sed utrum, nomen auctores non adjuvant) prope interfecerunt. In veteri formula juramenti militaris ap. Gell. 16, 4. Uti tu ad C. Laelium, L. ve Cornelium Cos. sive quem ad utrum eorum jus erit, profitebere. Cic. Sext. 42. med. Horum utro uti volumus, altero est utendum. Ov. Met. 9, 546. Tu servare potes, tu perdere solus amantem: Elige, utrum facias. P Cum superlativo. Cic. Inv. 2, 58. Quamquam praestat honestas incoluntati, tamen, utri potissimum consulendum sit, deliberatur. P Cum particula ne interrogando. Hor. Sat. 2, 2, 107. uterne Ad casus dubios fidet sibi certius? hic qui Pluribus assuerit mentem, etc. An qui contentus parvo, etc? Alii leg. uternam. P De pluribus, quam duobus. Vitr. 7. praef. Alii eum scripserunt esse in cruce actum: nonnulli, in eum lapides esse conjectos: alii, vivum in pyram conjectum. Quorum utrum ei acciderit, merenti digna constitit poena. P Cum verbis plur. numeri. Pl. Men. 5, 2, 29. Loquere, uter meruistis culpam, paucis; et ib. 5, 9, 60. Uter eratis, tun?, an ille major? P Pro alteruter. Cic. Verr. 2, 3, 14. Omnium controversiarum, quae essent inter aratorem et decumanum, si uter velit, edicit se recuperatores daturum; et paulo post: Utrum ita scripserit, si uter volet; an, si decumanus volet, nihil interest: arator enim tuos istos recuperatores nunquam volet. P Utrius paenultimam habet communem. A poetis ea saepius corripitur. V. Lucr. 4, 505. et 1205., Catull. 68, 39., Hor. Ep. 1, 17, 15. et Od. 3, 8, 5., Mart. Spect. 13. et 3, 27. qui omnes corripuerunt. P Veteres in genitivo et dativo feminino dixerunt utraque, teste Charis. 2, 132.

UTERCULUS, i, m. parvus uterus, seu venter. Plin. 11, 12, 12. Praeterea e fronte, ac pabulis potus in uterculos congestus apum; ore enim eum vomunt, etc. In MSS. Harduini est utriculo. P Uterculus est dimin. ab uter, tris. Appul. Met. 1. Sanguinis eruptionem uterculo admoto excipit diligenter. Alii leg. vasculo, [alii utriculo. F.]

UTERCUMQUE, utracumque, utrumcumque, adj. ὀπότερος δὴ ποτε, idem quod utervis, sive uterlibet. Cic. Fam. 6, 4. Magnae utrinque copiae ita paratae

ad pugnandum esse dicuntur, et utrumcumque vicerit, non sit mirum futurum. Id. ad Brut. 1, 15. med. In quo bello utracumque pars vicisset, tamen aliqua forma esset reipublicae. Quint. 6. prooem. med. In utracumque lingua expressa proprietates omnium litterarum. Id. 5. prooem. Utrumcumque est (nec enim hoc loco meam interpono sententiam) hic erit liber, etc. Gell. 5, 10. f. Ne sententia sua, utramcumque in partem dicta esset, ipsa sese rescinderet.

UTERINUS, a, um, adj. ὀπότερος, qui ex eodem utero prodiit, hoc est qui matrem eandem, non tamen eundem habuit patrem. Uterinis fratribus opponuntur consanguinei, qui de uno patre nati. V. FRATER et CONSANGUINEUS.

UTERLIBET, utralibet, utrumlibet, adj. ὀπότερος οὖν, alter ex duobus, quem tibi capere libet. Cic. Quint. 26. Utrumlibet elige, alterum incredibile est, alterum nefarium, et ante hoc tempus utrumque inauditum. Plin. 21, 4, 8. Sanguinem fluentem ex utralibet parte sistit. Cels. 6, 7. n. 7. Adjecto vel irino, vel laureo oleo, sic ut uterlibet paulum aceti miscetur; et ib. 18. n. 10. Ubi uterlibet modo curatum est.

UTERNAM. V. in UTER, tra.

UTERQUE, utraque, utrumque, adj. ἑξάστρος, ἀπὸ ὀστρος, utervis, ambo. Quid ab ambo differat, in ea voce diximus. Ter. Phorm. 5, 3, 17. Uterque utrius est cordi. Caes. B. G. 7, 35. Cum uterque utrius esset exercitus in conspectu. Cic. Att. 8, 12. Fabius amantissimus utriusque nostrum. Balb. et Opp. ad Cic. post ep. 2, 8. l. 9. ad Att. med. Non videri eam tuam esse dignitatem, ut contra alterutrum, cum utriusque sis maxime necessarius, arma feras. Nep. Att. 14. Pari fastigio stetit in utraque fortuna, h. e. in parvo, et amplo patrimonio. Cic. Off. 2, 6. Magna vis est in fortuna in utraque partem, vel secundas ad res, vel adversas; et ib. 10. f. Vita, mors, divitiae, paupertas: quae qui in utraque partem excelso animo magnoque despiciunt, etc. Ov. Met. 1, 338. Uterque Phoebus, h. e. oriens, et occidens. Sic Stat. Th. 1, 157. limes poli; et Or. Fast. 2, 489. polus, h. e. Arcticus et Antarcticus. Id. Her. 9, 16. de Hercule: Implesti meritis Solis utramque domum. Id. Met. 15, 829. uterque Oceanus, h. e. orientalis et occidentalis. Catull. 31, 3. Neptunus, h. e. maris praeses, et fluminum ac fontium. Ov. Met. 13, 147. parens, h. e. pater et mater. P Cum verbis et nominibus plur. num. Pl. Curc. 1, 3, 31. Uterque insaniant. Ov. Met. 6, 59. Utraque festinant. Tac. H. 2, 97. Hordeonius anxius proprio bello, Vectius nunquam satis quieta Britannia: et uterque ambigui. P Ahibetur et in plurali num. cum de duobus rerum generibus sermo est. Ter. Heaut. 2, 4, 14. Hoc beneficio utriusque ab utrisque vero devincimini, h. e. vos puellae, et amatores vestri. Cic. Off. 1, 1. Quoniam utriusque et Socratici, et Platonici esse volumus, h. e. Peripatetici, et Academici. Id. Or. 3, 26. A quibus utriusque submittitur aliquid, etc. h. e. a poetis, et ab iis, qui modos fecerunt. Tac. G. 34. Utraeque nationes Rheno praetexuntur. Sall. Cat. 39. extr. Utriusque victoriam crudeliter exercebant, h. e. plebis fautores, et senatus. Adde Jug. 79. et 93. P Etiam cum de duobus simpliciter loquimur. [*Nempe de iis, quae conjunctione quadam tenentur, quae ad unum pertinent, unum quasi corpus efficiunt. Ita Ramsh. Gr. L. §. 156. Not. 7. p. 518. Ceterum nescio, quid Zumpt. sibi velit in Gr. Lat. §. 141. not. 2. hunc usum dicendi ap. Ciceroem nusquam inveniri, quam exemplum a Forc. allatum non unicum sit; cf. Lig. 12, 36. ubi par fratrum significatur; et Mur. 12, 26. ubi de accusatore et reo usurpatur] Id. Cat. 31. Hi utriusque ad urbem imperatores erant, etc. h. e. Q. Marcius, Q. Metellus. Nep. Timol. 20. Utrorumque Dionysiorum opibus. Cic. Verr. 2, 4, 14. Binos habebam scyphos: jubeo promi utrosque. Virg. A. 6, 685. palmas utrasque tetendit. Sen. Herc. Fur. 1060. obitus pariter Tecum Alcides vidit, et ortus, Novitque tuas utrasque domus. Tac. A. 16, 11. Illa utrosque intuens, h. e. patrem, et aviam. P In gen. utriusque secunda syllaba fere corripitur. Lucr. 3, 505. et 1205., Catull. 68, 39., Hor. Od. 3, 8, 5. et Ep. 17, 15., Ov. Fast. 3, 571., Mart. Spect. 13. et 3, 27. Qui produceret, inveni adhuc neminem: nec tamen damnarim, si quis faciat.

UTERVIS, utravis, utrumvis, adj. ὀπότερος οὖν, uter, quem vis, uterlibet. Hoc differunt utervis, et uterlibet a quavis, et quilibet, quod illa unum ex duobus significant, haec unum ex pluribus. Cic. Sen. 10. med. At minus habeo virium, quam vestrum utervis. Id. Rosc. Am. 1. f. Utrumvis salvo officio se facere posse arbitrarentur.

UTERUS, i, m. raro Uterum, i, n. μήτρα, ὄστρον, loci muliebres, in quibus fetus concipitur. Proprie dicitur de homine: nam in bestis est vulva. V. VULVA: videtur autem esse ab inus. ὄστρον, quod ab ὄστω pro ὀστω, tumeo, hinc ὀστρον, tumor. Cic. fr. ap. Serr. ad A. 8, 139. Quae te belluam ex utero, non hominem fudit. Pl. Truc. 1, 2, 96. Uterum illi nunquam extumere sensi. Hor. Od. 3, 22, 2. laborantes utero puellae, h. e. parturientes. Ov. Met. 9, 315. Diva potens uteri, h. e. Lucina partu-

bus praeses. *Id. ib.* 10, 495. Gravis uterus, *h. e.* gravidus; et *ib.* 9, 280. Uterum implere generoso germine; et *ib.* 8, 133. Utero fetum ferre. *Id. Fast.* 2, 451. Parce, precor, gravidis facilis Lucina puellis, Maturumque utero molliter effer onus. *Id. Her.* 4, 58. Eniti onus utero, *h. e.* parere. *Id. Fast.* 1, 33. Utero matris prodit infans. *Prop.* 4, 1, 96. Uteri pondus, *h. e.* fetus. *Cels.* 2, 10. Feminae uterum gerentes, *h. e.* ventrem ferentes, gravidae; et *Ulp. Dig.* 34, 5, 11. *med.* Si ancilla uno utero matrem et feminam peperisset, *h. e.* uno partu; et *Vell.* 2, 93. *f.* Femina neque sibi, neque reipublicae felicitas uteri, *h. e.* fecunditatis. *Tac. A.* 1, 59. Arminium rapta uxor, subjectus servitio uxoris uterus recordem agebant, *h. e.* infans utero inclusus. *P. De bestiis. Varr. R. R.* 2, 2, *med.* de ovib. Eadem aqua uti oportet, quod commutatio et lanam facit variam, et corrumpit uterum. *Virg. A.* 2, 52. de equo ligneo: uteroque recusso Insonuere cavae, gemitumque dedere cavernae. *Plin.* 8, 40, 62. Canes gerunt uterum sexagenis diebus; et *ib.* 10, 10. Elephantos decem annis gestare in utero, vulgus existimat; et *ib.* 32, 50. de cervis: Ante partum purgantur herba quadam, faciliore ita utentes utero. *Id.* 9, 51, 76. Belone unus piscium debescit utero parit. *Id.* 8, 16, 17. de leaena: Semel edi partum, lacerato unguium acie utero in enixu. *P. De ventre, aut alvo. Cels.* 4, 1. Transversum septum a praecordii uterum diducit. *Pl. fragm. ap. Gell.* 3, 3. Me puero uterus erat solarium: ubi iste monebat esse, etc. *Juven.* 10, 308. praetextatum loripedem, vel Strumosum, atque utero pariter, gibboque tumemem. *Lucan.* 9, 773. Dissiluit stringens uterum membrana, fluuntque viscera. Adde 6, 115. *P. Translate. Lactant.* 2, 11. Terram novam semen genitale retinentem, folliculos ex se quosdam in uterorum similitudinem protulisse: de quibus Lucretius (5, 806.) Crescebant uteri terrae radicibus apti: eosque cum maturassent, natura cogente ruptos animalia tenera profudisse. *Colum.* 12, 4. *f.* In utero dolii, *h. e.* parte media latiore. *Tac. A.* 2, 6. Naves lato utero. *P. Neutro gen. Pl. Aul.* 4, 7, 10. Perii, mea nutrix! obsecro te, uterum dolet. Ita leg. cum plerisque *Non.* 3, 258. Alii leg. *uterum doleo:* alii *uterus.* Si *doleo* legas, *uterum* est accusativus partis. *Turpil. ap. Non. ib.* Uterum cruciatur mihi. *Afran. ib.* Sedit uterum, ut non omnino tamen. *P. Uter in recto sing. Caecil. ap. Non.* 2, 915. Nunc uter crescit, non potest celari. **UTHINA,* ae, f. oppidum Africae Propriae, in Zeugitana. *Plin.* 5, 4. *August. ad. Donat.* 6, 33. *B. A.* *UTI,* adv. *ὡς, ὡς, idem ac ut* (quod hinc factum videtur per apocopen) id est quomodo, quemadmodum. *Pl. Amph.* 2, 1, 9. Tamen quin loquar, haec uti facta sunt, nunquam ullo modo me potes deterere. *Lucr.* 6, 1077. Aerique aes plumbo fit uti jungetur ab albo. *P. Ponitur aliquando pro tanquam. Cic. Phil.* 9, 7. *extr.* Quod sepulcrum ipsius, liberorum, posterorumque ejus sit, uti quod optimo jure sepulcrum publice datum est. *Id. ib.* 11, 12. *med.* Senatui placere, C. Cassium provinciam Syriam obtinere, uti qui optimo jure provinciam obtinuerit. *P. Denotat aliquando causam finalem, quemadmodum et ut. Id. Fam.* 13, 1. Is ad me dedit litteras, uti placarem te sibi. *Hor. Sat.* 1, 6, 101. ducendus et unus, Et comes alter, uti ne solus rusve, peregreve Exirem. *Ter. Hec.* 1, 1, 9. Utin' eximium neminem habeam? *h. e.* an ut. Adde *Phorm.* 5, 3, 34. *UTIBILIS,* e, adj. *χρησιμος, idem quod utilis,* seu quo uti possumus. *Pl. Merc.* 5, 4, 45. Eamus intro: non utibilis hic locus factis tuis. *Id. Mil.* 3, 1, 19. Magis ad rem non potest esse utibile. *Id. Most.* 4, 1, 1. Servi, qui cum culpa carint, tamen malum metuunt, hi solent esse heris utibiles. *Ter. Phorm.* 4, 4, 10. Quid minus utibile fuit, quam hoc ulcus tangere? *UTICENSIS,* e, adj. ad Uticam pertinens, urbem Africae litoralem, cum portu, ad Bagradam fluvium: ejus *Plin.* 5, 4, 3. *Flor.* 4, 2. *med., Epit. Liv.* 114, *Hor. Ep.* 1, 20, 13. et *Sil.* 3, 241. alibi que meminere. *Liv.* 27, 5. *Uticensis* ager. *Hirt. B. Afr.* 68. *f.* conventus. *Plin.* 18, 7, 15. Ptsanae bonitas praecipua Uticensi. *P. Uticensis* cognominatus est M. Cato, pronepos magni Catonis censorii, quia Uticae, bello civili, sibi mortem conscivit, ne in C. Caesaris manus veniret. *Plin.* 7, 30, 31. *P. Uticenses, ium,* absolute, sunt ejus urbis incolae, ap. *Caes. B. C.* 2, 36. et *Hirt. B. Afr.* 87. **UTIDORSI,* orum, populi Scythiae Asiaticae, circa Caucasum montem. *Plin.* 6, 13. *B. A.* *UTILIS,* e, adj. *χρησιμος, χρησιμος, quo uti possumus, qui usui est, accommodatus, proficiuus: per syncopen ab utibilis. Pl. Trin.* 1, 2, 2. Hoc in aetate est utile et conducibile. *Cic. N. D.* 1, 15. Res utiles et salutares. *Id. Agr.* 2, 6. Si eam legem vobis accommodatam atque utilem esse intelligerem. *Id. ad Brut.* 1, 5. Si arbitrare, utile, eque republica esse. *Id. Off.* 3, 19. *med.* Non facias quod utile sit, quod expediat? et *ib.* 6. *med.* Homo ad nullam rem utilis. *Caes. B. G.* 4, 7. *med.* Romanis utiles esse amicos. *Ter. Andr.* 1, 1, 31.

Id arbitror apprime in vita esse utile, ut ne quid nimis. *Sall. Jug.* 102. Oppidum Capsam, aliosque locos munitos, et sibi utiles amiserat. *Dolabell. ad Cic. Fam.* 9, 9. *med.* Quod tibi utilissimum erit, consilii capies. *Op. Fast.* 1, 676. Quernaque glauns victa est utiliore cibo. *Id. Her.* 5, 147. Quaecumque herba potens ad opem, radixque medenti Utilis. Alii leg. *medendi,* ut genitivum regat. *Mart.* 11, 52, ventri lactuca movendo Utilis. *Plin.* 19, 12, 60. Lapathum silvestre ad multa medicamina utile est. *Id.* 23, 4, 51. Palmae non utiles stomacho. *Id.* 22, 9, 11. Glycyrrhizae succus utilissimus voci. *Id.* 20, 33, 98. Medulla e viridi ferula vulvis utilis, et ad omnia ea vitia. *Virg. G.* 2, 150. bis pomis utilis arbus, *h. e.* ferax. *Prop.* 4, 5, 31. Si tibi forte comas vexaverit utilis ira, *h. e.* ira amatoris, quae lucro tibi futura est, quia cogetur ille non parva mercede a te pacem emere. *Id. ib.* 1, 138. Et Veneris pueris utilis hostis eris, scilicet quia te victo praedam capient, et gloriam. *P. Aptus, idoneus, bonus. Plin.* 16, 36, 66. Calamus totus concavus utilissimus fistulis. *Id.* 21, 18, 69. Utilissimus ad vitilia holoschoenos, quia mollis et carnosus est. *Op. Met.* 10, 93. et fraxinus utilis hastis. *Sic Virg. G.* 2, 447. At myrtus validis hastilibus, et bona bello Cornus; et *ib.* 442. dant utile lignum Navigiis pinos. *Op. Met.* 3, 212. de canib. venat: Et pedibus Pterelas, et naribus utilis Agre. *Prop.* 3, 7, 19. Hic satus ad pacem, hic castris utilis armis. *P. Cum infinito. Hor. A. P.* 204. tibia Aspirare, et adesse choris erat utilis. *P. Utile membrum, quo uti possumus: cui debile contrarium est. Plin.* 7, 28, 29. Ter et vicia vulneratus est: ob id neutra manu, neutro pede satis utilis. *Op. Her.* 2, 129. minus et minus utilis adsto: Linquor, et ancillis excipienda cado, *h. e.* minus me sustinere possum, et moveri. *Sic ib.* 4, 7. Ter tecum conata loqui, ter inutilis haesit Lingua. *P. Utilis actio dicitur a Jctis, quae deficientibus legum, vel edictorum verbis, aequitate suggerente, et utilitatis gratia, ad speciem propositam accommodatur. Opponitur directae, et legitimae, quae recta ex verbis legis descendit. V. Dig.* 13, 5, 5. *f.* et 39, 3, 22. etc. *P. Absolute. Cic. Off.* 3, 15. *extr.* Nunquam est utile peccare, quia semper est turpe. *Sall. Jug.* 119. *f.* Quae utilia visa, constituunt. *Hor. A. P.* 164. Utilium tardus provisor. *Id. ib.* 343. Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci. *Id. Od.* 4, 9, 40. bonus atque fidus Judex honestum praetulit utili. *Sen. ep. 87. med.* Canterio vehebatur, hippopleris quidem impositis, ut secum utilia portaret, *h. e.* utensilia. *UTILITAS,* atis, f. *ὀφελεια, ἐνχρηστικα, commo- ductus, fructus. Cic. Fin.* 1, 20. *f.* Ut etiamsi nulla sit utilitas ex amicitia, tamen ipsi propter se ipsos amantur. *Id. Off.* 3, 10. Nec tamen nostrae nobis utilitates omittendae sunt; et *ib.* 1, 23. Afferre utilitatem alicui. *Id. Am.* 9. *f.* capere ex aliqua re. *Id. Or.* 1, 26. quaerere in re aliqua. *Id. ib.* 48. parare alicui. *Id. Off.* 1, 23. afferre. *Id. Mur.* 10. *extr.* habere, *h. e.* utilem esse. *Varr. R. R.* 1, 20. Boves ad utilitatem adducere, *h. e.* domare. *Cic. Or.* 2, 51. Referre omnia ad utilitatem suam. *Id. Fin.* 1, 10. Nihil de utilitatibus, nihil de commodis suis cogitare. *Id. Att.* 7, 5. Tiro mirabiles utilitates mihi praebet, cum valet, in omni genere vel negotiorum, vel studiorum meorum. *Id. Q. Fr.* 1, 1, 8. Servire commodis et utilitati alicujus. *Quint.* 3, 8. Utilitatis specie duci. *Op. Trist.* 1, 3, 88. Vixque dedit victas utilitate manus. *P. Utilitas alicujus, h. e.* quae ex aliquo capitur. *Ter. Eun.* 2, 3, 17. In ea re utilitatem ego faciam ut cognoscas meam. *Cic. Fam.* 16, 3. Utilitatibus tuis possum carere. *P. Utilitas belli* significat res illas, quae ad bellum utiles sunt, in illo *Cic. Manil.* 6. Itaque haec vobis provincia, Quirites, si et belli utilitatem, et pacis dignitatem retinere vultis, non modo a calamitate, sed etiam a metu calamitatis defendenda est. *Id. ib.* 2. *f.* dixerat: Et pacis ornamenta, et subsidia belli requiretis. Alii leg. *ad belli utilitatem,* quod eandem sententiam habet. *P. Utilitatem oculis obtinere* ap. *Pl. Epid.* 5, 1, 28. est oculorum usum habere, recte cernere. *UTILITER,* adv. *χρησιμως, συμφερόντως, ex usu, commode. Cic. Acad.* 4, 44. Atque illi quidem etiam a natura utiliter dicebant permotiones istas animis nostris datas. *Op. Her.* 1, 67. Utilius starent etiam nunc moenia Phoebi. *Plin.* 17, 14, 24. Cuneo adactum utilissime adstringitur. *P. Secundum juris ac legum ordinem: atque adeo cum effectu ad finem rei, de qua agitur. Modest. Dig.* 16, 3, 23. Actione depositi conventus, servo constituto, cibarium nomine apud eundem judicem utiliter experietur. *Cels.* ib. 45, 1, 97. et *Ulp. ib.* 45. et *Paul. ib.* 46. Utiliter stipulari. *Afric. ib.* 19, 1, 30. *f.* agere ex empto. *Papin. ib.* 36, 3, 5. Utiliter probatum est, virum bonum ab utraque parte eligendum, etc. *UTINAM,* *ἀλλε, εἴτε,* adv. optandi: ab *uti,* cum optandi est, et particula *nam. Cic. Manil.* 10. Utinam, Quirites, virorum fortium, atque innocentium copiam tantam haberetis. *Id. Fam.* 14, 4. Quod utinam minus vitae cupidi fuissetis. *Id. Att.* 13,

48. Quod utinam, iterum utinam, tuo tamen commo- do. *Op. Her.* 1, 5. O utinam tunc, cum Lacedaemona classe petebat, Obrutus insanis esset ad- ulter aquis! *P. Utinam ne pro utinam non. Ter. Phorm.* 1, 3, 5. Quod utinam ne Phormioni id suade- re in mentem incidisset. *Enn. ap. Cic. Top.* 16. Utinam in nemore Pelio securibus Caesa accidisset abiogna ad terram trabes. *Phaedr.* 4, 6. Utinam nec unquam Pelii nemoris jugo Pinus bipenni concidisset Thessala. *UTIQUE,* adv. *ἀγα, certe: adverb. affirmandi. Cic. Att.* 5, 9. Id unis diligenter litteris datis, quae ad me utique perferantur, consequer. *Id. ib.* 13, 48. Velim, Varronis et Lollii mittas laudationem, Lollii utique. *Quint.* 5, 10. *med.* Quod non est arbor, utique platanus non est. *Sen. ep.* 85. Sapienter propositum est in vita agenda, non utique, quod tentat, efflicere, sed omnia recte facere: gubernatori propositum est, utique navem in portum perducere. *Cels.* 6, 7. *f.* Specillum lana involutum in aurem injiciendum, ibique vertendum est: utique enim comprehendit, et eximet (*pulicem aliudve animal. Liv.* 9, 16. *f.* Remitto, ne utique dorsum demulceatis, cum ex equis descenditis, *h. e.* omnino, ullo, modo. *P. Quidam ajunt significare duntaxat, tantummodo in his, quae subjecio. Ulp. Dig.* 26, 10, 3. *f.* Sed sciendum est, non omnes hac severitate tractari debere, sed utique humiliores. *Id. ib.* 21, 1, 31. *med.* Culpam autem omnem accipimus, non utique latam. *Cajus ib.* 50, 16, 41. Armorum appellatio non utique scuta et gladios, et galeas significat, sed et fustes, et lapides. Alii leg. *non tantum utique. Adde Sym. ep.* 9, 31. (*al. 34.*) *P. Pro et uti, utique, quemadmodum itaque pro et ita, etc. Cic. Phil.* 9, 7. Utique consules, alter ambove, quaestoribus imperent, etc. et *mor.* Utique locum sepulcro assignet. *Sall. Jug.* 20. *f.* Uti ex libris Punicis interpretatum nobis est, utique rem sese habere, cultores ejus terrae putant. *Adde Liv.* 1, 24. *P. In responsionibus pro vero, maxime qui usurpaverit, inveni adhuc neminem. UTOR,* eris, usus sum, dep. 3. *χρησται, adhibeo, usurpo, et de omnibus rebus dicitur, quarum usum aliquem habemus. Quomodo a fruor differat, in ea voce dictum est. Cic. N. D.* 1, 37. Utatur suis bonis oportet, et fruatur, qui beatus futurus est; et *ib.* 2, 60. *f.* Plurimum maritimus rebus fruimur atque utimur. *Id. Deiot.* 10. Bene armis, optime equis uti. *Colum.* 4, 25. Cum vinitor in adversum pressa manu desecare quid debet, cultro (*faleis*) utitur: cum autem retrahere, sinu: cum allevare, scalpro: cum incavare, rostro. *Varr. R. R.* 1, 2. Cisternae faciundae sub tectis, et lacus sub dio: ex altero loco uti homines, ex altero uti pecus uti possit. *Phaedr.* 3, 8. Quotidie speculo vos uti volo. *Caes. B. G.* 4, 31. Quae gravissime afflictae erant naves, earum materia atque aere ad reliquas reficiendas utebatur. *Id. ib.* 5, 12. Utuntur taleis ferreis, ad certum pondus examinatis, pro nummo; et *ib.* 6, 15. Administris ad ea sacrificia Druidibus utuntur; et *ib.* 20. *extr.* Pellibus, aut parvis renonum tegumentis utuntur; et *Op. Fast.* 4, 369. Lacte et herbis uti; et *Cels.* 8, 11. *f.* Cibis uti bonis, uti vino modice; et *Pl. Epid.* 1, 1, 4. Certe oculis uti- ris; et *Mil.* 4, 7, 25. et *Nep. Ann.* 4. Istoc ego oculo utor minus; et *Cic. Div. Verr.* 5. *f.* Si provincia loqui posset, hac voce uteretur; et *Op. Fast.* 6, 120. Mollibus verbis uti ad aliquem. *Cic. Phil.* 13, 1. Uti oratione, *h. e.* sermonem, orationem habere. *Id. Marcell.* 1. silentio. *Id. Fam.* 2, 16. *f.* Senes ego fortasse nunc imitor, et utor aetatis vitio. *Caes. B. G.* 4, 24. *extr.* Non omnes eadem alacritate ac studio, quo in pedestribus uti proliis conueverant, utebantur; et *ib.* 11. Ea conditione, quae a Caesare ferretur, se usuros ostendebant. *Pl. Trin.* 2, 1, 26. Apage te, Amor: non places, nihil te utor. *P. Uti aliquo, consuetudinem habere, familiaritatem esse. Nep. Att.* 5. Utebatur intime Q. Hortensio. *Cic. Fam.* 1, 3. Trebonio multos annos utor valde familiariter. *Id. Att.* 16, 5. Lucejus, qui multum utitur Bruto. *Adde Cluent.* 16. *Sic Hor. Ep.* 1, 17, 1. Quamvis, Scaeva, satis per te tibi consulis, et scis, Quo tandem pacto deceat majoribus uti; et *ib.* 14. si sciret regibus uti. *P. Uti ali- quo, eum tractare, accipere. Nep. Eun.* 11. *med.* Non convenire Antigoni prudentiae, ut sic se uteretur victo; quin aut interfici, aut missum fieri juberet. *P. Temporibus sapienter uti* ap. *Nep. Ep.* 3. est occasionem rei gerendae oblatam bene prehendere. *P. Saepe ponitur loco verbi habeo, vel experior. Ter. Heaut.* 2, 1, 5. Mihi si unquam filius erit, nae ille facili me utetur patre. *Cic. Verr.* 2, 5, 59. Hic vide, quam me sis usurus aequo. *Nep. Att.* 1. Patre usus est diligente, indulgente, et diti. *Caes. B. C.* 3, 49. Uti valetudine non bona. *Cic. Fam.* 14, 5. Cum sane adversis ventis usi essemus. *Id. Fin.* 1, 1. *med.* Ut propemodum justioribus utamur illis, qui omnino avocent a philosophia, quam iis, qui, etc. *Pl. Aul.* 3, 5, 8. Et invidia nos minore utamur, quam utimur. *P. Honore usus dicitur, qui magistratum gessit. Cic. Inv.* 1, 54. Homines clari, nobiles, et honore usi. *Plin.* 7, 43, 44. Primus externorum, usus illo honore, *h. e.* consu-

latu. Adde Cic. Phil. 8, 11. et Inscr. ap. Grut. 353, 6., 387, 8. et Fabr. p. 170. n. 324. P Alias honore, vel titulo usus, est qui honoris publici titulum seu memoriam, v. gr. statuam, accepit. Inscr. ap. Grut. 383, 7. M. Calpurnius Seneca honore usus impensam remisit. Alia ap. eund. 483, 3. Quorum honore contentus sua pecunia posuit. V. TITULUS. P Uti se, genio indulgere, animo obsequi. Pl. Mil. 3, 1, 82. Es, bibe, animo obsequere mecum, atque onera te hilaritudine: liberae aedes: liber sum autem ego: me uti volo libere. Id. Capt. 4, 4, 12. Dicam, ut sibi penum aliud ornet, siquidem sese uti volet. P Reperitur etiam cum accusativo, non solum communi, ut Cato ap. Gell. 13, 23. Si quid est, quod utar, utor: si non est, egeo. Cic. Att. 12, 22. f. Ne Silius quidem quidquam utitur. Lucr. 6, 1134. aut aliquid, quod non consuevimus uti. P sed etiam proprio, apud antiquiores. Titin. ap. Non. 7, 112. Item uti eum oportet libertatem. Novius ib. Atque facilitatem, video, uteris vulgarium: Lucil. ib. Quem metuas saepe, interdum quem utare libenter. Turpil. ap. Non. 9, 4. Amicos utor primores viros. Varr. R. R. 3, 16. med. Quam rem etiam nomine eodem medici utuntur. Cato R. R. 143. Villi- ca vicinas, aliasque mulieres quam minimum utatur. Item apud recentiores. Aurel. Vict. Caes. 17. Cum ipse ferrum, objectum veronibus plumbeis, uteretur. P Passiva significatione. Novius ap. Gell. 15, 13. Quia supellex multa, quae non utitur, emittit, tamen. Varr. ap. Prisc. 8, 792. Utile utamur potius, quam ab rege abutamur. Auct. Priap. 45. in me, mihi credite, dixit, Utetur veris usibus hasta rudis. Prisc. ipse ib. p. 799. etiam uto, is olim dictum fuisse affirmat. Cato R. R. 96. Eodem in omnes quadrupes utito; et ib. 107. extr. Et utito in labra doliorum. Adde ib. 123. et 126. P Utier paragoge pro uti est Plauti Cas. 2, 3, 4. UTPOTE, adv. esse, quippe, scilicet. Pl. Rud. 2, 5, 5. Satis nequam sum, utpote qui hodie inceperim amare. Id. Mil. 2, 6, 48. Similiorem mulierem, magisque eandem, utpote quae non sit eadem, non reor. Id. Bacch. 3, 4, 13. Amo hercle, opinor, utpote quod pro certo sciam. Nep. A. 2. Pater meus, puerulo me, utpote non amplius novem annos nato, in Hispaniam proficiscens, etc. Hor. Sat. 1, 5, 94. Inde Rubos fessi pervenimus, utpote longum Carpentis iter, et factum corruptius imbrim. As. Poll. ad Cic. Fam. 10, 32. med. Nec retinuissem (legiones), si uno in loco habuissem, utpote cum singulae cohortes seditionem fecerint. Cic. Att. 2, 24. med. Ea nos, utpote qui nihil contemnere solemus, non pertimescebamus, h. e. quippe qui ii sumus, qui ceteroquin nihil contemnere solemus. UT PUTA (V. UT. UT QUID (V. UT. UTRALIBET, adv. utra parte vis. Plin. 2, 18, 16. Tingit appropinquantes (stellas) utralibet alieni meatus circulus. UTRIQUE, adv. utrinque Cass. Hemina ap. Non. 2, 882. In Hispania pugnatum bis: utraque nostri loco moti. Ita Nonius. *Caecilius ap. Non. Atque Hercle utraque (utraque) te, quum apud nos venis suffarcinatum vidi. B. A. UTRARIUS, ii, m. lixa, qui exercitum sequens aquam utribus ministrat. Liv. 44, 33. Postremo sequi se utrarios ad mare jussit, et in litore alibi modicis intervallis fodere. UTRIBI, UTRUBI. UTRICIDA, ae, m. utrem seu follem caedens. Appul. Met. 3. Non homicidam, sed utricidam amplecterer. UTRICLARIUS, V. in v. sq. UTRICULARIUS, ii, m. ἀσκολιός, qui canit tibiis parvo utri infixis, eum subinde inflando, ascaules. Suet. Ner. 54. Voverat, proditorum se ludis hydraulam, et choraulam, et utricularium. V. ASCAULES. P Item qui utriculos, seu utres inflatos raticibus ita subieciat, ut iisdem flumina transnare possent. Eorum collegium in quibusdam urbibus ad flumen aliquod sitis habebatur, ideoque utricularii saepe cum nautis conjunguntur. Inscr. ap. Mur. 531, 4. Ex voto a solo templum ex suo fecerunt collegio utriculariorum. P Saepius utricularius per syncopen legitur. Alia ap. Reines. cl. 1. n. 264. In H. D. D. Genio Utricular. L. Censorinius, etc. Alia ap. Mur. 531, 5. Junio Messiano Utricular. Corp. Arelat., etc. et 532, 1. C. Catii Driburonis corporis utriculariorum Lugduni consistentium. Adde alias ap. Grut. 413, 4. et 428, 10. et Spon. Miscell. antiqu. p. 61. V. UTER, tris. UTRICULUS, i, m. ἀσκολίον, parvus utris. Cels. 2, 17. Calido oleo replentur utriculi. P Item a similitudine, parvus uterus. Plin. 11, 37, 84. Vesicae junctus utriculus: unde dictus uterus. Id. 30, 14, 42. Utriculus mustelinus. P Item involucrem seminis in frugibus, folliculus, et floris nondum expansi, calyculus, ἔντροπος. Plin. 18, 11, 29. n. 3. Veam pisunt cum arena: et sic quoque difficulter detur utriculos. Id. 16, 25, 39. Pariunt vero, cum florent: flosque ille ruptis constat utriculis. UTRINDÉ, adv. ex utroque loco, aut re. Cato ap. Charis. 2, 198. De frumento utrobi bona, utro-

bi mala gratia capiatur, utrinde iram, utrinde factiones tibi pares. UTRINQUE et Utrimque, ἐκείθεν, ab utraque parte. Cic. Fam. 6, 4. Magnae utrinque copiae, et paratae ad depugnandum. Caes. B. G. 1, 50. Acriter utrinque usque ad vesperum pugnatum est; et ib. 4, 17. med. Binis utrinque fibulis ab extrema parte distinebantur; et ib. 7, 42. extr. Multis utrinque interfectis. Sall. Cat. 63. Deinde utrinque ex lateribus ceteros aggreditur. Id. Jug. 57. f. Ni utrinque praemissi equites rem exploravissent. Plin. 29, 6, 38. Vipera utrinque praecisa, h. e. capite et cauda. Id. 27, 13, 113. Thlaspi bitem et pituitam utrinque extrahit. P Translate. Tac. H. 1, 14. f. Piso M. Crasso et Scribonia genitus, nobilis utrinque, h. e. paterno et materno sanguine. Plin. 8, 42, 66. de equis: Coitus verno aequinoctio, bimo utrinque, vulgaris, h. e. mare et femina; et ib. 47, 72. Generatio pecoribus bimis utrinque ad novenos annos. Hor. Ep. 1, 18, 9. Virtus est medium vitiorum, et utrinque reductum. UTRINQUESECUS, adv. idem quod utrinque. Lucr. 4, 937. Quare utrinquesecus cum corpus valet, h. e. exterius et interius ab aere pulsetur. Cato R. R. 21. Dextra sinistra foramina utrinquesecus laminas ponito. Appul. Met. 2. Canes utrinquesecus Deae latera muniunt; et ib. 10. Utrinquesecus allegationibus examinatis, civiler sententia promeretur. Solin. 27. med. Amphibaena consurgit in caput geminum: quae causa efficit, ut capite utrinquesecus nitibundo serpat. P Sunt qui divisim scribunt: sed contra Voss. in Etym., quod ea forma sit, qua intrinsecus, extrinsecus, etc. P *Utrinquesecus scriptum ap. Auct. Itin. Alex. 77. ed. A. Maio. B. A. UTRINSECUS, adv. utrinque, utrinquesecus. Sev. Aetn. 503. Incolumi fervore cadunt utrinsecus ignes. Alii aliter leg. Voss. in Etym. tribuit etiam Solin. 16. et Appulejo Met. 9. UTRO, adv. ὀπίσθως, versus quam duarum partium. Plin. 18, 19, 49. n. 2. Id demum recte subactum erit, ubi non intelligitur, utro vomer ierit. Ov. Met. 5, 166. Nescit utro potius ruat, et ruere ardet utroque. UTRUBI V. UTRUBI. UTRUBIDEM, adv. ex utraque parte. Pl. Truc. 1, 2, 50. Utraque utrobidem percognovi. UTRUBIQUE, adv. ἐκείθεν, in utraque parte, utrinque. As. Poll. ad Cic. Fam. 10, 31. med. Cum non liceret mihi nullius partis esse, quia utrobique magnos inimicos habebam. Liv. 36, 16. Depopulatus Hypatensem primo, deinde Heraclensem agrum, inutili utrobique auxilio Aetolorum. Nep. Ann. 10. Utrobique Eumenes plus valebat, h. e. terrestribus, et navalibus copiis. Cic. N. D. 2, 31. Sequitur, ut eadem sit ratio, eadem veritas utrobique sit, eademque lex, h. e. in Diis, et in hominibus. Hor. Ep. 1, 6, 10. pavor est utrobique molestus, h. e. in timendo, et in cupiendo. P *Scribitur et utrubique. UTRULIBET, adv. utroque versum, Quint. 1, 11. med. Observandum, ut recta sit facies dicentis, ne inclinata utrolibet cervix. UTROUQUE, adv. ἐκείθεν, ad utrumque locum. Cic. Att. 5, 12. A. d. VIII. Id. ad Ceo venimus, inde Gyarum, hinc Seyrum, inde Delum, utroque citius, quam vellemus, cursum confecimus. Liv. 8, 29. Provincia ea Bruto, Sannium Camillo sorte venit: exercitus utroque ducti. Ov. Her. 10, 19. Nunc huc, nunc illuc, et utroque sine ordine curro. Adde Met. 5, 166. P *Scribitur et utrubique. B. A. UTROUQUEVERSUM, adv. versus utrumque locum, in utramque partem. Pl. Capt. 2, 3, 8. Utroqueversum rectum est ingenium meum. Ad te, adque illum pro rota me uti licet. Gell. 5, 12. Vocabula ambigua, et quae utroqueversum dicantur, h. e. augendi, et minuendi significatione. UTRUBI, Utrubi, Utrubi, adv. utro in loco. Pl. Stich. 5, 5, 9. Steph. Utrubi accumbo? Sag. utrubi tu vis. Steph. Cum ambobus volo; nam ambos amo; et 5, 4, 14. Amicae uter utrubi accumbamus? Stich. abi tu sane superior. Naevius ap. Charis. 2, 198. Utrubi coenaturi estis? hicine, an in triclinio? Cato ib. De frumento utrobi bona, utrobi mala gratia capiatur, etc. Cic. Fam. 9, 6. Haec nosse te volui, ut scires, hospitium tibi ubi parares, vel potius utrobi, h. e. in Alsiensi, an Ostiae. Ita Manut., alii rectius vel potius ut utrobique. P Est titulus trigessimus primus l. 43. Dig. qui inscribitur Utrubi. Praetor ait: Utrubi hic homo, de quo agitur, majore parte hujusce anni fuerit, quo minus is eum ducat, vim fieri veto. Subdit Ulpianus: Hoc interdictum de possessione rerum mobilium locum habet: sed obtinuit, vim ejus exaequatam fuisse Uti possidetis interdicto, quod de rebus soli competit. Auson. Idyll. 11, 63. Interdictorum trinum genus, unde repulsus Vi fuero, aut Utrubi fuerit, quorumve honorum, h. e. de possessione si potest tripliciter, de recuperanda, interdictum Unde vi: de retinenda, Utrubi, et Uti possidetis: de acquirenda, Quorum honorum. V. Dig. 43. tit. 2, 16. et 31. P Ex tribus scribendi modis, quos proposuimus, qui primus est, idem esse videtur usitatio; eo enim utitur Cod. palimpsestus Caji Instit. (ed. Goesch.)

4. §. 148. et seqq.; tametsi Dausqu. secundum probat. UTRUM, adv. ἢ τε, ἢ τε πρότερον, num, an. Usurpatur in dubitatione, et fere semper habet particulam an sequentem, aut ne, aut nec ne. Cic. Fam. 1, 7. med. Multum interest, utrum illi sentiant, an vero simulent, tu intelliges. Id. Verr. 2, 4, 33. f. Utrum esset Siculis utilius, suisne servire, an populo Romano obtemperare. Id. Or. 61. Quaerendum, utrum una species sit earum, anne plures. Caes. B. G. 1, 50. f. Utrum proelium committi ex usu esset, nec ne. P Item interrogatione. Cic. Acad. 4, 29. f. Utrum ea vestra, an nostra culpa est? Nep. Iphicr. 3. Cum interrogaretur, utrum pluris patrem, matremne faceret? matrem inquit. P Interdum nulla particula subsequitur, sed subintelligitur. Cic. Verr. 2, 2, 69. An hoc dicere audebis, utrum de te aratores, utrum denique Siculi universi bene existiment, ad rem id non pertinere? P Interdum additur nam, aut ne ad majorem vim. Liv. 37, 17. f. Percontatus est, utrumnam universa classis in portu stare posset. Colum. 11, 1. Utrumne mercari villicum consueverit, an, etc. Cic. Quint. 30. Utrumne possit se defendere, an, etc. Pl. Capt. 2, 2, 18. Utrum strictissime attonsurum dicam esse, an per pectinem, nescio. Plin. 17, 1, 1. Utrumne igitur ego sum exemplo gravis, an tu, qui, etc? *UTUM, i, n. oppid. Moesiae inferioris. V. v. sq. B. A. *UTUS, i, m. fluvius Moesiae inferioris, in monte Haemo oriens. Plin. 3, 26. P Oppidi illic viciniae, cui nomen Utus vel Utum, mentio facta est ap. Anton. in Itin. et Notit. Imper. B. A. UTUT, adv. ὅπως δῆποτε, utcumque, quocumque modo. V. UT. UV UV, ae, f. στανυλή, fructus vitis. Sic dicitur ab uvore, ut scribit Varro L. L. 4, 21. extr. et Serv. ad Ecl. 10, 20., nempe ob humorem intrinsecum. Cic. Sen. 15. Gemma, a qua oriens uva se ostendit, quae et succo terrae, et calore solis augetur primo est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit. Virg. G. 1, 54. Hic segetes, illic veniunt felicius uvae. Id. Ecl. 9, 49. Duceret apicis in collibus uva colorem. Prop. 4, 2, 13. Prima mihi variat liventibus uva racemis; et 3, 15, 18. Et nova pressantes inquinat uva pedes. Tibull. 2, 1, 45. Aurea tunc pressos pedibus dedit uva liquores; et ib. 5, 85. Oblitus et musto ferit pede rusticus uvas. Juven. 2, 81. Uvaeque conspecta livorem ducit ab uva. Hor. Epod. 2, 20. Certantem et uvam purpurae. Catull. 19, 14. Uva rubens; et 20, 8. dulcis. Or. Met. 3, 666. de Baccho: Ipse racemiferis frontem circumdatus uvis. Id. Am. 1, 15, 11. dum mustis uva tumebit. Id. A. Am. 2, 316. Plenaque purpureo subrubet uva mero. Id. Fast. 3, 413. Uvae pictae. P Varia uvarum genera, ac nomina enumerantur a Colum. 3, 1. et 2., Plin. 14. c. 1. et 2., Varr. R. R. 1, 25., Macr. Sat. 2, 16. et Virg. G. 2. a. v. 91., quae collegit Matth. Gesner. in Lexic. Auctor. R. R. et in Thes. Linguae Lat. in V. Vitis. P Translate ponitur pro vino. Hor. Od. 1, 20, 9. prelo domitam Caleno Tu bibes uvam. Juven. 5, 31. Calcatamque tenet bellis socialibus uvam. P Et pro vite. Virg. G. 2, 60. Et turpes avibus praedam fert uva racemos. P Item pro racemo seu botryone, ap. Colum. 3, 3. med. Illa videtur prodigialiter accidisse, ut aliqua vitis apud te excederet uvarum numerum duorum millium. P Dicitur et de aliis fructibus, qui in morem racemi constant ex pluribus acinis conglobatis. Plin. 12, 13, 28. Amomi uva in usu est. Id. 16, 29, 52. Laurus uvae suas gignit, maximeque sterilis, quae non gignit, aliud: ob id a quibusdam mas existimatur. P Item de apibus, cum collectae sunt, et in modum botryonis dependent. Virg. G. 4, 557. jamque arbore summa confluere, et lentis uvam demittere ramis. Juven. 13, 68. Examenque apium longa consederit uva. Adde Plin. 11, 17, 18. P Est etiam hoc nomine caruncula in fine palati, dependens circa fauces, quae in homine hiante conspicitur, κλω: et praecipue sic dicitur, cum praeter naturam descendit, intumescit, et inflammatur. Cels. 7, 12. n. 3. Uva, si cum inflammatione descendit, dolorique est, et subrubicundi coloris, praecidi sine periculo non potest. Si vero inflammatio nulla est, nihilominus ea ultra justum modum a pituita diducta est, et tenuis, acuta, alba est, praecidi debet: itaque si ima, livida, et crassa, etc. Mart. 10, 56. Non secat, et tollit stillantem Fannius uvam. Cels. 6, 14. f. Uvam tumentem reprimere. Plin. 23, 8, 80. Uvae jacentis remedium; et ib. 7, 61. Uvam faucium sedare; et 30, 4, 11. mitigare. Id. 20, 18, 74. levare. Id. 23, 8, 80. cohibere. Id. 34, 12, 29. comperere. P Item piscis marinus, cujus meminit Plin. 9, 2, 1. et 32, 10, 49. et ib. 11, 53. f., in quibus tamen locis videtur intelligere sepiarum ova, quae simul juncta uvarum botryones repraesentant. P *Uva uvam videndo varia fit, proverbium. Vet. Schol. in Juvenal. Sat. 2, 81. B. A.

UVENS, entis, part. ab inus. uveo, humidus, uvidus, uvoem habens. Petr. Sat. 115. Uventes oculi. Sil. 7, 651. Uventi ferrum admovet tepefacta (arundo) palato. Id. 8, 227. Uventia ora; et ib. 460. Uventes nebulae. Id. 2, 469. Uventis rores noctis. Stat. Sil. 3, 1, 144. Ipsae pumiceis virides Nereides antris Exsiliunt ultro, et scopulis uventibus haerent. Heinsius conjicit ubique scribendum humens.

UVESCO, is, n. 3. βυζογαυα, humidus fio, humorem contraho. Lucr. 1, 306. Denique fluctifrago suspensae in litore vestes Uvescunt, caedem dispan-sae in sole serescunt. Hor. Sat. 2, 6, 69. seu capit acria (concocta) fortis Pocula, seu modicis uvescit lactius, h. e. pitissando rorantibus et minutis poculis se perfundit.

UIDULUS, a, um, adj. dimin. humidulus. Catull. 66, 63. loquitur coma Berenices. Uvidulam a fluctu, cedentem ad templa Deum, me Sidus in antiquis Diva novum posuit. Alii leg. minus recte uvidulam.

UIDUS, a, um, adj. υιδυος, uvens, madens, udus, humidus. Quidam ita distinguunt ab humido, ut uvidus sit, qui humorem intrinsecum habet, humidus, qui exterius madet. Sed hoc discrimen non servatur. Pl. Rud. 4, 3, 5. Non vides, referre me uvidum rete sine squamoso pecu? Id. ib. 2, 7, 15. et Hor. Od. 1, 5, 14. Uvida vestimenta: scil. ex naufragio. Ov. Fast. 4, 427. locus aspergine multa Uvidus ex alto desiliens aquae; et ib. 3, 238. Uvidaque e tenero palmitis gemma tumet. Tibull. 1, 9, 37. pugnantibus uvida lingua Oscula. Alii leg. humida. Colum. 7, 3. Coeli status uvidus, ventosusque. Virg. G. 1, 418. Juppiter uvidus austris. Id. Ecl. 10, 20. Uvidus hiberna venit de glande Menalcas, h. e. pinguis, inquit Serv. quia pinguis humida sunt. Hor. Od. 2, 19, 18. uvidus Bacchus, h. e. vino madens. Sic ib. 4, 5, 38. dicimus integro Sicci mane die, dicimus uvidi. P Item suco plenus. Tert. Jejun. l. f. Siccantes cibum ab omni carne, et omni iurulentia, et uvidioribus quibusque pomis. P Item irriguus. Hor. Od. 4, 2, 30. circa nemus, uvidique Tiburis rivos. Colum. 3, 2. med. Praepinguis, et uvida terra. Ov. Fast. 4, 686. rura Parva, sed assiduis uvida semper aquis. P Uliginosus ager, inquit Serv. ad G. 2, 184., est semper humidus: uvidus dicitur, qui aliquando siccatur.

UVIFER, ra, rum, adj. ουιφυλοφορος, qui uvas producit. Stat. Sil. 4, 3, 64. Atque Echo simul hinc, et inde fractam Gauro Massicus uvifer remittit. Sil. 7, 263. Massicus uviferis addebat nomina gliebis. Adde ib. 207. Dracont. Hexaem. 2, 629. Uvifera vitis.

VULCANAL et Vulcanal, alis, n. locus Romae supra Comitium, cujus meminit Festus in Statua. Fuit autem templum et area Vulcani sacra, ubi, antequam comitium aedificaretur, conciones ad populum haberi solitae. Plin. 16, 44, 86. Altera lotos in Vulcanali, quod Romulus constituit ex victoria de decumis.

VULCANALIS et Vulcanalis, e, adj. Ἡφαίστιος, ad Vulcanum pertiñens, ut Vulcanalis flamen, Varr. L. L. 4, 15. P Vulcanalia, orum et ium, festum in honorem Vulcani, quod Augusto mense X. cal. Septembr. celebratur. Id. ib. 5, 3. med. Vulcanalia a Vulcano, quod ei tum feriae, et quod eo die populus pro se in ignem animalia mittit. Colum. 11, 3, n. 18. et 47. Augusto circa Vulcanalia tertia satio est. Plin. 17, 27, 47. Fici, cum Vulcanalibus tonuit, cadunt. Plin. alter ep. 3, 5. med. Lucubrare a Vulcanalibus incipiebat, non aspiciendi gratia, sed studendi. Sall. fragm. ap. Non. 8, 49. Curio Vulcanaliorum die ibidem moratus. V. SATURNALIA. P Aliud fruit Vulcani festum, de quo V. in TUBILUSTRUM.

VULCANUS et Vulcanus, a, um, adj. Ἡφαίστιος, ad Vulcanum pertiñens. Lucil. ap. Non. 12, 35. Solus jam vim de classe prohibuit Vulcaniam, h. e. ignem. Sic Virg. A. 10, 407. extenditur una Horrida per latos acies Vulcania campos, h. e. incendium: quod est Silió 14, 423. Vulcania pestis. Cic. Tusc. 2, 14. med. Pungit dolor: vel fodiat sane: si nudus es, da jugulum: sin tectus Vulcaniis armis, id est fortitudine, resiste. Ov. Met. 13, 313. Vulcania Lemnos, h. e. Vulcano sacra: unde altera ex ejus urbibus Hephaestia. V. LEMNOS. P Vulcaniae insulae, Ἡφαίστιες νῆσοι, quae et Aeoliae, septem sunt in mari infero citra Siciliam: quarum una est Lipara: omnium autem terra sulphurea est, et ignem per intervalla evomens: unde fabulati sunt, ibi esse Vulcani officinam. Plin. 3, 9, 14. Sed Cic. N. D. 3, 22. dictas esse ait a Vulcano Menalii filio, qui ibi regnavit.

VULCANUS et Vulcanus, i, m. Ἡφαιστος, filius Jovis et Junonis, qui a parentibus ob deformitatem (licet alii alias causas afferant) coelo praecipitatus est, dejectusque in Lemnum insulam, ubi ab Erynome Oceani et Tethys filia nutritus est, vel, ut alii volunt, a simiis. Ea autem ruina, qua decidit de coelo, claudus factus est: unde ab Homero Iliad. 1, 607. et alibi dicitur ἀργυρῆς, h. e. utroque pede claudus. Deus ignis et fabricorum praeses putatus est. Fingitur etiam faber Deorum, quia Jovi fulmina, et Diis arma adversus Gigantes fabricavisse cre-

datur. Ab eo factum etiam volunt, quicquid artificiose fabricatum est, ut monile Hermiones, coronam Ariadnae, currum Solis, arma Achillis, et Aeneae, et hujusmodi. Officinam autem habere fertur in Lemno, una cum Cyclopiis ministris. Etsi de Diis optime meritis est bello illo cum Gigantibus, non tamen ad eorum mensam admissus est. Quin etiam, cum Minervae nuptias expetiisset, repulsam passus est. Quare aliam sibi uxorem quaerens, Venerem duxit: quam cum postea una cum Marte in adulterio deprehendisset, ambos reti, et invisibilibus catenis ita colligavit, ut neuter abire posset, donec ab omnibus Diis et Deabus visi et derisi sunt. Hanc fabulam Chymici de conjunctione ferri, et aeris, seu cupri interpretantur. P Multi hoc nomine fuerunt. Cic. N. D. 3, 22. Vulcani item complures: primus Coelo natus, ex quo Minerva Apollinem eum (peperit), cujus in tutela Athenas antiqui historici esse voluerunt: secundus in Nilo natus, Phthas, ut Aegyptii appellant, quem custodem esse Aegyptii volunt: tertius ex tertio Jove et Junone, qui Lemni fabricae traditur praefuisse: quartus Menalio natus, qui tenuit insulas propter Siciliam, quae Vulcaniae nominantur. P Metonymice ponitur pro igne, ut Bacchus pro vino, Ceres pro frugibus. Pl. Amph. 1, 1, 185. Quo ambulas tu, qui Vulcanum in cornu conclusum geris? h. e. ignem geris in laterna cornea. Virg. A. 7, 77. totis Vulcanum spargere tectis. P Volcanus est in lib. veterib. MSS. et in aliquot Lapidib. (ap. Grut. 61, 1. 4. et 5. et 1069, 4. et 5. etc. ubi Volkanus scriptum est), ut Manut., Dausqu., Cellar. testantur, qui ob id eam scripturam probant. At duo posteriores etiam Vulcanus admittunt, pro quo et Lapidibus sunt, et consuetudo. P Vossius putat hoc nomen esse corruptum ex Tubalcaim, qui, ut habetur Genes. 4, 22., fuit malleator, et faber in cuncta opera aeris, et ferri. V. CATAMITUS.

[VULCEJI et Volceji, orum, m. plur. incolae urbis cognominis in Etruria, quae nunc Vulcia, et Vulci aut Volci dicitur, ad Arnem fluv. nunc Fiora, inter Forum Aurelii et Tuscaniam urbes. Inscr. ap. Marin. Frat. Arv. p. 334. M. Satius Rufinus Volceis. F.]

[VULCENTANUS, a, um, adj. idem ac Vulciens. Arnob. 6, 194. Regnatoris in populi Capitolio quis est hominum, qui ignoret, Toli esse sepulcrum Vulcentani? h. e. Vulceiorum urbe. V. v. praec. F.]

[VULCENTINI et Volcentini, orum, m. plur. ii dem ac Vulcienses. Plin. 3, 5, 8. f. Volaterrani, Volcentini cognomine Etrusci. F.]

*VULCHALON vel Vulchalo, onis, oppidum vel vicus Galliae Narbonensis. Cic. Font. 5. Vulchalone: ubi ed. Junt. habet Vulcalone. B. A.

[VULCIENTES et Volcienes, ium, m. plur. incolae Vulceiorum. Fast. Triumph. ap. Grut. 296. col. 2. Ti. Coruncanus Ti. F. Ti. N. Cos. An. CDLXXXIII. de Vulsiniensibus, et Volciantibus K. Febr. Plin. 3, 5, 8. Cossa Volcientium a populo R. deducta, h. e. in agrum Volcientium. F.]

[VULCINUS, et Volcinus, et Volscius, a, um, adj. ad Vulcejos pertiñens. Prop. 4, 2, 4. Tuscus ego (Vertumnus), et Tuscis orior: nec poenitet inter Proelia Volcinos deseruisse focos. Alii perperam leg. Volsinius, alii Volsinos. V. VULSCUS. F.]

VULGA V. BULGA.

[VULGAGO, inis, f. herba eadem ac asarum. Aemil. Macer 46, 6. Est asarum Graece, vulgago dicta Latine. F.]

VULGARÉ et VULGARIE, adv. V. in VULGARITER.

VULGARIS et Volgaris, e, adj. δημόσιος, ad vulgus pertiñens, pervulgatus, communis, protritrus, vilis. Cic. Fin. 3, 1. f. In omni arte, cujus usus vulgaris communis non sit. Id. Or. 1, 58. med. In communi vita, et vulgari hominum consuetudine; et ib. 23. med. Genera forensis dictionis ad vulgarem popularioremque sensum accommodata. Id. Off. 1, 16. extr. Vulgaris liberalitas, h. e. quae in vulgus, seu in omnes exercetur. Id. Planc. 19. Vulgari et pervagata declamatione contendere. Id. Or. 57. f. Ut pervagatum et vulgare videatur. Id. Quint. 18. Haec vulgaria et obsoleta sunt: res autem nova et inaudita. Id. Rosc. Am. 26. Nihil tam vile, neque tam vulgare est, cujus partem ullam reliquerint. Plin. ep. 3, 20. f. Quousque illa vulgaria? Eho quid agis? Equid commode vales? et Cic. Or. 1, 23. f. Vulgaris opinio. Hor. Sat. 2, 2, 38. Jejunus stomachus raro vulgaria temnit, h. e. viliores cibos, et vulgo parabiles. Id. Od. 3, 2, 23. Virtus coetus vulgares, et udam Spernit humum fugiente penna. Cic. Fam. 1, 3. extr. Ut intelligat meam commendationem non vulgarem fuisse, h. e. translaticiam, et levem. Quint. 1. praef. Ne vulgarem viam ingressus alienis vestigiis insisterem, h. e. usitatam, consuetam, tritam. Id. 10, 1. Humilia et vulgaria verba. Suet. Vit. 2. et Or. Fast. 4, 865. Vulgares puellae, h. e. quae prostant. Plin. 10, 42, 59. de picis: Nec vulgaris illis forma, quamvis non spectanda, h. e. quotidiana, et qualis vulgo videri solet. Cic. Rosc. Am. 46. med. Mitto artes vulgares, coquos, pistores, leccarios; et Tac. A. 16, 22. Vulgaria patrum consulta; et Lucan. 5, 219. Dumque a luce sacra, qua vidit fata, refertur Ad vulgare jubar, etc. h. e. ad

lumen solis, quod vulgo patet, et vulgat omnia. P Vulgare est, vulgo fit, passim usurpatur, usitatum, translaticium est. Plin. 16, 31, 57. Prostratas arbores restitui plerumque, et quadam terrae cicatrice vivescere, vulgare est. Id. 14, 19, 21. Resina condire musta, vulgare est Italiae, provinciisque finitimis.

VULGARITAS, atis, f. idem ac vulgus. Arnob. 3, 123. Palem, sed non feminam illam, quam vulgaritas accipit, sed masculini nescio quem generis ministrum Jovis. Adde p. 102. *Locus est p. 155. Herald. Id. ib. in. p. 129. Herald. (al. p. 102.) Sed ut vultis, — atque ut vobis persuasum est, hi dii sunt: nominibus adpellentur his etiam, quibus eos populares censerit popularis vulgaritas ducit. B. A.

VULGARITER, adv. κοινώς, vulgo, e vulgo. Cic. Fam. 13, 69. Ut intelligeres, me non vulgariter, nec ambitiose, sed ut pro homine intimo ac mihi pernecessario scribere. Alii leg. vulgarie, alii vulgare, quae item sint adverbia, pro vulgariter. Plin. 8, 5, 5. Ne quis vulgariter electam putet. Id. 28, 14, 58. Vituli quoque jus vulgariter datum inter auxilia coeliacorum tradunt.

VULGARIUS, a, um, adj. idem ac vulgaris. Turpil. ap. Non. 8, 41. Non est mediocris res, neque vulgaris fallacia haec. Gell. 3, 16. med. Verbum vulgariae significationis. Id. 12, 10. In libris vulgaris scriptum est. Adde Naev. et Afran. ap. Non. ib. et Gell. 1, 22. et 16, 5.

VULGATE, adv. per vulgus, vulgando. Ammian. 15, 3. Haec argente vulgatus fama. Adde 31, 3. in.

VULGATOR, oris, m. διαφημοποιός, qui vulgat, id est aliquid in vulgus disseminat, enunciator. Or. Am. 3, 7, 51. Sic aret mediis taciti vulgator in undis, Pomaque, quae nullo tempore tangat, habet, h. e. Tantalus, qui Deorum mensae adhibitus, illorum arcana enuntiavit.

VULGATUS, a, um, part. a vulgo, δημοσιευθείς. Cic. Har. resp. 27. med. Quae navis unquam in flumine publico tam vulgata omnibus, quam istius aetas fuit? Lib. 1, 7. Vulgator fama est, ludibrio fratris Remum novos transiluisse muros. Id. 5, 47. Vulgati velut in pecua morbi. Hor. Od. 4, 9, 3. Artes non ante vulgatae. Virg. A. 1, 461. Bellaque jam fama totum vulgata per orbem. Ov. Met. 4, 276. Vulgati amores. Lucan. 9, 22. vulgata per orbem Fabula. Id. 8, 312. Vulgatus mundus; et Quint. 10, 1. f. Vulgata falso opinio de aliquo. Id. 2, 4. med. Nam quid hi possint in causis proprium invenire, qui etiam in his, quae sunt communia, et in plurimis causis tractantur, vulgatissimos sensus verbis, nisi tanto ante praeparatis, persequi nequeant? P Item prostitutus. Lic. 1, 4. Femina vulgato corpore. Suet. Dom. 22. Vulgatissimae meretrices.

VULGATUS, us, m. vulgandi actus. Sidon. ep. 8, 1. Sufficere suspicabantur, si quid superiore vulgato protulissent.

[VULGIENSES, ium, m. plur. populi Galliae Narbonensis, circa Rhodanum fluv., ubi Julia Apta. V. APTENSIS. Plin. 3, 4, 5. f. Apta Julia Vulgentium. F.]

VULGIVAGUS et Volgivagus, a, um, adj. εὐκαταλάνης, vulgaris, et vagus. Lucr. 4, 1064. Vulgivaque vagus Venere, h. e. secutor plebejae popularis Veneris, non certae mulieris amore captus. Id. 5, 930. Volgivago vitam tractabant more ferarum.

VULGO et Volgo, adv. seu ablativus casus adverbii more positus: κοινῇ, παρθετικῇ, apud vulgus, ab omnibus, passim. Cic. Mur. 35. Ad prandium invitare vulgo, passim: quid est vulgo? universos. Nep. Alc. 6. Illum unum omnes prosequantur: coronis aureis aeneisque vulgo donabatur. Cic. Att. 16, 10. Vulgo loquebantur, Antonium mansurum esse Casilini. Cels. 4, 4. n. 1. f. Vulgo audio, si quis pulum hirundinum ederit, angina toto anno non periclitari. Phaedr. 3, 3. Usu peritus hariolo velocior Vulgo esse fertur. Ter. Andr. 2, 5, 15. Verum illud verbum est, vulgo quod dici solet: omnes sibi malle melius esse quam alteri. Id. Rosc. Am. 29. Ejusmodi tempus erat, ut homines vulgo impune occiderentur. Caes. B. G. 1, 39. med. Vulgo totis castris testamenta obsignabantur; et ib. 5, 33. f. Accidit, quod fieri necesse erat, ut vulgo milites ab signis discederent. Plin. 16, 18, 31. Arbor Alpina, nec vulgo nota. Cic. ad Dolabell. post ep. 17. l. 14. ad Att. Vulgo hominum opinio socium me adscribit tuis laudibus. Id. Ferr. 2, 4, 28. Vulgo ostendere ac proferre aliquid; et Inv. 1, 28. f. Quaeque, natura ejus venire vulgo soleat, an insolenter ac raro, h. e. persaepe, fere. Id. Q. Fr. 3, 1, 6. f. Hisce litteris, quas vulgo ad te mitto, nihil fere scribo, quod, si in alicujus manus incidit, moleste ferendum sit, h. e. palam, publice, in vulgus. Lib. 26, 27. med. Juvenes nobiles Campanos id incendium fecisse: vulgoque facturos alia, ni comprehendantur, h. e. multis aliis in locis. Virg. Ecl. 4, 25. Assyrium vulgo nasctur amomum; et G. 3, 494. Hic laetis vituli vulgo moriuntur in herbis, h. e. catervatim, universim. Id. A. 3, 643. Centum alii curva haec habitant ad litora vulgo Infandi Cyclopes, h. e. passim per haec litora. Ter. Heaut. 3, 1, 37. Ea coacta ingratiis postilla coepit victum vulgo quaerere,

Modest. Dig. 1, 5, 23. Vulgo concepti dicuntur, qui patrem demonstrare non possunt: vel qui possunt quidem, sed eum habent, quem habere non licet. P De descriptione V. in VULGUS.

VULGO et Volgo, as, avi, atum, a. 1. δημοσιεύω, aliquam rem vulgo communem facio, in vulgus spargo. Liv. 3, 6. Ministeriaque invicem, ac contagio ipsa vulgabant morbos. Curt. 9, 10. Contagium morbi etiam in alios vulgatum est. P Item in vulgus enuntio, rem occultam in lucem profero, patefacio, διαφημι. Liv. 3, 24. Vulgatur deinde rumor, duas deesse tabulas. Id. 28, 27. Non quo dego vulgari facinus per omnes velim. Claud. Laud. Stil. 2, 295. nec littera venit Vulgatura nefas. Virg. A. 10, 63. quid me alta silentia cogis Rumpere, et obductum verbis vulgare dolorem? Pl. Mil. 4, 2, 44. Vulgare aliquem vulgo. Varr. ap. Non. 3, 261. aliquid in vulgus. Tac. A. 13, 7. Haec atque talia vulgantibus. P Vulgare locum aliquem, notum facere. Val. Fl. 4, 419. Bosphoron hinc veteres errantur nomine Divae Vulgare. P Item communem omnibus facio. Liv. 2, 29. P. Virginius rem non vulgabat: de iis tantum, qui Volso bello militassent, agendum censebat. P In illo ejusd. 3, 35. Vulgari cum privatis: vulgari est permiscere se. P Item in lucem edo, publici juris facio. Suet. Gr. 8. Quos libros Orbilius suppressos redemisse se dixit, vulgandosque curasse auctoris. Adde Quint. 1. prooem. P In re turpi est prostituere. Liv. 4, 2. Quam enim aliam vim connubia promiscua habere, nisi ut ferarum prope ritu vulgenter concubitus plebis patrumque. Aurel. Vict. de orig. gent. R. 21. Pretio vulgare corpus. V. VULGATUS. P De descriptione V. in v. sq.

VULGUS et Volgus, i, m. et saepius n. τὸ πᾶν, οἱ πολλοί, ὄχλος, populus, plebs, turba: et fere ita accipitur, ut a sapientibus, et nobilibus distinguatur. Cic. Brut. 53. extr. Sapientis iudicium a iudicio vulgi discrepat. Id. Div. 2, 41. f. Fani pulcritudo, et vetustas Praenestinarum etiam nunc retinet sortium nomen: atque id in vulgus: quis enim magistratus, aut quis vir illustrior utitur sortibus? Sall. Cat. 20. med. Postquam respublica in paucorum potentium jus atque ditionem concessit, semper illis reges vectigales esse, populi, nationes stipendia pendere: ceteri omnes, strenui, boni, nobiles, atque ignobiles, vulgus fuimus sine gratia, sine auctoritate, his obnoxii. Just. 41, 1. Veluti vulgus sine nomine, praeda victorum fuere. Cic. Planc. 4. Non est enim consilium in vulgo, non ratio, non discernimen, non diligentia: semperque sapientes ea, quae populus fecisset, ferenda, non semper laudanda duxerunt. Virg. A. 2, 39. Scinditur incertum studia in contraria vulgus. Hor. Od. 2, 16, 39. malignum Spernere vulgus. Id. ib. 1, 35, 25. Vulgus infidum. Stat. Silv. 2, 2, 123. mobile. Sall. Jug. 70. Vulgus, uti plerumque solet, ingenio mobili, seditiosum, atque discordiosum, erat cupidum rerum novarum, quieti et otio adversum. Lucan. 9, 159. Spargere aliquid per vulgus. Phaedr. 4, 14. Prometheus auctor vulgi fictilis, h. e. hominum e luto factorum. P In vulgus, apud vulgus, vulgo. Cic. Par. prooem. Cato ea sentit, quae non sane probantur in vulgus. Id. Att. 2, 22. med. Quod in vulgus gratum esse sentimus; et ib. 9, 5. Alter religiosus etiam nunc dies, alter in vulgus ignotus. Id. Tusc. 2, 26. In vulgus insipientium opinio valet honestatis. Liv. 22, 3. f. Miles in vulgus laetus ferocia ducis. Tac. H. 1, 71. f. Celebrata in vulgus Celsi salus; et ib. 2, 93. Crebrae in vulgus mortes; et ib. 26. extr. Apud paucos ea ducis ratio probata: in vulgus adverso rumore fuit. Lucan. 1, 131. famaue petitor Multa dare in vulgus. P In vulgo, idem. Plin. 20, 11, 44. Apio gratia in vulgo est. P Vulgus, multitudo quaelibet. Cic. Brut. 97. Numerari in vulgo patronorum. Hor. Od. 2, 13, 32. Pugnas, et exactos tyrannos Densum humeris bibit aure vulgus umbrarum; et Ter. Andr. 3, 4, 4. Quod vulgus servorum solet. Lucan. 7, 38. lacerasset crine soluto Pectora femineum, ceu Bruti funere, vulgus. Sen. Hipp. 957. vulgus aequoreum cie, h. e. marina monstra. Virg. G. 3, 468. culpam ferro compesce, priusquam Dira per incautum serpent contagia vulgus, h. e. totum gregem ovium. P Masc. gen. Id. A. 2, 98. et spargere voces In vulgum ambiguas. Varr. ap. Non. 3, 261. Quem si vulgus secutus esset, dispeream, si etc. Adde Phaedr. l. c. et Sisenn. et Acc. ap. Non. ib. P Vulgus qui amant, sequi videntur usitatum consuetudinem, quam tamen et antiqui libri non uni fulciunt: qui vulgus, antiquitati magis adhaerent. Utraque scriptio proba.

VULNERABILIS, e, adj. Active de eo, qui vulnerat. Coel. Aurel. Acut. 3, 17. f. Intestina plurima materia, et accerrima, et vulnerabili onerata, h. e. rodente, lancinante.

VULNERARIUS, a, um, adj. τραυματικός, ad vulnera pertinens. Plin. 23, 4, 40. Vulnerariis emplastris utile, h. e. emplastris, quae vulneribus imponuntur. Sic Id. 34, 11, 27. Cruda autem aerugo vulnerariis emplastris miscetur. P Id. 29, 1, 6. scribit, vulnerarium vocatum fuisse Romae Archagathum Lysaniae filium medicum, quia secare et ure-

re saepe consueverat; mox a saevitia id saepius facitandi carnificem dictum.

VULNERATIO, onis, f. τραῦμα, τραῖσις, actus vulnerandi. Cic. Caecin. 16. f. Sin autem vim sine caede, sine vulneratione, sine sanguine nullam intelligitis. P Sumitur etiam translate pro laesione. Cic. Pis. 20. f. Major haec est vitae, famae, salutis suae vulneratio.

[VULNERATOR, oris, m. qui vulnerat. Translate Hieron. 5. in Isai. 14, 12. Sed cecidisti in terram gentium vulnerator. F.]

VULNERATUS, a, um, part. a vulnero, sauciatus, τραῖσις. Cic. in Sen. 3. Sanctissimum corpus vulneratum ferro, confectumque vidistis. Plin. 28, 17, 72. Sic et quadrigis agendis tractos, rotave vulneratos (curant). Id. 11, 39, 93. Cutis ubicumque sine carne est, vulnerata non coit. Id. 7, 28, 29. Vulneratus humerum, ac femur. Liv. 37, 24. Ipsius Eudami multis ictibus vulnerata navis erat. P Translate. Quint. 7, 2. med. Laesum et vulneratum reum sperare hac invidia opprimi posse.

VULNERO, as, avi, atum, a. 1. τραῖσσω, οὐράω, vulnus infligo, saucio, ferio. Cic. Sext. 10. med. Acie ipsa, et ferri viribus vulnerari. Nep. Eum. 4. Ab hoc aliquot plagis Eumenes vulneratur. Sall. Jug. 61. f. Plerosque jacula tormentis, aut manu emissa vulnerabant. Caes. B. G. 5, 58. Ne quis quemquam prius vulneraret, quam illum interfectum videret. Hirt. B. Alex. 30. Plurimum autem proficiebant hostes in repellendis vulnerandisque nostris. Just. 15, 3. f. Lysimachus hastae cuspidem ita in fronte vulneravit, ut, etc. Cic. Met. 11, 372. aper Vulnerat armentum, sternitque hostiliter omne. Claud. in Ruf. 1, 311. Et qui cornipedes in pecula vulnerat audax Massagetes: scilicet quia lac concretum cum sanguine potat equino, ut ait de Gelono Virg. G. 3, 463. P Caedere, frangere. Plin. 37, 5, 16. de smaragd. Scythicum tanta duritia est, ut nequeant vulnerari. P Translate. Cic. Har. resp. 1. f. Haud potest gravius a me verbis vulnerari, quam est a gravissimo viro confectus ac trucidatus. Id. Cat. 1, 4. Quos ferro trucidari oportebat, eos noudum voce vulnero. Liv. 34, 7. med. Virorum hoc animos vulnerare posset: quid mulierularum censeatis, quas etiam parva movent? Or. Her. 19, 105. Ah potius peream, quam crimine vulnerer istos! et ib. 21, 37. Nunc laudata gemo etc. et proprio vulneror ipsa bono. Id. Pont. 2, 7, 41. continuo Fortunae vulneror ictu. Id. A. Am. 1, 21. de Amore: mea vulnerat arcu Pectora. Virg. A. 8, 583. graviore nuntius aures Vulneret. Lactant. 7, 1. med. Qui libidinum stimulis incitatus, etc. vulnerant aures eorum praecepta continentiae.

VULNERIFER, ra, rum, adj. vulnus ferens, vulnificus. Prud. Psych. 173. Illa globos legionum, et concurrentia rumpit Agmina, vulniferos gradiens intacta per imbres. Maxim. Gall. 5, 98. Quo tibi cristatum vulniferumque caput? P Rectus vulniferus est in Gloss. Lat. Gr. Vulniferus, τραυματικός. B. A.

VULNICUS, a, um, adj. τραυματικός, qui vulnus infligere potest. Virg. A. 8, 446. Vulnicusque chalybs vasta fornace liquescit. Val. Pl. 1, 420. de caestib.: Taurea vulnifico portat celataque plumbo Terga Lacon. Or. Met. 8, 359. In juvenes vasto sic impete vulnificus sus Fertur. Capell. 1, 6. Apollo hinc quoque sagittarius, hinc quoque Vulnificus, quod possit radiorum jaculis icta penetrare. P Translate vulnificas Camenas appellat Rut. Itin. 1, 603. Lucilii poetae satyras.

VULNUS, et Volnus, eris, n. τραῦμα, πληγή, lians et patens apertura in corpore ex ictu, aut morsu. Quid ab ulcere et plaga differat, in iis vocibus dictum est. Pl. Truc. a. 5. v. 50. Mihi homo cave faxis vulnus, tibi jam cui sunt dentes ferrei. Cic. Mil. 24. med. Mirabar, vulnus in latere, quod acu punctum videretur, pro ictu gladiatoris probari. Phaedr. 2, 3. Remedium vulneris, h. e. morsus canis. Or. Met. 12, 491. capuloque tenuis demisit in armos Ensem fatiferum, caecumque in viscera movit, Versavitque manum, vulnusque in vulnerem fecit. Cic. Sext. 10. Excipere vulnera. Caes. B. C. 1, 45. f. sustinere; et ib. 2, 6. med. inferre. Or. Am. 1, 2, 44. et Sen. Troad. 676. et Thyest. 1057. ferris dare. Val. Fl. 6, 193. spargere funda. Cic. Har. resp. 19. Ut tanquam fortis in pugna vir, acceptis a forti adversario vulneribus adversis, cadere videatur. Liv. 24, 26. f. Confectus vulneribus; et ib. 7. Vulneribus confodi. Caes. B. G. 1, 25. Vulneribus defessi pedem referre coeperunt. Poll. ad Cic. Fam. 10, 33. med. Mori ex vulneribus. Cic. Or. 2, 61. Claudicare ex vulnere ob rempublicam accepto. Id. Tusc. 2, 17. et N. D. 3, 22. Obligare vulnus. Cels. 5, 26. n. 24. deligare. Ter. Eun. 4, 7, 9. abstergere. Cels. 7, 26. f. fovere aqua calida. Id. 5, 26. n. 23. glutinare; et ib. et n. 29. purgare; et n. 30. implere. Plin. 23, 7, 71. ad cicatricem perducere. P De ictu et caesura arboris, lapidis, et huiusmodi. Virg. A. 2, 630. de orno: Vulneribus donec paulatim evicta supremum Congemuit, traxitque jugis avolsa ruinam; et Juven. 6, 216. quis non vidit vulnera pali? Or. Met. 9, 383. ab acutae vulnere folcis, A pecoris morsu frondes defendite nostras. Id. Pont. 4, 7,

38. Parsque fere scuti vulnere nulla vacet. Plin. 19, 8, 41. n. 3. Prunae, nisi obliquo vulnere defendatur medulla, plurimum nocent. P Scissura. Juven. 3, 49. si rupta calceus alter Pelle patet: vel si consuto vulnere crassum, Atque recens linum ostendit non una cicatrix. Or. Fast. 1, 665. Rusteus emeritum palo suspendat aratrum: Omne reformidat frigida vulnus humus. P Metonymice est ipsum telum, quo vulnus fit. Virg. A. 10, 140. Vulnera dirigere, et calamos armare veneno. Sil. 5, 251. Ac simul infesto Lateranum vulnere truncae Arboris urgebat; et 1, 397. Hunc miseratus adest infesto vulnere Ladmus. P Et ipse ictus, quo vulnus infligitur. Or. Met. 12, 103. de tauro: Cum sua terribili petit irritamina cornu, Puniceas vestes, elusaque vulnera sentit. Sen. Herc. Oet. 160. vulnera dirigit Parthus Gnossiacis certior ictibus. Sil. 2, 92. Dirigit afigero letalia vulnera ferro. Val. Fl. 6, 653. Aesoniae vulnus fatale sed hastae Per clypeum, perpectus abit. Lucan. 3, 567. Jam non excussis perquentur tela lacertis, Nec longinqua cadunt jaculato vulnera ferri. Prop. 1, 1, 13. Hylaei percussus vulnere rami. P Translate est calamitas, casus adversus, pernicies, damnum. Cic. Acad. 1, 3. f. et Lucan. 8, 72. Fortunae gravissimo percussus vulnere. Id. Fam. 4, 6. med. Hoc tam gravi vulnere etiam illa, quae consanuisse videbantur, recrudescunt. Id. Fin. 4, 24. et Att. 5, 17. f. Quae hic reipublicae vulnera imponebat, eadem ille sanabat. Id. Sext. 7. f. Scelera et vulnera iniusta reipublicae. Id. in Sen. 4. Consulari vulnere concidere. Quint. 6. prooem. Illum, in quo spem senectutis meae reponeram, repetito vulnere orbitatis amisi. P Item dolor animi, angor, moestitia. Virg. A. 12, 160. Incertam, et tristi turbatam vulnere mentis. Lucr. 2, 638. Aeternumque daret matri sub pectore vulnus. Or. Met. 5, 426. inconsolabile vulnus Mente gerit tacita. P De amore. Lucr. 1, 31. aeterno devinctus vulnere amoris. Virg. A. 4, 1. At regina gravi jamdudum saucia cura Volnus alit venis, et caeco carpit igni. Adde Prop. 2, 20, 32. et ib. 23, 18. et Or. A. Am. 1, 257. V. LOCUS et LUDO. P De descriptione recurrunt eadem, quae de Vulgus dicta sunt. V. h. v.

VULNUSCULUM, i, n. exiguum vulnus. Ulp. Dig. 21, 1, 1. §. 8. Proinde levis fibrilla, aut vetus quartana, vel vulnusculum medicum nullum habent in se delictum. Adde Hieron. ep. 112. n. 13.

VULPECULA, ae, f. ἀλώπηξ, parva vulpes. Cic. N. D. 1, 32. In qua lepuscus, vulpeculae saepe vidisses. Auct. carn. de Philom. 59. fallax vulpecula gannit.

VULPES, et Volpes, is, f. ἀλώπηξ, animal ferum, singulari astutia. Videtur esse a Graeca voce allata, pro qua Aeoles ἀλώπηξ, volopes et postea volpes. Varr. L. L. 4, 20. extr. a celeritate nomen adeptam putat, ut ita per syncopen dicatur, quasi volipes: ita enim Aelium Stilonem putare. Quint. 1, 6. hanc notationem neque probat, neque rejicit. Hor. Ep. 1, 1, 73. Olim quod vulpes aegroti cauta leoni Respondit, referam. P Translate. Pers. 5, 117. Astutam rapide servas sub pectore vulpem. Hor. A. P. 437. Nunquam te fallant animi sub vulpe latentes. P Jungere vulpes, proverb. ap. Virg. Ecl. 3, 91. de re valde absurda, neque enim vulpes aptae unquam jugo esse possunt. P Vulpes pium mutat, non mores, aliud proverb. ap. Suet. Vesp. 16. diciturque de iis, qui vitia alte infixam animo habent, quae non facile tollunt temporum aetatisve mutatione. P Quam facile vulpes pium comest, aliud proverbium de iis rebus, quae facillime fieri possunt: nam vulpes dentatissimae cum sint, nullo negotio pium conficiunt. Pl. Most. 3, 1, 32. Tam facile vinces, quam pium vulpes comest. P Vulpes marina piscis est vulpis similitudine, ejusdemque ac terrestri velocitatis et astutiae. Plin. 9, 43, 67. P In perisque Plauti et alior. codicibus legitur volpes antiquo efferendi more. V. VULGUS. In recto sing. vulpis saepe ap. Phaedr. legitur in multis libr., v. gr. 4, 2. Fame coacta vulpis alta in vinea Uvam appetebat. Avian. 40, 7. Hunc arguta novo gaudentem vulpis amictu. Alii leg. vulpes dum gaudet amictu. Multa sunt nomina duplicis hujus positionis, torques et torquis; apes et apis; aedes et aedis; canes et canis, etc.

VULPINARIS, e, adj. ad vulpem pertinens. V. Appul. l. c. in v. sq.

VULPINOR, aris, dep. 1. ἀλωπιεύω, mendacis ac fraudibus vera perverto, sive effugio: tractum ab intorto vulpium cursu, ut placet Nonio. Varr. ap. eund. 1, 226. Vulpinare modo, et concursa: qualibet erras. Appul. Met. 3. An vulpinaris, amasio? h. e. Ah eos mi tradisci, il mio amante? Ita recte vertit vetus interpret Italus: alii perperam putant, vulpinaris esse adjectivum, et cum amasio conjungunt.

VULPINUS, a, um, adj. ἀλωπιεύος, pertinens ad vulpem. Plin. 28, 11, 47. Vulpinam linguam habentes in armilla lippituros negant. Id. 32, 5, 16. Vulpinus sanguis. Id. 28, 13, 55. Vulpinum jecur.

VULPIO, onis, m. callidus, astutus, fallax, mendax. Appul. Apol. Jam tum vulpionem et impium fuisse.

[VULSCUS, et Volscus, a, um, adj. idem ac Vulcanus. Prop. 4, 10, 27. Et Veji veteres, et Volscum

regna fuistis. Alii male pro *Volscum*, h. e. *Volsorum*, legunt *ros cum*. V. Fr. Oriolii Dissert. de Tolo Vulcentano in *Annal. dell' Instit.* T. 4. p. 31. — 60. F.]

VULSELLA. V. VOLSELLA.
VULSINIUM. V. VOLSINIENSIS.

[VULSIO, onis, f. convulsio. *Veg. Vet.* 3, 65. *med.* de equis: Si tussis ex ruptura vel vulsione provenit, anagallicum (*corrigere* arum Gallicum) primo tundes, etc. V. VULSUS. F.] P. [*Alio sensu legitur ap. *Iren.* 3, 11. Nicolaitae sunt vulsio ejus, h. e. surculus inde enatus, et revulsus, stolo, ἀποθήκη. Secta una ex altera velut pullulavit. B. A.]

VULSO, onis, m. qui valde vulsus est. Est cogn. R., quod illi inditum fuisse videtur, qui primus, evulsis pilis, expoliore corporis cultu innouit. Hinc ap. *Liv.* 22, 35. L. Manlius Vulso; et 40, 59. A. Manlius Vulso.

[VULSOR, oris, m. qui evellit. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Mur.* 1720, 14. P. Oppius Vulsor. F.]

VULSURA, ae, f. ὑλσῦρα, ὑλσῦρα, vellendi actus: a *vulsus* sup. verbi *vello*. *Varr. R. R.* 2, 11. *med.* Lanam demptam et conglobatam alii vellera, alii vellamina appellant: ex quorum vocabulo animadverti licet, prius lanae vulsuram, quam tonsuram inventam.

VULSUS, et Volsus, a, um, part. a *vello*: ὑλσῦτος. *Lucan.* 6, 232. vulsa pectore tela. *Plin.* 27, 11, 74. Vulsam eam herbam, non haerentem vidi. *Id.* 35, 15, 52. Alumen vulsis pilis illitum. *Sil.* 5, 89. tum signa sequuntur Nulla vulsa manu. P. *Vulsi* dicuntur convulsi ex morbo, οὐλοιστοί. *Plin.* 21, 19, 74. Lili radices leni, et ruptis, et vulsis prosunt. *Adde* 23, 1, 16. P. *Equi vulsi* proprie vocantur, qui Italice *bolsi* dicuntur. *Veg. Vet.* 3, 66. Graviter tussientes et vulsi hac potione recreantur. *Adde Pelag. Vet.* 6. P. *Corpora vulsa*, quibus pili sunt evulsi. *Quint.* 8. *proem.* Corpora si quis vulsa atque fucata muliebriter comat. *Prop.* 4, 8, 23. vulsus nepos, h. e. luxui deditus, mollis: pilos autem vellere antiquis in probro fuit. *Sen. Controv.* 1. *praef. med.* Itē nunc, et in istis vulsis atque expolitiss quae oratorem. *Pl. Aul.* 2, 9, 5. Tu istum gallum glabriorem reddes mihi, quam vulsus ludius est. *Quint.* 2, 5. *med.* Qui specie capiuntur, vulsis, levatisque, et inustas comas ac comitentibus, et non suo colore nitidis plus esse formae putant, quam possit tribuere incorrupta natura. *Adde* 5, 9. f. et *Mart.* 8, 47. P. Hinc *mens vulsa*, mollis et effeminatus animus. *Id.* 2, 36. Nunc tibi crura pilis, et sunt tibi pectora setis horrida: sed mens est, Pannice, vulsa tibi. P. Est etiam divulsus, eversus. *Liv.* 26, 13. Deum delubra, sepulera majorum vulsa, temerata, atque violata. Alii omittunt *vulsa*.

VULTICULUS, i, m. parvus vultus. *Cic. Att.* 14, 20. f. Epicuri mentionem facis, et audes dicere, μή πολικεύσθαι? non te Bruti nostri vulticulus ab ista oratione deterret? h. e. gravis et severus vultus: nam *ib.* 15, 12. μάλα σενός dicitur. Usus est autem diminutivo, quia erat non plenus, sed macilentus.

*VULTIVOLUS, i, m. *Sarish.* 1, 12. Vultivoli sunt, qui ad affectus hominum immutandos, in molliori materia eorum, quos pervertere nituntur, effigies expriment. B. A.

VULTUOSUS, i, n. 2. V. in VULTUS.

VULTUOSUS, a, um, adj. προσωπώδης, qui nimis est in ostentando aliquo affectu contractione, aut remissione vultus: ut si quis in tristitia vultu, quam decet, vultum contrahat, quod quidam efficere solent, ut tristiores videantur; aut in laetitia frontem nimis exporrigat. *Cic. Or.* 18. f. In quo cum effeceris, ne quid ineptum, aut vultuosum sit, tum oculorum est quaedam magna moderatio. *Appul. Met.* 3. Non laeta facie, sed vultuosa fronte rugis insurgentibus asseverabat, h. e. tetrica, et ad severitatem nimis composita. *Quint.* 11, 3. f. Quare non immerito reprehenditur pronuntiatio vultuosa, et gesticulationibus molesta, et vocis mutationibus resultans. *Prud.* 10. περί οὐρα. 171. Nec terret ista, qua tumes, insania, Quod vultuosus, quod supinus, quod rigens Tormenta leti comminaris asperi.

VULTUR, et Voltur, uris, m. γύψ, avis rapax, et carnivora, quae etiam vulturius: a *volando*, quasi *voltur*, quomodo a *volendo* est *voltus*, seu *vultus*. Sic autem dicitur ob crebrum volatum. Mirum in modum corporibus jam putrefactis delectatur. Unde non invenuste ex Graecis nonnulli γάψους ἐμφύζους appellarunt, hoc est sepulcra animata. Eximia autem est huic avi odorandi facultas, adeo ut cadaverum putorem ultra maria percipiat: quod *Isid.* Or. 12, 7. scribit. Haec res occasionem praebuit fabulae, qua quatuor ei narium spiracula tribuere, adeo ut et idcirco τετράκιμος appelletur. Aequae fabulosum, quod triduo circumvolare dicitur loca, ubi cadavera sunt futura: quod *Plin.* scribit 10, 6, 7. ex Umbricii haruspis sententia. V. *Plauti l. c.* in VULTURIUS. *Virg. A.* 6, 597. rostroque immanis vultur obunco Immortale jecur tundens. P. A rapaci hujus avis natura vultures quoque, ac vulturii dicti sunt homines rapaces. *Cic. Sext.* 33. Exierunt malis omnibus, atque execrationibus duo vultures paludati. Alii leg. *vulturii*. Intelligit Gabinium,

et Pisonem consules inimicos suos, provinciarum (ut saepe eos nominat) voragine. V. VULTURIUS. P. Item hereditariae. *Sen. ep.* 95. *med.* Amico aegro aliquis adsidet: probamus, at hoc si hereditatis causa facit, vultur est, cadaver exspectat. *Mart.* 6, 62. Cujus vulturis hoc erit cadaver? P. *Vulturis* in recto sing. *Ennius ap. Charis.* 1, 120. et *Prisc.* 6, 683. et *Serv.* ad *A.* 6, 595. Vulturis in silvis miserum mandabat hominem. Sunt qui leg. *vulturis*. P. *Vultur profert cornua*, proverb. de iis, quae fieri non possunt. *Claud. in Entr.* 1, 352. Jam testudo volat, profert jam cornua vultur, Prona petunt retro fluvii juga. P. Ap. *Hor. Od.* 3, 4, 5. et *Lucan.* 9, 185. Vultur est nomen montis in Apulia, nunc *Voltore*, prope Venusiam.

VULTURINUS, a, um, adj. γυαυρός, qui est vulturis. *Plin.* 10, 3, 3. Quarti generis est percnopterus, vulturina specie, alis minimis, etc. *Id.* 29, 6, 38. Eadem vis et in vulturino felle est. *Id.* 30, 4, 10. Vulturinus sanguis. *Mart.* 9, 28. Vulturinum collum.

VULTURIUS, et Volturius, ii, m. idem ac vultur. *Lucr.* 4, 680. Mellis apes quamvis longe ducuntur odore, Vulturique cadaveribus. *Pl. Truc.* 2, 3, 16. Ii quasi vulturii triduo prius praedivinant, quo die esuritur sient. P. Dicitur etiam de homine insatiabilis rapacitatis. *Cic. Pis.* 16. f. Appellatus est hic vulturius, illius provinciae (si Diis placet) imperator. Item captator hereditatum. *Catull.* 68, 124. Suscitatur a cano vulturium capite. P. In talis vulturius dicitur jactus is, qui alio nomine vocabatur *canis*: quia vulturis instar hominem spoliaret: erat enim damnosus. *Pl. Curc.* 2, 3, 77. Provocat me in aleam, ut ego ludam. Pono pallium: ille sum anulum opposivit; invocat Planesium: jactit vultorios quatuor. Talos arripio, invoco almam meam nutricem Herculem; jacto basilicum.

VULTURNALIS, et Volturnalis, e, adj. ad Volturnum Deum pertinens, ut Volturnalis flamen, qui ejus cultui est addictus, ap. *Varr. L. L.* 6, 3. *med.* P. *Volturnalia sacra* Volturno Deo faciebant: cujus sacerdotem Volturnalem vocabant. Ita *Paulus ex Festo*. Ea vero sacra fiebant VI. Kal. Septembr., ut constat ex *vet. Kalend.* ap. *Grut.* 133. V. v. sq.

VULTURNUS, i, m. fluvius Campaniae, qui oritur in Samnio, et, aliis annibus acceptis, inter Casilinum et Capuam decurrens mare Tyrrhenum intrat, ibique oppido dat nomen, quod nunc dicitur *Castel Volturno*. *Plin.* 3, 5, 9., *Liv.* 8, 11. et *Virg. A.* 7, 729. P. Olim Capua ipsa Volturnum dicta fuit, teste *Liv.* 4, 37. P. Aliud fuit *Volturnum* castellum ad Volturni ostium, ut ait *Liv.* 25, 20., in quod deinceps, teste *cod.* 34, 45., colonia est deducta, ubi nunc est *Castel Volturno*. P. Adjective. *Sil.* 12, 521. Volturna citata Transmittunt alno vada. *Plin.* 36, 26, 66. In Volturno mari Italiae arena alba nascens, h. e. in eo mari, qui circa Volturni ostia est. P. Item *Volturnus*, et *Volturnus* nomen Dei. V. v. praec. P. Item ventus spirans ab ortu brumali, qui in octonaria et duodecimaria ventorum apud veteres divisione etiam Euris dicitur, quique medius est inter duos ab Italis *Sirocco* - Levante et *Sirocco* appellatos (V. VENTUS). Ejus mentio est ap. *Plin.* 2, 47, 46., *Sen. Q. N.* 5, 16., *Gell.* 2, 22. et *Colum.* 5, 5. *med.* et 11, 2. *med.* Unus *Vitruvius* 1, 6. *med.*, qui XXIV. numerat ventos, eundem Volturnum ponit infra Eurum, meridiem potius, quam orientalem plagam versus. Appellationem autem traxisse videtur a Vulture monte Apuliae, unde idem spirat, ac propterea, ne agris noceret, divinum cultum apud Romanos habuisse, die etiam festo Volturnalem in ejusdem honorem instituto. [Hinc *Inscr.* ap. *Orell. Coll. Inscr. Lat.* n. 1649. Volturno Sancto Sac. L. Vetus L. F., etc. Alii tamen putant hujusmodi monumentum ad Volturnum annum pertinere. F.]

VULTUS, us, m. πρόσωπον, habitus sive status faciei, qui pro animi affectibus alius atque alius ostenditur: indicatio illa in homine, quae pro motu animi in facie ostenditur. Differt a facie, quae est oris species; nam eadem semper manet; at vultus pro motu animi mutatur. Aliud discrimen V. in FACIES. Volunt esse per syncopen a *volitum* verbi *volo*: quia voluntatis et animi significatio est. Unde et *voltus* saepe legitur. *Cic. Leg.* 2, 9. Nam et oculi nimis arguti, quemadmodum animo affecti simus, loquuntur; et is qui appellatur vultus, qui nullo in animante esse praeter hominem potest, indicat mores: cujus vim Graeci norunt, nomen omnino non habent. *Id. Pis.* 1. Oculi, supercilia, frons, vultus denique totus, qui sermo quidam tacitus mentis est, hic in fraudem homines impulit. *Id. Or.* 3, 59. Imago animi vultus est, indices oculi. *Plin.* 7, 19, 18. Socratem eodem semper visum vultu, nec aut hilario magis, aut turbato. *Suet. Ner.* 37. Tristior et paedagogi vultus. *Id. Aug.* 79. Vultus tranquillus et serenus. *Id. Tib.* 68. Vultus abductus, h. e. in rugas contractus. *Tac. H.* 2, 46. Flectere, aut indurare vultum. *Or. Met.* 8, 677. super omnia vultus Accessere boni. *Cic. Cluent.* 96. f. Recordamini faciem, atque illos fictos simulatosque vultus. *Id. Planc.* 18. *med.* Non modo severitatem illorum, sed ne vultus quidem ferre possemus. *Hor.*

Sat. 1, 3, 9. vultus multa et praecleara minantis. *Sen. Herc. Fur.* 721. vultus est illi Jovis, Sed fulminantis. *Ov. Pont.* 4, 1, 5. Vultus trahere; et *Mart.* 1, 41. ducere, h. e. contrahere, et fastidii aut molestiae signa dare. P. Absolute aliquando vultum iratum significat. *Hor. Od.* 3, 3, 3. vultus instantis tyranni. *Id. Sat.* 2, 7, 44. aufer me vultu terrere. *Tac. A.* 1, 12. Vultu offensionem conjectaverat. Sic *Psalm.* 20, 10. Pones eos ut clibanum ignis in tempore vultus tui. *Adde Psalm.* 33, 17. et *Esther.* 7, 6. et *Jerem.* 1, 17. etc. P. *Vultu alicujus regi*, est ad nutum ejus se componere. *Sen. Ben.* 6, 7. Tuus vultus, cui regendum me tradidi, colligit rugas et attrahit frontem, quasi longius exeam. P. *Vultu saepe laeditur pietas*, dictum celebre, quo significatur, pietatem in parentes adeo facile violari posse, ut non factis modo, aut verbo, sed et contumaciori vultu habitu laedatur. *Cic. Rosc. Am.* 13. P. Interdum vultus accipitur pro facie. *Coel. ad Cic. Fam.* 8, 12. *med.* Malui collegae ejus, homini alienissimo mihi, et propter amicitiam tuam non acquissimo, me obligare, quam illi simiae vultum subire. *Mart.* 1, 32. Dum nulla teneri sordent laugine vultus. *Plin.* 26, 1, 2. Mentagra occupans in multis totos utique vultus. *Adde Petr. Sat.* 111. et 113. P. Hinc et pro imagine, aut signo vultum alicujus referente ponitur. *Vopisc. Prob.* 23. Dignitatem Probi imperatores nostri prouderent et consecrandam vultibus, et ornandam templis, et celebrandam ludis Circensibus judicant; et *Plin.* 35, 2, 2. Vultus Epicuri per cubicula gestant, ac circumferunt secum. *Id.* 37, 2, 2. E margaritis fieri tuos vultus? sic te pretiosum videri? P. Translate sumitur pro externa cujusque rei specie, ut *facies*. *Or. Met.* 1, 6. Unus erat toto naturae vultus in orbe. *Virg. A.* 5, 848. Mene salis placidi vultum, fluctusque quietos Ignorare putas? P. Antiquae *voltus* dixerunt: imo et *voltum* neutr. gen. *Enn.* ap. *Non.* 3, 260. Aversabantur semper nos, nostrae volta. *Lucr.* 4, 1206. juxtim miscentes volta parentum.

VULVA, ae, f. μήτρα, ὑστέρα, locus in feminis, in quo fetus concipitur. Etymon vocis in VOLVA. Proprie dicitur de brutis animalibus. *Plin.* 11, 37, 84. Feminis eadem omnia, praeterque viscae junctus utriculus, unde uterus appellatur, quod alio nomine locos appellant: hoc in reliquis animalibus vulvam. P. Vulvam suillam Romani in deliciis ciborum habuere, praesertim ejectionem, nam quae effectis a partu eximebatur, tanquam livida et macra, nullo in pretio fuit. *Plin. ib.* Vulva ejecto partu melior, quam edito. Ejectionem vocatur illa, haec porcaria: primiparae suis optima: contra effectis. A partu, praeterquam eodem die suis occisae, livida ac macra. Nec novellorum suum, praeter primiparas, probatur: potiusque veterum, dum ne effectarum, nec biduo ante partum, aut post partum, aut quo ejectionem die. Proxima ejectionis est occisae uno die post partum. Haec *Plin. Mart.* 13, 56. Te fortasse magis capiet de virgine porca: Me materna gravi de sue vulva capit. *Adde Hor. Ep.* 1, 15, 41. P. *Bulba pro vulva* legitur in illo *Naevii* ap. *Macr. Sat.* 2, 14. Quis apud te heri? Praeneste, et Lanuvio hospites. Supte utrosque decuit acceptos cibo: Alteris inanem bulbam malidam dari, Alteris nuce in proclivi profundere. P. Ut uterus de bestiis ita saepe de mulieribus vulva dicitur. *Cels.* 4, 1. et 20. et 5, 21. et 25. et 7, 29. etc., *Plin.* plurimis in loc., *Juven.* 6, 128. et *Mart.* 11, 61. P. Per similitudinem dicitur etiam de podice viri, qui muliebria patitur. *Pers.* 4, 35. penemque, arcanaque lumbi Runcantem, populo marcentes pandere vulvas. P. Scribitur et *vulva*. V. VOLVA.

VULVULA, ae, f. parva vulva. *Apic.* 2, 3. Vulvae isiciata sic fiunt.

UVOR, oris, m. humor. *Varr. L. L.* 4, 21. *extr.* Uvae ab uvore.

UX

[UXAMENSIS, e, adj. ad Uxamam pertinens, Hispaniae citerioris urbem, ad Durium fluv., quae nunc *Osma*, cujusque meminit *Plin.* 3, 3, 4. et *Sil.* 3, 384. At non Sarmaticos attollens Uxama muros. *Inscr.* ap. *Grut.* 693, 8. Licinius Julianus Uxamensis. *Alia* ap. *Don. cl.* 6. a. 195. C. Pompejo Mucroni Uxamensi An. XC. sodales F. C. F.]

*UXANTISMA, insula inter Galliam ac Britanniam. *Itin. marit.* ap. *Anton. Itin.* Hodie est *Ushant*. B. A.

*UXELLODUNUM, i, n. Aquitaniae oppidum, in Cadurcis, non procul a Garumna flumine. *Hirt. B. G.* 8, 31. et 40. B. A.

[UXENTINI, orum, m. plur. incolae Uxenti, urbis Salentinorum, in Calabria, quae nunc *Ugente* appellatur. *Plin.* 3, 11, 16. Salentinorum, Neretini, Uxentini. F.]

UXOR, oris, f. γυνή, ἀνοικς, mulier, quae viro tradita est. Quorundam opinio est, dici quasi *unxor*, hoc est unctrix, quod sponsa mariti domum ingressura postes inungeret. Eademque ab re Juno dicta *Unxia*. *Donat. ad Ter. Hec.* 1, 2, 60. Uxor dicitur vel ab ungentis postibus, et figenda lana, hoc

est quod, ungebant, ritos ipsae, Exin Tarq, ruis ad il, sta fronde, lentes pu, postes, co, castitat, niveis: quasi un, vivo, viri, pions. Id, re. Id. O, Nasica cen, tentia tu, mei animi, ajunt barba, uxores hab, eum, qu, tur, altero, bantur. C, est a viro, manum viri, est enim u, nihil in ha, tera earum, MATERFA, in manum, farre, coe, vocabatur, renarat. toribus au, bat, et cu, rito: adeo, peretur, p, TUS, CO, stis per c, uxores m, etiam in, uxor abol, pauper, t, UXOR, Erat ei ut, verumtam, Usurpatu, uxorecula, cur virom, UXOR, Varr. Cl, vi, scio, cula: ab, *UXOR, ris. Glos, in q, UXOR, uxorem p, uxoriae, decet ux, *Med. Pra, P. Uxor, c. in STA, rulas, q, Virg. A, menta loc, Hor. Od, Jove non, Maxim, ap. Fabr, tina Proc, Aege ux, rectus Z, legit ux, Grut. 58, lacrima, Sil. 5, 15, 9. es, concilient, quod ux, Festus, *UZIA, Penting, *UZITE, Byzacena, minit Au, Marin A, Uztensis, X Li, ro, quae, consonan, res pro J, greg, pr, l. 4. E, potimus, mentum, dictionib, axilla at

est quod, cum puellae nubarent, maritorum postes ungebant, ibique lanam figebant, vel quod lotos maritos ipsae ungebant, cujus rei testis est Ennius: Exin Tarquinium bona femina lavit, et unxit. *Servius* ad illud *Aen.* 4, 459. Velleribus niveis, et festa fronde revinctum: Moris, inquit, fuerat, ut nubentes puellae, simul venissent ad limen mariti, postes, antequam ingrederentur, propter auspiciis castitatis ornarent laneis vittis: unde ait velleribus niveis: et oleo ungerent; unde uxores dictae sunt, quasi unxores. *Cic. Sext.* 3. Duxit uxorem patre vivo, viri optimi, et calamitosissimi filiam, C. Scipionis. *Id. Fin.* 3, 20. *med.* Uxorem sibi adjugete. *Id. Or.* 2, 64. *f.* Ridicule etiam illud Porcius Nasica censori Catoni, cum ille: Ex tui animi sententia tu uxorem habes? Non hercule, inquit, ex mei animi sententia. *Id. Verr.* 2, 3, 33. Solere autem barbaros reges Persarum, ac Syrorum, plures uxores habere. P Uxorum duo genera fuisse: unum earum, quae proprie uxores, vel matronae dicebantur, alterum earum, quae matresfamilias appellabantur. *Cic. Top.* 3. Si ita Fabiae pecunia legata est a viro, si ea uxor matresfamilias esset, si ea in manum viri non convenerat, nihil debetur. Genus est enim uxor, ejus duae formae, una matrum familias: hae sunt, quae in manum convenerunt: altera earum, quae tantummodo uxores habentur. V. MATERFAMILIAS. P Tribus autem modis uxor in manum, seu potestatem mariti veniebat, usu, farre, coemptione. Ex his illa solum matresfamilias vocabatur, quae per coemptionem in manum mariti venerat. *Usu fieri matrimonium dicebatur, cum tutoribus auctoribus mulier in matrimonium conveniebat, et cum viro ita consuecebat, ut cum justo marito: adeo ut, si usus ille intra annum non interromperetur, pro usurpata jam haberetur. V. USURPATUS, CONFARREATIO, COEMPTIO. P De bestiis per catachresin. *Hor. Od.* 1, 17, 7. Oletis uxores mariti, h. e. capellae. P Catachresis est etiam in illo *Mart.* 4, 53. Ceream nudis tegit uxor abolla grabati, h. e. abolla, quacum dormit pauper, tanquam cum uxore: pro lodice.*

UXORCULA, ae, f. parva uxor. *Appul. Met.* 9. Erat ei uxorcula etiam satis quidem tenuis. Et ipsa verumtamen postrema lascivia famigerabilis. P Usurpatur in blanditiis. *Pl. Cas.* 4, 4, 19. Mea uxorcula. *Id. ib.* 5, 2, 38. Amabo mea uxorcula, cur virum tuum sic me spernis?

UXORCULO, as, a. l. diligo. *Plaut. fragm.* ap. *Varr. L. L.* 6, 3. *f.* Mulieres uxorculavit; ego novi, scio actiosas. Alii rectius leg. *Mulier es, uxorcula: abi, te ego novi: scio axitiosam.*

*UXORIOSUS, a, um, adj. uxoriosus, amans uxoris. *Gloss. Lat. Gr.* Uxoriosus, ὁ τῆν ἰδίαν γυναῖκα φιλοῦν. B. A.

UXORIUS, a, um, adj. γυναικίος, ὀφειλόμενος, ad uxorem pertinens. *Cic. Off.* 3, 15. In arbitrio rei uxoriae, melius, aequius. *Ob. A. Am.* 2, 155. Hoc decet uxores: dos est uxoria lites. *Sidon. ep.* 2, 2. *med.* Praedium, quia uxorium, patrio mihi dulcius. P *Uxoriam formam, pulcritudinem medioeris. V. Gellii l. c. in STATUS, a, um. P Aliquando uxorius, γυναικίος, φιλογυνής dicitur, qui uxori valde inservit. *Virg. A.* 4, 266. tu nunc Carthaginis altae Fundamenta locas, pulcrumque uxorius urbem Exstruis. *Hor. Od.* 1, 2, 18. vagus et sinistra Labitur ripa, Jove non probante, uxorius amnis. *Auct. Pan.* ad *Maxim.* et *Constantin.* 4. Juvenis uxorius. *Inscr.* ap. *Fabr.* p. 299. n. 272. L. Fundanio L. F. Oufentina Proclo Fundania Junia uxori S. Testam F. Cur. Lege uxorio suo, h. e. marito sui amatissimo, at rectius *Zaccheria Instit. Lap.* p. 353. pro uxori S. legit uxor I. S. h. e. in suo: ut legitur in alia ap. *Grut.* 582, 5. P *Uxorius imber* dicitur a *Statio* lacrimae, quibus deflet quispiam mortem uxoris. *Silo.* 5, 1, 31. P *Uxoriam bibere* ap. *Quint. declam.* 15, 9. est bibere medicamenta, quae uxoris amorem conciliant. P *Uxorium pendere* dicitur ille, qui, quod uxorem non habuerit, aes populo dedit. Ita *Festus. V. Val. Max.* 2, 9. n. 1.*

*UZIA, ae, oppidum Persidis maritimum. *Tab. Penting.* P *Uzia* est *Ptolemaeo.* B. A.

UZITENSIS, e, adj. ad Uzitam pertinens Africae Byzaceniae urbem ad Austrum Hadrumeti, cujus meminit *Auct. B. Afr.* 41. et *Ptolem.* 4, 3. *Inscr.* ap. *Marin. Arv.* p. 782. Muthunbal Saphonis F. Cuinas Uzitensis. F.]

X

X littera, ξ, semivocalis est, ex earum numero, quae duplices appellantur. Vix enim duarum consonantium habet, id est es, vel gs. Sane veteres pro x modo es, modo gs utebantur, ut *apees, grees,* pro quibus nunc *apes, grex* dicimus. *Quint.* 1, 4. Et nostrarum ultima X, qua tamen carere potuimus, si non quaesivissemus. P Latini hoc elementum, quod vastioris soni videretur, quibusdam dictionibus exemerunt, unde pro vexillo *velum*, pro axilla *alam*, pro paxillo *palum* dicere maluerunt.

Quod et ipse testatur *Cic. Or.* 45. Quomodo enim, inquit, noster Axilla, Ala factus est, nisi fuga vastioris litterae, quam litteram etiam e maxillis, e taxillis, et vexillo, et paxillo consuetudo elegans Latini sermonis evellit? *Pier. ad Aen.* 7, 648. contendit, non semper esse duplicem: tum ex veterum monumentis, in quibus *vixit, Alexander, auxilium, Cappadoz,* et in nummo Galbae *pax* legitur; tum auctoritate *Probi* in *Arte* idem docentis. Disserit de hac re etiam *Voss. de Gramm.* 1. c. 21. P In compositione quotiescumque praecedat dictionem incipientem a vocali, vel c, p, t, utraque compositionis pars remanet integra, ut *exaro, exeo, exigo, exoleo, exuro, exutio, expers, explodo, extraho, extundo.* Sed si praecedat s litteram, s vel abijcitur, vel retinetur, scribitur enim *exsurgo, et exurgo, exsequor, et exequor,* etc. P Nota est numeri denarii, sicuti et V, quae dimidiata pars est ejus, nota est numeri quinarum. Hinc factum est, ut in vetustis codicibus haec nota aliquando inveniatur pro denario Romano, quod quatuor valebat nummis sestertiis. *Plin.* 12, 12, 26. Quod minore folio est, mestosphærum appellatur, emitur X. LX. Laudatissimum microsphaerum e minimis folium; pretium ejus X. LXXXV.

XA

*XANTHE, es, f. Ξάνθη, Amazon. *Hyg. fab.* 163. B. A.

XANTHÈNES, is, m. gemmae genus, a ξανθός, flavus, quia est electri colore. *Plin.* 37, 10, 70. Zenthenum in Media nasci Democritus tradit electri colore, et, siquis terat in vino palmeo, et croco, cereae modo lentescere, odore magnae suavitatis. Alii leg. *zanthenum.*

[XANTHICUS, i, m. Ξανθικός, mensis ap. Macedones, qui fere respondet Latinorum Aprili, cujus mentio est ap. *Hesychium.* P Est etiam cogn. R. *Inscr.* apud *Grut.* 241. col. 3. L. Faenius Xanthicus. F.]

[XANTHIPPE, es, f. Ξανθίπη, (V. etymon in voce sequent.) Socratis uxor morosa admodum et jurgiosa, irarum et molestiarum muliebrium per diem noctemque scatens. *Cic. Tusc.* 3, 15. et *Gell.* 1, 17. P Est etiam cogn. R. *Inscr.* ap. *Grut.* 660, 1. et *De-Lama Iscriz. di Parma* p. 119. D. M. Xanthippes sive Iaiæ C. Cassius Lucilianus alumnae dulcissimae. F.]

[XANTHIPPIUS, i, m. Ξανθίππιος, qui flavus equos, vel flavam pubem habet: a ξανθός, flavus, et ἵππος, equus, et pubes. Fuit hoc nomine, vir Lacedaemonius, quo duce M. Atilius Regulus ex insidiis captus est. *Cic. Off.* 3, 26. F.]

*XANTHIUM, i, n. herba e lapparum genere, qua rufantur capilli. *V. Plin.* 21, 19. B. A.

[XANTHO, us, f. Ξανθώ, una ex Nymphis, Oceani et Tethyos filia: a ξανθός, flavus. *Virg. G.* 4, 336. F.]

XANTHOS, i, m. gemmae genus, ita a colore fulvo appellatae; ξανθός enim fulvum significat. *Plin.* 37, 10, 60. Est et alia ejusdem generis, quae vocatur menui ab Indis, xanthos appellata Graecis, e fulvo candicans.

[XANTHUS, a, um, adj. ξανθός, flavus. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Grut.* 170, 3. Bebrix Aug. L. Drusianus, A. Fabius Xanthus Cur scribis, libraribus, et praconibus Aed. Cur. scholam ab inchoato refererunt, marmoribus ornaverunt, etc. Haec est *Schola Xantha*, in foro Romano prope et sub templum Fortunae in regione VIII., cujus mentio est ap. *Sex. Ruf. de region. Urb.*, quae ab ejus curatore et instauratore A. Fabio Xantho, ut vidimus, nomen accepit. *Inscr.* apud *Fabr.* p. 214. n. 514. Sextia Xantha. F.]

XANTHUS, i, m. Ξάνθος, fl. Phrygiae, seu Troadis, qui ex Ida monte oritur, atque in portum Achaeorum, et in Hellespontum apud Dardanum urbem influit. Diversus est a Scamandro, et Simoente. *Plin.* 5, 30, 33. Sed alii eundem esse ac Scamandrum tradunt. Verum quia hi tres amnes conflunt apud oram, propterea idem ab aliquibus censentur. Dictus creditur a ξανθός, flavus, quod ovium vellera rufo inficiat colore. Adde *eund.* 2, 103, 106. et *Vitruv.* 8, 3. *med.* P Secundum fabulas fuit filius Jovis. De hoc oraculum Apollinis fuit, Graecos illi non esse potituros, nisi equos Rhesi abduxissent, antequam herbam Troadis gustassent, et de Xanthi aqua bibissent, quod a Diomede et Ulyse factum est, occiso Rheso noctu, et per insidias. *Virg. A.* 1, 476. Ardentesque avertit equos in castra, priusquam Pabula gustassent Trojae, Xanthumque bibissent. P Xanthus alter fl. Lyciae, qui ex Cadmo monte oritur duobus fontibus, Xanthum urbem interluit, et non procul ab ea in Lycium mare se exonerat. *Id. ib.* 4, 143. Qualis ubi hibernam Lyciam, Xanthique fluenta Deserit, ac Delum materiam invisit Apollo. *Id. Cul.* 14. Alma Chimeraeo Xanthi perfusa liquore: subaudi urbs. Alii leg. *Xanthus*, et urbem item intelligunt. P *Xanthus uterque* ap. *Stat. Theb.* 4, 387. est Phrygius, et Lycius. P Est hoc nomine parvus fluvius Epiri, qui areseit. *Virg. A.* 3, 350. Pergama et arentem Xanthi cognomine rivum Agnosco. P Hujusmodi

nomen habuit etiam equus Achilles ap. *Claud. Cons. Hon.* 4, 556. et flavum Xanthus sprevisset Achillem. P Est item cognomen R. V. v. praec. P Fuit et Xanthus nomen unius e quinquaginta Aegypti filii. *Hygin. fab.* 170. P Xanthus, scriptor Lydus, e Sardibus civitate historias Lydorum scripsit, teste *Suida.* Meminit et *Plin.* 25, 1. P Item unus ex equis Diomedis. *Hygin. fab.* 30. P Et nomen equi Neptuno a Junone dono dati. *Sero. ad Virg. G.* 3, 89. B. A.

XE

*XENAGORAS, ae, m. historicus. *Macr. Sat.* 5, 19. *extr.* V. *Voss. de Hist. Graec.* l. 3. c. ult. p. 422. B. A.

*XENIADES, is, m. Ξενιάδης, Corinthius, qui cum emere vellet Diogenem Cynicum, et quid is artificii novisset, percontatus esset, *Novi*, inquit *Diogenes, hominibus liberis imperare.* Quod responsum demiratus Xeniaades, emit et manu misit, filiosque suos ei tradens, *Accipe*, inquit, *liberos meos, quibus imperes.* Narrat *Gell.* 2, 18. V. et *Laert.* 6, 30. B. A.

XENIAE BALNEAE, locus in Latio. Quidam Bajas esse suspicantur. Dictae sunt a ξένιος, hospitalis, quod a ξένος, hospes, nempe ab hospitibus, qui ibidem recipiebantur. *Cic. Coel.* 25. Ajunt constitutum factum esse cum servis, ut venirent ad balneas Xenias, etc. Alii rectius leg. *Senias.*

XENIOLUM, i, n. parvum xenium. *Appul. Met.* 2. Commodum meridies accesserat, et mittit mihi xeniola, porcum opimum, et quinque gallinulas, et vini cadum in aetate pretiosi. *Ulp. Dig.* 1, 16, 6. *f.* Ad xeniola non pertinet. Alii leg. *ad xenia jam non pertinet.*

*XENITANA, ae, f. dictum est Quiza oppidum Mauritaniae Caesariensis. *Plin.* 5, 2. P Xenitana oppidum peregrinorum significat, teste *eod. Plin. ibid.* B. A.

XENIUM, ii, n. ξένιον, munus hospitibus dari solitum: a ξένος, hospes. Unde ab *Appul.* vocatur munus hospitale. Latini, *Festo* teste, vocant *Lautia*, quam vocem exponens *Plutarchus* non simpliciter ξένιον dicit, sed τὸ ἀποδομενὸν τοῖς ἀξιοῦμενοι ξένια. *Mart.* librum 13. *Xenia* inscripsit, quod in eo ejusmodi res distichis describit, cujusmodi hospitibus mitti solent, et quod versus ipsi pro xenii mitti possint. *Id. ib.* 3. Omnis in hoc gracili xeniorum turba libello Constabit nummis quatuor empta tibi; et infra: Haec licet hospitibus pro munere disticha mittas, Si tibi tam rarus, quam mihi nummus erit. P Dona etiam quae dabantur convivis post coenam, *xenia* dicta sunt. *Plin. ep.* 6, 31. *med.* Adhibeamur quotidie coenae, erat modica, si principem cogitares: interdum ἀγορεύματα audiebamus; interdum jucundissimis sermonibus nox ducebatur. Summo die abeuntibus nobis, (tam diligens in Caesare humanitas) *xenia* sunt missa. Adde *Vitruv.* 6, 10. *med.* P Item quaecumque munera amicis domi suae degentibus mittebantur, de quibus etiam intelligenda sunt *Martialis* *xenia.* P Item munera, quae a provincialibus dabantur proconsulibus, et aliis provincialiarum rectoribus; quorum mentio est apud *Ulp. Dig.* 1, 16, 6. P Item quae ultro largiri solebant rei causidicis, et advocatis pro causarum actionibus. *Plin. ep.* 5, 14. Quam me juvat, quod in causis agendis non modo pactione, dono, munere, verum etiam xenii semper abstinui!

[XENIUS, a, um, adj. ξένιος, hospitalis. Est nomen serv. R. *Inscr.* ap. *Mur.* 920, 6. Xeniae Caesaris L. h. e. libertae. F.]

*XENO (Xenon) onis, m. Epicureus, vixit Ciceronis temporibus. *Cic. Attic.* l. 5. ep. 10. *extr.* P Alius, Apolloniensis. *Id. ibid.* ep. 13. P Xeno, Menenius, Centuripinus. *Id. Verr.* 2, 1, 22. P Xeno apud *eund. Attic.* l. 13. ep. 37. videtur esse Attici procurator. P Fuit ex Xeno quidam, pictor insignis, Sicyonius, de quo *Plin.* 35, 11. B. A.

*XENOCLES, is, m. Adramytenus, rhetor Asiaticus, quocum Cicero fuit adolescens. *Cic. Brut.* 91. B. A.

*XENOCRATES, is, m. Ξενοκράτης, Chalcedonius, severissimus philosophorum, Platonis auditor, et Speusippi in academia successor, tardioris ingenii, adeo ut, cum eum Plato Aristoteli compararet, alterum freno alterum calcaribus opus habere diceret. Vixit annos LXXXII, *Suida* auctore. *Cic. Acad.* 1, 4. et 4, 46. *Offic.* 1, 36. *extr.* *Attic.* l. ep. 16. *med.* *Orat.* 3, 17. *Tusc.* 5, 32. et *Nat. Deor.* 1, 13. Adde *Val. Max.* 7, 2. V. et *Laert.* 4, 6. P Alius, insignis statuarius et pictor, Tisicratis discipulus, vixit temporibus Ptolemaei Lagi. Scripsit de toreutice itemque de pictura. *Plin.* 34, 8. et 35, 10. P Accusativum *Xenocraten*, Graeco more, habes apud *Cic. de re publ.* 1, 2. edente *Angelo Maio.* B. A.

XENODOCHIUM, vel Xenodochium, ii, n. ξενοδοχεῖον, hospitale, locus publicus, quo hospites, id est peregrini, excipiuntur: a ξένος, hospes, et δόξα, suscipio. Hoc genus hospitii Hierosolymis primum ab Hircano exstructum fuisse, auctores sunt *Flavius Josephus* et *Hegesippus.* [Hinc *Hieron.* ep. 66. n. 11. Audio, te xenodochium in Portu fecisse